BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
DE ZARAGOZA

SIGNATURA: I – 195

*Tortellius, Johannes. De orthographia dictionum e graecis tractarum opus. Vincentiae. 31 octubre 1480.*

25-7e 1771

81 I 118
595

S. Del [illegible]

Iohannis Tortellii Arretini Commentariorum grammaticorum
de orthographia dictionum e graecis tractarum
prooemium incipit ad Sanctissimum patrem
Nicholaumque Pontificem maximum.

# IOANNIS TORTELLII ARRETINI COMMENTARIORVM GRAMMATICORVM DE ORTHOGRPHIA DICTIONVM E GRAECIS TRACTARVM PROOEMIVM INCIPIT AD SANCTISSIMVM PATREM NICOLAVMQVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM.

OEPERAM OLIM BEATISSIME pater Nicolae.v.ſumme pontifex: cōmentaria quædā grāmatica cōdere: qbus omnem litterariam antiquitatē & orthographiæ rationem cum oportunis hiſtoriis pro poetarū declaratione cōnectere conabar: pfuturus ſane pro mea uirili ſtudioſis linguæ latinæ. interi ab aliis ſtudiis negociiſq; familiaribus intercæptus: illa prorſus relinquere: atq; lōgo tēpore abiicere uiſus ſum. Sed nup cū apud Alatriū campaniæ oppidū ex aeris romani moleſtia ſeceſſiſſem: ea abſoluere quorundam amicorum rogatu conatus ſum: ac ſic quoq; ad calcē uix uſq; perduxi opus manuz uariū & diffuſum: atq; illud tuæ ſanctitati: a qua uelut fonte omnia mea bona fluxerunt: dedicare cōſtitui. nō quidem ut inſtitutionibus grāmaticis poetarūq; hiſtoriunculis tua beatitudo indigeat: q cæteros in doctrinis omibus etiā minutis ex ſumma ingenii memoriæq; fœlicitate præcellis: Sed ut in tua illa bibliotheca: quā omnium quæ fuerunt preſtantiſſimā cōparas: aliquo pacto collocare poſſis. Nam licet ex magnificentia animi tui: q nō niſi clariſſima i lr̄is ædificiiſq; & reb⁹ cæteris aggredieris: uiros utriuſq; lingue eruditiſſimos: ex oībus ferē terris: ueluti ad uirtutis quoddā aſylum cōuocaueris: quos ut ſuum poſſint excolere ingenium: laudēq; ſibi parare: & aliqd cōficere: quod poſteritati prodeſſe poſſit: maximis præmiis affeceris: nō tamen deterrebor: & ego aliquid pro mea paruitate tuæ bibliothecæ offerre. Quam tam&ſi ex clariſſimis altiſſimarum doctrinarū auctoribus fulcire cupis: quia tamen & minores aliquando facultates neceſſariæ ſunt: nō dedignaberis pro tua ſapientia: etiā minorum facultatum libros inſerere. Video enim quātis impenſis & ſumptibus: quantaq; diligentia græca oratorum uoluminia: hiſtoricorum & philoſophorum atq; ſummorū theologorum in latinam linguā traduci procuras. Video quātam adhibes curam in antiquorū noſtrorū operibus exquirendis: quæ deperdita credebantur. Ita ut nōnullos ad diuerſas extremaſq; mundi partes pro re hac multis cum difficultatibus & impenſis deſtinaueris. Quæ cum magnis in rebus effeceris: nō pigebit etiā minorum facultatū libros in ipſa tua bibliotheca reponere: & maxime illos: qui de grāmaticæ facultate loquuntur. Quæ auctore Quintiliano: niſi oratoris futuri fundamenta fideliter iæcerit: quicqd ſupſtruxerit corruet. Et niſi æquo longior eſſem: cōplura poſſez in mediuz exēpla afferre: quibus facile cognoſceretur: quot ex huiuſmodi artis negligentia in poetis oratoribus: & hiſtoricis quotidie errores inſurgunt: quot



N.º 21.561.

UNIVERSIDAD ... BIBLIOTECA DE ZARAGOZA

in iure ciuili:medicinæq; arte:& cæteris facultatibus interprætationes ineptiſ-
ſimæ ſingulis afferuntur diebus:quot obſcuriſſima ex cuius ignoratione ſæpiſ-
ſime uidentur:quæ aliás lucida & ꝑſpicua intelligi potuiſſent. Vnde nemo uir
q̄ inter doctos cōnumerari potuit:qui nō magnam huic diſciplinæ curā impē-
derit. Et ut eiuſdem artis profeſſores qui in ea p̄celluerunt leuiter tranſeamus:
Fuerūt ſane inter ipſos grāmaticos uiri doctiſſimi:ut Iginus multi nominis ro-
mæ grāmaticus:Didimus.quē Macrobius oībus grāmaticis:quiq; ſint:aut fue
rint magna audacia præponere non dubitauit:Antonius Enipho:cuius ſcholā
Cicero poſt labores fori frequentabat:Nigidius figulus: quē Gellius arbitratur
iuxta. M.Varronē omnium doctiſſimum:Valerius Probus ſua ætate ſcientia p̄
ſtantiſſimus:Cornutus:Anneus:Caſſellius:Terentius:Scaurus tēporibus Ha-
driani:de quibus & Gellius ipſe mentionem fecit. Fidus etiam optatus tempo-
re eiuſdem Gellii multi nominis grāmaticus fuit. prætereo etiā minus antiquos
ut Donatū:Seruium:Diomedē:Priſcianum:Victorinū:uiros nō minus rheto-
res & philoſophos:q̄ grāmaticos.Sed hos (uelut eius artis profeſſores facile tranſ
eo:& ad alios uenio.Quid nō etiā Fauorinus tēporibus Gellii philoſophus cla-
rus de grāmatica(Gellio referente)multa eruditione ſæpe diſſerebat.Nō ne etiā
longe ante eum Ariſto.omniū philoſophorū princeps:Theodoteſq;: ut teſtis eſt
Quintilia.& ſtoicorum ſecta:ut Priſci.ipſe oſtēdit:de hac facultate acri cura &
diligentia plura ſcripſere.Porphi.etiā eximius philoſo.in Homerum cōmenta-
ria edidit:quæ uſq; in hæc tempora durant:& in quibus nō ſolum altiſſimum
poetæ ſenſum:& uocabula quæq; explanat:Sed & minutiſſimas grāmatice que-
ſtiones abſoluit. At hi ut dices:græci fuerunt philoſophi:fateor id quidem: ſed
non minus noſtri & philoſophi & oratores/ſūmiq; duces facultatem hanc neceſ-
ſariam iudicauere:& de ea acri cura:& diligentia aut diſſeruerunt: aut ſcripta
poſteris ſūma cum laude reliquerunt. Et Ciceronem inſpiciamus primū qui li
guæ noſtræ abſq; alicuius dubitatione prīceps fuit. Quod idem artis huius ut
dixit Quintilia.diligentiſſimus fuerit:& in filio ut ex epiſtolis apparet recte lo-
quendi:hoc eſt & ſcribendi aſp quoq; exactor.& corrector extiterit. Aut uim.C.
Cæſaris editi [illegible]egerunt de analogia libri. Aut ideo minus Meſſalla nitidus: q̄
quoſdam totos libellos non uerbis modo ſingulis:ſed etiam litteris dedit. Quid
etiam de. M.Varrone dicemus:An admirandæ ſuæ doctrinæ derogauit q̄ mi-
nutiſſimas quæſtiones in hac arte magno uolumine contractauit: Quid de.C.
Baſſo duce nobiliſſimo:& ſcientia præſtantiſſimo:niſi laudes dicere poſſumus
& tamen plures libros de origine uocabulorū(teſte Gellio:& aliis nōnullis)mul-
ta cum gloria ſcripſit.Non ne etiam Plinius ſua ætate doctiſſimus in natu.hi.
ſtoriæ de grāmatica libros ſcripſiſſe gloriatur:Cuius dicta Priſci.nōnunq̄ indu
cit:& nos illorum fragmenta quædam præcioſiſſima cōpimus.quod ſi tot tāti-
q; auctores de hac materia ſcripſerunt:In qua tu illis dūtaxat cognitione es cō-
pandus non dedignaberis meum tibi de grāmatica opus inſcribi:nec poterunt
ulli tuā excellentiam uerbis maliuolis lædere:ſi grāmaticæ libros colueris:& de
illis æſtimationē non paruam feceris:atq; in tua bibliotheca locandos illos cu-
raueris.nam grāmatica ipſa(Quintiliano teſte)neceſſaria eſt pueris iucūda ſeni-
bus:dulcis ſecretorum comes:& quæ uel ſola plus habet operis:q̄ oſtentationis.
Itaq; primū de litterarum inuentione:numeroq; & figura:ac nomine ꝑtractabi
mus. Deinde cuiuſq; noſtræ litteræ ꝑ ordinem poteſtatem: & in alias litteras tā

in dictionibus græcis ad nos ꝑtinentibus:q̄ latinis cōmutationes explicabimus.
Poſt hæc uero de ordinatione litterarum inuicē tam uocalium: q̄ conſonantiū
& tam in eadem ſyllaba:q̄ diuerſa dicemus. Vltimo particularium dictionū or-
thographiā ſuis litteris ordinabimus:& q̄breuiſſime dabitur ea narrabuntur q̄
ad earundem declarationem facere putabimus.

Accepimuſq; hæc primum ex fragmētis decē librorum Papyriani: quos de ortho
graphia ſcripſit.Ex quattuor libris Plinii de arte grammatica: Ex unico libro
Rhemii grāmatici de poteſtate litterarū.Ex unico Grylli de accentibus ad Vir
gi.cuius parua fragmēta cōperimus.Ex Capro.ex Diomede de octo ꝑtibus ora-
tionis.ex Probo doctiſſimo grāmatico.ex Quintiliano uiro ſummo.ex Varrone
de līgua latina.ex Aulo Gellio.ex Donato:Seruio:Priſciano:Victorino:Sergio:
ex pluribus aliis latinis grāmaticis:græciſq; minoris auctoritatis cum antiquo-
rum grāmaticorum libros amiſerint. Repperi tamen Herodiani fragmēta quæ-
dam de orthographia:& eiuſdem libros integros quattuor de conſtitutione. ex
gloſulis etiam Ariſtarchi ſuper Homerū & Heſiodum. Quin & ex Porphirio ſu-
per Homerum plura annotauimus. Quæ uero ad hiſtoriam faciunt:ex Virgil.
Ouidio:Homero:Heſiodo:Liuio:Plinio:Iuſtio:Herodoto.Thucydide: Appiano
Diodoro ſiculo:multiſq; aliis approbatis auctoribus & græcis & latinis:quos ſu
is locis cōmode inducemus.

# IOANNIS TORTELLII ARRETINI COMMENTARIORVM GRAMMATICORVM DE ORTHOGRAPHIA DICTIONVM E GRAECIS TRACTARVM LIBER PRIMVS INCIPIT.

## De numero & figura atq; inuentione litterarum tam græcarum:q̄ latinarum.

[G]ræcorū litteras:q̄bus ipſi nunc græci utunẗ.xxiiii.eſſe cō-
ſtat. uidelicet.α.β.γ.Δ.ε.ζ.η.θ.ι.κ.λ.μ.ν.ξ.ο.ϖ.ρ.σ.τ.
υ.φ.χ.ψ.ω.Sȝ harū uetuſtiores græci(ut ex clariſſimis grā-
maticis accæpimus) ſolas ſexdeciȝ habuerunt:quas ex phœ-
nicia Cadmum adduxiſſe uolunt: uidelicet.α.β.γ.Δ.ε.ι.
κ.λ.μ.ν.ο.π.ρ.σ.τ.υ.Quibus ad noſtras ſic primum a Ni-
coſtrata matre Euandri(ut ferunt)redactis & nos.xvi. eodē
modo & eadem pene figura recæpiſſe:cum Priſcianus:tum antiquiores alii cele-
bres grāmatici atteſtanẗ. Immo eaſdē illas pene cum græcis fuiſſe rettulit Plini.
circa finē libri.vii.natu.hiſto.ex teſtimonio delphicæ tabulæ antiqui æris(quæ
in palatio dicata erat)Mineruæ:quas huiuſcemodi fuiſſe Rhemnius grammati-
cus præſtantiſſimus nobis rettulit:uidelicet.a.b.c.d.e.g.i.l.m.n.o.p.r.ſ.t.u. Sȝ
cum paulatim a græcis litteræ aliæ adinuentæ fuerint.&.xxiiii.litterarum nu-
merum adipleuerint:nos ſimiliter ab illis aliquas accæpimus. Quibus & in no-
ſtro ſermone:& in dictionum græcarum ſcriptura frequentiſſime utimur. naȝ
uocales primū uetuſſimi græci quinq;(ut noſtri)habuerunt.uidelicet.α.ε.ι.ο.υ
quas ancipites omēs uel liq̄das hoc eſt quæ facile mō ꝓduci mō corripi poſſūt
uti nos uocales noſtras dicimus:& illi ſimiliter tunc quoq; dixerunt: ſed poſtea
cum duas alias adinuenerint uidelicet.η.ω. has fecerūt longas: & ex prioribus
duas ſemꝑ breues eſſe ſtatuerunt:uidelicet.ε.&.ο.quin & hoc quoq; paruum.o

Quod uero nouiter inuentũ fuerat magnum uocauere. Sic enĩ noĩa litteris pro
placito imponũtur. At nos latini ex his nouiter a græcis inuẽtis nullã penitus
ſuſcæpimus: ſed noſtras omnes uidelicet. a. e. i. o. u. ſuo numero & nomine con-
ſeruauimus: quas ſane omnes ancipites & liquidas antiquo more ſemp habui-
mus. Poſt id autẽ uidentes græcorum doctiſſimi p ablationem aſpiratiõis a cõ
ſonantibus quibuſdã nõnũq̃ ſententiam deſraudari: nouas adinuenere figuras
quibus neceſſario aſpiratio cõpræhendi detineriq; debeat: & ſic. θ. littera ĩ ſe dul
ci ſono aſpirationẽ gerentem cõcæperunt: quã p. th. q̃ pulcherrime ponũt: nec
nõ &. φ. quam ſimiliter pro. ph. &. χ. quã p. ch. iidem a troiano bello citra ſcribe
re conſueuerunt. nãq; illas Palamedem cõperiſſe Seruius atteſtatur. Mox alios
ac præcipuũ Simonidem teſte Cornelio Tacito cæteras cõperiſſe. Verum ex his
tribus ſic cõpertis latini noſtri nullã penitus ſuſcæpere: ſed ſeruata antiqua ſcri
ptura ipſum. t. uel. c. uel. p. cum aſpirationis nota more antiquo ſcribere uolue-
runt. Sed quærit Parthenius grãmaticus: ideq; poſt illum Priſcianus: quare nõ
ideo a græcis. rh. aſpiratum in aliam formã figurãq; traſlatum fuit: cũ eodẽ mõ
aſpirationem ſuſcipiat. Ad quod reſpondentes dicuut: quia nec ſic aſpiratio ip-
ſi. r. cohæret ſicut & præfatis mutis: nec ſi ab hac littera tollatur ſignificationẽ
minuit. nam quãuis ſubtracta aſpiratione dicatur tetor uel Pyrrhus nõ minus
intellectus manet integer: non autem ſic in aliis. Nam ſi Chremes cum aſpirati-
one proferes nomen proprium deſignabis: a quo ſi aſpirationem ſubtraxeris ſi-
gnificatum mutabis: quia tunc quoq; a uerbo cremo declinatum cum ſignifi-
catione eius uerbi eſſe uidebitur: ut id idem in mille aliis contingit. Rurſũ græ
ci alii & ut fert Simonides ad linguæ ſuæ ſcripturæq; ornamentum. ψ. litteraʒ
ſine aſpiratione adinuenit: quæ quodãmodo molliorẽ q̃. ps. uolubilioreq; ſonũ
habet: ut diligentiſſimi conſpexere grammatici: pro qua Claudius Cæſar apud
nos antiſigma hac figura deſcribi uoluit. Ↄ. ita ut pro. ps. aliam ſimplicem figu
ram ut græci habent: & nos haberemus. Sed ut in ſequentibus oſtendemus nul
li auſi ſunt antiquam ſcripturam poſt Claudi imperium cõmutare. Poſt has
uero omnes. ζ. &. ξ. græci ipſi compareruut: quæ ſane ad decorem ornatum pro
priæ linguæ plurimum contuliſſe uidentur: At uero latini noſtri præter ſexde
cim antiquas litteras. quibus primitus utebantur. f. aliam ex æolico quodaʒ di-
gãma ut infra clare enarrabimus aſſumpſere. Poſtq̃ &. q. litteram ĩuenere: quæ
tametſi præciſe eiuſdem cum. c. poteſtatis eſſe dicatur: eam tamen noſtri aucto
res in illis dictionibus optaſſe uiſi ſunt: in quibus pinguior quodãmodo ſonus
exigi uidebatur: q̃ per. c. litteram preſtari potuerit. Poſt has uero nõnulli ex no
ſtris. K. in eadem forma qua eſt apud græcos ſupuacue recepere. Qua ſane Quĩ
tilia. in nulla ſcriptura noſtra utendum exiſtimat: niſi ut ait quæ ſignificat etiã
ut ſola ponatur. nam in quibuſdam uetuſtiſſimis inſcriptionibus ſæpe ego con
ſpexi. K. DECEMB. pro calẽdis decembris. Ideq; in Liuio uetuſtiſſimæ ſcriptu
ræ frequenter annotaui. Nec illis ullo pacto aſſentiendum puto: qui ſequente
a. contendunt ſemper. K. ſcribendaʒ eſſe ut karthago kaput: cum teſte Quĩtilia.
ſit. c. littera quæ ad omnes uocales uim ſuam cõmode pferat. præter has quoq;
cũ græci. ξ. litterã ultĩo adinuenerint p noſtrarũ dictionũ magna cõmoditate
illã ſub hac forma. x. a noſtris recipi debere uiſum eſt. hoc ſolum ab illis in uoce
diſcrepantibus: q ubi illi eã pferentes in. i. uocalẽ deſinũt: & dicũt. xi. nos econ-
trario dicimus. ix. Vltimo uero. y. &. z. aſſumpſimus. ut & nobis quoq; ĩ græcis

nominibus tranſcribendis deſeruirent. Nã ut ait Quintili. a græco ſermone ma
gna ex parte romanus cõuerſus eſt: & cõfeſſis quoq; græcis uerbis utimur ubi
noſtra deſnnt. Sicut illi nõnunq̃ a nobis mutuantur. Sunt igitur figuræ litte-
rarum qbus nos utimur uigintiduæ: de quibus omnibus ſingulatim dicemus.
Nam. h. littera non eſt: ſed aſpirationis nota: ut in ſequentibus oſtendemus.

De accidentibus litterarum.

Sed quærũt nõnulli quotidie cur nos ſimplici uoce uocales noſtras: & græ
ci pluribus ſyllabis quaſdã uocare uoluerunt: cũ littera ps ſit minima uocis
cõpoſitæ: nã quã nos ſimplici uoce adicimus: illi pluribus ſyllabis alpha nomi-
nant. Itẽ quã nos. i. ſimplici ſono: illi iota duabus ſyllabis uocauere. Cõſonantes
etiam fere omnes duabus ſyllabis illi efferunt: ut beta: gãma: delta: quã nos ĩ ea
dem quæſtione manentes una ſyllaba nominamus: & quaſdam quidem in. e.
uocalẽ terminãtes: ut be. ce. de. & ſimiles quaſdam uero ab. e. incipiẽtes: ut el. em
en, quã ſane quæſtionẽ facile diſſoluere poſſumus: ſi accidentia litteræ diſtin-
guamus: quæ tria ſunt nomẽ. ſ. figura & poteſtas: nomẽ ut apud græcos alpha
beta gãma delta. Apud latinos uero a. be. ce. de. ita ut apud illos plæreq; uocales
pluribus ſyllabis nominentur: apud nos uero uocales omẽs p ſe platæ nomen
ſuum oſtendunt. Figura uero ea eſt forma quã in ſingulis litteris græcis. ſ. &
latinis cõſpicimus: quæ apud ãtiquos illorũ & noſtros: ut ſupra oſtendimus pe-
ne eadem fuit. Poteſtas autẽ pronunciatio eſt illarum quã in litterario ſermone
nos & illi eodẽ modo utimur. nomen igitur ad placitã inſtituentis rationem im
poſitum fuit: quod non ſolum unica aut duabus ſyllabis: ſed tribus pluribus
ue ſi placuiſſet conſtitui poterat. Sed auctoribus latinis teſte Priſciano in octa
uo in his ut multis aliis breuitas & conciſio nominis magis placuit. Nec id ſane
nomen litteræ poteſtatem ullatenus impedire ualet: quæ in pronunciatione lit
teratæ uocis oſtenditur: quia tunc quoq; non litteræ nomine: ſed poteſtate uti
mur. quæ indiuiſibili quodam ipſi litteræ proprio conſiſtit. Nam ſi balneum di
cimus: aut martium laborem efferimus: non tunc. b. in. e. terminatur: nec. l. aut
m. ab ipſo. e. incipit: quia nõ nomine: ſed poteſtate eius litteræ utimur: ut quem
admodũ in cõpacto ex elementis corpore dicimus elementũ: ut q indiuiſibile ĩ
eſſe. hoc eſt q non ut corpus in aliud elementum diuidi poteſt: & tamen in par
tes quaſdã diuidi ualet: & cõpoſito nomine effertur: ſic & in litterali uoce litte
ra ipſa ſua ui & poteſtate indiuiſibilis: hoc eſt non in aliã litterã reſolubilis pfer
tur: quæ tamẽ in ſe cõpoſito nomine cognominari cõmode potuit: unde & ad
elementorum mundi ſimilitudinem uocabulo etiã elementi nonnulli litteras
uocauere. Et ſicut illa ſimplicia ſunt: & coeuntia corpus omne pficiunt: ſic etiã
hæ coiunctæ litteralẽ uocẽ quaſi corpus aliquod cõponunt: ſed diuerſa eloquẽ
di ratione apud græcos & noſtros. Nam cũ apud eos teſte Quintili. libro. xii. de
inſtitutione oratoria nullæ litteræ dulcius ſpirent q̃. y. &. z. altera uocalis: altera
conſonans: quas ut diximus mutuari ſolemus: quotiens illorum nominibus u
timur. neſcio ut idem inquit auctor quomodo hilarior in earum ſcriptura pro
tinus renidet oratio: ut in zephiris: zophyriſq;: quæ ſi noſtris litteris ſcribantur:
hoc eſt his quæ loco ipſius. z. apponere conſueuerant: & cum. i. noſtro ſurdum
quiddã & barbarum efficient ſonum. Sed uelut in locũ earuʒ ſuccedunt apud
nos aliæ triſtes & horridæ: qbus græcia caret: ut. f. quoq;: quæ ẽ ſexta noſtrarũ
pene nõ humana uoce: uel omnino nõ uoce potius inter diſcrimina dentium

eodem teſte effiatur:quæ etiã cũ nõ uocalẽ ꝓximã accæpit: quaſſa quodãmõ:
utiq; quotiens aliquã cõſonantiũ frangit ut in hoc ipſo frangit:multo ſit hor-
ridior. Alia eſt æolica littera ꝑ qua primũ ipſum.f.accæperamus. Deinde ut la
te uidebimus ad aliã poteſtatem.f.redacta.u.conſonantem illius loco ſurroga-
uimus:& nouã illius poſtea formã a Claudio cõptam:etiã ſi repudiauimus ut
infra late uidebimus:uis tamẽ nos ipſa pſequitur: & ineptũ quid reſpectu ſoni
quod apud illos ex digãma reſultabat:efflare uidetur:ut ſeruus ceruus & ſimi-
lia. Alia quæ eſt.q.duras & illa eodẽ teſtãte ſyllabas facit: quæ ad coniungẽdas
demũ ſubiectas ſibi uocales eſt utilis alias ſupuacua: ut equos quare quoniam
cũ etiã ipſe hæ uocales duæ efficiant ſonũ:qualis apud græcos nullus ẽ. Ideoq;
ſcribi eorũ litteris nõ põt. Et nos primã illã ui uocalis amittere ĩ ſequẽtibus oſtẽ
demus. Quid ꝙ plæraq; eodem referente auctore nos.m.quaſi mugiente littera
cludimus;qua nullũ græce uerbum cadite. At illi eni iucunda & ĩ fine pcipue
quaſi tinnientẽ illius loco ponũt:quæ eſt apud nos rariſſima ĩ clauſulis. Quid
ꝙ ſyllabe noſtræ.b.litterã &.d.innituntᷣ Adeo aſpe ut plæriq; non antiquiſſimo
rum quidem:ſed tamen ueterũ mollire tentauerunt:nõ ſolum auerſa ꝓ abuer-
ſa dicendo:ſed in præpoſitione.b. litteræ abſonam & ipſam.f.ſubiiciendo:de q-
bus oĩbus in ſequẽtibus latiſſime diſputabimus:& incipientes ab.a.uim ac pote
ſtatem cuiuſq;:mutationeſq; & alias p ordinem ſubnectemus.

DE VI ac poteſtate.a.litteræ:& cõmutatione in alias uocales.

Gitur apud antiquos noſtros & græcos eiuſdẽ prorſus figuræ fuit:& poteſta
tis ſemper remanſit. Eſtq; tam apud illos:q̃ apud noſtros anceps quidem & li
quida:hoc eſt quæ facile modo ꝓduci:modo corripi poteſt. Sed cũ.e. græcis in
ſcripturam noſtram transferimus illam fere ſemp ſua figura & nomine ac pote
ſtate conſeruamus. Nõnunq̃ uero cõmutamus in.o.ut μαρμαρον marmor:κά
ρύλος corilus. Aliquando in.i.ut κάναστρον:caniſtrum.nõnunq̃ i. æ diph.
ut ἀσκλήπιος Aeſculapius. In quo ſequimur æoles. Illi quiden νύμφαισ pro
νυμφας:φαῖςιν pro φᾶσιν ſcribebant. ſæpe etiam auctoribus Papyriano: Pro
boq; & Priſciano mutatur.a.per deriuationes in uocales alias:ut in.e.modo pro
ductam:modo correptam:productaꝫ quidẽ:ut halitus hanelitus:facio feci:ago
ægi.iacio iæci.frãgo frægi:capio cæpi:quod cum.æ.diphthongo ſcribitur. Cor
reptam uero:ut tango tetigi:cado cecidi:parco pepci: fallo fefelli. Similiter per
compoſitionem.a.producta in.e.productam conuertitur:ut armatus inermis:
arceo coherceo:in.i.modo conſimili ut amicus inimicus. Vnde etiam plæraque
nomina quæ cum uerbis ſiue participiis componuntur:mutant.a.extremã ſyl-
labam nominatiui in.i.correptam:ut arma armipotẽs:ſtella ſtelliger: cauſa cau
ſidicus:tuba tubicen:tibi tibiicen:cum duabus.ii.breuibus. ſed apud plæroſq;
p ſynæreſim in unam.i.longam cõmutantur:& dicitur tibicen:quod ĩ alia hu-
iuſcemodi compoſitione non reperitur.

DE.B.Littera.

Quoq; littera muta eſt:hoc ẽ quæ nõ in ſonũ ſuũ:ſed in ſonũ.e.litteræ termi
natur:hanc græci beta nominãt. Geritq; uirtutẽ & poteſtatẽ mediam ĩter.p.
&.ph. Vnde nec penitus caret aſpiratione:nec plene eã poſſidet. Quare nos ob
litterarum affinitatem dictiones græcas traducentes:nõnunq̃.p.&.ph.in illam
cõuertimus: Vt cũ apud nos πύξος:ſcilicet cũ.p.in prima ſcribatur: apud nos
buxus cũ.b.ſcribitᷣ. Similiter αψυρτος:cum littera.ψ. pro qua nos.ps. ponere
cõſueuimus:ab actoribus noſtris ablyrtus cũ.b.traducitur. Itẽ quod illi cũ lit-
tera aſpirata αμφω:nos cũ.b.hoc eſt ambo tranſcribimus. At ecõtrario ſimiliter
quod illi cũ.b.ſcribunt:nos cũ.ph.aſpirato traducimus:ut θιαμβος triũphus:
de quo in propria dictione uidebimus. Quandoq; uero &.p. exile.ꝓ.ph. aſpira-
to traducimus:ut quod ab illis φοινίκειος cum principali aſpirata ſcribitur: a
nobis puniceus cum exili.p.tranſfertur. Itẽ πορφύρεον purpureum. Quin &
cõtra ubi illi.p.exile ponunt:nos ſæpiſſime aſpiratum traducimus:ut quod illi
Δηιπύλη nos deiphile: quod illi λάπιθαι nos laphithæ: qđ illi υψιπύλη nos
hyphſyphyle cũ.ph.aſpirato ſcribere cõſueuimus. Sed hæc & ſimilia etiã nõnul
li ex noſtris cũ.p.abſq; aſpiratiõe ſcribunt:quod indifferenter in illis poſſe fieri
cõptum eſt. Itaq; cum maiores noſtri ut infra late oſtendemus.f. quod digãma
æolicum erat:in dictionibus noſtris primum ꝓ eo quod nunc.u.cõſonantẽ po
nimus.poſtea ꝓ.ph.aſpirato in latinis dũtaxat dictionibus aſſumpſerint obſer-
uatum a qbuſdam uetuſtiſſimis referente Plinio fuit:ut pro littera.f. ob cognã
tionẽ quã cum.ph.habere uidebatur:ipſum.b.ob litteræ uicinitatẽ tranſcribe-
rent:& bruges cum.b.teſte Quintiliano in primo inſtitutionum pro eo quod ẽ
fruges ſcriberent & pronunciarẽt. Quin & Byrrhus pro Pyrrhus hoc ẽ Ruffus
dicerẽt:Belena pro Helena:quin & ex græco quod eſt βάςκανον noſtri faſcinũ
traduxerunt:ut teſtis eſt Cloatius Verus in libris quos inſcripſit uerborũ e græ
cis tractorum. Quẽadmodum rettulit Gellius libro.xvi.noctium atticarum: &
faſcinare eſſe quaſi baſcinare. Sane cum æoles ſpiritus aſperitatẽ effugientes u-
biq; loco aſpiratõis ipſũ digãma æolicũ.f.ponerent: cõtigit etiã ut in dictiõibus
ĩcipiẽtibus ab.r. quæ ſp ſolẽt aſpirari:nõ cum.f.digãma poſt.r.ſed cũ.b.loco di
gãmi ante.r.ſcriberẽt. Cuius ratio in ꝓmptu eſt:qa cum digãma nõ niſi cũ uo
cali:& in principio ſyllabæ poni poſſit.ut ſimili modo noſtruꝫ.u.cõſonans: qđ
loco illius accæpimus:ſequitur manifeſte ꝙ nõ etiã poſt.r.in eadem ſyllaba po
ni poterat. Qua de re ob litterarum uicinitatẽ tranſferentes æoles quoq; digam
ma in.b.præponebant ipſi.r.ac dicebant βρήτωρ pro rhetor: βρόδος pro rho
dos:& nõ ρFήτορ noc ρFοδοσ ſcribere poterant. At in aliis dictionibus nõ in
cipientibus ab.r.ſed a uocalibus ſemp loco aſpirationis digãma ipſum appone
bant. Vnde teſte Quintiliano ex noſtris nõnulli & fordeum & fædus cum.f. ꝓ
hordeum & hædus ſcribebant. Verum ut Papyrianus refert libr.ii. de orthogra
phia cõſueuerunt antiq noſtri.af.cum digãma.f.pro ab cum littera.b. deſcribe
re. Sed cum poſtea ipſum.u.cõſonans loco digãmi accæperint: qa in fine ſylla
be ſtare nõ poterat:loco eius ipſam.b:litteram poſuerunt. Idẽq; poſtea in nõnul
lis obſeruare placuit:ita ut etiã ubi.u.cõſonans ſtare potuiſſet digãma acciperẽt
& ubi ſibilum dicimus:ſifilum priores cum digamma teſte Nonio Marcellio de
doctorum indagine deſcribebant. Similiter cum non poſſit.u. conſonans ante
cõſonantẽ in eadem ſyllaba poni mutatum fuit nõnunq̃:teſte Priſciano etiam
ipſum.u.conſonans in.b.ut cælebs quaſi cæleſtem uitã ducens. Quid ꝙ.b.ipſũ
in.u.uocalẽ euphoniæ uel differentiæ cauſa tranſire dicitur: ut aufero ꝓ abfe
ro:ne ſi cum duplicato.ff.ſcribatur affero:ex ad & fero cõpoſitum credatᷣ. Vn
de & in preterito reaſſumit.b.& facit abſtuli. Aufugio pro abfugio ut in ſequen
tibus latius uidebimus. Verum ſequente.f.ſolet etiam.b.in ipſum.f.tranſire:ut
officio: ſufficio:ſuffio.item ſequente.c.tranſit:ut occurro:ſuccurro ſimiliter in
g.ut ſuggero in.m.ut ſummito.etiam aliquando.m. non ſequente: ut globus:

glomus in.p.ut nubo nupſi:ſcribo ſcripſi.Nã q̃uis analogia p.b.etiam in preterito cogit ſcribere:euphonia tamẽ Plinio auctore ſupat : quæ etiã nuptam non nubtã & ſcriptũ nõ ſcribtũ p.p.& nõ p.b.dicere & ſcribere cõpellit Vnde teſte Priſciano in nono.b.ante.s.uel ante.t.in principio ſyllabæ : hoc eſt & in eadem ſyllaba inueniri non poteſt:quẽadmodũ &.p.poſſe dicimus:ut ipſe aptus.Nãq; obtineo:abſonus:abſtinens & ſimilia:nõ in principio eiuſdẽ ſyllabæ habẽt coniunctas.b.&.s.uel.b.&.t.cũ præpoſitio ab uel abs a ſyllaba ſequẽtis dictionis ſeparentur.At in nubo uel ſcribo cũ.b.ſequẽtis ſit ſyllabæ neceſſario in.p. cõmutari debet:& eorũ participia ut nuptus ſcriptus atq; ex his deriuata nomina:ut ſcriptor & nuptiæ:quã ſane euphoniã græci obſeruatiſſime ſeruauerũt:ut λέιβω quod in præterito actiui.b.in.p.ante.s.cõmutat & λέλειφα facit.Similiter ſequente.t.ut in præterito paſſiui λέλειπται. Tranſit etiã.b.in.r. ut ſurripio arripio in.s.ut iubeo iuſſi.At ſubſequor cũ.b.ſcribitur ut cõpoſitio ipſa cõprobat quæ eſt ex ſub & ſequor. Suſpicor uero & ſuſpicio quin & ſuſcipio : ſuſtuli nõ ſcribuntur cũ.b.nec duplicant.s.quia teſte Probo a ſuſum uel ſurſum aduerbio ſunt compoſita.nec poteſt duplicari conſonans alia ſubſequente conſonante:niſi ſit muta ante liquidam ut ſupplex.

DE Littera.C.

Littera muta eſt.& exilis omnino ſeu leuis:qa nihil ꝑſus aſpirationis ĩ ſe cõtinet.mutaturq; ĩ uariationibus tẽporũ ut paulo poſt uidebimus qui & ante.n.ſequẽte uocali in eadẽ ſyllaba ponit̃ ut Praxitelesq; cnidi rurſus te marmore ſignet pulchra uenus.quæ ſit nobilis ipſa cnidos. ut latius ĩ ſequẽtibus oſtẽdemus.ꝑfertur tamẽ ſub uoce ipſius.g.ob cognationẽ litterarũ quẽadmodum uidebimus.quom de illa tractabimus.Vt & modo conſimili Cneus & Caius cũ c.ſcribi debent quæ teſte Seruio in uoce ipſius.g.ꝑferre habemus quarum prima cũ.c.ſequẽte.n.tantũmodo cõſueuit uidelicet.Cn.Secunda uero teſte Quitiliano ſola.c.littera ſignat̃ quæ ut ait inuerſa mulierem declarat quia tã Caias eſſe uocatas q̃ Caios ex nuptialibus ſacris apparet.Sane hanc ſcripturã in antiquis ſepulchris nos ſæpe conſpeximus ut de Caio primum ſcriptum comperimus.C.MARIVS.C.F.COS.VII.PR.PL.Item de Caia.SEX ROSCIVS.CL.AEROS.SIBI.ET.LVCERIAE.CONLIBERTAE.SVAE.FECIT.Item ĩ alio in lo.V.ABVRIAE.C.ET.C.L.FELICVLAE.F.& reliqua. Quod aliquando nõ obſeruatum fuiſſe & Caiam:ut Caium.c.littera ſignari cõperimus:ut ĩ alio loco.C.ENNIAE.P.RVBERIVS.CELER.VXORI.CAR. PIENTISSIMAE CVM QVA.VIX.AN.XXXXIII.MENS.VIII.SINE QVERELA. B.M.P. OPTO VALEAS.QVILEGIS.Vnde ut ſæpiſſime conſpicimus conſul cum e.ſequente.o.&.ſ.ſignabatur hoc eſt duabus ſequentibus litteris & abſq;.n.uidelicet.Cos.ita ut ſi.n.interpoſitum fuiſſet conſules in plurali notarentur uidelicet.CONS.ſed hæc Hactenus.ſane tranſit.c. per compoſitiones & deriuationes in alias conſonantes.in.g.ut quadringenti pro quadrincenti:& reliqua.quæ a centum cum.n.ante.c.ſimili modo componuntur adeo ꝙ ubi deeſt. n.ipſũ.c.integrum ſemper maneat ut ducenti.trecenti ſecenti.i.ſexcenti lʒ ſelibra ſit ſingula libra cum dimidia.ut in dictione talentum uidebimus.x.ut dico dixi duco duxi noceo noxa noxius.in.s.ut parco pſi quin & pepci.

DE Littera.D.

Littera muta eſt & media inter.t.exile &.th.aſpiratũ quare nec penitus carʒ



aſpiratiõe:nec eã plenã poſſidet qn &.p.th.aſpirato quandoq; a noſtris trãſfert̃ ut θεόσ deus q̃q̃ alii a Δέομαι qđ eſt timeo deduci uelint:ut in dictiõe deus uidebimus.Sane ipſum.d.mutationes ab auctoribus noſtris accepit diuerſas.& aliquãdo qdem in.b.cõuerſum fuit.& qđ olim duellũ nos iã bellũ dicimus.Iuuenalis in ſatyra Galeatuʒ ſero duelli pœnitet.Vnde Varro li.iii. de origine lĩguæ latinæ ꝑduelles inqt dicuntur hoſtes ut ꝑfecit ſic ꝑduellum & duellũ: id poſtea bellũ & ꝑgit & ab eadẽ cã facta duellona bellona.Quintilia. etiã inqt in primo duellos qdem dicere bellos auſi ſunt.itẽ ſi cõponatur ad cũ dictiõe incipiẽte a.c in aliud.c.cõuertit̃ ut accedo acceſſus acceſſio. Accuſo ex ad & cauſo ut in ſequẽtibus latius appebit.Itẽ cũ dictione incipiente a.q.mutatur.d.in.c.ut acqro ex ad & quæro:fuit etiã.d.in.c.cõuerſũ in ea dicticione qcqd:cuius quarta teſte Quintilia.c.litterã expoſcit:ne.ſ.bis interrogare uideremur: ex quo etiã qcq̃ cum.c.ſcribendũ puto.ne ſi.d.ſcriberetur:mõ cõſimili qd ſit quã interrogare uideamur.Itẽ ſi cõponat̃ ad cũ dictiõe incipiente ab.ſ.tranſit.d.in aliud.f.ut ex ad & factus affectus .Itẽ in.g.ut ex ad & gero aggero.Itẽ in.l. ut allido: de qbus latius in ſequẽtibus appebit.Nõnunq̃ uero & abſq; cõpoſitiõe præpoſitiõis fuit d.mutatũ in.l.nã a ſedeo oli ſedda dicebat̃:quæ nunc ſella dicit̃.In.r.ſimiliter ꝑ cõpoſitionẽ præpoſitionis ad cõmutatur ipſum.d.ut arrideo. Quin & abſque cõpoſitione eius præpoſitionis fuit aliquando teſte Varrone cõmutatum in.r. Vnde ait libro.iii.de originẽ linguæ latinæ meridies ab eo quod medius dies.d.antiqui non.r.in hoc dicebant:ut præneſte inciſum in ſolario uidi:hoc eſt ĩ horologio:quod ex ſole ſignabat.Nõnunq̃ etiam Papiryano teſte.teſte lib.tertio de orthographia cõſueuerunt antiqui noſtri pro ad præpoſitione cum.d. ar cum r.apponere.Dicebantq; aruenas ubi nos aduenas.aruocatos pro aduocatos.arfines pro adfines:aruolare pro aduolare:arfari pro adfari: aruentores pro aduẽtores.Vnde Priſciano teſte oſtenditur.recte arceſſo dici ab arcio uerbo: qđ nũc accio dicimus:quod eſt ex ad & cio cõpoſitum. Quin & arger quoq; pro agger dicebant.Interponitur.d.etiã frequenter in cõpoſitis hiatus ꝓhibendi cauſa:ut ex re & ago dicimus redigo redarguo.Itẽ ex pro & eſt componitur prodeſt.Subtrahitur etiam a modernis qum ſequens ſyllaba ab.ſ.& alia conſonante incipit ut aſcendo:aſpicio:aſpiro aſto.

De.E.Littera.

e Littera uocalis eſt:& nõnullas etiã mutationes aliquando accipit. Nã Quitiliano teſte Meſſalla in lib.de.ſ.littera ſibe & quaſe.e.littera terminata deſcripſit.Idq; etiã in multorum libris ſe cõperiſſe teſtatur.Quin & Titũ Liuium ita his uſum:ex Pædiano dicit ſe legiſſe:qui & ipſe eum ut ait ſequebatur. At conſtat nos illas in.i.litteram cõmutaſſe.Quid quod here pro aduerbio.e.littera tẽpore Quintiliani:ut idem ipſe atteſtatur terminabant quod uetuſtiores.i.littera terminaſſe dicit:ut in ueterũ comicorũ libris etiã tunc quoq; inueniri dixit: ut here ad me uenit.Idẽq; in epiſtolis Auguſti:quas ſua manu ſcripſit: aut emẽdauit depræhendi aſſeruit.Nos uero ueterum ſcriptorum: Auguſtiq; ipſius ſcripturã:& nõ Quitiliani noſtro tẽpore obſeruamus:atq;.i.littera heri finimus:Iuuenalis autẽ q tẽpore ipſius Quitiliani fuit.here ſecundum eius ætatis cõſuetudinem.e.littera finiuit. cum in tertia ſatyra ait.Res hodie minor eſt here q̃ fuit atq; eadem cras Similiter Martialis li.i.epigrãmatũ.Et poſitum eſt nobis nil here præter aprum. Idem in.iiii. cur here quod dederas hodie puer Hylle negaſti.

& aliis ĩ locis pluribus. Quid ꝙ a uetuſtioribus teſte eodem Quintiliano.e.quoq; in aliis q̃multis dictionibus.i.loco fuit:& ſcribebatur:ut Menerua leber mageſter:quæ deinde ſcripſimus. Nõnunq̃ uero & quod per.o.ſcribimus per.e.antiqui noſtri teſte feſto ſcribebant: Vt quáde pro quando:die quinte pro quinto die quarte pro quarto. Pomponius in atellana quæ inetui aſcribitur. Dies hic ſextus cum nihil ægi die quarte moriar fame. Sed id præcipue teſte Gellio lib.vii.noctium atticarum in præteritis more græcorum obſeruabant. Nam græci in quadam ſpecie præteriti temporis:quod παρακειμενον appellant:ſecundaʒ uerbi litteram in.e.plærunq; uertunt.ut γράφω γέγραφα τύπτω τέτυφα ſic noſtri mordeo non momordi cum.o.ſed cum.e.memordi dicebat. Q.Ennius in ſatyris meum inquit non eſt:at ſi me canis memorderit. Laberius in gallis de integro patrimonio meo centum milia nummum memordi. Idem.P.Nigidius. Idem plautus diuerſis in locis obſeruauere. Similiter poſco non popoſci declinabant ſed pepoſci. Valerius Antias libro animalium.xlv.peniq; Lucinius.tr.pl.perduellionis ei diem dixit:& comitiis diem a.M.Martio pretore pepoſcit. Sicq; etiam teſte Gellio.M.Tullius &.C.Cæſar mordeo memordi:pungo pepugi:ſponde ſpeſpondi dixerunt. Item & ubi nos.u.uetuſtiores.teſte Papyriano ſæpiſſime.e.ſcriptitabant. Auger pro augur:augeratus pro auguratus. Cato etiã Cenſorinus Quintilia.teſte dicam & faciam dice & face ſcripſit:eundéque in ceteris modum quæ ſimiliter cadunt illum obſeruaſſe dixit: ut in ueteribus eius libris rettulit apparere. Per deriuationes etiam teſte Priſciano tranſit.e.correpta in.a.correptam:ut ſero ſatus reor ratus:in.e.productam ut lego legi:in.i.ſimiliter ut lego dilligo. Fides pro genere citharæ fidicula & fidicem:nec facit fidis in ſingulari quemadmodum uoluit Priſcianus:quod ab antiquis inauditum eſt: ut infra in dictione apes oſtendemus. Tranſit & in.u.ut tego toga. In.u.ut omnia uerba ſecunde coniugationis: quæ in ui diuiſas ſyllabas formant præteritum eſt & in.xi.deficiunt in ſupinis ut horreo horrui:rubeo rubui:tepo tepui: ferbeo ferbui:egeo egui:frigeo frigui:rigeo rigui & cætera.

DE.F.Littera.

Litteram ſemiuocalem eſſe antiqui grammaticæ ſcriptores aſſeruerunt : eo ꝙ a uocali incipit:& in ſe ipſum terminatur.quibus Priſcianus non aſſentiens mutam eſſe uoluit: Tum quia loco mutæ iam ponitur:hoc eſt.p.&.h. Tũ quia terminalis nominum minime comperitur:& ſemiuocalis neceſſario nomina terminet. Tum quia ante.l.&.r.in eadem ſyllaba ponitur : qui locus mutarum eſt dũtaxat. Tum etiam quia communem ante eaſdem litteras poſitam uocalem facit. Sed hæc hactenus. Verum ut ab exordio huius litteræ : hoc eſt per quem modum ad nos uenerit procedamus. Habebant antiqui æoles litteram hanc:quæ quia duplicis gammæ figuram detinebat:ut & nunc detinet digamma a pleriſq; ex noſtris cognomíata fuit:a nõnullis uero ſibi hoc nomẽ datum fuit:quod apud æoles prius habebat:uidelicet.uau.ab ipſius uoce profectũ teſte Varrone & Didymo:qui id ei nomen fuiſſe oſtendunt. Hanc igitur litterã auctores noſtri pro maxima noſtrarum dictionuʒ cõmoditate ab æolibus eo ꝓ loco accæperunt:quo nos nũc.u.conſonantẽ habemus:& eundẽ ꝓrſus ſonum cũ.u.cõſonáte: q̃ nũc utimur:& tũc quoq; ipſum.f.nos habuiſſe: cũ Priſcia.tũ alii plures artis grámatice ſcriptores atteſtantur. Verum cum dictiones noſtras &.quas ex græcis accæperamus: noſtri ut antiquiſſimi græcorum primitus ꝓ ph.aſpiratũ & nullas p.f.ſcriberemus:uiſum eſt poſtea inter dictiões noſtras & græcas differentia notaretur loco.ph.in dictionibus noſtris digáma.f. accipere In græcis uero antiquam per.ph.ſcripturã obſeruare. Itaq; loco.f.digámi poſuerunt noſtri auctores.u.conſonantẽ:quia teſte Papyriano affinitatẽ in ſono habere uidebatur:& digáma ipſum cum alio ſono in dictionibus latinis loco.ph. ſcribi ſtatuerunt. Poſt hæc autẽ & noſtri ferunt auctores uoluit Claudius Cæſar pro.u.cõſonante ipſum digáma inuerſum hac ſcilicet figura Ⅎ tranſcribendum eſſe:ut propriam haberemus litteram:ubi.u.conſonantem facimus. Idq; noſipſi romæ quibuſdam in locis ſcriptum aſpeximus:ut ſerꞁus pro ſeruus:Ⅎulgus pro uulgus:Ⅎixit pro uixit.e quibus hoc unũ epitaphium inſeruiſſe ſat ſit DIS.MANIBVS SACRVM. SECVNDVS. ℲIXIT . MENS . IX. DIES. XXVI.PETRONIA.NOE.SOROR.EIVS.ℲIXIT.ANNVM.MENSES.TRES DIES.XII.HIC.SEPVLTI.SVNT. Sed quãuis illi recte uiſum ſit. Conſuetudo tamen antiquã ſupauit. Nam necq; hanc ſolam ſed tres litteras Claudius ipſe teſte Cornelio Tacito prioribus noſtris adiæcit:quæ uſui imperitante eo fuerunt poſt oblitteratæ. Et ut idem atteſtatur: aſpiciebantur etiam tempore ſuo in ære publico plebiſcitiſq; per fora templa fixis.

De.G.littera.

g Muta littera eſt:& media inter.c.ſine aſpiratiõe ponit̃:quare nec caret penitus aſpiratiõe:nec eã plene poſſidet:ut ſimili modo de.b.&.d. eſſe oſtẽdimus Nam tres ſunt omnino ſimplices ſeu leues uel exiles.p.t.ſ. Tres aſpiratæ ſeu flatiles & craſſæ:uidelicet.ph.th.ch. Tres mediæ uidelicet.b.d.g.ut de græcis ſimili mõ late infra uidebimus. Vnde ob litterarum uicinitatẽ.k.ſeu.c. noſtrũ in.g tranſferimus:ut κυβερνήτης gubernator κώβιος gobius uel gobio. Iuuenalis in ſatyra. Atticus eximie ſi cœnat inquit:Nec mullum cupias cũ ſit tibi gobio tãtum in loculis. κύκνος cygnus cum.g.media ut qdam ſcribunt. Quin & ꝓ.ch aſpirato ipſum.g.nõnunq̃ traducimus ul ἀράγνη aragne. Alii uero iuxta litteraturã græcã cũ.ch. aſpirato ſcribunt: ut in ea dictione uidebimus. Quin & γνῶσις gnoſis. Vnde gnoſiaq; ardentis:decebat ſtella coronæ. Cõſueuerũt etiã maiores noſtri Varrone teſte libro.i.de origine linguæ latinæ:ubi nos nunc.n. ponimus ante.g.uel.c.ipſum.g.loco.n.græcoruʒ more deſcribere. Et ubi nos angulus illi aggulus cũ duplicato.g.annotare:ubi nos anguilla: illi agguilla: qui iggerũt pro ingerunt:agceps ꝓ anceps. Agichiſes ꝓ anchiſes & ſimilia: quæ oĩa Acciũ noſtrũ obſeruaſſe affirmant. Mutat̃ etiã.g.in uerborũ præteritis:ut oſtẽdũt Papyria.& Priſcia quãdoq; ĩ.ct.ut agor actor:legor lectus:pigor pictus.aliquando ĩ.s.ut ſpargo ſparſi:mergo merſi:nõnunq̃ ĩ.x.ut rego rexi pingo pinxi

De Aſpiratione.

h Vt oſtendunt grámatici noſtri littera nõ eſt:ſed aſpirationis nota: nec aliud litteræ niſi figuram: & quod in uerſu ĩter alias litteras a nobis deſcribitur detinere poteſt. Quod ſane ad uim litteræ minimæ ſufficere ualet: quia ſic quoq; numerorum formæ quædam poteſtatem litterarum detinerent. Præter hoc autem nec uocalis nec conſonans eſſe poteſt:quare nec littera non quidem uocalis : quia a ſe uocem non habet : nec uero conſonans: quia nec ſemiuocalis eſt nec muta : non quidem ſemiuocalis . cum nulla ſyllaba latina uel græca per integras dictiones in eam deſinat:ut in ſequentibus oſtendemus: non etiã muta cũ in eadem ſyllaba cũ duabus mutis bis ponatur:ut phthius: Erichthonius

At nulla ſyllaba plus duabus mutis iuxta ſe poſitis habere poteſt: nec plus tri-
bus conſonãtibus cõtinuari ualet: ut latius Priſcianus noſter hoc ipſum diſpu
tauit: Sed ad alia tendentes cõperimus Papyriano auctore libro ſecundo de or-
thographia latinos noſtros figurã plenã cuiuſdã græce litteræ ad nos pro aſpi-
ratione traduxiſſe: quæ apud illos uocalis eſt: & ſub hac forma. Η. ſcribitur atq;
ita uocatur. Nam ut ſupra oſtendimus: poſt quinq; alias uocales hæ litteræ. Η.
&. ω. mega a græcis cõpertæ fuerũt: ante quas nec aſpirationẽ græci nec latini
habebant: ut etiã in quibuſdam antiquiſſimis inſcriptionibus eã græcorũ q̃ lati-
norũ uſq; ad hæc tẽpora ego ipſi aſpexi. Sed cũ a diligentiſſimis grãmaticis pri
mũ græcis deinde latinis ſpiritus quãdoq; diuerſiſſimus in litterarũ ꝓnuntiati
one annotari poſſe uideret̃: uiſum ẽ æolibus primũ effugientibus ſpiritus aſpi-
ratem. F. digãma pro aſpiratione in quibuſdã dictionibus uti. Quos antiqui ro
mani ſequẽtes loco aſpirationis ipſum digãma quãdoq; etiã apponebant. Vnde
cũ ꝓ illo poſtea. u. conſonantem ſurrogarent: etiã nũc ubi illi Fεσπερα nos ue-
ſpera ſcribimus & ꝓferimus. Et primũ teſte eodẽ Papyriano feſpera ſcribebam⁹
. Item Fεστις nos ueſtis: & primũ feſtis dicebamus. Verũ attici comperta uocali
Η. diuidere illã cœperunt: & partem quidã unã uidelicet ꝑ aſpiratione accæpe.
Alteram uero pro nota exilitatis ſtatuere. Nam omnis dictio apud illos a uoca-
li incipiẽs uel nota aſpirationis: uel exilitatis annotatur. Sed cum iuniores æo-
les teſte Cenſorino facilius ſemicirculũ deſcriberent: uel quia forte propinquior
ad formã digãmæ eſſe uidebatur: cœperunt aſpirationem in ſimilitudinem. c.
noſtri deſcribere: quod pene eandem figuram quam græcum. ς. detinet habere
uidetur: niſi quod non tanta curuitate quanta ipſum. c. noſtrum uel. s. græcũ
aſpiratio ipſa deſignatur: ut ſcilicet apertius priorem formam referre uidetur.
Sed ut in antiquis codicibus græcis: quotidie aſpicimus prior forma ſignata ap
paret: & nomen nouorum æolorum forma deſcribitur. Rurſus & per contrariã
formam notam exilitatis annotare ſtatuerunt græci quæ. ſ. talis eſt. Et ipſam
aſpirationis notam daſeam uocant: quam Gryllus ĩ libro de accentibus ad Vir
gilium flatilem dixit: notam uero exilitatis illipſilem: Gryllus leuem nominat.
Rhemius uero Palæmon exilem uocauit. At latini cum aſpiratõnem in ſcriptu
ra noſtra reciperent: totum. Η. pro aſpiratione ſumpſerunt. Nec illud diuidere
cure fuit: quia exilitatis notam penitus neglexerunt. Ponimus igitur aſpiratio-
nis notam ante uocales omnes: ſed poſt conſonantes tantũmodo quattuor mo-
re antiquorum græcorum: hoc eſt po. c. ut Chremes: poſt. t. ut Thraſo: poſt. p.
ut Philippus: poſt. r. ut Pyrrhus Verum cum Papyriano teſte uetuſtiores græ-
corum notam ipſam aſpirationis in uerſu ut noſtri conſcriberent: actum olim
fuiſſe perpendimus: ut non exercitis latinis in ſcriptura græca confuſionem
quoq; & errorem ipſa aſpirationis nota nonnunquam induceret. Nam tradu-
centes noſtri ab initio dictionis plurimas græcas: quibus indigere uidebamur
contigit: ut decæpti figurarum ſimilitudine id: quod aſpirationis nota erat ꝑ
littera. s. acciperunt & traducerunt: & maxime quia ab æolibus ut plurimum
ſumpſerunt: qui aſpirationem in formam. ς. græci deſignabant. Itaq; cum ſcri
ptum comperirent ςἕρπιλλος putantes primam non eſſe aſpirationem: ſed. ſ.
litteram quam illi in ea figura deſcribunt traduxerunt ſerpillus & non herpil
lus. ſimili modo σερπῶ dixerunt ſerpo & non herpo: σἕξ traduxerunt ſex & nõ
hex: σἕπτα ſeptem & ſimilia quæ plurima cõperiunt̃. Quare cũ nõ minus apd'





græcos ipſos cõfuſionẽ quãdoq; eiuſmodi ſcriptura iduceret: ita ut quod atti-
ci: & nos muſam cum. ſ. ꝓferimus: Boetes muhã hoc ẽ nõ uoce ipſius. ſ. ſed aſpi
rationis: teſte Priſciano in primo ꝓferent. actũ ẽ ab illis ut nõ amplius ĩ uerſu
ipſa aſpirationis nota ſcribatur. Sed ſupra uocalẽ annotet̃: unde iam ſcribitur:
ἕρπιλλος & nõ Ηέρπιλλος: ἕξ & nõ ſex alia ſimiliter. Ideq; de nota exilitatis
obſeruatur: ut ἀπόλλον αὐγοῦστινος: & ĩ aliis mõ cõſimili. At uero ſupra
cõſonantes nulla earum notarũ ſcribitur: niſi ſupra. ρ. quæ ſola inter omnes cũ
principalis ẽ aſpiratiõis nota deſignatur: ut ῥητώρροδόπα ῥαφανος: & ſimi
les: q̃obrem cũ eiuſmodi dictiones traducimus: ſemꝑ cum. r. aſpirato tranſcribi
mus: ut rhodope rhetor: raphanus. Sed an in medio ipſarum dictionum græca
rũ: quas nõ in litteraturã noſtrã tranſcribimus ipſum. r. aſpirari debeat dubiũ
eſſe uidet̃. Quod Priſcianus in primo ꝑ hunc quoq; modũ diſſoluit dicens. r. ſi
ne aſpiratione in latinis ponitur: in græcis uero principalis hoc ẽ initio dictio-
nis poſita: uel in dictione media geminata: & a nobis tranſcripta aſpirat̃ ut Pyr
rhus: Tyrrhenus: & ſimilia: quæ ut ait ex antiqua noſtra ſcriptura aſpirationẽ
in medio ſeruant. At uero quom nõ geminãt. r. abſq; aſpiratiõe ſcribenda ſunt
ut Pyra: lyra ſyria: & ſimiles. Quod quia doctis omibus & approbatis latinis ob
ſeruatur: & nos itidẽ obſeruare debemus: Verum ut omnem aſpirationis obſer-
uantiam: quæ apud græcos habet̃: & ad noſtros ex illorum dictionibus tradu-
citur: facile cõprehendamus: id prius diligenter proſpiciendum eſt: ex conſonã
tibus græcis. ix. mutas eſſe: uidelicet. β. γ. κ. π. τ. θ. φ. χ. Quarum tres quidem
apud illos exiles ſunt ſeu leues: hoc eſt ꝓrſus ſimplices: & quæ nullam intra ſe
aſpirationem cõcludunt. ſ. κ. ϖ. τ. Tres uero aliæ craſſæ & ſpiſſæ: uel ut alii ex
noſtris uocant: flatiles: uidelicet. θ. φ. χ. Rurſus & aliæ tres quæ mediæ nuncu-
pantur uidelicet. β. γ. δ. quaſi medium quendã inter ſpiſſas & exiles ſonũ ſint
continentes: ut. β. inter. ϖ. &. φ. ſimiliter. γ. inter. κ. &. χ. & ſimili modo. δ. inter
τ. &. θ. & ut ſimilia de litteris noſtris eſſe uidimus. Vlterius quoq; & aliud dili
gentius perſpiciendum: ut qum duæ dictiones cõponuntur: quarum una ĩ uo
calẽ deſinit: & alia incipit a uoccli ĩ dictiõe cõpoſita nõ retinet̃ uocalis: in quaꝫ
prima dictio: que cõponitur deſinebat: ut ſi præpoſitionẽ hanc græcã παρα cũ
hoc pronomine ἐμοῦ componamus: abiicitur. α. in quod deſinit præpoſitio: &
ſcribitur: ϖαρἐμοῦ & non ϖαραἔμοῦ. Quin & ut tam abiecto litteræ: q̃ cõpoſi
tio deſignetur ſæpiſſime ponũtur ſupra locũ: unde talis littera eſt abiecta duo
ſigna: ut ſupra ſtatim annotauimus. Vnum q̃dem ſemꝑ in modũ ſemicycli exi
litatis: hoc eſt primum: quo reiectam uocalem fuiſſe notatur. Secundum uero ĩ
formam eius notæ: quam uocalis ĩ initio dictionis ſequẽtis poſita ante compoſi
tionem habebat: utputa aſpirationis uel exilitatis: quo uocaleꝫ illam ſic ante cõ
poſitionem fuiſſe ſignatã denotatur: quoniã ut diximus omnis dictio græca a
uocali initiũ ſumens uel ſigno exilitatis uel aſpirationis ſignatur. Si ergo ſequẽs
dictio ſigno exilitatis ſignata fuerit: ſignũ illud ſecũdo loco poſitũ remanebit ut
ĩ exẽplo præhabito. Sin uero ſignata fuerit aſpiratiõis nota: & illa eadem ſecun
do loco poſita remanebit: ut ſi cum hac dictione ὁδοσ: quæ in initio aſpiratur
eadem præpoſitio ϖαρα cõponatur ſcribetur ſic quoq; ϖαροδοσ ubi primuꝫ
quidem ſignum ſignificat uocalẽ inde fuiſſe abiectam. Secundum uero uocalẽ
alterius dictionis ante cõpoſitionem fuiſſe aſpiratã. At uero uetuſtiſſimos nul
lum ex his ſignis appoſuiſſe conſpeximus: ut ex antiquis inſcriptionibus ĩ mar

more ſculptis ſæpius ãnotaui.Sed id ulterius ꝓſpiciendum ẽ : ꝙ ſi in eiuſmodi
cõpoſitione ſequens dictio ab aſpirata uocali incipiat:utputa ὁδός:& prior di
ctio quæ cõponitur in uocalẽ cũ una illarũ conſonantiũ : quas exiles diximus
terminari cõtingat:ueluti ſi hanc præpoſitionẽ μετα:quæ habet τ conſonantẽ
exilẽ ante ultimã uocalẽ uelimus.cũ hac dictione ὁδὸς cõponere p ea quæ ſu-
pra diximus:uocalis ultima a præpoſitione præfata abiicit̃.Itaq; ſcribẽda eſſet
cõpoſita dictio ſic:uidelicet μετοδοσ.Sed quia uocalis illa quæ ſequẽtis dicti
onis eſt initium aſpirata erat:ex ipſo.τ.cõſonante exili:quod erat dictionis præ
cedentis ex ea aſpiratione.quæ erat ſequẽtis litteræ.alia quædam littera in ſe ip
ſa aſpirata conficitur. uidelicet.θ.quæ nihil prorſus aliud eſt q̃.τ.ipſum aſpi-
ratum:qua re exilẽ tunc quoq; conſonantẽ puta τ in aſpiratam ſibi correſpon
dentem cõuerſam dicimus:puta in.θ.& ſcribimus ac ꝓferimus μέθοδος.Quã
ſaue dictionem ſi latine tranſcribere uolumus:tũ aſpiratione methodum tran-
ſcribemus.Similiter.π.quæ conſonans eſt exilis in.φ.aſpiratã cõuerti põt: ut ſi
præpoſitionẽ hanc επι cum hac dictione ἡμέρα:quæ in princpio aſpiratur cõ-
ponamus:ſcribemus:& ꝓferemus ἐφημερα:hoc ẽ ephemera.Itẽ ex eadem.præ-
poſitione επι & ηβη aſpirata:quæ eſt pubertas cõponitur ἔφηβοσ : qui eſt pu-
bes.Vnde ſimiliter apud nos cum.ph.aſpirato ſcribendũ eſt.ſ.ephebus:ubi nul
la eſt diphthongus.ſimiliter de.κ.dicẽdũ eſt quod in.χ.litterã aſpiratam cõuer
titur:cũ ſcilicet modo cõſimili cõponi illud contingit: ut ſæpius in ſequẽtibus
apparebit.Verũ & hæc quoq; quæ diximus ſæpiſſime abſq; cõpoſitione ab anti
quis obſeruata fuiſſe uidemus:dũ.ſ.ſimili modo:ut diximus dictiones inuicem
terminantur:& apud eorũ poetas:primũ ablatuʒ fuit.ε.deinde.τ.exile propter
aſpirationem uocalis in alia dictione potiſſimum Home. circa initium Iliados
ἀλεισθαι θἱέρηα:ubi a τε cõiunctione græca ſequẽtis:quæ eſt ἱερηα conuerſũ
fuit in.θ.aſpiratũ.Sane abiecto litterarum uocalium in quas terminantur dicti
ones cũ ſequẽs icipit a uocali ubiq; fere a poetis græcis obſeruatur.Home. ὑμιν
μεν θεοι δοῖεν ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχοντεσ ἐκπερσαι πριάμοιο πόλιν εὖ δ᾽ ὁ
ικα δικεσθαι.At in uerſibus poetarum noſtrorũ hoc nõ i ſcriprura aut ꝓnũti
atione uerſus:ſed in ſcãſione tantũmodo obſeruamus. Græci uero nõ ſolum id
in uerſu:ſed etiam in ſoluta oratione obſeruant:ut Demoſthe.contra Aeſchinẽ
ἐστειοθπερέςτι μαλισθυπερ ὑμῶν:ubi non ſolũ abiecta fuit uocalis littera:ſed
duobus in locis cõuerſum fuit.τ.exile.θ.aſpiratũ.Sunt amen nõnullæ dictio-
nes quæ abſque alicuius dubitatione cõpoſitæ eſſe uidentur:& has obſeruã as
neq; a græcis:neq; a noſtris habuiſſe cõſtat:ut Ariſtippus quæ ex ἀρίστος:q ẽ
optimus:& ἵππος qui eſt equus componitur:& ſecundæ dictiõis prima aſpira
tur:quæ cũ.τ.exili cõiuncta aſpiratõeʒ amiſit.Similiter Cratippus Leucippus
Alcippe:quæ omnia ex hippus aſpirata dictione componũtur: & aſpirationem
abiiciunt atq; exilem conſonantem conſeruant:quod forte ex eo fieri potuit: ut
compoſitorum certitudo magis innoteſceret.

DE.I.Littera.

Littera uocalis eſt:& unica ſola figura a noſtris ſcribit̃. A græcis uero tripli-
ci uarietate figuræ notatur.Nam quidẽ una in forma ipſius.i.noſtri deſcri-
bitur: quod ipſi græci.i.paruũ uocant. Alia uero in alterius littere forma: quã
Pythagorã adinueniſſe quidã ferunt:& quã illi.y.pſilon hoc eſt ſubtile uocant.
Nos quia illud in ſolis dictiõibus græcis trãſcribimus.y.græcũ uocamus: quæ
ſane duæ litteræ apud illos ancipites ſunt & liqdæ:hoc eſt que facili modo cor-
ripi modo produci poſſunt.Tertiæ uero litteræ figura preter has duas adinuẽ-
ta fuit:& uocatur ab illis ita : quam ſane litteram:ut ſupra diximus:longam illi
ſemper ſtatuerunt.Quin & preter hãc triplicẽ ſimplicis litteræ formã: duas ha-
bent græci diphthõgos:quæ eundẽ cum illis ſonũ cõtinere uidentur uidelicet
ει & οι:ut infra late uidebimus.Itaq; cum in dictionibus græcis nos primum.i.
quod puũ dicunt:cõperimus:illud apud nos tranſcribẽtes ſemp fere in ſcriptu
ra noſtra ſeruamus:ut σικελια ſicilia:κιρκησ Ciceres: φιλοσοφια philoſophia
& alia innumera.in qbus paruum.i.ut ab illis ſcribitur:ſic a noſtris cõſeruatur.
Nõnunq̃ uero tranſferimus in.e.ut νηρευσ Nereus:& maxime ubi diphthõgus
ex.o.&.i.ponitur:ut infra latius differemus:nec apud nos.i.ſemper uocalis eſt
ſed quandoq; in conſonantẽ litteram tranſit: ut & ſimile de.u. uidebimus:q lʒ
tam cõſonantes q̃ uocales unum nomẽ & unam figuram teneant: tamen quia
diuerſum ſonum:& diuerſam uim habeant in metris:& in ꝓnunciatione ſylla-
barũ:nõ pro eiſdẽ litteris & elementis accipi poſſunt: ut Cenſorinus & Priſcia-
nus doctiſſimi artis grãmaticæ atteſtant̃: nã ut aiunt:tantum fere intereſt ĩter
uocales cõſonantes:quantum inter animas & corpora. Animæ per ſe mouent̃.
ut Platoni uidet̃:& corpora mouent.Corpora uero nec per ſe ſine anima moue
ri poſſunt:nec animas mouent:ſed ab illis mouẽtur.Vocales ſimiliter per ſe mo
uentur ad ꝑficiendam ſyllabam:& cõſonantes ſecum mouent.Conſonantes ue-
ro ſine uocalibus immobiles ſunt.Verum.i.noſtrum quom cõſonans fit:modo
quidem pro ſimplici cõſonante:modo uero pro duplici accipitur . Pro ſimplici
quoq; tunc habetur:quando ab ea incipit ſyllaba in principio dictionis poſita
ſubſequente uocali in eadem ſyllaba:ut Iuno Iuppiter:Pro duplici autem quan
do in medio dictionis ab ea incipit ſyllaba poſt uocalem ante ſe poſitam ſubſe-
quente quoq; uocali in eadem ſyllaba:ut maius peius eius:in quo loco antiqui
ores noſtri ſolebant geminare eandem.i.litteram:ut maiius peiius eiius:quæ ſa-
ne orthographia uſq; ad Ciceronis tempora in aliquibus dictionibus perdura-
uit.Ita ut referat Quintilianus Ciceroni placuiſſe aiio maiiãq; geminata.i. ſcri-
bere:Quæ ſane nõ aliter pronunciari poterant:ut etiam Priſcianus ipſe atteſta-
tur:q̃ ſi cum ſuperiore ſyllaba prior.i.cum ſequente altera ꝓferetur : hoc eſt ut
prior.i.cũ priori ſyllaba:& ſequens cũ ſequẽti iungatur ut tellus: uannus & ſi-
milia ꝓferuntur.nã duo.i.pro duabus conſonantibus accipiebant:& eadẽ cõſo
nans in eadẽ ſyllaba geminata iungi nõ põt:Vnde Pompeii quoq; genitiuum
p tria.i.ſcribebant:quorum duo ſupiora loco conſonantium: & poſtremum ꝓ
uocali accipiebant.Quod Cæſari artis grãmaticæ doctiſſimo placitum a Victo
re comprobatur.nõ enim alio modo tres.i.in una ſyllaba pronũciari potuiſſẽt
cõperitur nõnunq̃.i.littera & pro ſimplici cõſonante in medio dictionis poſita.
Sed in cõpoſitis:ut iniuria/adiungo/reiectus/reiice:quod ultimũ cũ geminata.i
ſcribitur:quarum prima in initio ſyllabæ cõſonans ſimplex eſt:cum uocalis an
te illam breuis a Virgilio in bucolicis ponatur:quom ait Tityre paſcentes a flu-
mine reiice capellas:ubi ꝓceleumaticon:quod ex q̃ttuor breuibus conſtat:pro
dactylo poſuit:hoc inſup annotandũ.i.litterã pro cõſonante poſitã aſpirari nõ
poſſe:quom nulla conſonans ante ſe aſpirationẽ recipere ualeat. Vnde hiulcus
triſyllabũ nõ biſyllabũ teſte Priſciano dici põt.Verum & ipſum.i.cõſonans.p.t.
quandoq; apud antiquos poſitum fuiſſe cõperimus.& cũ apud alios: tũ apud

Liuium ſæpenumero annotauimus:ait enī de ſecūdo bello punico libro.i. nūc
poſtq̄ multo maiorem partē itineris emenſam cernant:pyreneū ſaltum inter fe
rociſſimas gentes ſuperatum:rhodanū iantum amnē tot milibus gallorum pro
hibentibus domita etiā ui fluminis traiectum in conſpectu alpes habeant:dixit
iantum pro tātum:nam teſte Quintiliano ſic iam ut tam ſcribitur. Quid quod
ab antiquis noſtris nōnullis dictionibus ipſum.i.præter cōmunem noſtrorum
uſum fuit adiectum:& a nōnullis quandoq; detractum:nam pluria cū.i.ante
extremum a ab antiquis dictum fuiſſe oſtendit Gellius circa finem libri.v.no
ctium atticarum ex auctoritate.M.Catonis.Q.Claudii. P.Nigidii.M. Varro
nis.imo refert ſinnium Capitonem doctiſſimum uirum in epiſtola ad Pacuui
um labeonem p rationes grāmaticas docuiſſe pluria cum.i.ante.a.latinum eſſe.
plura abſq;.i.barbarum.atq; id quoq; abſolutum & ſimplex eſſe non compara
tiuum:quin & eo quod eſt compluria aduerbium factum compluries: ut Plau
tus in Perſa:&.M.Cato in.iiii.originum poſuerunt. Quid q eodem Gellio teſte
in.iiii.eiuſdem operis.M.Varro &.P. Nigidius non aliter locuti fuerunt & ſcri
pſerunt:q̄ ſenatuis & domuis & fluctuis cum.i.poſt.u.& ante.s.in genitiuo: ab
eo quod dicimus ſenatus & domus fluctus.Et in ueteribus libris Terentii comi
ci ſcriptum dicit eius anuis opinor eam quæ eſt mortua. Ita ut per ablationem
ipſius.ſ.datiuus ipſe formari habeat:ut ſenatui domui fluctui.Quid quod non
nullis hæc datiui terminatio in ipſum.i.nō placuit: & magis in ipſo datiuo do
mo ſenatu fluctu dixerunt:q̄ cum adiectione ipſius.i. Lucilius ī eodem caſu ui
ctu & anu dicit:non uictui & anui in hiſce uerſibus: Quod ſumptum atq; epu
las uictu proponis honeſto & in alio loco:anu noceo inquit. Virgi.quoq; in ca
ſu dandi aſpectu dicit non aſpectui.teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. & in geor.
quod nec concubitu indulgent.C.autem Cæſar grauis auctor linguæ latinæ ī
anticatone:Minus inquit arrogantiæ ſupbiæq; dominatuq;.Item in Dolobella
actionis illibuiſti:quorum in ædibus faniſq; poſita & honori erant & ornatu. ī
libris quoq; analogicis eodem Gellio teſte omnia iſtiuſmodi ſine.i.littera dicen
da cenſet. Quid q in genitiuis nominū quintæ declinationis loco ipſius ultimi
.i.quod apud nos terminari conſueuit:plæraq; ætas ueterum ponere cōſueue
rat.s.& non huius faciei:ſed huius facies declinabant. Q. Claudius libro prio
annalium nemo audebat inquit propter magnitudinem atq; imanitatem faci
es.ſ.cum gallo quodam uelle pugnare. Ciceronem quoq; affirmat Ceſellius in
oratione quam pro.P.Sextio fecit:dies ſcripſiſſe p diei.Verba hæc ſunt.M.Tul
li:equites uero daturos illius dies pœnas.Quo circa factum hercle eſt: ut facile
his crederet Gellius libro.viii.noctium acticarum qui ſcripſerunt idiographu
librum Virgilii ſe ſe inſpexiſſe:in quo ita ſcriptum erat:Libra dies ſomniq; pa
res ubi fecerit horas.i.libra diei ſomniq;:Sed ſicut hoc ī loco dies a Virgilio ſcri
ptum uidetur:ita in illo uerſu non dubitauit Gellius quin dii ſcripſerit p diei
quom dixit:Munera lætitiáq; dii.Sic enim dies huius dii a ueteribus declinatū
refert:Sicut etiam facies facii:progenies progenii:acies acii.Cn. Marius in Ilia
dis.xxi.Altera pars acii uitaſſent fluminis undas.ſimiliter ſpecies ſpecii: ut ide
Marius in.xiii.An maneat ſpecii ſimulacrū in morte ſilentum.Luxuries luxu
rii.C.Gracchus de legibus promulgatis:Ea luxurii cā aiunt inſtitui. pnices p
nicii.M.Tullius in oratione qua Sex.Roſcium defēdit:teſte Gellio prefato lib.
ix.ſic ſcripſit.Quorum nihil pnicii cā diuino conſilio:ſed ut ipſa & magnitudie

rerum factū putamus. Sane.C.Cæſar in libro de analogia ſecundo huius die &
huius ſpecie dicendum putat.Vnde & ipſe quoq; Gellius in Ingurtha Saluſtii
ſummæ fidei & reuerendæ uetuſtatis libro.Die caſu patrio ſe īueniſſe affirmat.
Verba uero illa ita fuiſſe refert:uix decima parte die & reliqua. Sane per deriua
tiones tranſit.i.noſtrum in alias uocales in.a.ſic genus generis generatim. pau
lus pauli paulatim: in.e. fortis forte: ſapiens ſapientis ſapiēter in.o. ut pater pa
tris patronus:Et patro uerbum:olli pro illi:ſaxu ſaxi ſaxoſus. & hæc hactenus
Nunc de.y. græco quod illi ypſilon.i.ſubtilem uocāt inſpicientibus hoc primū
tenendum eſt:ſi dictiones græcas tranſcribimus:& illius ſonum in dictionibus
a nobis deſcriptis conſeruamus:& apud græcos per eiuſmodi.y. græcu ſcribū
tur.Semper nos & illas per ipſum.y.græcum ſcribere deberemus:eo quod ſubti
liorem quodāmō ſyllabā in metro habere uiſum ſit:hoc eſt fere in diuiſis ſylla
bis:& quodāmodo coniunctis & nos græcā ſcripturam in ſuis dictionibus con
ſeruare debemus.Sed quia illud aliquando in alias litteras cōmutæmus: de eo
latius ſuo loco tractandum erit.At uero aliud quod ita uocant:& ſub aſpiratio
nis noſtræ forma deſcribunt:raro enim nos ſonum eius in noſtra ſcriptura ſer
uamus. ſed aliquando quidem in.a.noſtrum conuertimus: ut ηερ aer: ελένη
Helena.αύλή aula:φήμή fama:φύγη fuga:ſiquidem hæc duo ultima potius
a græco:quam græcum ab illis deriuetur.Quod ſane quo ad hoc in idem tēdit
de quo alias uidebimus.Aliquando uero:immo fere ſemper in.e.productā trāſ
ferimus:ut ησιόδοσ Heſiodus ομήρόσ Homerus: ηρακλιδης Heraclides: &
mille alia. Aliquando autem in.æ.diphthongum tranſferimus: ut σκήνη ſcæ
na:quæ teſte Priſciano libro primo apud nos cum.æ.diphthongo ſcribitur:qđ
in antiqs marmorum inſcriptionibus obſeruatū cōperi:ut in ea dictione latius
uidebimus:Similiter æthica:cæra:& alia nōnulla teſte Apuleio grāmatico cum
æ.diphthongo ſcribuntur:quæ ab ipſo.η.traducuntur:ut in dictiōe æthica ex
preſſius declarabimus.Sed ut diximus nulla a Priſciano notatur niſi tantū ſcæ
na.Ruſus & nōnunq̄ ipſum.η.in ſonum.i.noſtri & litteram trāſcribimus: po
tiuſq; paraliticum cum.i.latino ſcribimus & pferimus:q̄ p.e. pacletum tradu
camus:quod tamen a κλητός:quod uocatus interpretatur:& per.η. ſcribitur:
cōpoſitū cōſtat.Simili mō kyrieleiſon cū.i.noſtro in penultima ſcribit:& pfert
& tamen ab ἐλέησον cōponitur:quod cum.η.apud illos ſcribit.Eodem modo
ephimera quod ab ἡμέρα componitur.Sed hæc q̄rariſſime habentur.

## De Littera.K.

k Vt ſupra diximus penitus ſuperuacue recæpta fuit:qum.c.ad omnia pro q
bus nonnulli utuntur.k.commode ſcribi poſſit.Vnde compertu habeo ex
Papyriano diligentiſſimo grāmatico. Nigidium figulum nunq̄ in cōmentariis
ſuis uſum fuiſſe.k.aut.q.Nam teſte Priſciano quanuis in uaria figura & uario
ſint nomine.k.q.&.c.tamen quia eandem uim habent tam in metro q̄ in ſono:
pro una eadēq; littera accipi debent.

## De Littera.L.

l Semiuocalis littera & liquida dicitur:hoc eſt quæ incipiens ab.e.in ſonu p
prium deſinit:& quæ poſt mutā in eade ſyllaba poſita:mō longā mō breuē
præcedentem ſyllabā facit:longā qdem ut Virgi.in.viii.fit:Thmai cōiunx lon
gæua dorycli:ubi.i.ante cli pducitur:quam alio loco correptam poſuit: quom
ait:Eſt dorycli cōiunx diuini ſigna decoris.Habetq;.l.ipſum teſte Plinio libro.i.

de arte grãmatica triplicẽ ſonũ:exilem quando geminatur ſecundo loco poſita
ut ille Metellus.Plenũ quãdo finit nomina uel ſyllabas: & quãdo habet ante ſe
in eadem ſyllaba aliquã cõſonantẽ:ut ſol ſilua flauus clarus. Mediũ in aliis ut
lectus lecta lectũ.Verũ cõſueuerunt antiqui cõplures nũq̃ in capite dictionis.
l.ipſum ſcribere:ſed ſemp illi unũ.s.cũ.t.alia conſonante præponere uoluerũt
ut teſte Quintiliano ſtlotũ pro lotũ:ſtlitũ ꝓ litiũ ſcribebat: quæ ſcriptura ĩ ali-
quibus in ſcriptionibus etiam uſq; ad hæc tempora cõſpicitur:ut epigrãma in-
dicat:quod in regione frentana apud hiſtonium his uerbis inciſum eſt.Scæua.
quæſtor decemur ſtlitibus iudicandis.s.c. poſt quæſturam & decem uiratum
ſtlitium iudicandarum tribu.pl.& reliqua.Item romæ extra portam populi ad
quartum lapidem.M.Antonii Antii.Lupi.Pr.Patricii.Aug.quæſtor Sodal.Ti
tii.trib.milit.Leg.ii.Adiu.Tr.ple.fidel.x.uir.Stlit.Iud.& reliqua: quid quod ip
ſum.l.in.d.nõnunq̃ conuerſum legimus.ut Virgi.in.Tityro:Silueſtrem tenui
muſam meditaris auena:meditaris cum.d.pro meditaris.quõ.ſ. per antiſtœchõ
teſte Seruio ſcripſit:nam melitaris dicere debuit:quaſi dulce canis:quod a græ-
co uerbo μελετάω deductum fuit:idq; a μέλι:quod mel denotat originẽ ſum
pſit.Solebant etiam antiquiſſimi græcorum.l.pro.n.ſcribere.Vnde quinquagi
ta quoq; numeri ſignum:quod illi iam per.n.ſcribunt: nos per.l.more illorum
antiquiſſimo ſcribimus.Tranſit etiam per deriuationes in alias conſonantes in
r.tabula taberna Priſciano teſte.in.x.ut paululum pauxillum:mala maxilla:ue
lum uexillum.Quin & ipſum.l.declinando per omnes caſus imutabilis perma
net:ut ſal ſalis:& in reliquis.Idem facit.n.&.r.ut flumen fluminis:Cæſar Cæſa-
ris:non autem reliquæ conſonantes:

DE.M.Littera.

Semiuocalis eſt:& ab aliquibus non irrationabiliter inter liquidas Priſciano
teſte cõnumeratur:qui poſt mutam in eadem ſyllaba poſita : modo longam
modo breuem præcedentem uocalem efficit:ut exemplis ille græcorum oſten-
dit.nam de hoc quoq; latinorum nullum ego comperire in noſtris poetis ualui
nec ipſe aliquid ĩducit.Quid ꝙ ſola ex ſemiuocalibus poſt.s.ponitur:quod mu
tarum eſt proprium:ut Smyrna:ſmaragdus. Quid ꝙ etiam ante liquidam : ut
ſamnis ſamnitis : hoc eſt homo de ſamnio:ubi eſt beneuentum: Rãnes rãnetis:
nomen poetæ proprium.nõnunq̃ etiam ante.s.poſita in finali alicuius nomis
ſyllaba more mutæ per interpoſitionem.i.facit genitiuum ut hyems hyemis:ſi-
cut inops inopis:cælebs cælebis:& nunq̃ ante ſe:nam longam uocalem patitur
in eadem ſyllaba eſſe:ut illam:illum:artem:pupim:fluctum:rem: ſpem:diẽ: cũ
aliæ omnes ſemiuocales hoc habeant:ut ſol pean par Mecœnas pax.Tranſit Pri
ſciano teſte per deriuationes in.n.maxime.d.uel.t.uel.c.uel.q.ſequẽtibus ut tã
tum tantundum:idem identidem:eorũ eorundem:num nũcubi:ut Plinio pla-
cet nũquis nunq̃.Nam nãq; ipſo auctore Priſciano:unde eo teſte am præpoſitõ
f.uel.c.uel.q.ſequentibus in.n.mutat.m.ut anceps anfractus anciſus anquiro
Verũ ſi cũ dictione incipiẽti a uocali cõponatur:remanet.m.& intercipitur.b.
ut ambitus ambeſus:ambuſtus ambages:ideq; in cõburo cõbuſtus.Sane in me
tro plærũq; ſubtrahitur.m.ſi a uocali ſequens incipiat dictio: ut Virgi.i primo
æneidos.Illũ expirantẽ tranſfixo pectore flãmas. Vetuſtiſſimi tamẽ nõ ſemper
eã ſubtrahebant:Ennius in.x.annaliũ : Inſignita fere tũ milia militũ octo: & ut
ſcribit Pli.libro.de arte grãmatica.m.in extremitate dictionũ obſcurũ qd ſonat:

ut templum apertum:principio ut magnus:in mediis mediocre ut umbra.

De.N.Littera.

n Semiuocalis eſt:& ut refert Priſcianus non rationabiliter a quibuſdam inter
liquidas connumerata:cum in eadem ſyllaba poſt mutas: communes faciat
præcedentes ſyllabas.Ouidius in.x.metamorphoſeos:Piſcoſamq; cnidon graui
dãq; amathunta metallis.Tranſitq; p deriuationes & in diuerſas cõſonantes:ut
tractant Papyrianus & Priſcianus.In.g. quoq; ut ignoſco cognoſco cognatus
ignarus & ſimilia.poteſt tamen in qbuſdam eorum per conciſioneʒ adempta ui
deri.n. cum in ſimplicibus per adiectionem inueniatur.g. ut gnatus: gnarus.
Tranſit etiam in.l.ut unus ullus:nullus:uinum:uillum:cathena cathella: bo-
nus bellus:catinum catillum.Similiter collega colligo:illido:collido.Tranſit in
m.& hoc ſequẽtibus.b.uel.m.uel.p.auctore Plinio:Papyriano:Probo:& Priſcia
no:ut imbibo:imbellis:immineo immotus:improbus:impello.Aliquãdo ſola uo
cali ſequenti ut in comedo uerbo:quod ex con & edo componitur. Tranſit in.r
ut corrigo:corrumpo:irrito.Quam ſane mutationem naturali quadam uocis
ratione fieri dixit Priſcianus propter celeriorem motum linguæ laborumq; ad
uicinos facilius tranſeuntium.pulſus.Tranſit etiam in.s.ut ſcindo ſciſſus: fin-
do fiſſus.In.t.ut canis catulus catellus.In.c.ut ecquid pro enquid.Abiicit quã
doq;.n.in preteritis uerborum:ut linquo liqui:uinco uici. Sane ſi ſint nomina
græca neutra deſinentia in.o.cum.ον transferimus ipſum omicron in.u.&.n.
in.m.cõmutatur:ut παλλάδιον palladium:πήλιον peliuʒ.Si uero ſi.ω.ma
gnum conſueuimus.n.litteram abiicere:& ipſum magnum in.o.noſtrum com
mutare:ut ἀπόλλων:Apollo λέων leo:δράκων draco : excæptis nonnullis
quæ terminatione græca ſcribere cõſueuimus:ut Xenophon:Demophoon:Ly-
cophron:Menicion:Agamẽnon:Ammodo: & alia nonnulla. Econtrario græci
conſueuerunt traducentes dictiones noſtras in.o. deſinentes ſuperaddere.n.ut
Cicero κικέρων:Cato:κάτων:ſimiles eodem modo.

De.O.Littera.

o Littera uocalis:quam teſte Plinio libro.i.de arte grãmatica aliquot Italiæ ci
uitates primitus nõ habebant:& hi maxime erãt umbri & tuſci: loco cuius
u.ponere cõſueuerant:ut huminem ꝓ hominẽ:frundẽ pro frondẽ: gungrũ ꝓ
gongrũ q ẽ piſcis:cunchin ꝓ chonchin.fretu ꝓ freto.Lucretius li.i. Anguſtoq;
fretu rapidũ mare diuidit undis.Itẽ li.iii. Atq; ea nimirũ quæcũq; acherunte ꝓ-
fũdo.acherunte pro acheronte poſuit:quæ ab iunioribus tanq̃ dicta ruſtico mo
re repudiata fuerunt. Fuit aliquãdo.o.in.e.conuerſum.Nam teſte Quintilian
tiqui uortices & uorſus cæteraq; ad eundem modũ ſcribebant: quam primum
ſcripturam Scipio aphricanus in.e.litteram uertiſſe dixit. Vnde ceruon etiam
& ſeruon cum.o.littera ultima etiam ex alio quodam capite ſcribere conſueue-
rant:qa ſubiecta ipſi.u.conſonanti uocalis in unum ſonum coaleſcere & cõfun
di nequiret.Sed de hoc latius in littera.q pertractabimus. Rurſum & in dictio-
nibus græcis nõnunq̃ transferentes illarum quaſdã ipſum.o.in.e.noſtrũ cõuer
timus:ut γόνα genu:πόσ ut ſcribunt æoles:uel ut alii cum diphthõgo πούσ
nos pes unde cõpes quod antiqui more æolum cõpos cum.o. ſcribebant. Item
ubi græci ὀδόντεσ ſcribunt:nos primuʒ.o.abiicimus:& ſecundũ in.e. noſtrũ
conuertimus: atq; dicimus dentes : qn & in dictionibus noſtris.Antiqui quoq;
Priſciano teſte amplocti ꝓ amplecti. & animaduorti pro animaduerti dicebant.

Item quod nos die quito & die nono:antiquiores teſte Gellio libro.x.noctiū at
ticarum die quinti & die noni pro aduerbio copulate dixerunt. M. Cato libro
originum.Igitur dictatorem carthaginenſium magiſter equitum monuit.Mit-
te mecum romam equitatum die quinti:in capitolio tibi cœna cocta ſit.Diuus
Auguſtus in epiſtolis uerba ſolēnia prætoris ponens inquit die noni prætor di
cit quiritibus cōpitalia erunt.Die priſtini quoq; eodem modo dicebatur: quod
ſignificat die priſtino.i.priore:quod ut ait Gellius uulgo pridie dicitur conuer
ſo cōpoſitionis ordine quaſi priſtino die.Atq; idem ſimili figura de craſtini di-
cebatur.id erat craſtino die.Similiter.M.Cato in oratione contra Furiū die ꝓxi
mi dixit.Sed ut ait Gellius extremam iſtius uocis die quinti ſyllabam tum p.e.
tum per.i.ſcriptam legi:ut etiam nos ſupra uidimus in littera.e. Nam ueteres ī
differenter præficiſtine & præficiſtini:proclíue & procliui:atq; alia multa uarie
q; dixerunt.Nōnunq̄ ex dictionibus græcis.o. cōuertimus in.i.cum eas latine
tranſcribimus:ut πρωτος primus quo ſepe uſus fuit Homerus Δμῶος Dmo-
is.i.ſeruus.Quid quod ubi græci terminant dictiones os nos plærūq; illud.o.ī
u.cōmutamus ut Νικόλαος Nicolaus:κῦρος Cyrus κύπρος cyprus:σπονδε
ῖος ſpondeus:πέλαγος pelagus.Excipiuntur nōnullæ quas non in us ſed in
er cōmutamus:ut ἀγρός ager:μελέαγρος Meleager:καΰστρος cayſter. non
nulla uero in us & in er:ut μένανδρος menandrus & menander εὔανδρος
euandrus & euander.Virgili.in. viii.Rex euandrus ait non hæc ſolēnia nobis.
Idem in.x.pallas euander in ipſis omnia ſunt oculis Τεῦκρος teucrus & teucer
Virgi.in.iii.ænei.Teucrus rhœteas primum eſt aduectus ad oras.Quin & unā
comperi:quæ apud græcos in ος terminatur:& ab antiquis noſtris.o.in.i.con-
uerſum fuit:ut Δμως Dmois ſeruus quo nōnulli antiqui comici uſi fuerunt.
Nonnunquā terminationem ipſam græcam in os poetæ noſtri obſeruarunt ut
Virgi.in primo geor. Heliadum palmas epiros dixit.& tenedos more græco cu;
terminatione in os & non latino in us.Idem in eodem. Et neritos ardua ſaxis.
Quid quod in genitiuo terminationem græcam idem poeta obſeruauit cu; ait
libro ſexto.In foribus letum androgeo.ſ.more attico qui eiuſmodi genitiuos in.
o.finiunt ut & ibidem Seruius atteſtatur.Immo & ſuper primū æneidis regulā
poſuit.Quod omnia nomina monoſyllaba græca quæ in latinum ſermonē trā
ſeunt tertiæ ſunt tantum declinationis.& tam latine quam græce a nobis decli
nari poſſunt.ut tros in genitiuo trois & troos.Pan panis & panos.Virgi.in.viii
Parrhaſio dictum panos de monte licæi. p deriuationem etiam teſte Priſciano
tranſit.o.in.a.ut creo creaui.in.e.ut tutor tutela bonus bene.'per compoſitio-
nem ſimiliter ut nominum habentium.o.extremam ſyllabam cum uerbis ſiue
participiis tranſit in.i.correptam ut homo homicida.

DE Littera.P.

Littera muta eſt.& aſpiratione munda:cui tamen aſpiratio ī dictiōibus græ
cis poſtponitur ut Phaethon.nonnunq̄ uero pro aſpirata traducimus ut ſu
pra in littera.b.uidimus.

DE Littera.Q.

Littera muta eſt:& ꝓpter nihil aliud teſte Priſcia.ſcribēda uidet̄: niſi ut oſtē
datur ſequēs.u.ante alterā uocalē in eadē ſyllaba poſitū ꝑdere uim litteræ ī
metro.Quod ſi iō.q.alia littera ē exiſtimāda q̄.c.debet.g.quoq; quæ ſimiliter ꝑ-
ponit̄.u.amittēti uim litteræ alia putari:& alia cū id nō facit:dicim⁹.n.angui.





ſicuti quis:& augur ſicuti cur:ſed nos aliā ad inuentiōis eius cauſam ſupra in
initio mōſtrauimus: hoc ē ut pinguior p eā ſonus habeat̄: q̄ p ipſum.c. haberi
poſſit.Quod ſane terminatio ipſius.q.in.u.& neceſſaria cōſequētia alterius.u.
poſt illud:& ante alterā uocalē idicare pōt.Nā nunq̄ i eadē ſyllaba uocalē poſt
q.ponere poſſumus.Quin inter.q.& uocalē interponamus.u. ut quals quādo
queror pro cōqueror:loquit̄:ſequit̄:loquor ſequor:quonia;: & ſimilia: ubi ipm
u.in metro uim litteræ ſemp amittit:ut in ſequentibus cū de.u.tractabimus o-
ſtendemus.Sed an eodem mō ſi.u.uocalis ſequatur interponi poſſit inter eam
uocalē:&.q.aliud.u.ita ut poſt ipſum.q.in eadem ſyllaba gemīari poſſit.u. du-
bium apud antiquos fuiſſe uidetur.Victorinus Marius dixit geminari poſſe:
ut in ipſo quum:quando aduerbium eſt tēporis:& tēpus ſignificat:quod cū ge
minata.u.ſcribendū eſſe dixit.Papyrianus uero libro.iiii.de orthographia ſcri-
bit omnino id fieri nō poſſe.ne ſcilicet duæ litteræ eiuſdem in ſe ſoni & uocis tā
inuicem q̄ cū terminatione ſoni ipſius.q.collidantur.Nā quaſi ipſum in.u. ter-
minari uidet̄:& ſic plurium ſonos in unū cōfundere & coaleſcere cogeremur.
Idem Quintilianus libro.i.de inſtitutione oratoria ſentire uidet̄: ubi uult cum
ſi tēpus ſignificat per.q.duabus ſolum ſequentibus litteris ſcribendum eſſe: ut
qum primum:& qum facerem.Si uero comitē.hoc eſt ſi cōiunctio fuerit per.c.
ſcribi debet:ut cū Caio cum Lutio.Qua data occaſione errorem illum inductū
puto:ut qum quando abbreuiatum ſcribimus ex.q.cum.n.& ſuperiori uirgu-
la iā exaremus.Ita ut indocti tunc quoq; putauerint illud.u. quod ab antiquis
poſt.q.cum ſupiori uirgula ſcribebatur:nō.u.ſed ex litterarum ſimilitudine.n
prorſus fuiſſe.Et cum idem pene cum quando ſignificet ad alios in cōſuetudi
nem ꝓ quādo ſcribendū induxerint.Sicq; ex Papyriani & Quintiliani ſentētia
puto:ſi teſte ſcribere uelimus:nunq̄.u.poſt.q.geminandum ſed ipſum qum u-
nico.u.ſcribendum eſſe:quin & eodem modo æqus cum diphthongo & abſque
diphthongo.& reliqus:& obliqus:& grandiloqus:& altiloqus:& omnia ſimilia.
Vt etiam in antiquis & emendatiſſimis codicibus ſcriptum comperi.Similiter a
pud antiquos arqus & coqus ſcribebantur.Quin & in genitiuo aſſumere.i. cū
quo.u.cōmode ſtare pōt:ut Virgili.iii.ænei. Quā pius arquitenens oras & lito-
ra circum Reuinxit.ſimiliter coqui pro coci quod ſane fieri dicimus: quādo ul
tima ſyllaba habet.q.Nā alias nō accipit.i.ut oqulus cum.q. apud antiquos ꝓ
oculus cū.c.quod in genitiuo faciebat oquli pro oculi.Vnde niſi eandem uim
ipſum.q.haberet:q̄.c.nunq̄ in principiis infinitiuorum uel interrogatiuorum
quorundā nominum poſita ꝑ obliquos caſus in illā trāſiret:ut quis cuius:cui.
Vnde Quintiliano teſte antiqui nōnulli ad pingue ſane ſonū quoi cum.q.&.o.
poſt.u.& ante.i.pro cui utebant̄:ut ab alio q diſtingueret̄.Similiter a uerbis.q.
habentibus in quibuſdā participiis in.c.transfert̄:ut loquor locutus:ſequor ſe
cutus.At quotidie:cum.q.ſequente.u.ante.o.& nō cotidie cum.c. Idem Quin
tilianus nos ſcribere docuit:eo q; ſit quot diebus.qn & in deriuationibus uerbo
rum Priſciano teſte tranſit.q.in.s.ut torqueo torſi:ſicut &.c.ut parco parſi. trā
ſit in.x.ut coquo coxi:ſicut &.c.ut dico dixi.duco duxi.

De Littera.R.

r Littera ſemiuocalis eſt:& liquida.hoc eſt poſt mutā in eadem ſyllaba po-
ſita præcedentem ſyllabam modo longam.modo breuem facit. longam
quidem.ut Virgilius in.iii.æneidos.Noctem hyemēq; ferens & inhorruit unda

Tenebris.Breuē uero:ut idē in.viii.Defēdi tenebris:& dono noctis opacæ. Simi
liter in latebris penultima naturaliter breuis eſt:& ab eodē ꝓducit̄ in.iii.æneí.
cū ait:At ſcyllá cecis cohibet ſpelūca latebris.Et idem in multis ſimilibus.Nam
ꝓducit Oui.in heroidibus de Hypermeſtra.pa.ante trem cū ait.Iam patrem fa
muloſq; patris lucēq; timebam.& in eodē uerſu:ante tris corripuit idē.Hæc tibi
nempe patrē furta dedere Iouē:ubi.pa.breuis eſt:& ſimilia.Sane.r.littera nō ſo/
lū ſemiuocalis:ſed fere uocalis habita fuit:ex quo dubium reſultauit:an huic p̄
poni aſpiratio uel ſubiungi debeat.Vnde ut ſupra diximus cū æoles ubiq; digā
ma pro aſpiratione ponerent:& ī dictionibus incipētibus ab.r.illud in.b.cōuer
terent:quod tunc quoq; ipſi.r.præponebant:uiſum ē multis aliquá illi cū uo/
calibus cognationē eſſe:quibus propriū uidetur aſpiratōnē præponi poſſe.Sed
diſcōuenientia inſuper uidebatur:quod non aſpirationem: ſed.b.litterá aſpira/
tionis loco præponebant.Verūtamen Priſciano teſte ipſa.r.littera apud græcos
multis modis fungitur loco uocalis: ut indeclinationibus in ra.& in.a.puram
deſinentibus:quæ ſimiliter.a.ſeruant ꝑ obliquos caſus:at ὥρα ὥρασ σοφια σό
φιασ:hoc ſicut nominat deſinentia in.a. puram cū apud græcos declinantur
ratione uocalis neceſſario præcedentis ꝑ omnes caſus ipſam litterá. a cōſeruant
ut ςοφια σοφιας.μάιαυ αιασ.& reliqua :nō aūt ſi p̄cedat.a.alia conſonans q̄
r.poſſunt.a.ſimiliter conſeruare:ſed in alias uocales cōmutant.ut μοῦςα μου
ςης.ϖτήρνα ϖτήρνησ ϖέλταϖέλτησ:ſed cum.r.cōſeruant ut ὥρα ὥρασ
θύρα θύρας & reliqua:uidetur ipſum.r.uim uocalis habere.Sane ī quibuſdá cō
poſitis cōuertitur.r.in.l.ut intelligo ꝓ interlego:pellicio ꝓ plicio:pellego ꝓ ple/
go.Plautus ī aſinaria:agedū iſtū oſtēde quē cōſcripſiſti ſyngraphū inter me &
amicá & lená.leges pellege.ná tu poeta es ꝓrſus ad eá rē unicus.Similiter pellu
ceo ꝓ pluceo.Idē ī eadē ita pellucet quaſi laterna punica. At polluceo cum.o.
in prima aliá cōpoſitionē habet & ſignificationē. Ná cōponit̄ ex poly dictione
græca quæ.multū deſignat:& luceo unū deuoueo.& dedico ſignificat : quaſi is
qui talia facit multū luctat:Plautus in ſticho.ut decimá partē Herculi polluce
am.Neuius in colace:Qui decimas ptes quantū alieni fuit polluxit tibi a publi
cando epule Herculi decimas.in ſimplicibus etiá tranſit.r.i.l.ut niger nigellus:
umbra umbella.Tranſit etiá in.s.ut arbos ꝓ arbor.odos pro odor.Plautus ī ca/
ptiuis quorum odos in baſylica nos oēs adegit in forū.Colos pro color:teſte Ser
uio in ſecundū geor.Nam ut ait tunc quoq;.r.mutatur in.s.cum longa opus ē
ſyllaba.Verum & nōnunquam ſine metri neceſſitate honos ponitur: ut Virgi.
libro ænei.i.Hic pietatis honos ſic nos in ſceptra reponis.Quin & eodem Seruio
teſte Saluſtius pene ubiq; labos poſuit:quē nulla neceſſitas coegit:ſed ut putat
melius eſt ſeruire regulæ. Tranſit etiá.r.in duas.s.ut uro uſſi : gero geſſi in.u.
cōſonantem:ut tero triui:ſero ſeui.in.n.ut æneus pro æreus.

DE.S.Littera.

Littera ſemiuocalis eſt:quæ ſi antecedat.m.uel.p.uel.t.in ſimplicibus di/
ctionibus eiuſdē eſt ſyllabæ.ut Coſmus proſper teſtis.At ī cōpoſitis aliud
eſt.Nam aruſpex teſte Quintiliano in primo quia pars eius poſterior a ſpectan/
do eſt.s.litteram tertiæ dabimus.Abſthemius uero quia ex abſtinētia temeti cō
poſita uox primæ relinquetur.& ut idem refert Quintilianus putauerūt multi
illa quoq; ſeruanda eſſe diſcrimina:ut ex præpoſitionem ſi uerbum ſequeretur
pecto:adiecta ſecundæ ſyllabæ.s.littera ſi ſpecto remota.s.ſcriberemus:hoc eſt a

pecto exſpecto & a ſpecto.expecto.Vnde ī lapillo quodá ſardonico qui er[illegible]
rentii mei uallenſis inſcriptum litteris albis uidi:ex eadem materia utrin[illegible]
duobus uerbis.Pompeius ex uno latere ex alio Exſoratus cum adiectione [illegible]
s.ad ſecundam.Quod an rationabiliter fieri poſſit infra cum de.x.littera t[illegible]
bitur oſtendemus.Quid quod Ciceronis temporibus paululumq; infra ee[illegible]
Quintiliano referente fere quotiens.s.littera media uocalium longaru[illegible]
iecta longis eſſet geminabitur:ut cauſſa:caſſus:diuiſiones:quomodo & Cice[illegible]
nem ipſum & Virgilium quoq; ſcripſiſſe:ut ait manus eorum docent.Ná etia[illegible]
nunc romæ in ſepulchro Bibuli cauſſa cum duplicato.s.ſcriptum aſpe[illegible]
idem pergit Quintilianus qui paululum ſuperiores etiam illud quod nos [illegible]
na.s.dicimus iuſſi una dixerunt.Quid quod eodem teſte.s.in.r.quandoq[illegible]
mutatum fuit.ut Valeſii & Fuſii in Valerios Furioſq; uenerunt.Ita arbo[illegible]
uapos:etiam & clamos ætatis fuerunt.Pomponius uero iuriſconſultus [illegible]
ne iuris ab Appio Claudio ꝓceſſiſſe exiſtimat.r.litteram ut pro Valeſiis.[illegible]
eſſent & ꝓ fuſiis furii.ſed ut hæc littera.s.ab aliquibus nominibus exclu[illegible]
Ita & in quibuſdá ipſa alteri ſucceſſit:ut in ſequenti littera uidebimus.Sa[illegible]
ſciano teſte traducentes græca nomina terminata in as uel in.s. plerumq[illegible]
abiicimus cum ſint primæ declinationis:ut Geta:Birrhia:Phedria:Cherea quæ
apud græcos in as ſimiliter poeta:ſophiſta:cithariſta. & ſimilia quæ in ησ deſi/
nunt traducimus.nōnunq̄.s.in.x.αιας Aiax:ϖιςτριϲ piſtrix : licet piſtrim di/
xerit Virgilius:& non piſtricem ut in ea dictione uidebimus.Nam in multis ſe/
quimur dores:qui eiuſcemodi dictiones in.x.terminant:ut ὄρνιξ ide eſt galli/
na pro ὄρνις.Nonnunq̄ etiam in initio.x.pro.s.ponunt:ut ξύμμαχος id eſt
cōmilito:cum.ξ.pro ſymmachos cum.s.item ubi attici.ςυ.cum.ς.dores.τύ cū
τ.ſcribunt.Vnde nos.tu aſſumpſimus & te pro ςε poſuimus. Rurſus ecōtrario
ubi dores θάλλοςςα.id eſt mare cum duplici.s.attici θάλλαττα cum dupli/
cato.t.ſcribunt:& ubi illi θρεῖςςα: quæ a nobis modo conſimili cū duplicato.s.
threiſſa traducitur:de qua in ea dictione late uidebimus.Attici cum duplicato
t.θρεῖττα deſcribunt:& ubi illi ησσον id eſt minor:hi ηττον ſcribere uolue
runt.Ponitur etiam.s.nonnunq̄ pro aſpiratione ut ſupra late uidebimus.Quid
q̄ apud uetuſtiſſimos ut etiam Priſcianus rettulit.s.uim ſuam in metro frequē
ter amittit Virgilius in.xi.æneidos.Ponite ſpes ſibi quiſq;.idē in.xii.iter ſe coiiſ/
ſe uiros & decernere ferro. Quid q̄ tribus conſonantibus ſequentibus pōt fieri
cōmunis ſyllaba quando in principio ſequentis ſyllabæ poſt uocalem correptá
s.& muta poſt mutam in eadem ſyllaba liquida ſequitur.quippe cum.s. in me/
tro more ueterū ſubtrahi ſoleat.Horatius in primo ſermonum:Linqmus inſani
ridentes premia ſcribæ.Tollitur etiam penitus.s.a dictione quam ſequitur con
iunctio ipſa:ut cum apoſtropho interrogatiuo:hoc eſt ubi abiicitur.e.ut uiden
pro uides ne:ſatin pro ſatis ne:uin pro uis ne.Tranſit etiam eadem Priſciano te
ſte in.m.ut rurſum pro rurſus.Dimminuo pro diſminuo.Terētius in adelphis
Dimunuet̄ tibi cerebrum.i.n.ut ſanguis ſanguinis.in.r.ut flos floris:& ſimilia.

De.T.Littera.

t Littera muta eſt:& apud uetuſtiſſimos in aliq̄bus dictionibus ſcribebat̄
in quibus iam ipſum.s.ſcribitur.Ná mertare atq; pultare teſte Quintilia
no antiqui dicebant.Nos merſare & pulſare dicimus. Quid quod eodem aucto
re quædam eſt cognatio.d.litteræ cū.t.ita ut in uetuſtis operibus ut ait urbis

noſtre & celebribus templis Alexanter legatur & Caſſantra.ſ.cum.t.littera loco
cuius nos iam.d.utimur. Vnde e contrario etiã nõnunquã.d.pro.t.ut caudex
pro cautex dicimus Virgi.Caudicibus duris:& caudex inde codex pro duro ſe
dili:ut Iuuenalis ſecunda ſatyra: Horrida qualefacit reſidens in codice pellex.
Sed ut putamus maior eſt cognatio ipſius.t.cũ.s.&.x.quã cum.d.eſſe dicatur.
Nam a uerto uerſus magiſq̃ uerdus dicimus:& a mitto miſſus:& a cõcutior cõ
cuſſus.Quid q̃ ex dictionibus græcis.t.in.s.ſæpe conuertimus:nam apud illos
οτηα cum.t.ſcribitur:nos oſſa traducimus.Item cum.c.antecedẽte ipſum.t.in
x.cõmutamus:ut pecto pexui:flecto flexui.

DE.V.Littera.

Littera uocalis eſt:& ſæpiſſime in conſonantẽ tranſit: quã ſane loco.f.di
gãmæ ſurrogauimus Vnde a plærisq; ei idem nomen datum fuit:quod di
gamma ipſum apud æoles habebat:uidelicet uau.loco cuius ut ſupra diximus
Claudius Cæſar aliam figuram ſurrogare uoluit:ſed antiqua p̃ualuit ſcriptu
ra &.u.conſonans loco digãmæ eſt : cuius poteſtate conſtat poetas noſtros fere
omnes uſos fuiſſe:in quibus illi digamma ipſo utebantur:ut latius Priſcia.ipſe
p̃tractauit:cuius dicta quædam quia nõnullis obſcuriora forte uidentur : nos
clarius explicabimus.Nam ut illi quandoq; digãma pro ſimplici conſonante :
ut at uenus haud animo nequicq̃ exterrita mater: & non nõnunq̃ pro duplici
accipere uoluerunt:quod in præterito p̃fecto & pluſq̃p̃fecto tertiæ uel quartæ
coniugationis maxime apparere poteſt:in quibus.i.ante.u. conſonantẽ poſita
p̃ducitur:& eadem ſubtracta corripitur.Vt cupiui cupii cupiueram cupieram
audiui audii audiueram audieram.Sed apud doctiſſimos poetarum ſemp pote
ſtas.u.ſimplicis conſonantis p̃ualuit.Item ut illi nõnunq̃ digãma ĩ metro pro
uocali breui ſunt uſi:Ita & noſtri quãdoq; ipſum.u.cõſonans pro uocali corre
pta ſumpſerunt:ut Horatius ſiluæ triſyllabũ p̃tulit in epodo hoc uerſu Niueſ
q; deducũt iouẽ:nũc mare nunc ſyluæ: quod teſte Priſcia. dimetrũ eſt iãbicũ
cõiunctũ pẽtimemeri heroicæ.i.dactylicæ:hoc eſt uerſiculus ille: qui etiã archi
lochius ab inuẽtore cognominari ſolet:conſtat ex dimerro iambico hoc eſt duo
bus pedibus iambis ſequentibus ſpondeo pynrichio:qui pedes etiam ad archi
lochium iambicũ ſpectare poſſunt:& cõiunctis heroicæ pẽtimemeri ideſt dacty
licis pedibus:quibus heroicus cõſtat uerſus: qui ſane pedes cum in quinta ſyl
laba diuiſionẽ patiãtur:pẽtimemeris heroicæ cognomen metro impendunt:pẽ
te.n.quinque & meris diuiſio uel pars dicitur.Sed quia ſecundum morẽ archi
lochi uerſus ille unica abundat ſyllaba catalecticus etiam archilochius nomina
tur.Nam niues iambus eſt:qui ex breui conſtat & longa.quæ de ſimili mõ iam
bus eſt.At ducunt qui tertius eſt pes ſpondeus eſt:& ex duabus conſtat longis.
Iouem pyrichium detinet:quia duas continet breues.Reſtat nunc mare.nunc
ſiluæ.qui cũ duo dactyli eſſe debeant neceſſario in quinta ſyllaba diuiſionẽ ac
cipiũt.Nã nunc mare dactyilus eſt.nũc ſiluæ ut dactylus ſit neceſſario ſyllaba
ſil diuiſionẽ patitur.& ſi abſq;.l.ſumendũ eſt.quare cũ.l.ad.u.couiungendũ ſit
neceſſario.u.uocalis efficitur & breuis ante uocalẽ a. quæ eſt in diphthongo a
qua ipſum.a.abiicitur.Vnde catalectici cognominantur.& ſic duo fiunt dacty
li.e.remanente.nec aliter fieri potuiſſet.Similiter Catullus ueronẽſis uerſiculu3
illum.Et zonã ſoluit diu ligatã inter hendecaſyllabos phaleucios poſuit.hoc eſt
inter uerſiculos undecim ſyllabaru3 a Phaleuco auctore cognominatos q qnq;

pedibus conſtãt:& niſi ſoluit triſyllabũ ſit.uerſus ſtare nõ poſſet.Sed quoq; id ĩ
deriuatiuis & cõpoſitis manifeſtius inſpicitur ut uoluo uolutus: ſoluo ſolutus:
auis auceps:auſpicium:lauo lotus::faueo fautus.caueo cautus. Sic etiã contra
a uocali tranſit in conſonantẽ:ut nauta nauita: gaudeo gauiſus. Rurſus & æo
les in metro digãma ipſum quãdoq; p̃ nihilo aſſumebant:ſic & noſtri quoq;.u.
cõſonans nõnunq̃ pro nihilo aſſumere uoluerunt: & maxime uetuſtiſſimi co
micorum:ut Terentius in andria.Sine inuidia laudem inuenies.& amicos pes.
Eſt enĩ trimetrũ iambicũ:in cuius primo pede niſi.u.pro nihilo habeatur.ita ut
fiat tribrachus ſtare uerſus nõ põt.Nã ſex pedibus conſtat.quorum primus eſt
ſininui ubi.u.abiicit̃:& trium breuiũ pes cõficitur.ſecũdus eſt dia qui dicitur
iambus.Tertius eſt laudin q eſt ſpõdeus.Inſup & uenias ſequit̃ q eſt anapeſtus
& quartum pedẽ facit.Quintus eſt etami.q ſimiliter eſt anapeſtus.Deinde ſeq
tur ſextus q eſt coſpares.& eſt amphimacrus:hic pes nunq̃ cõſueuit eſſe huiuſ
mõi trimetris:ſed hic uerſus dicitur trimetrus hypercatalecticus. Verũ & apud
noſtros ex alio capite amittit.u.uim litteræ in metro ſcilicet qum poſt.q.ipſum
u.ponitur alia uocali ſubſequẽte:ut in mille exẽplis proſpici libet.Nã tũc quoq;
teſte Seruio ſup Donatum:nec cõſonans eſt ipſum.u. quod loco digãmæ poni
cõſueuit: nec uocalis eſſe põt.Non q̃dem cõſonans:quia ut ſupra uidimus:poſt
cõſonantẽ in eadẽ ſyllaba poni nõ poteſt:ideo æoles cõmutabant digãma in.b
& præponebant dictionibus incipientibus ab.r.Non etiã uocalis: q̃a poſt ſe i ea
dem ſyllaba aliam uocalẽ habet:cuius merito conſueuit ſemp fieri conſonans &
uocalis ſonum amittere.Hoc idem etiã plærũq; patit̃ inter.g.& aliquã uocalem
ut ſanguis lingua. Ideq; ſæpe fieri conſpeximus .s.antecedẽte ipſum.u.& ſequẽ
te.a.uel.e.ſuadeo ſuauis ſueſco ſuetus.Vtebantur etiã ut diximus æoles ipſo di
gamma ubiq; loco aſpirationis effugientes ſpiritus aſperitatem.Quos in multis
quoq; nos ſequimur:nõ autem in omnibus.nam ut illi Ϝέστισ:nos ueſtis dici
mus:ubi Ϝέσπέρα nos ueſpera:ubi Ϝίσ nos uis.Item & hiatus cauſa illi quoq; ĩ
terponere ſolebant digãma:ut in tripode uetuſtiſſimo Apollinis qui ſtat in zero
lopho bizantii ſic ſcriptum annotauit Priſcianus ΔεμοφάϜων λάφων.Et nos
quoq; hiatus cauſa interponimus.u.loco digãmæ.F.ut clauus argiuus pauo o
uum ouis bouis:poſt hæc autẽ cũ dictiones græcas transferimus: ponimus.u.
noſtrum plerũq; pro.ου diphthõgo ut muſa pro μοῦσα.Nonnunq̃ pro.o.cor
repta.ut Cyrus pro κῦρος cyprus pro κύπρος:pelagus pro πέλαγος: quẽad
modum ut ſupra uidimus:quum de.p.littera tractauimus. Quandoq; pro.o.
producto quod illi.ω.mega.i.magnum uocant:ut fur pro φώρ. Quin econtra
rio nõnunq̃.o.pro.ου.diphthongo ponimus:ut bos cum ſolo.o. dicimus: p̃ eo
quod βοῦς cum.ου.diphthonho ab illis ſcribitur.nõnunq̃ uero ponimus.u. u
bi illi.y.græcum ſcribunt:ut infra cum de illo tractabimus late dicemus.Quid
q̃ traducentes dictiones græcas inter.c.&.l.uel.c.&.m.ipſum.u.quãdoq; inter
ponimus:ut ηράκλις Hercules ἀσκληπιος Aeſculapius:ἀλκμηνη ſecundũ
ãtiquorũ ſcripturã Priſci.teſte Alcumena ſcribebat̃:q̃n & αλκμήνον Alcume
non.fuit etiam.u.in quaſdam alias uocales ab auctoribus noſtris aliquando cõ
mutatum:& per deriuationes quotidie commutamus in.a. ut ueredus uerida
rius.In.e.ut pondus ponderis:deierat pro deiurat:peierat pro peiurat . Quin &
antiqui teſte Papyriano auger pro augur:augeratus pro auguratus dicebant.
Similiter in his quæ a tertia coniugatione naſcuntur quotienſcunque.n.&.d.

ipſum.e.ſequebantur:loco.e.ipſum.u.ſcriptitare ſolebant:ut faciundũ ꝓ faciē
dum legundum ꝓ legendum:dicundum ꝓ dicendum:uertundũ pro uertēdũ
In.i.correptā p compoſitionē ſcilicet nominũ habentium ultimam ſyllabā deſi
nentem in.u.cũ uerbis ſiue participiis ut cornu corniger & cornicē: arcus arci
tenens:fatũ fatidicus:aurũ aurifex:luctus luctificus:fluctus fluctiuagus:uul
nus uulnificus: magnus magnificus: amplus amplificus: fructus fluctificus:
opus opifex:etiam per diuiſionem:ut currus uel curſus curriculus uel curricu
lum.Nam a curru per diuiſionem deſcendunt:ut Iuuena:in ſatyra quæ īcipit
plurima ſunt fuſcine inquit.Nam ſiquis magni cenſus præcepit amorem:Et le
uo monitu pueros producit auaros; Dat libertatem & totas effundit habenas:
Curriculo quem ſi reuoces ſubſiſtere neſcit.Vbi curriculum a curru & tranſla
tione ſua diminuit. Similiter Curtius libro octauo de geſtis Alexandri inquit:
aliorum turbati equi non in uoragines modo lacunaſq;:ſed etiam in amnem p̄
cipitauere curricula.Eſt etiam curriculus curſus:ut Varro in epiſtola ad Iuliũ
Cæſarem atteſtarur:& Plautus ſimiliter cum ait in epidico. Nam ut apud por
tum te conſpexi curriculo occœpi ſequi uix adipiſcēdi poteſtas modo fuit.Quī
& ſignat tempus ipſum teſte Seruio ſup.viii.æneı.ubi ait Virg.Curriculo expu
lerat ſomnum cum fœmina primum.Significat etiam locum ubi curritᷣ.Quid
quod.u.in.i.quibuſdā in dictionibus a.C.Cæſare traductum fuit. Nam ut ait
Quītilianus lib.i.optimus & maximus ut mediam.i.litteram quæ ueteribus.u.
fuerat acciperent.C.primum Cæſaris inſcriptiōe traducitur factum. ſcribebāt
etiam antiqui teſte Priſciano carnufex cum.u.pro carnifex:& lubens pro libēs
peſſumus pro peſſimus.

DE.X.Littera.

Littera ſemiuocalis eſt: quā ex græcis accæpimus: & multa cōmoditate ī
dictiōibus noſtris babemus.Nam duplex eſt: & ꝓ qua modo.cſ.modo.gſ.
modo duplicato.ſſ.ut dixit Plinius primitus utebamur: ut apecſ. cum.cs.pro
apex:cum.x.quod genitiuus etiā indicat:in quo apicis dicimus.Similiter gregſ
prius cum.gſ.dicebamus:ubi nunc grex cum.x.dicimus:quod genitiuus indi
cat gregis:eodem modo Vlyſſes cum duplici.ſſ.ubi nunc Vlixes cum.x.ſcribi
mus:quā litteraturā cũ duplicato.ſſ. græci etiā obſeruant dicētes. ὀδυσσεύς:
unde quod apud dores δισσα:quod eſt bina cum gemino.ſſ.ſcribitur:ſepe ab
Homero δίξα cum.x.ponitur.Verum græci ſequente.ſ.nunq̃.x. præponunt:
ſed illam in.κ.quæ ſimplex eſt cōuertunt.ut pro.ἐξ.& στάσις non ἔξστασισ
ſed ἔκστασισ cum.κ.ſcribunt. Cuius hæc ratio uidetᷣ quia.s. geminari aliqua
cōſonante antecedēte minime poteſt.At.x.cũ loco.c.&.s.uel.g. &.s.uel gemini
ſ.fungatᷣ.Si illā in eadē dictione.s.ſequeretᷣ cōtingeret illā poſt.c.uel.g.uel.s.ge
minari quod fieri non poteſt.Quæ ſane ratio adeo cōcludere uidetur ut nullo
pacto.s.poſt.x.etiam in ſcriptura noſtra ſcribere debeamus.Quod teſte Quinti
liano libro.ix.de inſtitutione oratoria repræhendit Lucanius: Meſſala in libro
de.s.littera defendit.Ita ut non recta illorum dici poſſit ſcriptura: q̃ ſupra cum
de littera.s.tractaretur recenſuimus.ubi dicebant a pecto exſpecto cum.s. poſt
x.ſcribendum eſſe uel exſoratus ut alii.Quod ſi liceret licebat etiam poſt.bs.uel
ps.quas loco.ψ.duplicis accipimus addere.s. ita ut diceremus obſeſſus uel abſ
ſpectus cum duplici.s.poſt.b.quod minime licet . Nec etiam more græcorum.
.x.in.c.ſequente.s.conuertimus : ſed teſte Priſciano.x. ſolam abſq;.s.apponi

mus.Ita ut quotienſcunque ex præpoſitio compoſita præponitur dictionibus
incipientibus a uocalibus:uel ab his quattuor conſonantibus: hoc eſt.c.p.t.s.
ipſa integra manet.Sed ex his quattuor conſonantibus ſola.s.abiicitur.ut exa
ro:exeo:exigo:exoleo:exuro:excutio:explodo:extraho:exequor:expecto:exequiæ
expes.Sed dubium de exſicco & de exſibilo reſtat.quæ abſq;.s.nō poſſe ſcribi ui
dentur ut ait Papyrianus:quare & cætera ſimili modo potuiſſe ſcribi apparet.
Vnde antiquorum forte conſuetudo magis in his grāmaticorum ratio ſectāda
erit.Tranſit.x.teſte Priſciano per deriuationē in.u.conſonantē: ut nix niuis. ī
ct.ut nox noctis.ſubdit etiā loco aſpirationis ut ueho uexi traho traxi.

De.y.Littera.

y Littera uocalis eſt anceps & liquida:hoc ē quæ facile modo produci mō
corripi poteſt.Hanc in ſolis dictionibus græcis:& eo loco quo illi ſcribūt:
& nos ſcribere debemus. Nec ī ullis latinis ponere prorſus debemus: quia ob id
tantum ſuſcæpimus ut propriam dictionum græcarum ſcripturam:quas ab il
lis recæpimus.in tranſcribendo ſeruaremus . Nam cum pro latinis dictionibus
i.noſtrum habeamus.græcas litteras intermiſcere non debemus . Sane ueteres
noſtros illam tranſcribendo in pluribus dictionibus mutaſſe.ac pro illa.u. quo
que nonnunq̃ uero.o.poſuiſſe cōperio.ut δύο duo:μῦς mus: συς ſus: & inde
diminutium ſucula:κυβερνήτης gubernator:κύμινος cuminus uel cuminũ
κυπάρισσος cupreſſus:κύμη cumæ:quod urbis eſt nomen: ut in dictionibus
uidebimus.μύραινα murena quod piſcis eſt nomen μύλλος nullus nomen
eſt piſcis.ut Iuuenalis.Mullum ſex milibus emit θύννος thunnus ſimiliter eſt
piſcis:ςτύππεια ſtuppa:πορφύρα purpura.τύμβα tumba:φυγη fuga:φύκος
phucus:βότρυς botrus:γονυ genu:σαμβύκα ſambuca genus eſt inſtrumen
ti muſici:ζυγοσ iugum:συλλασ ſulla.& plura alia quæ ſimili modo.y. græ
cum in.u.noſtrum conuertunt.Nam ſullam quem iam dicimus ſyllam in anti
quis codicibus & emendatiſſimis cum.u.ſcriptum.& nos ipſi ſæpiſſime aſpexi
mus.& a doctiſſimis uiris noſtræ ætatis & conterraneis meis Leonardo & Karo
lo Arretinis:ſic antiquos ſcriptitaſſe confirmari audiui . Vnde uidemur ſecuti
æoles qui ipſum.y.græcum ſono ipſius.u.ſoliti erant ſæpiſſime pronunciareᷣ.
Itaque ſi eorum poetæ nonnunquam ipſi.y.græco aſcribebant.o.non id quoq;
factitabant:ut diphthongum facerent:quemadmodum ex diligentiſſimorum
grammaticorum teſtimonio comperimus: quia illam corripiebant: ſed ut p id
quoq; expreſſius declararent:apud eos ipſum.y.græcum ſono ipſius.u.efferen
dum eſſe.ut in eo Callimachi uerſu καλλιχόρου χθονοσ καὶ συρείας θυο
γάτηρ. Conuertimus etiam nōnunquam.y.geæcum in.o.noſtrū ut νὺξ nox
ἄγκυρα ancora:μύλοσ mola:στυραξ ſtorax cum.t.exili:& alia nonnulla ſimi
liter:quorum rationem reddere præter litterarum ſimilitudinem & figurārum
ſeu linguarum conſuetudinem difficile eſſet.

De.z.Littera.

z Littera muta eſt.quā ſimiliter ꝓ dictionibus græcis accæpimus pro qua
primitus nonnunq̃ ſimplex.ſ.ut ſaguntum pro ζακυνθοσ:ſethus pro ze
thus quandoq; uero duplicatum ſcribebamus:ut maſſa pro μάζα:Patriſſo pro
πατρίζω:pytyſſo pro πυτίζω:quandoq; autem pro illa.d. ipſum ponebamus:
ut odor ab ὄζειν:Medentius pro Mezentius teſte Priſciano.

Hæc Littera a Claudio Cæſare cõperta antiſigma nominata eſt:quia unũ ſigma & alterũ inuerſum atq; oppoſitũ detinet:uoluitq; illã locũ eius litteræ detinere:quæ apud græcos.ψ.ſcribit̃:& apud nos p.ps.uel.bs. traducit̃. Quãuis teſte Priſciano multo molliorẽ uolubilioreq; ſonitũ.ψ.habeat q̃.ps.uel.bs.Nam ſic quoq; ante illius ĩuentionẽ græci ꝑ ea litteras illas ꝑſcribebãt.Qua de re licẽ recte ipſi Claudio uiſum fuiſſe dicat̃ nouã ſcilicet formã ſub eadẽ poteſtate cõperire:Nulli tamẽ auſi ſunt antiquã ſcripturã mutare. Verũ Papyriano teſte & nõnullis aliis quãto expeditior eſt.ψ.quã.ps.tãto.ps.quã.bs.eẽ uidet̃.ideoq; dictiones græcas p.ψ.ſcriptas:quãdoq; quidẽ in.ps.trãſferimus:ut pſalmus pſitacus pſeudolus terpſichore æthiops.nõnunq̃ uero in.bs.ut ἄψυρτος abſyrtus: ἄραψ arabs.Sane.ps.uel.bs.nũquã in eadẽ ſyllaba cõiungit̃ in fine nominatiui niſi cuius genitiuus in pis uel in bis deſinit ut Pelops pelopis:æthiops æthiopis arabs arabis.Quod nõ ſolũ in græcis quoq;:ſed etiã ĩ latinis quoq; obſeruamus ut ſtirps ſtirpis:princeps principis: urbs urbis: cælebs cælebis.

DE Ordinatione Litterarum inuicem tam uocalium quam conſonantium & primo de ordine uocalium:

Vm ergo de litteris & eorũ nominibus figuriſq; & poteſtate ex ſententia clariſſimorum uirorũ diſſeruerimus:Reſtat iam de earũdem ordinatione in ſyllaba deinceps ꝑtractare & a uocalibus incipiẽtes hæc primũ annotanda uidentur. Quod uocalis unica non(niſi abuſiue)ſyllaba dici põt: hoc ex ui nois ſyllabæ clariſſiſſime apponere poteſt.Nam ſyllaba dictio græca eſt a ςυμβάλλω(quod eſt compræhendo) deducta.Vnde & ſyllaba ipſa compræhenſio dici poteſt.quæ non niſi ex pluribus.hoc eſt adminus ex duobus recte fieri ualet. Sed quia cõmuniter ſyllaba pro uoce litterali accipitur.quæ ſub uno accentu & uno ſpiritu indiſtanter profertur.conſueuimus etiam uocales ſingulas pro ſingulis ſyllabis accipere. itaq; ab una littera incipiens ſyllaba.non ultra ſex litteras ꝓgredi poteſt.ut a ab arax mars ſtans ſtirps.

Tres uocales in eadem ſyllaba locari non poſſunt.

Vnq̃ etiam tres uocales in eadem ſyllaba recte locari poſſunt.Nam.u.&.i. non aliter diphthongis coniunguntur niſi loco conſonantium apponãtur.uel ipſum.u.uim litteræ amittat.

Duæ uocales in diphthongũ cõiunctæ ponũtur in eadẽ ſyllaba.

T duæ uocales cũ diphthongum conficiunt unicam.iam tunc ſyllabam efficere ualent ut,Aeneas:Cæſar:mœnia:oenophorum:audio:gaudeo:Eugeneus:Perſeus.

Quibus diphthõgis utunt̃ latini & græci:& q̃s ex græcis traduximus.

Vattuor igit̃ in latina elegãtia diphthongorũ genera habemus.æ.œ. au. eu.De quibus in ſequẽtibus in dictione diphthõgus uidebimus.Sed duodecim in græca cõperiunt̃.Ex quibus cũ tãtũmodo octo nos ĩ ſcripturã noſtrã traducamus uidelicet.αι.αυ.ευ.ει.οι.ου.υι.ωι. de his tãtũmodo & p quas litteras ad nos tranſferuntur uidendũ erit.Nam principaliter ut promiſimus de orthographia dictionũ græcarũ:quæ latine ſcribuntur tractaturi ſumus.At reliquas eorum diphthongos:quæ ad nos minime ſpectant prætermittemus.

De.αι.diphthongo.

p Rima igitur diphthongus fit ex.α.cum.ι.in qua utraque uocalis ſonuẽ ſuũ ꝑdit:& ſimplicis.e.ſonũ ſuſcipit:in ſcripto uero nullo mõ ſimplex.e.ꝓ.αι.diphthongo ab illis ſcribi põt.Nec ecõtrario diphthongus ꝓ ſimplici.e. at cum huiuſmodi dictiones:in quibus illa diphthongus ſcripta fuerit a nobis trãſcribuntur:ſemp loco illius noſtrã.æ.diphthonguẽ apponimus:ut αινείασ Aeneas μέγαιρα Megæra.Nõnunq̃ uero illã diuidimus in.α. & in.ι. & tũc quoq; ipſum.i.quandoq; qdem pro duplici cõſonante accipitur: ut αἴαφ Aiax. μαία Maia.quandoq; uero uocalis remanet ut Ναϊσ nais.Virgilius ĩ Alexi. Tibi candida nais:& Ouidi.Nais ab his tacuit.Sed hæc quoq; dictio diuerſimode ĩ plurali numero a poetis noſtris obſeruata legitur.Nã cũ naides ſcribamus. nõnũq̃ ſecundam ꝓducimus.quandoq; uero corripimus.Nãq; produxit illã Virgi.ĩ Sileno cũ dixit Aegle naidũ pulcherrima.Corripuit uero Ouid.libro metamorp. iiii.cũ ait:Mercurio puerũ diua cythereide natuẽ:Naiades idæis enutriuere ſub antris.Nec hæc ſolum noſtri obſeruauere poetæ:ſed quandoq; diphthongũ illã diuidentes pro uera diphthongo.æ.poſuerunt:ut aulai pro aulæ pictai pro pictæ.Virgilius libro æneidos tertio.Aulai in medio libabant pocula bacchi. Ideẽ libro.viii.Diues equum:diues pictai ueſtis & auri. Quid ꝙ nõnunq̃ diphthongũ ipſam totam in.o.ſimplex traductam comperimus:ut αἴнтнσ Oeta:& ſiquid ſimile comperitur ubi αι.diphthongus in ſimplex.o.&.н.in.e.noſtrum cõuerſa fuerunt.Nam nullo pacto poteſt ibidem eſſe.œ.diphthongus:ſed diuiſim tantũmõ illa ꝓferri cõuenit:ut Ouidi.Non ſenis oetæ regia lemnos erat. Trãſit quandoq; hæc diphthongus per deriuationes & cõpoſitiões in.i.productã:quæro inquiro exquiro.Quãuis exquære Plautus dixit ĩ aulularia:ut intro exquære ſit ne ita ut ego prædico:ſimiliter lædo illido. cedo & occido.

De.αυ.diphthongo.

ſ Ecunda diphthongus fit ex.α.&.υ.pſilon ſic.αυ:quaẽ græci ſub uno accentu:&,unica ſyllaba ꝓferunt tali ſcilicet ſono ac ſi aue ꝓferatur ablata e.Quam cũ in dictionibus græcis ad noſtras traducimus:cõuertimus in au.diphthongũ noſtrã:ut αὐγουστινοσ Auguſtinus:αὐλн aula:αυρα aura:ſẽ aliquando quidem a noſtris diuiditur:ut Ναῦσ nauis:ubi nulla eſt diphthongus ſed.y.pſilon in.u.cõſonans eſt cõuerſa.Quod nos quoq; in dictionibus noſtris quãdoq; obſeruamus:ut gaudeo:cuius prima diphthongum habet: in gauiſus diuiditur:& fit.u.cõſonans.Ecõtrario etiã cõtingit.u.cõſonans in diphthongũ reuerti:& hoc per abiectionem uocalis ſequentis ipſuẽ.u.ut lauor lautus: faueo fautor:auis auceps:ut etiam ſupra uidimus cũ de.u. littera tractaremus: trãſit nõnunq̃ diphthongus ipſa.au.more antiquo in.o.ꝓductam: ut lotus ꝓ lautus ploſtrum pro plauſtrum:cotex pro cautex:quandoq; in.o.correptã:ut loretum pro lauretũ:orichalchũ ꝓ aurichalcũ:Virgi.in.xii. Ipſe de hinc auro ſqualentẽ alboq; orichalco:& Hora.in arte poe.Tibia nõ ut nunc orichalco iũcta tubæq;. Nam ut ait Feſtus in dictiõe orata:aurũ ruſtici orũ dicebãt:auriculas oriculas: Vnde & orichalcũ pro orichalco:de quo ĩ ſua dictiõe late uidebimus:poſita pro pauſia.Nam a Virgilio pauſia dicitur cum ait libro georgi.ii. Orchites & radii & amara pauſia baca.Plinius uero libro.xv.naturalis hiſtoriæ.Tria inquit ſunt oleæ genera orchites radii & poſiæ.uerum econtrario antiqui quãdoque Priſcino auctore.au.diphthongum pro.o.ponebant:ut auſtrum pro oſtrũ auſculuẽ

pro oſculum. Item teſte Seruio in primum georgi. caudex pro codex: ſaurex pro ſorex: caules pro coles: caures pro corus.

DE. ευ. diphthongo.

Ertia diphthongus apud illos fit ex. ε. cum. υ. pſilon: ſic. ευ. quæ ſub uno accentu & una ſyllaba quemadmodum alia quæq; ab illis profertur: ueluti ſi proferatur eua ablato a. & hæc quoque cum in dictionibus græcis ad noſtros tranſſertur. per. eu. noſtram diphthongam ſcribitur: ut εὐγενιος Eugenius: εὐαγγέλιον euangelium. & uniuerſaliter ubicunq; maiores noſtri has duas diphthongos in dictionibus græcis compererunt. ſ. αυ. & ευ. fere ſemper loco υ. pſilon. u. latinum poſuerunt. Ex quo certum haberi poteſt. illud. u. apud illos in ſuis diphthongis ſonum ſuum deperdidiſſe: cum neq; ſit. u. neq; ut. u. noſtrũ ab illis: ſed ut. i. proferatur. Quãquam antiqui æoles a quibus noſtra grammatica ut plurimum deducta fuit: ſono ipſius. u. ſæpe ipſum. υ. proferebant: ut ſupra uidimus. Verum & nõnunq̃ ex ipſa diphthongo. ευ. cum ad litteraturã noſtram traducimus: litteram unam abiicimus. & alteram retinemus uel ut alii dicunt tota diphthongus in alteram litteraturum cõuertitur: quod ad id tẽdit & abiicimus quandoq; quidem. υ. Et retinemus. e. productam: ut ἀχιλλευσ Achilles: ὀδυσσευσ Vlyxes: περσευς Perſes: quãq̃ etiã Perſeus a noſtris dicat̃. Quandoq; uero abiicimus. e. & retinemus. i. quod in. u. noſtrũ productam ſimiliter conuertimus. ut φευγω fugio: φευγη fuga: de qua dictione cum. f. ſcripta in ſequentibus fiet ſermo.

DE. ει. diphthongo.

Varta diphthongus fit ex. ε. cum. i. ſic. ει. in qua. ε. ſonum ſuum perdit: & diphthongus tota uoce ipſius. i. ſimplicis profertur. Non tamen eius loco i. ſimplex ab illis ſcribi poteſt: At cum apud nos tranſſertur: non poteſt in aliaʒ diphthongum ſibi correſpondentem conuerti: quam nõ habemus. Sed aliquãdo quidem illam in. i. ſimplex tranſferimus: ut νειλος nilus: πλειαδες pliades: ubi abiicimus. e. & retinemus. i. Virgi. libro. i. ænei. Arcturum pliadeſq; hyades geminoſq; triones: ubi nõ ſolum abiæcit. e. ut diximus: ſed ipſum. i. ac ſi fuiſſet in dictionibus latinis ante uocalem corripuit. Aliquando uero diphthongum ipſam in ſimplex. e. ſemper productã cõuertimus ut χορεια chorea σπονδειος ſpondeus: uerum & aliquando eadem diphthongus apud nos cũ tranſfertur diuiditur: & ambæ litteræ diuiſæ a nobis proferuntur: ut in ea dictione: quam diximus tranſtulerunt: ut plurimum noſtri poetæ pleiades. In qua diphthongus ipſa diuiditur &. i. ſimplex conſonans efficitur. quãobrem in hac ipſa dipbthongi diuiſione ſemp primã producimus. Secundam uero quãdoq; quidẽ corripimus. & tunc quoq; ſup primam more græcorum accentũ ſeruamus. ut Virgi. libro geor. i. Pleiadeſq; hyades: clarãq; licaonis arcton. ſimiliter Oui. libro iiii. faſtorum Pleiades incipient humeros releuare paternos. Nanq; non poteſt ſcribi pliades cũ ſolo. i. quia tunc quoq; prima illius breui exiſtente carmẽ claudicaret ut lib. i. ænei. Virgi. ipſe obſeruauit primã corripiẽs ut proxime oſtendimus. Non enĩ in nominibus non propriis eandem uno loco longam & alio breuem ponimus. Quãdoq; uero ſecundam eius dictionis ſyllabam ſecundum aliquos etiam producimus & in illam accentum tranſferimus. ut Propertius ad Cinthiam: Non hæc pleiades faciunt neq; aquoſus orion. Lucanus libro ſexto. Pleiadumq; ſoror genitrix mee maximus atlas Eſt auus ſecundum alics nero



fit diæreſis: hoc eſt diuiſio diphthõgi græci: & remanet. i. uocalis: ac breuis una cum. a. uocali ſequente ita ut ſit ibi dactylus & accentus ſupra prima remaneat preter hæc autem diphthongus ipſa. ει. nõnunq̃ a noſtris græco more deſcribitur a Virgi. in Pollione dum ait. Orphei calliopea lino formoſus apollo. Et in ſileno. Caucaſeaſq; refert uolucres furtũq; promethei. Idem libro. i. æneidos. Iaʒ ualidam ilionei nauem. iam fortis achate. in quibus. ei. pro unica ſyllaba & unica diphthongo appoſuit. Vt teſtis eſt Macrobius libro ſaturnalium: & metrorum ſcanſio indicat: quæ diuiſis litteris fieri non poſſet. Immo quod plus eſt comperimus uetuſtiſſimos noſtros ſemper pro. i. longo diphthongum hanc ſcriptitaſſe. Vnde id quoq;. Lucilium præcepiſſe rettulit Quĩtilianus cum ait: Iam pueri uenere e poſtremum facito atq;. i. ut puerei plures faciant: ac deinceps idem mendaci furiq; addes e cum clari furei iuſſeris. quid quod apud ariminium in triumpali arcu: qui iam pro porta urbis habetur ſcriptum antiquiſſimis litteris adhuc aſpicere licet. celeberrimeis Italiæ uieis. pro celeberrimis italiæ uiis. Et nõ longe ab urbe roma in loco quem aureliam iam uocant ſcriptuʒ aſpexi. Sibi Sueis pro ſuis. Vnde etiam Priſciano teſte libro octauo ſcribebant antiquiſſimi uolo ueis: cum diphthõgo. ei. in ſecunda perſona pro eo quod dicimus uis. ubi diphthongum in. i. longam commutauimus. Quare illorum obſeruantiam ſuperuacuam dixit Quĩtilianus in primo: quia. i. tam longæ q̃ breuis naturam habet: tum ut ait incommodum aliquando.

De. οι diphthongo.

q Vinta diphthongus fit ex. o. cũ. i. ſic. oi. ĩ qua. o. ſonum ſuũ omnino apud illos pdit: & pfert̃ ſolum ut. i. noſtrum: p ipſo tamen ſcribi ab illis non poteſt nec ecõtrario. Quã utiq; diphthongum: cũ nos ex dictionibus græcis in latinum ſermonem tranſcribimus in eam conuertimus diphthongum: quam per œ. ſcribere conſueuimus. nam. o. remanẽte. i. in. e. conuertimus: & fit. œ. diphthõgus: ut φοιβοσ phœbus: οἶστροσ œſtrum. Virgilius libro georgicorum primo. Cui nomen aſilo romanum eſt œſtrum grai uertere uocantes. οἰνοφορος œnophorum. Iuuenalis. Tandem illa uenit rubicundula totum œnophorum ſitiẽs. aliquando uero remanentibus eiſdem litteris illã nos diuidimus: ut τροια troia εὐβοια euboia: ubi. i. duplicis conſonantis uim obtinet. Aliquando autẽ totam diphthongum in ſimplex. o. conuertimus: ut ποιημα poema: ποιητης poeta. Nam diphthongus tota in. o. tranſſertur: & illud. η. quod diphthongũ ſequitur in. e. noſtrum commutatur. Quandoq; uero & ipſam diphthongum in ſimplex u. noſtrum conuertimus: ut φοινικοσ punicus.

De. ου. diphthongo.

ſ Exta diphthongus fit ex. o. cum. υ. pſilon ſic. ου. ubi utraque uocalis ſonum ſuum perdit: & ſonum latini. u. ſimpliciter aſſumit: quando ſcilicet u. noſtrum uocale eſt: cum ergo illam traducimus in. u. latinum conuertimus. Verũ ut oſtendit Seruius in. x. æneidos. Cõſueuerunt antiq noſtri illã in. œ. diphthongũ tranſferre: ut & diphthongum nos haberemus ubi illi habeant. Nec græca. mõ ſed pleraq; ex noſtris: quæ nos per. u. ſcribimus: antiq p. œ. diphthongum ſcriptitabant: ut mœrus pro murus: quod obſeruaſſe Virgi. in pfato libro x. teſtatur idem Seruius cum ait. Quin intrant portas atq; ipſis prœlia miſcent Aggeribus mœrorũ p murorum: ubi primã cũ. œ. diphthongo ſcriptã dixit. Similiter mœnia cum. œ. diphthongo pro munia ſcribi aſſeruit: pœnio pro punio

quod eodem teſte á poetà uenit hinc a pœnica regna uides: de quibus in particularibus dictionibus latius uidebimus.

DE diphthongo: ῦι.

Eptima diphthongus fit ex. ῦ. pſilon &. i. paruo coniunctis inuicem hoc modo υι: quæ unius. i. longi ſonum ſeruat: quam apud latinos in ipſis dictionibus græcis: quas latine tranſcribunt ſic prorſus ut iacet apud græcos obſeruatum comperimus: & nos ſimili modo obſeruare debemus. ut ἁρπυῖα harpyia. Virgilius libro. iii. æneí. ſic obſeruaſſe depræhenditur ex antiquis & emendatiſſimis codicibus: ac Macrobio teſte ubi ait: Quas dira celeno: Harpyiæq; colunt aliæ. Idem lib. geor. iiii. Atq; getæ atq; hebrus ac attias orithia ſic. n. græce ſcribitur ὀριθυῖα: ſimiliter cynomyia: & alia q̃ plura. Nam ſimili modo ſcribunt noſtri dii: &. ii. ꝑ geminum. i. & ꝑ unum proferunt.

DE diphthongo. ῷι.

CTaua & ultima diphthongus ex his. quas ĩ latinũ traducimus: ea ẽ quá illi ex. ῶ. magno & . i. ꝑuo cõficiũt: ſed diuerſimode ab antiquis & moderníoribus cõſcriptá. Ná antiqui quidẽ ipſũ paruũ. i. ad latus ipſius. ω. magni ſẽp cõſcribebát hoc mõ uidelicet. ῶι. ut ĩ codicibus illorũ antiq̃s quotidie legimus. At alii moderniores nõ ad latus: ſed ſub ipſo. ω. ſubſcribere cœperunt ſic uidelicet. ῳ. Quod ex librariorũ imperitia primitus proueniſſe exiſtimo: qui cum uoce ipſius. ω. magni tota diphthongus ꝓferri habeat. Ita ut ipſum. i. paruũ penitus ſonũ ſuum ꝑdat: incõſiderate ſolũ. ω. hoc ẽ nõ etiá ad latus ipſum. i. paruũ applicádo cõſcribebant: ut ſimili mõ ĩ ſcripturis noſtris frequẽtiſſime cõtingit: in quibus ubi ſcribi debuiſſet. æ. diphthongus ipſum ſolũ. e. ex imperitia deſcriptum cõperimus. Quod docti deinde græcorũ grámatici eiuſmodi iá male ſcriptos codices emẽdantes: ipſum. i. paruũ quod ad latus eſſe debuerat ſubſcribebant. Quod ſane ex illo etiá ꝑpenditur: quia ab inſciis noſtri tẽporis librariis in nouis illorũ codicibus omiſſum illud. i. paruũ penitus depræhẽdimus. Cũ igiẽ hanc diphthongũ ĩ latinũ cõuertimus: in noſtrá. œ. diphthongũ ut maiores noſtri ſemꝑ obſeruauerunt: & nos tranſferre debemus: uidelicet remanente. ῶ. qđ ĩn. o. noſtrũ cõuertimus: & ipſum. i. paruũ in. e. tranſmutamus quẽadmodũ & ĩ alia illorum diphthongo uidelicet. οι. ſupra diximus obſeruádũ ut τραγῳδία tragœdia κωμῳδία comœdia. Nam ambæ hæ dictiões ex ᾠδὴ quod apud nos ẽ cantus componuntur. & prima quidem cum ea dictione quæ ẽ τράγος. i. hircus. alia uero cum ea quæ eſt κώμη. i. uilla coniungitur. Cum ergo eius dictionis quæ eſt ᾠδία prima ipſum. i. paruũ conſcriptum habeat uel ut antiqui obſeruabant ad latus ſic ſcriptũ ῶιδία: quæ eodẽ mõ ut alia ꝓfertur cum apud nos tranſfertur ꝑ. œ. diphthõgũ ſcribi debet. Ná formaẽ ea dictõ ῶιδία ab hoc uerbo ἀοιδῶ quod apud nos eſt cano: & traducitur ᾄδω quo antiqui poetæ utũtur: ut Homerus in primo iliados uerſu. μῆνιν ἄειδε: quod alii in cõmuniorem linguam deducentes conuerterunt. a. &. o. paruum in. ω. magnum remanente. i. ut Moſchopulus diligens illorum grámaticus atteſtatur: & dixerũt ῶιδῶ: uel ſecundum modernos cum. i. paruo ſubſcripto uidelicet. ᾠδῶ quod apud nos dicitur cano. Vbi in prima eſt diphthongus quæ uoce ipſius. ῶ. tantũmodo profertur: hanc ergo cum in latinum conuertimus in. œ. ut diximus. tráſcribimus: & uoce ipſius. e. ſimplicis ſecũdũ noſtram conſuetudinẽ ꝓferimus dicẽtes tragœdiá: comœdiá: citharœdũ: pſalmœdiam: proſœdiam. & ſiquid aliud

.1. ) De ordine conſonantiũ inter ſe. et q̃ uocales non plures q̃ tres cõſonantes ĩ eadẽ ſyllaba uocalẽ antecedũt. uel ſequũtur.

ſimile cõtingat: quáuis iſta duo ultima græca uoce cum. o. abſq; dipthõgo proferre conſueuerunt: ut late uidebimus in dictione proſodia.

.1. De ordine conſonanãtiũ inter ſe. & q̃ uocales non plures quam tres conſonantes in eadem ſyllaba uocalem antecedunt uel ſequuntur.

Vnc ad ordinẽ conſontium inter ſe & cũ uocalibus ꝓgredientes: cõperimus primũ ex ipſa liguæ poteſtate nõ plures q̃ tres cõſonátes ĩ eadẽ ſyllaba uocalẽ ipſam antecedere: nec rurſus niſi tres cõſequi poſſe: ſic. n. ꝑ ſtrepo uerbũ afferimus: ſic mulctram ꝓ ipſa emunctione: ut Virgi. in bucolicis. Bis uenit ad mulctrá. Vel nulctrale quod uas eſt: in quo lac emungitur. Similiter ſtirps cum tribus poſt uocalẽ efferẽ. quæ cũ hominũ dicitur: generis eſt fœminini. ut Virgi. Heu ſtirpem inuiſam. Cũ uero arborũ maſculini: ut idem ĩ xii. Cum ſemel in ſiluis uno de ſtirpe reciſum.

Duæ ſolæ cõſonantes uocalẽ ſequunẽ: ſi tres præcedunt & ecõtrario.

Ante ſi tres cõſonátes uocalẽ ipſam præcedunt: nõ poſſunt niſi cõſonátes duæ ĩ eadẽ ſyllaba ſubſeq: ut monſtrás. Et ecõtrario ſi cõſonátes tres uocalẽ ſequunẽ: nõ poſſunt in eadẽ ſyllaba niſi duæ præcedere: ut ſtirps.

Quæ conſonantes ſyllabam poſt uocalẽ finire poſſunt.

Vrſus & ſi aliqua dictio in duas deſinit cõſonantes: neceſſe eſt priorẽ liquidam eſſe: & ſequentẽ uel in. s. uel in. x. ut in iiſdem litteris oſtẽdemus: uel ĩ c. ſola. n. antecedente finire: ut hinc hunc. Vel in. t. ſimili mõ ipſo. n. antecedente terminari: ut eſt dicuut: amant: & ſimilia. Excipimus græca quædam quæ in ψ. apud illos terminantur: & apud nos ꝑ. ps. aut. bs. traducuntur. ut Pelops: arabs: quin & ex latinis princeps & cælebs.

Quæ cõſonantes alias in eadẽ ſyllaba præcedere & ſubſeq poſſunt.

Ttaq; cum cõſonantes plures in eadẽ ſyllaba ordinamus. Aliquas q̃dẽ cõperimus: quæ aliis ſemꝑ in ipſa ſyllaba præponunẽ: ut. b. f. g. p. Alias uero quæ ſemꝑ reliquas ſubſequuntur: ut. l. n. q. r. x. Alias autẽ quæ quandoq; quidem præponuntur quandoq; uero ſubſequuntur: ut. c. d. m. ſ. t. Rurſum & aliá quæ nec cõſonanti præponitur: nec poſt aliá in eadẽ ſyllaba locari poteſt: ut. z. de quibus omnibus ſigillatim uidendum reſtat.

E ante. d. in eadem ſyllaba poniẽ: ut abdera nomẽ urbis de qua in ea dictiõe uidebimus. Labdarus qui filius fuit Polydori filii Cadmi: Abdomẽ pars animalis pinguis. Bedelyros abominabilis. Bdellium arbor de qua in ſua dictione uidebimus Idem ante. l. ponitur: ut blandior: quod eſt geſtu & maxime tactu: aliquid dulciter indicare. & ꝑ abuſionem ad alios ſenſus tranſfertur. ut Quintili. Blandiar pauliſper iuuenes calamitatibus meis ante. r. ut brẽnus umbra.

C ante. l. in eadem ſyllaba poniẽ: ut clarus. itẽ ante. m. ut Pyrachmon: Alchmena drachma de quibus omnibus in ſuis dictionibus uidebimus. Ante. n. ut Cneus cnidus nomen eſt urbis: de qua in propria dictione. ante. r. ut creber: ante. t. ut actus lectus. Cteſias qui ſiculus fuit orator. & plura quæ in ſequentibus uidebimus: Quin & poſt. ct. ipſum. r. in eadem ſyllaba collocamus: ut uictrix. Non autem. l. teſte Priſciano ipſa ſoni natura prohibente.

D ante. l. in eadem ſyllaba ponitur ut abodlas: quod eſt fluuii nomen. Ante. m. ut Admetus nomen uiri proprium. Dmois id eſt ſernus: de quibus in ſequentibus

apparebit. Ante.n.ut cydnus.qui fluuius eſt ciciliæ.de quo in ſua dictione ui
debimus. Ariadne filia Minois:quæ a modernis quibuſdã inſciis Hadriana cor
rupte ſcribitur & uocatur.Item ante.r.ut draco. Drances quod nomen eſt ui
ri proprium.
F ante.l.modo conſimili in eadem ſyllaba collocatur ut flauus fluuius ante.r.ut
frater frango.
G ante.l.in eadẽ ſyllaba ponitur.ut gladius. glabrio qui delicatus dicitur.& ſine
pilis habetur:ante.m.ut agmen.ante.n.gnatus.ante.r.ut gratus:
L ante nullam conſonantem in eadem ſyllaba ponitur:ſed ſemp alias ſubſequit̃.
M raro ante conſonantem in eadem ſyllaba collocari poteſt.Reperitur tamẽ ante.
n.ut amnis.qui ab ambio dicitur ſecundum Varronem.Omnia enim.flumina
circuerunt:ideo cornuta pinguntur.ut dixit Seruius. Et ego romæ ſæpe uidi
deos fluminũ ſculptos cũ cornibus & urna.ſomnus.Agamemnõ. Mneſteus.de
quibus in ſequentibus.Nã ut uidebimus.m.præcedentẽ ſyllabã terminare non
poteſt ſubſequẽte.n.item nec ſubſequẽte.t.niſi.p.interponitur.
N nunquam ante aliquam conſonãtem in eadem ſyllaba præponi poteſt.ſed ſem
per ſubſequitur.
P ante.l.in eadem ſyllaba ponitur:ut planus:ante.n.ut terapne patria eſt.de qua
Ouidius in epiſtolis heroidum. Rure terapneo nata puella phrygem.ante.r.ut
pratum.præda quæ teſte Gellio libro.xiii.noctium atticarum dicitur corpora
ipſa rerum quæ capta ſunt.manubiæ uero appellate ſunt pecuniæ a quæſtore
ex uenditione prædæ redactæ.ante.s.teſte Priſciano in octauo ut ipſe ſcripſi.
nupſi.ſimiliter capſa:tametſi a capio deduci uelint. Alii a græco tractum uo
lũt.quod eſt καμπτρα.& amiſiſſe.m.cum dici debuiſſet cãpſa.ante.t. ut aptus
captus ineptus.pthia patria Achillis ut in ſequentibus uidebimus diphthõgus
ſculptile.quod ſculptum dicimus.ut ſculptile ſimulachrum legimus qđ ſcul
ptum eſt.Nec inter.m.&.n.ipſum.p.ſtare poteſt nec poſt.r.in prĩcipio ſyllabæ
aliter ſic ut ſtirps.
Q Ante nullam conſonantem in eadem ſyllaba poni poteſt.ſane ſubſequi ut ſu
pra uidimus.
R ante nullam conſonantem in eadem ſyllaba ponitur:ſed ſemper alias ſubſequi
tur ut ſupra uidimus.
S ſequente.b.in eadem ſyllaba ponitur ut aſbeſtus.i.inextĩguibilis aſbutes.i.inſe
pultus.Item ſequente.c.ut ſcutum.Quin & poſt.c.ſubſequente.l.in eadem ſyl
laba ponitur ut ſmaragdus:ſmyrna.Item ſequente.q.ut ſqualor: ſequente.p.ut
ſpes ſpera.Quin & poſt.p.ſequente.l.ut ſplendidus uel.r.ut ſpretus.Item ante.
t.in eadem ſyllaba ponitur ut ſtatus:ſtẽnus:caſtellum qui paruus ẽ uicus mu
ris circumdatus. Et a caſtro deſcendit quo ſignificatur locus muris muni
tus ac etiam urbs teſte Seruio ſup.vi.æneі.At caſtra in plurali notum eſt appel
lari locum in quo milites tentoria fixerunt. Vocatur etiam caſtellum teſte Vl
piano recæptaculum illud:quod aquam publicam ſuſcipit.& ut addit labole
nus:ex quo fiſtulis aqua ducitur. Quo ſignificato Frontinus de aquæducti
bus ad neruam ſæpiſſime uſus eſt.Item ponitur.s.ĩ eadem ſyllaba ante.t. ſequẽ
te.l.ut ſtloppus & eſt ſonus ille qui ex inflatione buccarum erumpit Perſius in
penultima ſatyra.Nec ſtloppo tumidas intendis rumpere buccas.Vel.r.ut ſtra
tus.ſtructor qui a ſtruendo.hoc eſt ordinãdo & componendo deducitur.Vnde



dici poteſt cõuiuii cõpoſitor.Iuuenalis in.v.ſatyra.Structorem interea ne q̃ ĩdi
gnatio deſit Saltantẽ ſpectas.de quo in ſequentibus cũ de.r.littera finiente ſylla
bam ante.g.ptractabimus clare uidebitur.Quin & ab eodẽ uerbo ſtrues deduci
tur.quæ precipue eſt lignorum.Sane fruſtum non ſuſcipit.r.poſt.ſt. in ultima
Vnde Iuuenalis in ſatyra Atticus eximiæ inquit. Nec fruſtum cape.& Virgili.
in primo.Pars in fruſta ſecant.Nam fruſtra cum.r.aduerbium eſt ſignificans ĩ
caſſum.nõ poteſt etiam.s.ante alterã mutarum poni. Veruꝫ in fine ſyllabæ om
nes liquidæ ante.s.collocantur ut puls hyems mons ars.
T ante.l.in eadem ſyllaba ponitur.ut Tlepolemus Atlas nomina ſunt propria.de
quibus in ſequentibus ante.m.ut Tmolus iſthmos.de quibus in ſequẽtibus cla
re habebitur.ante.r.ut tractus.
X ante nullam conſonantẽ in eadem ſyllaba ponitur. ſed ante illã omnes liquidæ
excæpta.m.in fine eiuſdem ſyllabæ collocari poſſunt:ut falx lanx arx.
Z ſimili modo ante cõſonantẽ poni nõ ualet.Nec ulla duplex in capite ſyllabæ cõ
ſonante ſequenti locari poteſt.Vnde non recte zmaragdus cũ.z.in principio di
ctionis a nõnullis ſcribitur:quod Lucanus in.x.nõ poſſe fieri ꝑ illud monſtra
uit quod ait:Et ſuffecta manu foribus teſtudinis indæ.Terga ſedent crebro ma
culis diſtincta ſmaragdo.Nam ſi eſſet.z.ante.m.ſubtrahi in metro minime poſ
ſet.Et ſit quoqꝫ uerſus ipſe non ſtaret:ubi iam.s. uim conſonantis amittit non
etiam poſt conſonantẽ in eadem ſyllaba collocatur.

De Vocaliũ & cõſonantiũ ordinatione in diuerſis ſyllabis.

u Iſo de uocalium & cõſonantiũ ordine in una eadem ſyllaba: reſtat ut de
earundem in diuerſis ſyllabis ordinatione ꝓſequamur.Itaqꝫ omnis dictio
uel ſimplex eſt uel cõpoſita.Si ſimplex inter medias illius ſyllabas aliqua a uoca
li incipiat:neceſſe eſt antecedentẽ quoqꝫ ſyllabam in uocalẽ deſinere:ut pietas:
curialis:pareo:eo:ruo:munio.Nõ tamẽ ſi p̃cedens in uocalem deſinit:neceſſe eſt
ſubſequentẽ a uocali ĩcipere.ut in eiſdem exẽplis liquet. At ſi cõpoſita ſit dictio
& ſyllaba intermedia a uocali incipiat:nõ neceſſario antecedens in uocalẽ deſi
nit:ut exacuo:perago:ineo:adiuro.Verum in cõpoſitis quandoqꝫ ſubtrahit̃ cõ
ſonans:& tunc antecedens ſemp ĩ uocalẽ terminatur: ut coeo cois:quod ex con
& eo cõponitur:& hæc hactenus de uocalibus.Quæ fere omnia p cõtrarium in
cõſonantibus obſeruamus.Nam ſi ſimplex ſit dictio & antecedens illius ſyllaba
in cõſonantẽ deſinat:neceſſe eſt ſubſequentẽ quoqꝫ a cõſonante incipere:ut ar
tus:arduus ille.nõ tamen ſi ſequens incipit a conſonante: neceſſe eſt præceden
tem in cõſonantẽ deſinere:ui faber:Nero:filius nomen:numen.Si autẽ compo
ſita ſit dictio:& eius antecedens ſyllaba in cõſonantẽ deſinat. nõ neceſſe eſt ſub
ſequentẽ a cõſonante incipere.ut obaudio:abeo:perago:exacuo: exanguis: ſub
eo:ineo:tranſeo:pereo:prætereo:abũdo:aduro::exuccus: id eſt ſine ſucco. Sane
Herodianus de orthographia putauit rationabilius conſonantẽ in quã antece
dens ſyllaba terminatur:cum ſequentis ſyllabæ uocali coniungere: q̃ ſic quoqꝫ
præcedentem finire.Quare ad ipſam uocis prolationem conueniẽtius eſſe dixit
ſimpliciuꝫ regulã q̃ cõpoſitorũ:ut diximus obſeruandã. Quod Priſciano quoqꝫ
doctiſſimo grãmatico nõ placuit:tũ quia aliquæ dictiones primã in metris cõ
munem haberent:oblitus:oblatus:obruo:abrado & ſimilia: ita ut poſſent etiam
corripi:quod nunq̃ cõpertum fuit:cũ liquida poſt mutã in eadem ſyllaba præ
cedentem cõmunem faciat:tum quia circũeo & circumago: & ſimilia eliſionam

ipſius.m.in ꝓnũtiatione nõ paterẽtur:quia tunc quoq; ꝑ eũ in ſequẽtẽ ſyllabã
ꝑtranſiret:tũ etiã quia multæ uocales quæ aſpirari debẽt:aſpirationẽ amitterẽt
ut inhibeo adhuc ab hinc:& ſimiles cũ cõſonantes ille uocalibus aſpiratis cõiũ-
gi non poſſint:Stabit igitur quod doctiſſimi aſſeruere grãmatici in compoſitis
dictionibus ſyllabã in cõſonantẽ deſinere poſſe ſubſequẽte a uocali incipiente.

Q°. A N In compoſitis dictionibus ſi ſequens ſyllaba a conſonante incipiat.præcedẽs
in aliquã conſonantem finiri poſſit.

ED dubium reſtat grandẽ an in eiuſmodi cõpoſitis dictionibus ſi ſequẽs
ſyllaba a cõſonãte incipiat præcedẽs quoq; in quãlibet poſſit cõſonantẽ
·So· deſinere.Quod pluribus argumentis nequaquã poſſe fieri mõſtrabimus. Et in
cipiente.a.b.cõſonante ꝑ ſingulaſq; alias tranſcurrentes oſtendemus:quas ſylla
bas quæq; cõſonans ualeat terminare.& quas non ualeat.

DE Syllabis deſinentibus in.b.

ʒ Taq; in.b.cõſonantẽ ſyllaba deſinens cõperitur. ſi ſubſequẽs etiã ab ipſo.
b.initiũ ſumat:ut ſabbatũ.& Priſciano auctore ſaburra quæ arena eſt im
mũda:qua naues onerari uſq; ad certã menſurã conſueuerunt. Nos uero non
cũ duplicato.b.ſed potius cũ unico ſcribẽdũ putamus: quia breuis eius prima
ab auctoribus noſtris ponitur. Virgi.lib.georgi.iiii. Vt cymbæ inſtabiles fluctu
iactante ſaburrã Tollunt.Lucanus ſimiliter.Fluctuq; latẽte ſaburra.Gibbus cũ
duplicato.b.ſcribit:& tumor eſt in dorſo. Vnde gibberoſus qui gibbum habet
atq; idem gibber. Obba ſimiliter ipſum duplicat: & teſte Nonio genus ẽ poculi
uel ligneũ uel ex parte.Sec hæc hactenus de ſimplicibus:nunc quoq; de cõpoſi
tis:& primo a præpoſitionibus ſubſequẽdũ eſt. Ab igitur præpoſitio cum aliis
dictionibus cõponitur.& cõſeruat.b.litteram.ſi ſequens utique dictio a uocali
incipiat.quæcũq; ſcilicet uocalis illa exiſtat.ut abactor quod ex ab & actor com
poſitum ex abigo deducitur. Vocantur etiã abactores pecuariorũ animaliũ fu-
res latrũculiue.quos ut uidebimus abigeos etiã uocãt.Aberro quod ſimiliter ex
ab & erro componitur.Abigere ex ab & ago compoſitum mutauit.a.i.i.& ſigni-
ficat a loco fugare atq; expellere : ut abige muſcas a facie mea ſcribentis. abige
canes a popina tua.abige ſturnos ſonitu a uinea. Quintilianus. Ibi multis mi-
ſer plãctibus aues abigam.Similiter oues capras aſellos ab hortis a uinetis a pra
tis abigimus id eſt expellimus. Vnde etiam abigei dicti ſunt qui teſte Vlpia-
no proprie hi habentur.qui pecora ex paſcuis uel armentis ſubtrahũt.& quod-
ãmodo deprædantur.& abigendi ſtudium quaſi artem exercent.equos de armẽ
tis uel oues de gregibus abducentes.Abiicio cum duplicato.i. ſcribitur ex ab &
iacio componitur. ubi in compoſitione.a. conuertitur in.i. abominor ex ab &
ominor ſine aſpiratione componitur:quaſi cũ faſtidio exhorreſco. Abortiuus ex
ab pro abs:quod eſt contra & deriuatio ab orior deducto componitur. Abundo
ex ab & undo componitur:& ſine aliqua aſpiratione ſcribitur: quia non ab ha-
beo uenit. Abuſus ex ab & uſus componitur:quaſi contra uſum: cum quo ab-
uſio ꝓrſus idem eſt. Verũ ſequẽte.u.conſonante ab præpoſitionem abiicitur.b.
ut auerto quod ex ab & uerto componitur. & inde auerſo quod ẽ cũ ex aliqua
re:quã deteſtamur uultũ auertimus ut Dii talem terris auertite peſtẽ. Conſtat
igit̃ dictiones a ſingulis uocalibus incipiẽtes cũ ab præpoſitione cõponi poſſe.
At nõ aliæ a ſingulis conſonantibus ſumẽtes initiũ cũ ea componuntur. Nam
cũ dictionibus incipiẽtibus ab ipſo.b.nõ cõponitur ab præpoſitio. Vnde adbre



uio etiã ſi cũ.b.ab aliquibus ſcribat̃:ex ad præpoſitione cõponitur.Et ut teſtis ẽ
Priſcianus adhibo cum.d.ſcribenda eſt. Nec ſemꝑ ad præpoſitio purum aut in
tegrũ.b.in cõpoſitione cõſeruat.Nã in dictionibus incipientibus a.c. ꝓ ab abs
præpoſitio auctoribus Papyriano & Priſciano cõponit̃: ut abſcondo: abſcedo:
abſcido.Sane ſubſequẽte.d.remanet ĩtegrũ.b.ut acdo: & inde abditus: quod ex
ab & do:qđ eſt abſcondo cõponitur.abdico ex ab & dico dicas cõponitur q̃ſi lõ
ge dico. Vnde ſignificat expellere a bonis filiuꝫ dũ uiuit pater:cũ exheredare ſit
poſt mortẽ illum ab hereditate priuare. Abduco ex ab quod aliquando extra de
notat:& duco cõponitur.aliquãdo ſuꝑflue ponitur ab : & idem eſt quod duco
ut Liuius Flauuius ſupplementum ab roma abduxit. Rurſus & ipſa ab præpo
ſitio ſi cũ dictione incipiẽte ab.f.cõponatur:ſemꝑ integrum.b. cõſeruat. ne ſi ĩ
f.tranſiret putaretur ex ad cõpoſitio facta:iõ ſcribitur abſore cum.b.& abfutu-
turum:quæ idem deſignant.Ne ſi cum duplicato.f.ſcriberẽtur:cõpoſita qs cre-
deret ex ad præpoſitione:quæ oppoſitum ꝓrſus deſignaret.Nã ut illa cuꝫ ab nõ
futurum dicunt:qa tẽpus ab denegat:ſic iſta cum ad præpoſitione uenturum
tẽpus deſignant. Vt Virgi.abfore cernetis. Ouidi. in primo: Eſſe quoq; in fatis
reminiſcimur adſore tẽpus.Statius in libro thebaidos uidetur accipe pro ſigni-
ficatiõe præſentis cum ait:Senſit manifeſto numine ductos adfore: quod nexis
ambagibus augur apollo:Portendi generos uultu fallẽte ferarum ediderat. Nõ
nunq̃ uero ſequente dictione incipiente ab.f. ob eandem differentiã tranſit.b.ĩ
u.uocalẽ:ut ex ab & fugio non dicimus abſugio cum.b. neq; affugio cum du
plicato.f.ſed aufugio cum.u.uocali ſcribimus & proferimus. Similiter ex ab &
fero non dicimus abfero cum.b.nec affero cum duplicato.f. ſed aufero. Cuius
cauſam dixit Cicero in eo libro qui inſcriptus eſt orator:ut fieret uox pronun-
ciatu audituq; lenior.& ſubdit hæc ĩquit præpoſitio preter hæc duo uerba nul-
lo alio in uerbo reperietur.f.conuerſa in au.diphthongum.Sed dubium fuit a-
pud aliquos:uerſa ne ſit & mutata ab præpoſitio in au.ſyllabam propter lenita
tem uocis:ut dixit Cicero:an potius au.particula ſua ſit proprie origine: & per-
inde ut plereq; aliæ præpoſitiones a græcis:ita hæc quoq; inde accepta ſit:quod
aliis diffiniendũ relinquo.Non etiam componitur ab cum dictione incipiente
a.g.ſed cum dictione aſpirata: quæ & integra manet. quod idem eſt ac ſi cum
incipiente a uocali componeretur:ut abhorreo quod ablatiuum expoſcit: cum
dicimus abhorreo ab hac re:ac ſi diceremus per quaꝫ alienus ſum ab hac re. nã
ſemper in huiuſmodi ſignificatione ablatiuum requirit. At exhorreo hanc rem
cum accuſatiuo conſtruitur.& idem eſt quod expaueſco . Componitur etiaꝫ ab
præpoſitio cum dictionibus incipientibus ab.l.& integra manet: ut abluo: qđ
ex ab & luo componitur:ablacto:ablatiuus. At cum dictiouibus incipientibus
ab.m.non componitur ab præpoſitio.Sed cum incipientibus ab.n.compoſitio-
nem facit & integra manet:ut abnego:abnepos: qui filius eſt pronepotis quaſi
ſeiunctus a nepote. Abnuo quod eſt recuſo: ex ab componitur & nuo. quod a-
pud uetuſtiſſimos pro uolo habebatur. Vnde nutus & numen quod eſt dei nu
tus:hoc eſt imperium & poteſtas. Virgilius in primo æneidos. Meo ſine numĩe
uenti.Et a nuo nuto uerbum deſcendit:quod proprie ad animum ſpectat: cuꝫ
dubitans eſt & neſciens quo ſe potiſſimum conferat. Significat etiam alicuius
malæ ſolidatæ molis ruinam minitare:ut Virgilius in bucolicis. Aſpice cõuexo
nutantem pondere mundum. At cum dictione incipiente a.p.non cõponit̃ ab

cũ ea uero quæ incipit ab.r.componitur & in nõnullis.b.in.r.cõmutatur: ut
arripio:quod ut inuit Priſcianus in.ii.lib.ex ab & rapio componitur:& inde ab
reptiuus is dicitur:qui a dæmone rapitur.In quibuſdam aũt differentiæ cauſa:
ut putat Papyrianus integrum.b.remanet:ut abrogo & abrado : ne ſi arrogo &
arrado cum duplicato.r.ſcribamus:dubiũ ſit an.ab.uel.ad.præpoſitio cõpona-
tur:quæ ſcilicet conſonantem ſuam in.r.cõmutauit. Simili modo & nos de ab
re putamus:ne ſi arre cum duplicato.r.dicatur: quidam genitiuum eius quod
eſt arra uel datiuuʒ eſſe exiſtiment. Et ſignificat abre quaſi præter rem: hoc eſt
indecens & incõueniens.Liuius lib.viii.Hæc & ſi omnes diuini humaniq; mo-
ris memoria aboleuit:noua pegrinaq; omnia Priſcis ac patriis præferendo haud
abre duxi uerbis quoq; ipſis:ut tradita nuncupataq; ſunt referre. Idem li.xxxv
& q̃q̃ prope abſciſſa res erat:tamen non abre eſſe. Quinto uiſum eſt ſociorũ ali-
quos legatos intereſſe ei concilio.Suetonius in auguſti uita. Et quando ab hoc
uentum non abre fuerit ſubtexere:quæ ei prius q̃ naſceretur & ipſo natali die.
deinceps euenerint.Et plura alia quæ poſſent adduci exempla:in quibus om-
nibus ab re indecens & inconueniens & præter rem deſignat.Nec temere aut ſi
ne cauſa ut quidam ſomniat.Sane cum dictione incipiente ab.s.præpoſitio ab
raro componitur:ut abſumo quod etiam eum unico.m.ſcribitur.At uero cum
dictione incipiente.a.t.componi non conſueuit:niſi pro ab ponatur abs ut ab-
ſtineo abſtractus:a quo & temetum quod eſt uinum fit abſtemius:abſtergo: ab
ſterreo & ſimilia.Non etiam componitur cum incipientibus ab.x.uel.z.

Ob præpoſitio ſimili modo componitur.Et nõnunq̃ imutabilem retinet.b. Non-
nunq̃ uero in eas conſonantes conuertit:a quibus ſequens dictio:cum qua cõ-
ponitur initium ſumit.Quandoq; autem & ipſum.b.abiicit.Retinet quidẽ im-
mutabilem compoſita cum dictionibus incipientibus a uocalibus quibuſcũq;
præter q̃ ab.o.cum qua ob diſſonantiam ut puto uocis non componitur:ut ob
audio:quod ex ob & audio componitur:hoc eſt auditum poſtergo:& in eadem
compoſitione.au.conuertit in.e.ut dicimus obedio: quod uerbum eſt cõtrariæ
ſignificationis quaſi dictio audiens ſum ſiue pareo: ſiue obtempero:ſiue morem
gero ſiue obſequor.Inde obſequium dictũ:ſed frequẽter inuenio illud poni pro
obſequio turpi:ut apud Ciceronẽ.Sed ſic ſeruitus ſit: ſicut eſt obedientia fracti
animi & abiecti & arbitrio carentis ſuo. Et iterũ.,Dũ aũt ipſe dedecori ac turpi-
tudini obedierit:non modo imperator omnino habendus non erit.Obeo ex ob
& eo quod eſt uado componitur.Significatq; idem quod exequor:ut obeo lega-
tionẽ.i.exequor munus & officiũ legati.Obeo ꝓuinceã.i.exequor: officium ꝓ-
uinciale:ita obeo mortẽ ideſt exequor uel pago mortẽ:uel adeo mortẽ. Quẽad-
modum dicitur quis obiiſſe diem:ꝓ eo quod eſt iuiſſe.Itẽ obiit diẽ ſuũ : idem ẽ
quod mortuus & iuit ad diem fati:ut apud Quintilianũ:Nunciatũ eſt Marcel-
lum diem ſuũ obiiſſe.prætermittimus autẽ nõnunq̃ illũ accuſatiuum & dici-
mus Marcellus obiit.Obitus ex ob & itum itu addita.s.fit obitus: & eſt ipſa exe
cutio mortis obiter ex ob & iter Iuuenalis i ſatyra Quãuis diſgreſſu. Atq; obiter
leget aut ſcribet uel dormiet intus.ſimiliter ante.i.conſonans conſeruat ob ipſũ
b.ut obiurgo obiurgas: & deponens obiurgor in eodem ſenſu. Obiicio ex ob &
iacio componitur.Nam ꝑ compoſitionem.a.in.i.cõuertitur: & ideo cum dupli
cato.i.ſcribitur:unde licet ob naturaliter breuis ſicut & re:attamen pleriq; hac
ratione ꝓducunt:qa.i.geminãt:& primũ.i.cõſonãs fit.Obumbro:ex ob & um-



bro umbras quaſi undiq; umbror.Itẽ cum.u.cõſonante:ut obuerſor obuio: q̃ſi
obuiam aliqd cõperit.Abiicit uero in operio.i.cooperio:& eius paſſiuo operior:
idem eſt cooperior:quorum prima breuis ab auctoribus ponitur:& cum unico
p.ſcribenda ſunt ad differentiã ut puto deponentis uerbi opperior quod ẽ expe
cto:cuius prima longa eſt.& cũ duplicato.p.ſcribit̃.Conuertitur autem.b.i cõ
ſonantes ſæpiſſime ſequentis dictionis.Verum cum dictione incipiente a.b.lit-
tera non cõponitur.Cum dictione uero incipiente a.c.cõponitur:& aliquando
tranſit in.c.aliquando ſuſcipit.s.Nonnũq̃ uero immutabile remanet.tranſit q-
dem in.c.ut occido quod ex ob & cædo cõponitur.Occũbo quod ex ob & cubo
cubas ſimiliter componitur.Vnde ab eo cõpoſita tam primæ q̃ tertiæ coniuga-
tionis inueniuntur.Et idem habent præteritum:ut incubo iucubas incubui:&
incumbo incũbis cũ adiectione ipſius in ſimiliter facit incubui. Et ſimili mõ oc
cũbo occumbis cũ.m.facit in præterito occubui.Occupo ex ob & rapio cõponi
tur ſignificat locum tenere aut capere.Nonnũq̃ ui capere:ut apud Liuiũ libro
xxxiii.Nã & ipſis uocantibus urbẽ hanc accæpi non occupaui.i.nõ ui cæpi.Si-
gnificant aliquando cape ſiue præoccuperare.Vnde præoccupatio.Cicero offi
ciorum li.i.Sunt autẽ nulla priuata natura:ſed aut ueteri occupatione: ut hi q
quondã in uacua uenernnt.Eſt etiam occupare quod in medio ſiue in mediuʒ
atq; in cõmune poſitum eſt ante cæteros cape: ut Quintilianus. Multa nihilo-
minus quæ liberata fuerunt tranſeunt in ius occupantium:ſicut uenatio & au
cupatio.Inde occupatus is dicitur:qui ante negocio aliquo detentus non poteſt
alterius negocio operam dare.Cicero nemo inquit me conuenire uoluit cũ eſſeʒ
occupatus:hoc eſt cum cauſarer me quibuſdam aliis negociis ante præuentuʒ.
Similiter occupatio ea uocatur cum alicui neceſſariæ rei & cui ante omnia ope
ram dare debemus cum diligẽtia uacatio.Suſcipit uer.os. ut obſcurus quod ex
obs & carus cõponitur minime eſſe carus dicatur. Obſoleo quod teſte Priſcião
in.viii.non ex ob & ſoleo.ſed ex obs & oleo componitur: & eſt quaſi reiicior: ut
Cicero de imperio.Cn.Pompeii obſoleuit:iam iſta ratione multo magis q̃ uerbis
refutata.Idem pro Celio: Chartæ quoq; quæ illam priſtinam ſeueritatem obti-
nebant obſoluerunt. Obſcœnus ſimiliter ſuſcipit.ſ. Nam teſte eodem Priſciano
ex obs & canendo:uel ex obs & κοινῶ cõponitur.Vnde inquino quod ſic quo-
q; intelligendum puto obſcenum ut duo ſignificat:ita duplicem habet compo-
ſitionem:& duplici orthographia ſignatur.Nam ſignat aliquando quidem abo-
minabile augurium:ut Virgilius in primo georgicorum.Obſceniq; canes ĩpor
tunæq; uolucres:& tunc quoq; a canendo obs.i.cõtraria & mala dicitur & ſine
diphthongo ſcribitur.Quandoq; uero dicit turpe quid & immundũ:& tunc ex
obs & cœnuʒ cõponitur quod a κοινῶ uerbo græco deducitur hoc ẽ apud nos
inqno ex eo ſcilicet ꝙ quæ multũ cõmunia ſunt:turpia & ĩmunda ut plurimũ
fiunt.Nã id uerbũ ꝓpria ſignificatione cõicare deſignat.Et ſic quoq; cum.œ.di
phthongo in pẽultima ſcribitur.At Varro li.vi.de lingua latina dixit obſcænũ
cum.æ.diphthongo ſcribendum eſſe & a ſcæna deduci: hoc eſt non ex obs: ſed
ex ob & ſcæna componi:quæ ut uidebimus in ſequentibus cum.æ. diphthõgo
ſcribit̃.Remanet autẽ ĩmutabile in hac dictione obcæco:ut multi uolunt: quæ
cõponuntur ex ob & cæco cæcas:nec plus q̃ ſimplex uerbum ipſum deſignat.
Si uero ob cum dictiõe incipiente a.d.cõponatur:ĩtegra ſemꝑ manet: ut obdo
quod ex ob & do uerbo cõponitur:& pro claudi poni cõſueuit: ut Terentius in

enucho:peſſulũ hoſtio obdo. Obduco.i.tego ut expoſuit Seruius:cum ait Vir.
in bucolicis. Limoſq; palus obducat paſcua iunco.i.tegat. Idẽ in moreto. Et ci
nis obductæ cælabat lumina prunæ.ſi tamen Virgilius illud opuſculũ cõpo
ſuit:quod a doctis nõ creditur. At ſequẽte.f.cõmutat ob præpoſitio.b.in.f.offẽ
do ex ob & fendo uerbo quod ſic quoq; ſimplex in uſu nõ eſt cõponitur. Vt ſi
mili modo nec ſpicio:nec frago:nec perio:& tamen in cõpoſitione ea habemus:
ut aſpicio:deſpicio:ſuffragor:refragor:aperio & repio:quæ Papyriano teſte cuʒ
uno.p.in præſenti:& cum duplicato in præterito ſcribuntur : ut de illis in ſe
quentibus apparebit. Officio ſimiliter ex ob & facio compoĩtur: & quaſi noceo
dicitur. Vnde per antiphraſim officium qdam dici uolũt: quia ut proſit agitur
ideo nõnulli officium ab efficiendo dictũ putant. Et nõnunq̃ pro honore poni
tur:ut circũſtabant ſenatores Cæſarem ſedentem in aurea ſella officii gratia.i.
honoris. Aliquando uero obſequiũ ſiue beneficium indicat: ut Cicero odioſum
ſane gentis hominũ eſt officia exprobantũ:quæ meminiſſe debet is:in quẽ colla
ta ſunt:non cõmemorare qui contulit. Virgi.lib.æneidos primo. Non metus of
ficio nec te certaſſe priorem Pœniteat. Nõnunq̃ aũt & pro alicuius artis ratione
accipitur.ut officium grãmatici tale eſt officium architecti:officiuʒ medici. Sa
ne offa cũ per duplex.f.ſcribatur & primam habeat longã ut Iuuenalis in prĩo
Patruo ſimiles effunderet offas:tamen in deriuatiuo pdit unum.f. & fit prima
breuis:ſcribiturq; ofella.ait enĩ in ſatyra: Atticus eximie:Ac rudis omni tempo
re & exiguæ furtis imbutus ofelle. Si uero ob cum dictione incipiente.a.g.com
ponatur.in.g.ipſum non cõmutatur:ut oggannio quod ex ob & gannio cõpo
nitur. Et eſt gãnire proprie uulpium:unde apud aliquos pro ſtulte loq. Apud
alios uero pro in culcare. Apud nõnullos aũt p irridere ponitur. Et inde oggã
nio quaſi contra gannientem. Gannio rurſus & cum dictione incipiente ab.m.
conuertitur.d.in.m. Immo ut oſtẽdit Priſcianus magis abiicit.b. Nam ex ob &
mitto dicendum eſſet ommitto cum duplicato.m.ſed cum prima breuis ponat̃
abiicitur a poetis.b.& dicitur omitto. Terentius in adelphis: Omitte mulierem.
Horatius in ſecundo ſermonũ. Aut ſpem deponas:aut partem illuſus omittas.
Idem in epiſtolis: Quem ſua culpa premit deceptus omitte tueri. Similiter omu
teſco abſq;.b.ſcribitur: Si uero cũ dictionibus incipiẽtibus ab.n. præpoſitio ob
componatur.b.ipſum prorſus ſeruatur:ut obnitor: ex ob & nitor quaſi contra
nitor & conor. Vnde obnixus participium formatur:obnoxius uero ex ob & ne
xus componi quidam uolunt: quaſi obſtrictus & obligatus obnixus eſſe dicat̃
Plautus in aſinaria: Maximas opimitate: & gaudeo effertiſſimas ſuis heris ille
una mecum pariet gnatoq; & patri: adeo ut ætatem ambo ambobus nobis ſint
obnoxii noſtro deuincti beneficio. Cecilius ĩ chryſio: Quãq̃ ego mercede hic cõ
ductus tua aduenio:tibi me eſſe ob eam rem obnoxium reare: audibis male : ſi
male dicis mihi. Si autem componatur ob cum dictione incipiente.a.p.tranſit:
b.in.p.ut oppono oppugno:quod eſt q̃uaſi contra pugno: unde oppugnatio.
Non enĩ recte dicitur pugnaui urbẽ:ſed bene oppugnaui: ſicut expugnaui cũ
pugnando uici:ut in ſequẽtibus uidebimus. Oppeto quod ſignificat morior:&
lʒ plærũq; ſine accuſatiuo ponatur:intelligi tamẽ cõſueuit hoc ẽ mortẽ. Virgi.
in.i.ænei. Oterq; quaterq; beati. Quis ante ora patrũ troiæ ſub mœnibus altis
Cõtigit oppetere. Aliquãdo uero ponitur cũ ipſo accuſatiuo:ut Cicero de diui
natione: Aequius inq̃t eſſe cenſuit maturã oppetere mortem. Verũ ut pauloãte



tetigimus ſequente.p.nõnunq̃ ob abiicit.b.ut operio quod p unicũ.p.ſcribitur
& ex ob & perio:cuius ſimplex ĩ uſu nõ ẽ ſecundũ quoſdã cõponitur. Alii uero
ex ob & uerbo pario quod apud antiquiſſimos Priſciano teſte nõ ſolum tertiæ
ſed etiã quartæ cõiugationis erat. Vnde Ennius: Oua parire ſolet genus pẽnis
cõde coratum: At cũ dictionibus incipiẽtibus a.q.nõ cõponit̃ ob:ſed cum inci
pientibus ab.r.componitur:&.b.ipſum integrum cõſeruat:ut obruo:qđ ex ob
& ruo componitur:ſignificatq; opire:ſiue aqua:ut obrutus undis:ſiue terra:ut
Ouidius in primo de remedio amoris: Obrue uerſuta cerealia ſemina terra.ſiuẽ
p tranſlationem ad animũ:ut Quintilianus: Tot uoluptatibus obruere poſſũt
unum dolorem. Simili mõ obrepo:obradio.quaſi ſurrepo & ſurradio. Rurſus &
ſi cum dictionibus incipientibus ab.s.cõponatur:cõſeruat ipſum.b.integrum:
obſtrepo obſto. Et ideʒ obſtetrix.quia cõtra parturientẽ ſtat. Obſecro:obſtupeo
obſideo:& idem obſes:& is dicitur qui traditur imperio alterius ea conditione:
ut ſi dator obſidis a fide recedat:recipienti ſit ius in corpus & uitam obſidis. Et
quia obſidionis cauſa dari conſueuerat:obſidis nomen aſſumpſit. Similiter ſi cũ
dictionibus incipientibus a.t.eadem præpoſitio ob componatur itegrum.b.cõ
ſeruat:ut obtempero:obturo:obtineo. Quintilianus uero in primo de inſtitutõe
oratoria inquit: In uerbo obtinuit:ſecundã.b.litterã ratio expoſcit: aures magis
audiunt.p. Ex quibus uerbis qdam concludere uolunt: ut in qualibet ſimili cõ
poſitione in qua.t.ſequit̃.b.tunc quoq; ipſum.b.non ſolum ſonum ſuum pdat
ſed in.p.ipſum prorſus conuertatur:& cum.p. eiuſmodi dictio ſcribenda ſit: ut
optineo:opturo:ſupter:ſupticeo:& reliqua. Alii uero dicunt mentẽ fuiſſe Quĩ
tiliani ut per.b.ſcribi debeat: ac eodem ſono litteræ proferri ratio expoſcat. ſed
p.gratius aures audiant:ita ſcilicet ut per.p.proferri debeat:& non per.b.ut ſi
mili modo Caius Cneus & amurca:quæ teſte Seruio per.g.proferri debent: & p
c.litteram deſignatur.

De ſub præpoſitione.

ſVb præpoſitio quæ ſimiliter in.b.terminat̃: ſignificat aliquando ipſam
primã tẽporis ptẽ:ut Virgi.ĩ.iii.geor. Sub lucẽ exportant calathis.i.adue
niente luce:nõ autem quacunq; lucis pte. Et ſub tẽpus ipſum quo pugnandũ
erat:hoc ẽ iam iã preſente tẽpore. Aliquãdo ſtati poſt:ut ſub hæc uerba. Aliquã
do ſubter:ut in innumeris fere cõpoſitionibus.nã eadem uia cõponitur:ut aliæ
quas in.b.terminari oſtendimus. Vnde cuʒ uocalibus qbuſcunq; ſequẽtibus cõ
poſita integrũ.b.cõſeruat:ut ſubagito:ſubaro:ſubeo:ſubigo:etiã cum.i.cõſonã
te:ut ſubiectus:ſuboleo:ſuburbium q̃ſi uia ſub urbe:hoc ẽ urbi cõtigua. Si ue
ro cũ dictiõibus incipiẽtibus a cõſonãtibus cõponat̃:manet.b.ĩtegrum niſi ſit
cõſonans.c.uel.f.uel.g.uel.m.uel.p.nã tũc quoq; auctoribus Papyriano & Pri
ſciano in eas litteras cõmutat̃:ut ſigillatĩ uidebimus. Vnde ſequẽte.b.itegra ma
net:ut ſubbibo:ſubblãdior: Sequente uero.c.tranſit in illã:ut ſuccurro:ſuccine
ricius:ſuccreſco:q̃ſi inſenſibiliter creſco. At ſequente.d.integra manet:ut ſubdo
ſubdolus:ſubditus:nõ autẽ ſequente.f.ſed mutatur in illam:ut ſufficio:ſuffero
ſuffragium:quod a uerbo deponente fragor fragaris quod nõ eſt in uſu: & au
xiliari apud antiquos ſignificat cõponitur & deducitur. Vnde & uerbuʒ ſuffra
gor ſuffragaris penultima pducta:& pprie ſuffragia:ut ſic dicam uoces ſunt q̂
dicebantur ad comitia in tabella ue ſcribantur:qbus ſuã qſq; declararet uolun
tatẽ de aliquo eligendo in magiſtratuʒ:q̃lis ẽ electio hoc tẽpore ſummi põtificis

& tamē ſuffragium ꝑ auxilio ſæpe ponitur.Suffoco quod ex ſub & faux faucis
cōponitur.ubi diphthōgus i.o.ꝓductā cōuerſa fuit. Ouidius.Suffocēt animā
dira uenena tuā.Suffire ex ſub & fire:quod infinitū ē & a fio componit̃. Virg.
lib.georg.iiii.At ſuffire tymo cæraſq; recidere inanes : quis dubitet ſuffire dixit
.i.ſubminiſtrare.Nā lʒ a fio habente ſignificationē paſſiuā cōponatur:compoſi
tum tamē Papyriano teſte fit actiuū.Reperitur etiā firi.a quo Priſciano teſte fa
ctum eſt fieri:p diuiſionē unius longæ in duas breues: ut admittier pro admit
ti.Similiter ſequente.g.tranſit.b.in illā:ut ſuggero ſuggeſtum. At ſequēte.l.in
tegra.b.littera remanet:ut ſublego:quod ē ſuffuror.Virgilius in bucolicis:Vel
quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper.Subligo & inde ſubligar:quod eſt ſubli
gaculū:ſeu brachæ:quas induebant hiſtriones in ludis.Iuuenalis in ſatyra Cre
do pudicitiam.Perſonam thyrſūq; tenent:& ſubliger acci.Cicero de officiis lib.
primo.Scæniorum quidē mos tantū habet ueteri de diſciplina uerecundiæ: ut
in ſcænam ſine ſubligaculo prodeat nemo.Veretur eni ne ſi quo caſu euenerit
ut corporis partes quædam aperiantur:aſpiciantur non decoræ.Subleuo:quod
a leuo pro aleuio componitur.Nam eſt auxilium defenſionēq; præſtoq;.Cicero
Zophirus qui ſe naturam cuiuſq; ex forma proſpicere profitebatur:deriſus a ce
teris eſt:qui illa in Socrate uitia non agnoſcere:ab ipſo aūt Socrate ſubleuatus:
cum illa ſibi ſigna ratione a ſe deuicta diceret.Nonnunq̄ uero ſignificat alleuo:
quod eſt ſurſum tollo. Suetonius in Veſpaſiani uita: Dūq; ſurgit ac nitit̃ inter
manus ſubleuantium extinctus eſt. Si uero cōponat̃ ſub cū dictionibus incipi
entibus ab.m.tranſit.b.in.m.ut ſūmitto ſūmergo:ſubmiſtro : q̄q̄ apud aliquos
ſeruetur.b.At cum dictionibus incipientibus.ab.n.integra ſemp remanet:ſub
necto:ſubnixus.Si autem dictiones compoſitæ cū ſub incipiant.a.p.tranſit.b.
in.p.ut ſuppono:ſupplico:quod a ſub & plico cōponitur.eo ꝙ genu poplitēq;
plicamus cū a potentiore aliquo magnū aliquod p̄camur.ſuppeto hoc eſt ſub
miniſtro:a quo ſuppetias deriuatur quod ad auxiliū ptinet:& auxiliū ipſū de
ſignat:ad auxiliū quidem ut Cæſar lib.xxii.cōmentariorū:& nunciabantur au
xilia magna equitatus oppidanis ſuppetias uenire.& in eodē libro. Suiſq; rebus
timens.elephantiſq; triginta relictis ſuis finibus oppidiſq; ſuppetias profectus ē
Et iterum in eodē: Atque ſuis fugientibus ſuppetias ire contendit. Auxiliū ue
ro ut Suetonius in uita Veſpaſiani Legatū inſup ſyriæ conſularē ſuppetias fe
rentem rapta aquila fugauerūt.Plautus i œdippo:Sed memēto ſiquid ſeruiunt
ſenes ſuppetias mihi cum ſorore ferre.Idē in eodē neſcio uiſus eſt.Cum ait auxi
lia mihi:& ſuppetiæ ſunt domi.Supplodo ex ſub & plodo quod eſt plaudo com
ponitur:& eſt pedem terræ incutere. Cū.r.uero in quibuſdā integra manet: ut
ſubruo.In nōnullis uero tranſit.b.in.r.ut ſurripio auctore Priſciano.At cum.s
ſemp remanet.b.littera integra:ut ſubſidiū ſubſiſto:ſubſtantia:ſubſellia:quæ ea
ut ita dicā ſcāna ſunt in quibus audiētes poetas recitantes uel alios magiſtros
ſedere cōſueuerant:erantq; etiam tribunorū triūuirorū:quæſtorū:& huiuſmōi
minora iudicia exercentium:qui nō ī ſellis currulibus nec in tribunalibus:ſed
in ſubſelliis conſedebant. Iuuenalis in ſatyra: Et ſpes & ratio inquit de Statio:
Sed cum fregit ſubſellia uerſu.Eſurit intactam paridi ni uendat agauen. Gel
lius libro. xiiii. noctium atticarum : cum a prætoribus ſe in iudicem lectum
enarraſſet:ut iudicia quæ appellantur priuata ſuſciperet inquit. Sed enim ego
homines illos cum conſiderabā alterum fidei:alterum probi plenum nequaq̄ ad



duci potui ad abſoluendū.Iuſſi igit̃ diē diffundi:atq; inde a ſubſelliis pago ire
ad Phauorinū philoſophū.At ſuſtineo ſine.b.ſcribitur:qa nō a ſub ſed a ſurſū
cōponitur & teneo.Similiter & ſuſpiro ſine.b.ſcribitur:& ſimili modo a ſurſum
& ſpiro componitur.i.cum ex imo pectoris ſurſum ſpiro aliquid cupio : & con
ſtruitur cum accuſatiuo.Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie:Suſpirat longo nō
uiſam tempore matrem. Conſeruat etiā ſub ſuum.b. auctore Priſciano: ſi cum
dictionibus incipientibus a.t.componatur:ut ſubticui:ſubtraho: ſubtel: quod
ex ſub & alo compoſitum dicunt.Nam eſt Τὸκοῖλον τοῦποδός.i.cauum pe
dis quod eſt cauum manus quidam etiam uolam dicunt.Sed hæc & alia ut ſu
pra uidimus quidam per.p.ſcribi uolunt:& non.b.Alii uero non ſcribi.p.ſequē
te.t.ſed magis.b. ſono ipſius.p.proferri.

De ſyllabis deſinentibus in.c.

n Vnc ad reliquas cōſonantes p ordinē ꝓcedentes dicimus auctoribus Pa
pyriano & Priſciano nullam antecedentem ſyllabam in.c.litteram deſine
re:niſi ſequens quoq; a.c.uel a.q.incipiat:ut bacca quæ cum duplici.c.ſine ali
qua aſpiratione ſcribitur:& continet intra nominis ſui ambitum fructus diuer
ſorum generum lauri oliuæ corni myrti lentiſciq; & aliorum:ut in ſequētibus
oſtendemus.Eſt etiam lapis precioſus:ut quo nitido precium cortice bacca da
ret:& inde baccatus ſine aliqua aſpiratione quaſi baccis.id eſt precioſis lapillis
ornatus.Virgilius libro æneidos primo.Colloq; monile baccatum.At ſi cū aſpi
ratione ultimum.c.ſcribatur aliud ſignificat:ut uidebimus in dictiōe Bacchus
Bucca ſimiliter abſq; aliqua aſpiratione cum duplicato.c. ſcribitur . Et a bucco
uerbo quod eſt inflo deriuatur:atq; idē eſt quod os.i.ipſa concauitas unde uox
procedit non ora labiorum.Vnde Iuuenalis cuʒ ait in tertia ſatyra:Bucca focu
lum excitat non de extremitate oris:ſed de interiori pte dixit quæ īflari ſolet: uē
tūq; concipe.Vnde idem poeta in eadem ſatyra de cornicibus loquens inqt. No
tæq; per oppida buccæ.Vbi non de labris quæ latent cum tuba canit:ſed de il
la deformi utrinq; inflatione intellexit tubam inflantium.Similiter cum inquit
Horatius:Vt Iuppiter ambas iratus buccas inflat:non de labris locutus eſt que
inflari non poſſunt:ſed de ipſa oris inflatione.Nam genæ quoq; aliud quiddam
ſignificant:ut in ſequentibus oſtendemus.Vtimur etiam in plurali buccas:ſed
in ſingulari oratores frequentius utuntur.Bucula uero quæ per unicuʒ.c. ſcri
bitur dimminutiuum eſt bouis quaſi parua bos.Baccar per duplex.c. & abſq;
aliqua aſpiratione ſcribitur:generis eſt fœminini:& herba contra faſcinationes
eſſe dicitur.Virgilius in buccolicis:Baccare frontē Cingite:ne uati noceat mala
lingua futuro.Succus cum duplicato.c.ſcribitur:& deſcendit a ſago quod ge
nus eſt ueſtis æqualiter latæ ex parte ſupiori & inferiori.Soccus cum duplici.c
ſimiliter ſcribit̃:& genus ē calciamenti a ſacco deducti:ad cuius ſimilitudinem
factum erat.Itaq; ligatū ſupra pedē plicas q̄plurimas p totum crus effundebat
Succus ſimiliter ſcribit̃:& a ſugo deriuatur.Eccubi cū duplicato.c.ſcribit̃:& ex
ecce & ubi cōponitur.Eccū ſimiliter ex ecce & cū.Ecquis uero cum unico.c.ſe
quēte.q.ſcribitur:& componitur ex en pro ecce & quis:ubi eni ratione ſequētis
mutatur in.c.Ex quo oſtenditur eandem uim habere.c. cum.q. Idem in quicq̄
quod cū.c.ſcribitur:ut ſupra uidimus per cōmutationem.d.in.c.

De ſyllabis deſinentibus in.d.

T uero in.d.pariter nulla in ſimplicibus dictionibus poteſt antecedēs ſyl
laba deſinere:niſi ſequens quoqꝫ ab eadem incipiat:ut addo:reddo: Virgi.
in.viii.Reddidit una boum uocem uaſtoqꝫ ſub antro.Redduco cum duplicato
d.a nōnullis poſitum fuit.Terentius in Phormione: Sectari i ludum ducere ac
redducere.Horatius i Epodo:Cætera mitte loqui deus hæc fortaſſe benigna re-
ducet in ſedem uitæ:quæ ſane Priſcianus inducit non probās cum poſſit eſſe
iambus & ſpondeus in locis imparibus:ſed certū eſt eiuſdem Horatii exemplum
in.ii.ſermonū cum ait:Dii tibi dent capta claſſem redducere troia:ubi redduce
re neceſſario primā ꝓducit.Alii uero per unicum.d.reduco ſcribunt. Virgi.in
iiii.æneidos.Eiectā claſſem ſocios a morte reduxi.Abaddit ſimiliter cū duplica-
to.d.ſcribitur.Et is deus eſſe dicitur quem græci βαιτυλον.uocant. Vnde ſic
quoqꝫ lapis ille uocabatur quē ſaturnus deuoraſſe dicit̃.Sed de cōpoſitis ab hac
præpoſitione ad aliud quoqꝫ dicēdū uidet̃.Nā plærūqꝫ quidē ſeruatur.d.non-
nunq̃ uero in ſequētem litterā cōmutatur.Sed hoc primū p̄notare libet ad præ
poſitionē idē quod circiter ſignificare:ab auctoribus eſſe cōſtitutū eſſe ut circi
ter tria milia:uel ad tria milia idē ſignificant. Ad igit̃ cōpoſita cum dictiōibus
incipientibus a uocalibus quibuſcūqꝫ cōſeruat.d.integrū:ut adamare:quod ex
ad & amo cōponitur:& eſt amatorie amare. Cuius rei multa ab auctoribus col-
ligi poſſunt exempla.Sed hoc ſolū Quītiliani ex declamationibus ſufficiat. Me
quidem marite ſiquis interroget:oēs matres liberos ſuos tāq̃ adamauerūt amāt.
Videbis oculos nūq̃a facie uultuqꝫ deflectere:comere caput:habitūqꝫ cōponere
ſuſpirare cum receſſerint.exultare cum uenerint:cōſerere manibus pēdere cer-
uicibus:non oſculis:nō colloquiis:non præſentie uoluptate ſatiari hæc ille.Ve
rum amare generalis eſt ſignificati:& idem quod diligere denotat:niſi quod qd
dam plus ſignificare uolūt:ut Cicero ad Brutum:Sic igit̃ facies:& me aut ama-
bis:aut quo contentus ſum diliges.Idem ad Dolobellam:Vt mihi deniqꝫ amare
uidear:antea dilexiſſe.Adedo.i.corrodo ex ad & edo componitur.Ademptus cū
m.ante.p.ſcribitur:& componitur ex ad & emptus: ubi euphoniæ cauſa inter-
ponitur.p.quia.m.ante.t.imediate locari nō poteſt:ut ſupra tetigimus & in ſe-
quentibus clarius oſtendemus.Adimo ex ad & emo quaſi dimminuo & aufero.
Adigo ex ad & ago.Aditus ex ad & eo itus.Adorare ex ad & oro:quod ē ore præ
cor componitur.Et tamen ſine ore hoc eſt ſine uoce aliquando fit: non tamen
ſine geſtu corporis.Vnde elephas & phœnix & alia quædam irrationabilia ſoleꝫ
adorare dicuntur.Adulor ex ad & aula componitur: quia id aulici maxime ob
ſeruant:& fit p cōuerſionē.au.diphthongi in.u.lōgā.Aduro ex ad & uro cōpo-
nitur:& magis actionē q̃ paſſionem ſignificat.Simili modo cum.u.conſonante
conſeruat.d.ut aduenio:& inde aduentare quod non eſt aduenire aut uenire:
ſed proximū eſſe ueniendo:ut cuicūqꝫ obuius fit nunciat hoſtes aduentare.Cō
ponit̃.ad.ſimiliter cū dictionibus incipiētibus.a.b.& ipſū integrū in ea cōpoſi-
tione cōſeruat:ut adbibo:quod teſte Priſciano cū.d.ante.b.ſcribit̃.Similiter ad
breuio.At ſequēte.c.eodem auctore tranſit.d.ipſum in.c.litteram: ut accedo:
quod ex ad & cedo cedis ceſſi componitur:& producit penultimam acceſſus &
acceſſio:ambo ex ad & cedo componūtur.Inter ſe tamen ſignificatio differunt:
quia acceſſus eſt aditio atqꝫ appropinquatio:acceſſio autem adiectio atqꝫ in cre
mentum. Et huius ratio eſt: quia id uerbum a quo deſcendunt dupliciter &
regit & ſignificat: ut accede ad ignem huc.i.adi appropinqua. Quin & hoc



calamitatibus meis pondus acceſſit: uel ad calamitates: hoc eſt adiunctum eſt
& increuit.Quæ differentia rara eſt in cōſimilibus nominibus.Nā ſatus & ſatio
idem ſunt:cultus & cultio:motus & motio:curſus & curſio:abuſus & abuſio:a-
ctus & actio.Niſi ꝙ dicimus actionem cauſarū nō actū comœdiarū nō actioneꝫ
Similiter geſtus & geſtio nō parum differunt.Nam geſtus eſt actio quædam &
quaſi pronunciatio corpis. Geſtio uero adminiſtratio quædā:& quæ parum in
uſu eſt.Accola ex ad quod eſt iuxta & colo.i.habitatio cōponitur. Vnde ꝓprie
is dicit̃ q iuxta habitat:ſiue iuxta aq̃s ſiue iuxta montes.Nec refert in ſuo an ali
eno.Vt accola uulturni:accola padi:accola rhodani. At q in montibus domos
urbeſqꝫ poſitas habēt: incolæ ꝓprie dicunt̃. Accuſo ex ad & cauſo cōponit̃ & ē
accuſare teſte Seruio & pluribus grāmaticæ auctoribus maioris de minore:In-
cuſare uero minoris de maiore:quam ſane differentiā apud neminem antiquo-
rū cōperi.Itaqꝫ ne in his inſiſtere uidear:accuſare ē uel apud iudices uel apud
alium quēuis:etiam apud illū ipſum quē accuſes ſignificare atqꝫ oſtendere ali
quē peccaſſe.Incuſare uero ē mores alterius repræhendere & plærūqꝫ cuꝫ q̄rela.
qd̛ ab illo iniuria ſis affectus.ſic apud Virgiliū Terentiū Cæſarem cæteroſqꝫ au
ctores ſemp annotaui.Et ide accuſatorius is dicit̃ q accuſat.Nā quæ in orius o-
ria orium a uerbis uel a uerbalibus in or magis deſcendūt actionem ſignificant
Si uero ad cum dictionibus incipiētibus a.d.cōponitur:ſuum.d.integrū cōſer
uat:ut addiſco quod p duplex.d.ſcribit̃:& ex ad & diſco cōponit̃ quaſi bene di
ſco:& in præterito corripit penultimā.Vnde diſco abſqꝫ ad præpoſitione eſt ut
intelligas:ediſco uero ut memoriter cōplectaris.Quintilianus de inſtitutiōe ora
toria libro primo:Illud ex conſuetudine mutandū ꝓrſus exiſtimo.In his de qui
bus nunc diſſerimus ætatibus:ne omnia quæ ſcripſerunt edificant.Addico cū
duplicato.d.ſcribit̃:& ex ad & dico cōponitur quod apud iuriſconſultos eſt uē
dere p licitationē:hoc eſt in uenditione publica ubi alius alio maius preciū pol
licetur ut ſibi potius q̃ alteri uænialia addicantur.Vnde addictio cum duplica
to.d.&.c.ante.t.ſcribit̃.Sic quoqꝫ apud iuriſcōſultos titulus ē: De indiē adiecti
one.Quē qdā noſtri tpis iuriſpiti nō ītelligētes emēdāt dicētes de indiē adiecti
one.Vbi nō uerba mō ſed ſententiā ac ius ipſum corruperunt.Paulus iuriſcon
ſultus.Si uenditor ſimulauerit meliorē allatā conditionē:cū minoris uel etiam
tandidem alii uenderet:utriqꝫ emptori in ſolidum erit obligatus. Sed ſi emptor
alium idoneum non ſubiecit eiqꝫ ſundus addictus eſt.Non uideo inquit quem
admodū priori ſit emptus:cū alia cōditio & uera ſubſecuta eſt.Sed ſi neuter ſub
iecit emptorem:maiore autē precio addictū eſt prædium ei q̃ ſoluendo non eſt
a priori emptione:quia ea melior intelligitur quā uenditor comprobauit cui li
cuit non addicere.Quo uerbo Cicero pro Cecinna ſæpe utitur.Vt deterrentur
emptores multi partim gratia Caſenniæ:partim precio fundus addicitur. Et
paulo poſt:Quaſi uero nos aut ei negemus addictum: aut tamē quiſq̃ fuerit q
dubitaret quin & emeret.Similiter Quintilianus in ægro redempto omnes fa
cultates in precia collegi:rus ſeruulos penates: & omnia utiliora properanti fe
ſtinatione parentis addixi.Inde addicti apud ueteres dicebantur: qui prætoris
ꝓnunciatione ac iuſſu cum ſoluendo non eſſent creditoribus uendebantur.
de qbus crebra apud Liuiū mentio habet̃:& addictus morti deſtinatus dicitur
Cicero lib.officiorū.iii.Et is qui morti addictus eſſet:paucos ſibi dies cōmendā
dorum ſuorum cauſa poſtulaſſet:uas factus eſt alter. Additus ſine.c.ex ad & da

tus cōponitur. Verũ cũ dictionibus ĩcipiẽtibus ab.f.Si ad p̃poſitio cōſeruare.d
ipſũ habeat uel ĩ alterũ.f.cōmutare dubiũ apud antiquos fuit.Nã aſſerebãt grã
matici quidã cōſeruandũ eſſe ipſum.d.idq; in antiq̃s quibuſdã ſcripturis appa
rere dicebant:ubi adfatur cum.d.ſcriptũ erat:atq; adfore ſimiliter.Quare & in
aliis ſic quoq; ſcribendũ eſſe exiſtimabant:cum nō ſit ratio ĩ uno maior q̃ in re-
liquo. Aliis uero uiſum fuit.d.in.f.cōmutari ac molliori ſono ꝓferri:q̃ ſi.d.ipſũ
conſeruetur:quod etiã Priſciano rationabilius fuit uiſum.ut affectus cum du-
plicato.f.&.c.ante.t. Nam ex ad & factus componitur: ubi.a.in.e. cōmutatur.
Sane affecta teſte Gellio lib.iii.noctiũ atticarum ſicuti.M.Cicero & ueterum ele
gantiſſimi locuti ſunt ea proprie dicebantur:quæ non ad finem ipſum ſed pro
xime finem progreſſa deducta ue erant.Affatim quod cum duplicato.f.quan-
doq; ſcribitur facũde ſignificat & antepenultimam producit. Si uero cum uni
co.f.ſcribatur ex.a.compoſitum dicunt & fabile quaſi abunde:& non dicibili-
ter ſignificet:cuius antepenultimam corripi uolunt.Affabilis cum duplicato.f
ſcribitur:ex ad & fabilis componi dicunt: ſi autem cum dictionibus incipienti-
bus.a.g.componatur:ex ſimili cauſa.d.in.g.mutare uolunt:ut aggero ex ad &
gero quaſi aggrego.Vnde agger deducit̃ & ſimili modo ſcribitur.& eſt teſte Ser
uio ſup.*viii*.æneidos cuiuſlibet rei coaceruatio unde foſſæ aut ualles poſſũt re
pleri:& ſup.x.ænei.ait.Agger proprie terra illa dicitur quæ facto uallo propius
ponitur.Sed abuſiue & muros & munimenta aggerẽ etiã dici rettulit:ut Virg.
Quin intrant portas atq; ipſis prœlia miſcent Aggeribus mœrorum & *inundãt*
ſanguine foſſas.Nōnunq̃ uero eodem Seruio teſte ſup.viii.ænei.Agger media ẽ
uiæ eminentia exaggeratis lapidibus ſtrata.Vnde dicit Virgilius. Qualis ſæpe
uiæ depræhenſus in aggere ſerpens.Sane ſi cum dictionibus ad præpoſitio inci
pientibus a.gn.componatur abiicit.d.ipſum:ut agnitus agnoſco.Simili modo
ſi ſequatur.ſ.p.uel.ſ.c.ut uidebimus.Si uero cum dictionibus aſpiratis cōpona
tur ad cōſeruat.d.& idẽ ẽ ac ſi cũ uocalibus cōponeret̃:ut adhereo adhibeo:qđ
ex ad & habeo cōponit̃:adhortor & ſimiles. Verũ ſi cũ dictionibus incipiẽtibus
ab.l.cōponat̃:cōſeruãt aliq.d.integrũ. Alii uero conuertũt ĩ.l. quod Priſciano
magis placuit:& melius ſcribi alludo cũ duplicato.l.q̃ adludo cũ.d.ante.l.uo-
luit.Similiter alleuo magis q̃ adleuo:quod ex ad & leuo cōponit̃:ſignificatq; in
altũ tollo:uel de imo:& ubi quod iacet atq; ꝓiectũ ẽ ſurſum leuo. Quĩtilianus
lib.*xi*.Vidi inquit multos quorum ſupercilia ad ſingulos uocis conatus alleua-
rentur.Idem homini in aquam lapſo atq; ut alleuaretur oranti. Alleuio ſimili-
ter ſcribitur:& componitur ex ad & leuio leuas:quod eſt pondus auferre uel di
minuere.Allubeſco ex ad & lubeſco quaſi lubens facio.i.obedio. Si autem ad cũ
dictionibus incipientibus ab.m.componatur:ipſum.d.integrum conſeruat:ut
admitto quod ex ad & mitto cum duplicato.t.ut uidebimus componitur & ſig
nificat teſte Priſciano in.*viii*.aſſumo ſcilicet & pecco.Iuuenalis in *ſatyra*.Credo
pudicitiã: ullam fas eſt admitte uiros.i.aſſume.Idem in eadem. Quid phecas ad-
miſit:quænam hic eſt culpa puelle:admiſit dixit pro peccauit.Simili modo ad-
moneo adminor adminiſtro & ſimilia.At cum dictionibus incipientibus ab.n.
uoluerũt quidã modo cōſimili ad ipſum.d.cōſeruare:ut adnitor adnuo.Quod
Priſciano non placuit:ſed potius in.n.mutari uoluit:& ſcribi annitor: annuo:
annumero & alia ſimiliter.Sane ſequẽte.p.abſq; alicuius dubitatione in ſimile3
litterã cōuertit̃.d.ut appello ex ad & pello pellas qđ eſt uoco cōponitur. Vnde



appellare eſt aliũ aduocare.At appello appellis ſimili mō cum duplico.p.ſcribit̃
cui ſimile eſt impello.Vnde appuli in præterito.i. applicui deriuatur. Terẽtius
Poſtq̃ poeta animum ad ſcribendum appulit.i. applicuit. Si uero cũ unico.p.
ſcribatur:idem eſt quod amoueo.Nã cōponit̃ ex.a.quod priuationem indicat:
& pello pellis:ut apulſus ab ubere.i.amotus.Virgilius appendo ex ad & pendo
pendis cōponitur:& eſt ſuſpendere:ut appendi uuã cũ ad lancẽ ſtateráq; pōde
raui.Cicero in Antonium:Vt iã appendatur pecunia nō numeret̃.Et in prœ
mio orationum Aeſchinis ac Demoſthenis a ſe tranſlatarũ figurate ad incorpo
rea tranſtulit cum ait:Ea putaui nō annumerare lectori debere:ſed tanq̃ appẽ-
dere.Similiter apparo ex ad & paro cōponitur:& diuerſnm ab eo quod eſt præ-
paro ſignificat.Nam præparare eſt antea parare:quæ quis utilia ſibi fore credit
Cicero officiorũ *li.ii*.Facile totius curſu3 uitæ uidet:ad eãq; degendã præparet
res neceſſarias:ut paſtum latibula & alia generis huiuſmodi. Apparere uero eſt
ad dignitatẽ quandã ac uerius pompã ſe aptare.Idem de oratore li.iii. Illa quæ
in apparatu fori appellant̃ inſignia.Et licet apparatus quandoq; utrunq; ſigni
ficare uideatur:ut apparatus belli quaſi præparatio:id tamen potius eſt ex q̃dã
conſequentia q̃ ꝓprietate.Nam ut dicimus naues non mō inſtructas:ſed etiam
ornatas:quia ut inſtructiores ad bellum eo pulchriores ſunt:Ita apparatum bel
li uocamus quæ ad bellũ quodã decore & ornamento aptant̃. Sane præpoſitio
ad nōnũq̃ ſequẽte.p.littera.d.abiicit:ut appio quod ex ad perio ut quibuſdam
placuit cōponitur:cuius uerbi ſimplex ĩ uſu nō eſt.Aliis uero q̃buſdã & Priſcia
no *in.viii*.magis uiſum eſt ex ad componi & pario:qđ apud uetuſſimos ut ſu-
pra oſtendimus non ſolum ſecundum tertiam:ſed etiam ſecundum quartã cō-
iugationem declinabatur:& habet primã breuẽ.Iuuenalis in ſatyra: Credo pu-
dicitiam inquit:Protulit ut mos eſt:& aperta palluit agna. At reperio quod ex
eodem uerbo componitur:& cum unico.p.ſcribitur:quaſi defraudetur una cō
ſonante ratione præpoſitionis in preſenti:in præterito duplicat.p.& tẽpus recu
perare uidetur:quod ſimili modo comperio & comperi ratione præpoſitiōis op
portunum non fuit.Si autem ipſa præpoſitio ad cum dictionibus incipiẽtibus
a.q.componatur:ipſum.d.*in*.c.conuertit:ut acquiro ex ad & quæro:acquieſco
ex ad & quieſco.Sed ſequente.r.uoluerunt aliqui ipſum.d.integrum cōſeruari
ut adrideo:quod Priſciano non placuit:ſed magis in.r.commutari uiſum fuit:
ut arrideo arripio:quod ex ad & rapio componitur.Simili modo ſequente.s. uo
lebant nonnulli.d.integrum conſeruari debere:ut adſumo adſiſto.Quod ſimili
ter eidem auctori non placuit:ſed potius commutatiōe.d.in.s. ſcribi uoluit: ut
aſſumo aſſiſto aſſideo ex ad & ſedeo quaſi iuxta ſto.Et inde aſſiduus aſſector ex
ad & ſector:& eſt comitatum præſto:non in itinere:aut nauigatiōe:aut militia
ſed fere per urbem.Cicero de oratore libro primo.Cum ædilitatem Craſſus pete
ret eumq; maior natu:& conſularis Sergius Galba aſſectaretur quod filio ſuo
deſpondidiſſet.Verum ſi ſequens dictio ab.ſc.*ĩcipiat*:& componatur ad præpo
ſitio ſubtrahitur.d.ut aſcondo:quod ex ad & ſcando componitur.aſcribo quod
ex ad & ſcribo:aſciſco quod ex ad & ſciſco formatum ſcilicet a ſcio componitur
Et eſt remotũ aliq̃d quaſi ſcite uocatum cape.Cicero de oratore.Quod minime
polite minimeq; elegantes ſunt aſciuerunt aptũ ſuis auribus opimũ q̃dã:& q̃ſi
adipale dictionis genus.At conſciſco fere ad mortẽ ꝑtinet.Nam plærũq; ſic legi
mus mortẽ ſibiipſi conſciuit.Mortẽ tibiipſe conſciſcis. Comperitur etiam reſciſ

co quod proprie deſignat rē poſtq̄ geſta eſt ſcire quā neſciebas cū gereref:præ
ſertim ad te tuos ue ptinentē. Terentius in adelphis: En tibi reſciuit omnē rem:
Id nunc clamat ſcilicet. Gellius uero dixit reſciſcere eſſe rē occultam inopinatā
inſperatāq; cognoſcere: quod mihi nō uidef. Nā ſi uideā hoīem cælo uolantem
ut feciſſe Dedalus Perſeuſq; fertur. Aut aliquē e terra pdire: qualem Tagē fuiſ
ſe ab hetruſcis creditū eſt. Aut ſatyrū aliquē ſemiuirū ſemicapruȝ quem uidiſſe
nōnulli ſcripſere dicar ne reſciuiſce. Et ut puto nō dicam. Subtrahitur etiā ab
eadem præpoſitione ad ipſum.d. ſi cū dictione cōponitur ab.ſp. incipiente ut
aſpicio: quod teſte Priſciano in.viii. ex ad & ſpicio uerbo quod ſimplex non ē in
uſu componitur: & inde aſpectus & ſimilia. Si autem cōponatur ad cū dictioni
bus incipiētibus .a.t. mutatur.d. in.t. ut attineo ex ad & teneo: attingo ex ad &
tango: attraho ex ad & traho: attamen ex ad & tamen.

De ſyllabis deſinentibus in.f.

Quoq; nullam ſyllabā per ſe terminat: hoc eſt niſi loco.b.uel.d.uel.s.uel.
x. in compoſitione obſequētiam unius iſtarum ſit poſita: ut ex ob & facio
officio ex ad & factus affectus: ex dis & facilis difficilis. Similiter ex dis & fūdo
diffundo: eodem modo ab ex & facio efficio.

De ſyl'abis deſinentibus in.g.

Imili modo.g. apud latinos nullius ſyllabæ ē terminalis niſi cum loco.d.
uel.b. ponitur ut ſupra uidimus. Naȝ ex ad & gero fit aggero: ex ſub & ge
ro ſuggero.

*De ſyllabis deſinentibus in.h. & in.k.*

On etiam poteſt.h. aſpiratio integram ſyllabam terminare: quod ſi in qui
buſdam interiectionibus comperitur: ut.uah.ah.&.oh. putat Priſcianus
per apocopam fieri cum perfecta ſint uaha aha ohe. Similiter.k. nullius ſyllabæ
terminalis eſſe poteſt.

De ſyllabis deſinentibus in.l.

N.l. uero litteram quacūq; conſonante ſequente antecedens ſyllaba termi
nari poteſt: ut albus ulcus calcearium: quod pro calceo ponitur: ut ciba
ria pro cibis: fulcrum qui & lectus dicitur. Nam eſt quo iacentes fulcimur.i.ſu
ſtinemur: ut dixit Seruius in.vi. Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiam ait: Anti
quum & uetus eſt alienū poſthume lectum Cōcutere. atq; ſacri genium contē
nere fulcri: Mulcrū quod cū.c. abſq; aſpiratione ſcribitur: & a mulgeo deriuaf:
facitq; ī plurali mulcra. ſimiliter ante.d. ante.f. ante.g. & ante alterum.l. ut ual
de Alfenus nomen eſt uiri proprium. Algeo culleus cum duplicato.l. Nā uter
ex corio ab occuliendo.i. claudendo dictus. Nam in eo ſceleſtiſſimi homineſ cū
ſimia gallo & ſerpente incluſi iaciebantur in mare. Vnde Iuuenalis in ſatyra Ste
mata quid faciunt ait: Quis tam perditus ut dubitet Senecam præferre Neroni
Cuius ſupplicio nō debuit una parari ſimia. Nec ſerpēs unus nec culleus un⁹
Pugillaris ſimiliter cum duplicato.l. ſcribitur: qui & pugillare in ſingulari. At ī
plurali ſolnm pugillares dicimus & ſignificat tabellas cæreras: ſiue ligneas ſiue
alterius materiæ in quibus ſtilo ſcribimus. Vnde a pugno deducitur quo com
prædhendi conſueuerant. Palla ſimiliter ſcribitur: & proprie ueſtis eſt muliebris
deducta uſq; ad ueſtigia: dicente Virgilio libro.xi. de Camilla: Pro crinali auro
pro longo tegmine pallæ Tigridis exuuiæ per dorſum a uertice pendent. Tollo
eodem mō ſcribitur: & duo ſignificat.ſ. capio & educo: ut ſuſtuli filium.i. ſuſcæ



pi filium. Itē ſuſtuli filium.i. educaui: & ab utroq; fit ſublatum. Terētius. Quic
qd pepiſſet decreuerunt tollere.i. educare. Similiter Iuuenalis ī ſatyra: Credo pu
dicitiam: cum ait. Tollere dulcē cogitat heredē. Quod etiā de ſuſcipiendo intel
ligi pōt: ſiquis ſequentia recte inſpicit. In qbus oſtendere uult Vrſidiū tanq̄ ſibi
placeret lex iulia de adulteriis deſiſtere uelle ab hoc crimine: & ducere uxorem
pcreandorū liberorum gratia. Sed alia de ſuſcipiendo uidentur eſſe exēpla. Nā
certe Alexander magnus ex uxore liberos nō educauerat. At qui ipſe apud Cur
tium ait: Ego ipſe Orthoxartis perſæ filiā mecū matrimonio iunxi. Nō dedigna
tus ex captiua liberos tollere. Papyrianus iuriſconſultus de legatis & fideicōmiſ
ſis ſecundo. Mādo meæ filiæ p ſalute ſollicitus ipſius: ut quoad liberos tollat: te
ſtamentum nō faciat: ita eni poterit ſine piculo uiuere. Quin & eadem ſignifica
tione ponif ſublatum: ut Suetonius de pte Neronis: deceſſitq; Pyrgis morbo aq̄
intercutis ſublatoq; filio Nerone ex Agrippina Germanico genita. Nā pater Ne
ronis filium uix uidit. Sane tolero nō p geminatum.l. ſed p unicū ſcribif. cum
prima ſit brenis. Iuuena. in ſatyra Credo pudicitiā: Quædā pua tamen: ſed nō
toleranda maritis. Similiter uolo p unicū.l. ſcribif: & corripif: atq; eodeȝ modo
uelim & uolā. At uero nolo pducitur & nolim & nolā: licet uellē & nollē per ge
minatum.l. ſcribanf: & ſic primā pducant. Calleo & ſimiliter & callidus per du
plex.l. ſcribif: ut Iuuenalis: Callidus & triſtes digitos īpreſſit aliptes. & caleo per
unicū.l. aliud ſignificat. Pelagus ſimiliter quod græcū ē p unicū exaratur.l. &
primā corripit: Iuuenalis in ſatyra Natali coruine die: Et pelago poſtq̄ parce me
liora benigna Penſa manu ducunt. Vlmus cū.l. ante.m. ſcribitur. ſimiliter pal
ma: & inde palmula quæ eſt extrema pars remi: eo q̄ eſt in modum palmæ por
tēta. Virgi. lib. æneidos.v: Et leuas ſtringat ſine palmula cautes. Significat etiā
palma uictoriam: quia palmarum artificio acquiritur. Quin & teſte Seruio in
xi. æneidos dicitur etiam toga quam merebantur hi qui deportaſſent de hoſti
bus palmam. Alnus per.l. ante.n. ſcribitur: arbor eſt. culpa cum.l. ante.p. ſcribi
tur. Vlpianus ſimiliter quod nomen eſt iuriſcōſulti. Sulſit cum.l. ante.ſ. ſcribif
ſimiliter excelſus. Altus uero cum.l. ante.t. & eodem modo conſulto uerbuȝ: qd
a cōſulo formatur: & ſignificat deliberare quod quid ſit cum adeſt qui conſiliū
petit: & qui conſilium dat. Et inde conſultatio deliberatio. Et conſultor qui pro
eo qui alium conſulit accipi ſolet. Nonnunq̄ etiam pro eo qui alium conſulit:
ut Saluſtius in iugurthino: Simul inquit ab eo petunt: ut fautor conſultorq;
adſit. Cōſultus uero eſt homo prudens & ſciens dignuſq; a quo conſilium petas
Et aliquādo qdem eſt participiū: ut cōſulti medici dixerunt eundeȝ eſſe lāguo
rem. Aliquādo uero nomen: ut Horatius in primo carminū: Parcus deorū cul
tor & infrequens inſanientis dū ſapientiæ cōſultus erro. Liuius libr.x. ab urbe
Callidos ſolerteſq; iuris atq; eloquētiæ cōſultos. Vnde in primo dixit de Numa
Pompilio cōſultiſſimus uir: ut illa qſq; ætate eſſe poterat. Et inde componif iu
riſconſultus ſi cōpoſitum eſt. Horatius. Eris tu qui modo miles mercator tu cō
ſultus modo ruſticus. Quod etiam dici ſolet iureconſultus. finit etiam ſyllabaȝ
l. ſequente.u. conſonante: ut ſilua: de quo in ſequentibus. peluis a peluendo di
cta. Puluis ſimiliter q generis eſt maſculini: & a pellēdo nomē aſſumpſiſſe dicif
facitq; diminutiuum ex ſe puluiſculum generis neutri: ut Hieronymo placuit
maſculine tamen poſuit Apuleius de magia cum ait miſi ut petiſti mundicias
dentium: nitelas oris ex arabicis frugibus tenuem candificum: nobilem pului

ſculum complanatorem gingiuulæ:& reliqua. Vnde ait Seruius ſup.xii.æneí.
Puluis ille quo utuntur puellæ etiam cinis dicitur. At cuius differẽtiam alius
puluis cinis imundus uocatur.ut Virgi.libro georgi.primo.Et cinerem imun
dum latos iactare per agros.Vnde a cinere.i.puluere puellarum dicuntur cini
flones:ut Horatius:Cuſtodes lectica cinifiones paraſitæ.Terminat etiam.l.ſylla
bam ſequente.x.ut mulxi. Verum ante.q.uel.r.non inuenitur.l.nec. h.aut.k.
poſſunt ipſum.l.conſequi.

De ſyllabis deſinentibus in.m.

Terminare poteſt ſyllabam in media dictione:quando ſequens ſyllaba.a.
b.incipit uel.p.uel altera.m.hoc eſt ante has litteras.non etiã.n.ſtare põt
quia ſi p compoſitionem interueniret:conuerti debet in.m. Sed etiam ante.d.&
l.&.s.ſecundum alios ante.q.poteſt.m.ſyllabam terminare:ut oſtendemus.An
te.b.ut umbra:& inde umbratilis is dicitur qui umbratus ſiue umbratenus eſt
ut uita umbratilis & res umbratiles:idem uita umbra & opaco marceſcens.Cã-
byſes:de quo in ſua dictione uidebimus.Membrum & inde membratim quod ẽ
per membra.ambio & inde ambitus:unde ambitio & inde ambitioſus is dicitur
qui non ſuæ uirtuti confidit.Vnde non recte graditur:ſed per circuitum: ſiue
quod romani qui honores peterent ſingulos circuibant præhenſantes rogan-
teſq;:ut ſe in ſuffragiis adiuuarent: ut uidebimus in dictione roma. Siue quod
qui pro adipiſcendis honoribus ſolliciti ſunt:cum rogant exordio.quodam lon
giore:& uerborum circuitu utuntur. Vnde ambitus ſemper in actu eſt & ea fa
cit quæ ambitio:quæ eſt in animo facere compellit.Nõnunq̃ uero ambitus pro
ſpecie quadam fauoris:& captatione miſericordie ab auctoribus ponitur Quin
tilianus:Si iuuenis innocentiſſimus iudices uti uellet ambitu triſtiſſimæ cala-
mitatis poterat allegare nobis amiſſam in oculis cogitationũ omnium temerita
tem.Vnde ambitioſus etiam modo conſimili nõnunq̃ accipitur. Vt idem libro
vii.inſtitutionum:Non ſum ambitioſus in malis:nec lachrymaruꝫ augere cau-
ſas uolo:utinaꝫ eſſet ratio minuendi.Ouidius libro.iii.de ponto:Sed tamen hoc
factis adiungo prioribus unum Pro noſtris ut ſis ambitioſa malis. Cambio qđ
originem habet græcam & præteritũ facit campſi.Nam a κάμπτω uerbo græ-
co deducitur:quod in præterito facit ἔκαμψα.Vnde campſo campſas ſolebant
uetuſtiſſimi dicere.Ennius in.x.Lelicatem campſant.Recumbo recumbis ſimi
liter quod eſt tertiæ coniugationis:atq; idem cum recubo bas.ut Virgi.in buco
licis.Recubans ſub tegmine fagi. Columbus ſimiliter & colũba:quæ teſte Var
rone a culminibus dicuntur:quia alte nidulantur.Ante.p.ut imperium & in-
de imperioſus:quo uno modo imperii oſtentator deſignatur:utputa in exercen
da ſæuitia:qualis Torquatus apud Liuium:qui filium ſæuitia ob imperium cõ
temptum occidit.Vnde imperioſus appellatus eſt: Altero modo is ſignificatur
qui imperii habitationem detinet ſeu plenitudinem.Impedio ſimiliter ſcribitur
& inde impedimenta quod duo ſignificat.Vnum eſt difficultate: quod in com
muniori uſu habetur.Saluſtius:Occulte per amicos & maxime p homines no-
minis latini & ſocios italicos impedimenta parabant.Curtius: Vnã anum & du
as puellas itineri agminũq; impedimenta triginta milibus talentum auri per-
mutes.Cicero.Cum primum impedimenta naturæ diligentia induſtriaq; ſupa
rit.Significant etiam impedimenta iumẽta quæ ſarcinas uel alia bellica inſtru
menta geſtant.Et ſarcinæ res ſunt quæ i uia portant.Curtius: Magno cõſilio



conſilio iacturã ſarcinarum impedimentorũq; contẽpſit.Et iterũ ſarcinas & im
pedimenta ibi cum præſidio reliq̃t.Liuius ſimiliter quarta uigilia profecti ſar-
cinis impedimentiſq; beneuenti relictis.Idem iumentaq; ſarcinas & alia bellica i
ſtrumenta portabant.Vnde ait Frontinus ipſe quoq; ob hoc ex aſperatus inter-
fectis omnibus ĩpedimentis ad pugnã deſcendiſſet.Comparatiuũ ſimiliter cũ.m.
ante.p.ſcribitur:& cõuertit.n.in.m.naꝫ cõponitur ex con & paro.i. diuerſa uel
aliquid unum ut diuerſum.Itaq; cũ.a.poſt.p.ut etiã comparo uerbum ſemper
ſcribitur.Eius natura eſt ſupare in ea qualitate quam optinet poſitiuum. Ali-
quando tamen teſte Quintiliano utimur cõpatiuis pro abſolutis. quod poetæ
noſtri ſæpiſſime obſeruant:ut Virgili.in Tityro:Candidior poſtq̃ tondenti bar-
ba cadebat hoc eſt candida.Et libro.v.æneidos:Comites ſeniores aceſtæ: pro ſe-
nis:ut dixit Priſcianus qui id addidit cõparatiuum:nõnunq̃ pro minori ui ac-
cipi q̃ ipſum poſitiuum:ut Virgi.libro ænei.primo.Triſtior & lachrymis oculos
ſuffuſa nitentis.Nam nõ abſolute ſed ex pte triſtis accipitur. Verum de ſeniore
pro ſene:nõ illi primum aſſentiendum uidetur:cũ ab aliis pro ualde ſene ſimili-
ter efferatur:ut Quintilianus de Socrate.Eo nãq; ait ſeniore octauum enim &
nonageſimum cõpleuit annum præceptorem Ariſtoteles pomeridianis ſcholis
cæpit.Et Ouidius de triſtibus:Imperium regat hoc cum ſeniore ſenex.Nec pla-
ne triſtior pro ex parte triſtis:ſed pro triſtis: ut uoluit Quintilianus accipitur.
Nec Seruius ut puto dictum Varronis & Plinii ad mentem accæpit.Ait enĩꝫ ſu
per.vii.æneidos.Senior & iunior comparatiui ſunt per iminutionem.Et.n.ſeni
or non ſatis ſenex:Iunior non ſatis iuuenis:intra iuuenem ſicut pauperior itra
pauperem.Quam rem Varronem in libris delingua latina ad Ciceronẽ dixiſſe
& a Varrone tractam cõfirmaſſe Plinium:dixit idem Seruius: Ego uero & ſi de
iuniore ac pauperiore dixerint:alio intellectu affirmare uelim.De ſeniore nulla
tenus puto.Nam & ſi iunior te ſum:ita minor te ſum.i.minoris ætatis q̃ tu . Et
ſic forte per iminutionem illi intellexerunt.Sed nõ ꝑpter hoc tollitur qn ſupe-
rem te in ea qualitate quam obtinet poſitiuus:hoc eſt ſupem te iuuentute & p-
uitate ætatis.Terminat etiam in ſyllabam ante alterum.m. ut flamma quæ eſt
ignis.Flammeũ uero genus eſt ueli rubicũdum:quod geſtabatur a mulieribus
nuper nuptis:de quo Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiam inquit: Emutatq;
domos & flammea conterit.Similiter ſummus ſumma & aduerbium ſummatiꝫ:
quod eſt p ſingulas ſummas.Aliquando per unam:ut dicam de hac re ſumma-
tim.Nam a uerbo ſummo ſummas primæ coniugationis deducitur: quod p ge
minum.m.ſcribitur:licet ſumo ſumis tertiæ coniugationis p ſimplum ſcribaẽ.
Imitor etiã cũ primam breuem habeat:per ſimplum.m.ſcribi debet. Iuuenalis ĩ
ſatyra Omnibus in terris.Sãctos licet horrida mores.Tradiderit domino ac ue-
teres imitata ſabinas.At mamma cum duplex.m.ſcribatur. in deriuatiuo uni-
cum perdit:& dicitur mamilla per unicum.m.& duplicatum.l.habetq; primaꝫ
breuem:ut Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiam.Illa loqui recta faciet ſtrictiſq;
mamillis.At ſumen licet primam producat:cum unico tamen.m.ſcribitur:& a
ſugendo nomen aſſumpſit:& ut quidam ferunt eſt ſuis mamma:alii uero dicũt
Bruti cuiuſq̃.Et ſimili modo uuluam dicunt eſſe mammam ſuis uel uaccæ aut
talium.Horatius:Obeſo nil melius turdo:uuluam nil dulcius ampla.Iuuenal.
ĩ ſatyra Atticus eximie:Qui meminit calide ſapiat Quid uulua popine. Eſt etiã
uulua mulierum:qua naſcendo egredimur:ut idem in primo: Cũ tot abortiuis

fœcundam iulia uuluam. Soluere. Cõmodatarius uero ꝑ duplicatum. m. ſcribi
tur: & is dicit qui cõmodatũ accæpit. Cõmentũ quod ex con & mente quidam
eſſe cõpoſitũ & deductũ uolunt quaſi ſit cõmonitio mẽtis ꝑ duplicatũ. m. ſcri-
tur. Alii a cõminiſcor deductũ uolunt: quo ad idẽ tendit. Eſt enĩ fictũ & enar-
ratũ & inde cõmentariũ: quod teſte Cicerone in Bruto nõ ẽ oratio: ſed capita re
rum & orationis cõmẽtariũ paulo plenius. Sane Seneca quod cõmentariũ ſigni
ficet expſſus libro declamationũ tertio indicat dicens: Sine cõmẽtario nunq̃ di
xit: ſed cõmẽtario cõtentus erat in quo nudæ res ponũtur. Dicitur etiam com-
mentarius in maſculino: ut Liuius lib. xlviii. Quæri iuſſit ab eo ut quem de his
cõmentariũ a patre accepiſſet. Et ſubdit librũ popoſcerũt: ſi plures primus & ſe
cundus cõmentarius. Itaq; in ſingulari ꝓ una eadenq; ſignificatione tã neutrũ
q̃ maſculinũ accipit. Et eandẽ ſignificationẽ habet quã ĩ plurali maſculinum.
Et ſunt libri ubi res nõ late diffuſeq; explicant: ſed breuius q̃ poterãt tractatæ.
ut Cæſaris cõmentarii: in q̃bus ad exequẽdam hiſtoriam aliis uidetur ſubieciſſe
materiã. Qui ſi fuerint ſinguli: cõmẽtariũ uel cõmentarius uel liber dicitur. Ve
rum & ſi ex multis longiſq; tractatibus breuiorã coaceruent cõpendia cõmen-
tarii etiã dici poſſunt. Vti nos cõmentarios hos uigĩti quattuor libros diximns
& duodecim illos alios quos de omni ratione diſſerendi & artis dialecticæ præ-
ceptis ex ĩnumeris pene auctoribus & magnis latinorum & græcorum uolumi
nibus ad Frãciſcum iuriſcõſultiſſimũ: & conterraneum meum nuꝑ edidimus.
Vnde & nõnunq̃ ſimiliter libri cõmentarii deducũtur. Cicero de finibns lib. iii.
Tu ipſe cũ tantũ librorum habeas quos hic tandẽ requiris cõmẽtarios: quoſdã
inquã ariſtotelicos. ponitur etiam ab auctoribus commentarius in ſingulari &
maſculino ac neutro ĩ plurali in alia ſignificatione: hoc ẽ pro expoſitione & in-
terprætatione auctorũ: ut. A. Gellius. ẽ adeo inq̃t ꝓbi grãmatici cõmentariũ ſa-
tis curioſe factus: & iterũ. Nõnulli grãmatici q cõmentaria in Virgiliũ compo-
ſuerunt: iterũ quoq; noſter taurus ĩ primo cõmẽtariorũ quos in Gorgiam Pla-
tonis cõpoſuit ſcriptum reliquit. Quidã etiã talia huiuſmodi opa cõmentũ uo-
cauerunt: ut Nigidius donatus Priſcianus aliiq; nõnulli. Seruius uero cõmen-
tarios etiã ꝓ hominibus accæpiſſe uidetur cũ inq̃t geor. primũ ſuperfluam mo
uent quæſtionẽ cõmentarii: hoc eſt qui cõmenta ediderũt. Cõmeatus a ſimul
eundo dicitur: & ĩ utroq; numero pro cibariis ad alimoniã reipublicæ aut exer-
citus: aut alicuius multitudinis accipitur. Interdũ etiam priuatim ut Cicero ꝓ
lege manilia. Iã cõmeato & priuato & publico ꝓhibemur. Comperitur etiam ip
ſum. m. finiens ſyllabã ante. d. in oĩbus ſcripturis & ſculpturis antiquis: ut iam
diu iamdudũ: quod ex iam & dudũ quæ duo paruũ tp̃is deſignant cõponitur:
& de paruo tp̃e unius horæ: aut ſemihoræ: aut duarũ triũ ue aut quattuor etiã
horarũ certe breuiſſimi tp̃is dicitur: ut Virgi. in initio quarti: At regina graui
iamdudũ ſaucia cura: & alibi in eodẽ libro: Talia dicenti iamdudum auerſa tue
tur. hoc eſt a pauco tp̃e citra. Quod ſane ad præteritum tempus referri poteſt:
& futurũ. Ad p̃teritũ q̃dẽ: ut Virgi. in lib. ænei. i. de Aenea & Achate inquit. Iã-
dudum erumpere nubẽ Ardebant. Non enĩ ꝑ multũ tp̃is id cupierãt cũ nec ꝑ
horã ibidẽ ſteti ſſent: ſed certe ꝑ tẽpus aliquod anteq̃ id dicerẽt: quare expoſuit.
Seruius. i. olim. Ad futurum uero refertur: ut idem oſtendit Virg. lib. ii. de Sino
ne cum ait: Quid ue moror: ſi oĩs uno ordine habetis achiuos Idq; audire ſat ẽ:
iamdudum ſumite pœnas. i. cito: ut exponit Seruius. Et hæc ſunt ꝓprie ſigni-



ficationes eius dictionis. ſ. ut dĩ in præteritũ uel futurum nõ tranſgrediãtur.
Verum ĩproprie & raro ab aliq̃bus auctoribus ꝓ eo q̃d proprie eſt iãpridẽ: aut
iam olim poſitum cõperimus. ut Macrobius in ſaturnalibus: Iãdudũ inq̃t hæc
quæſtio ab Ariſtotele & propoſita eſt & ſoluta: cum dicere debuiſſet iãpridem:
aut potius iamolim. Plinius etiam libro. xxiii. naturalis hiſtoriæ ſic inquit. Som
no uero aut ſecuritatibus iãdudũ hoc fuit: quod illa Helena ante cibum mini
ſtrauit. Sed quia in huiuſmodi aduerbiis differentias tẽporum deſignantibus
difficultas nõnunq̃ eſſe uidet decreui illa ꝑ ordinẽ explanare. Et a dudũ inci
piens cõperimus illud eandem prorſus cũ iãdudum ſignificationem detinere.
Ita ut nec diem proprie deſcendat: ut dudum intraui: dudũ te expecto. i. hora
aut ſemihora eſt uel duæ uel tres: uel ut multum quattuor ex quo intraui: & ex
quo te expecto. Improprie uero diem ac dies tranſcendere nõnũq̃ ab auctoribus
ponitur. Plinius lib. xix. naturalis hiſtoriæ iamdudũ inq̃t ex eadeʒ hiſpania. Zœ
liton uenit in italiã plagis utiliſſimum. Liuius lib. xli. in eo inquit captiuorum
numero fabri: q dudũ fuerunt aſſueti apud pœnas mihi crede opus in arce la
cenorum fecere nuper: q̃ſi non lõge tẽpore a nunc dicit: ita tamẽ ut nõ ad præ
ſentem diẽ: hoc eſt preſens tempus referamus: ſed ad præteritos nõ modo dies:
ſed aliquando menſes & etiã annos: quos ꝓ cõditione materiæ cõplectit: ut nu
per inuẽta eſt pixis quam ſideritem appellẽt. i. non multo tẽpore ab hinc. Cice
ro uero de diuinatione: Neq; ante philoſophiam patefactã quæ nuꝑ inuẽta. Idẽ
de amicitia: Neq; enim aſſentior iis quæ nuper hæc diſſerere cæperunt cũ cor
poribus ſimul animas interire atq; omnia morte deleri. Significat etiã interduʒ
nuper non longe tẽpore a tunc ut Curtius. Qui nuper ab Alexandro miſſi erãt
Et Liuius tunc inquit hæc ipſa ĩdignitas augebat animus non retinendis mõ
publicis agris: quos ut teneret pertinacem nobilitatẽ habebat. Sed ne uacuum
q̃dem agrum nuper ex hoſtibus captum diuidere. Pridem hoc eſt nõ longo tẽ
pore prius a nunc: & idem quod nuꝑ ſignificat. Plinius lib. xvii. naturalis hiſto
riæ. Ipſi uero pridem uidimus ea ferme omnia preter pubertatẽ in filio Cornelii
Taciti eq̃tis romani. Similiter Paulus iuriſconſultus: Et nõ eſt miruʒ ſi peculiũ
quoq; defuncti pridem filii defert. patri. Vlpianus quæritur inq̃t eũ ordinẽ te
nere quẽ pridem habuit. Ponitur etiã pridem ſæpe cũ negatione & cum q̃ & cũ
ita. Cum negatione q̃dem ut Plinius lib. xv. Medica non prideʒ uenere in italiã
Cum q̃ uero ut Cicero pro Roſcio: Comedo q̃pridem Fannii in aduerſaria detu
liſti. Cum ita autẽ ut idem in Bruto cũ ait: fuit enĩ regnante iam græcia: noſtra
autẽ ciuitate nõ itapridem dominatu regio liberata: pridie id eſt prius die hoc
eſt q̃ſi heri: nõ tamen præſentis diei ſed cuiuſdã alterius aut præteriti aut futu
ri. Præteriti q̃dem: ut pridie q̃ intrareʒ mare ſerena lux fulſit. futuri uero ut pri
die q̃ intres patriam ſacrificium facio. i. die præcedenti quo aut mare intraſti:
aut patriam ĩtrabis. Vel cũ genitiuo ſic pridie illius diei quo hæc feci: aut faciã
Vnde cum non dicamus ſecundo kalendas: ſecundo nonas: ſecundo idus: dici
mus pridie kalendas: pridie nonas: pridie idus. i. die præcedenti: quo erunt uel
fuerunt kalende nonæ aut idus: uerum ex pridie fit pridianus pro quo heſter
nus abutimur: Suetonius pluribus in locis. Vnde ĩ uita Tiberii ſolennibus ipſe
cœnis. pridiana ſæpe & ſemeſa oſonia prebuit. Idem in uita Caii marcente inq̃t
adhuc ſtomacho pridiani tibi poſtride quaſi poſtero die dicitur: hoc eſt q̃ſi cras
non præſentis diei ſed cuiuſdam alterius aut præteri aut futuri: ut poſtridie q̃

pater mortem obiit:epulum feci:aut poſtridie q̃ morietur faciam.i.poſtero:ſiue
ſequenti die cum morietur. Aliquando ſine q̃ ponitur:ut Terentius in andria:
Venit ad me Chremes poſtridie clamitãs ſupple illius diei quo hæc geſta ſunt.
At ex poſtride non fit poſtridianus aut in uſu nõ eſt:ſed pro eo abutimur.Cra
ſtinus:nudius tertius idem eſt quod nunc die tertio ſcilicet præterito: & die ſu
periore adhuc dicimus nudius quartus ideſt nunc die quarto.Non autem dici
mus nudius ſecundus: quia magis proprium de præterito habemus heri & de
futuro cras:At dehinc proximo perendie dicimus Cicero ad Atticum libro.xii.
ſcies igitur cras ad ſummum perendiæ.Vt dies perendinus dies adhuc tertius.
Cæſar in cõmentariis: Qui ſi parte liceat perenino die cum proximis hibernis
coniuucti cum reliquis caſum belli ſuſtineant. Et comperendinare eſt differre
in longum de die in diem. indies idem quod quotidie dicitur:ſed proprie cum
quodam incremento.Ideoq; plerunq; cum comperatiuo ponitur: ut cum idies
malum actius premeret:& cum in urbe infinitum malum ſerperet: idq; mane-
ret indies latius. Ponitur etiam ſine comparatiuo ſed cum uerbo ſignificante ĩ
crementum:ut Liuius. Creſcente indies multitudine In diem uero idem quod
in præſentia temporis ſignificat:ut Quintilianus: Non ut fere uolucres preſen
tis modo cibi memores in diem uiuunt.Propediem eſt quaſi prope eſt dies quã
do hoc fiet.Vnde & propemodum eſt quaſi prope menſuram:quod accipitur ꝓ
pene ſiue prope cum eſt aduerbium. Finit etiam ſecundum aliquos ipſum.m.
quando ſyllabam ſequente.l.ut quemlibet quamlibet.Quin & ſequente.ſ.circũ
ſpicuus quia a circum & aſpicio componitur.& is dicitur qui circum aſpicitur
Circũſpectus uero eſt qui circũſpicit & ĩ omnem partem ſpectat. Verum ſequẽ
te.q.non præcedit.m. ut plæriq; dicunt grammatici : ſed conuertitur in.n.ut
nanq; quãq; & ſimilia.At ſequente.n.non poteſt.m.præcedentem ſyllabam ter-
minare:ſed ubicunq;.m.ante.n.in eadem dictione componitur:ſemper in eadẽ
ſyllaba manet:ut amnis erumna.Ramnes quemadmodum ſupra uidimus. Itẽ
nec ſequente.t.poteſt.m.præcedentem ſyllabam terminare:niſi.p.interponatur
ut ſumptus promptus comptus contemptas:licet contemnere ubi non eſt.t.ip
ſum.p.non.c.ſuſcipiat.

De ſyllabis deſinentibus in.n.

N.n.uero terminari non poteſt antecedens ſyllaba:ſi ſequens incipiat.a.c
uel.d.uel.f.uel.g.uel altera.n.uel.q.uel ut quibuſdã placet.r. uel.s.uel.t.
uel.i.uel.u.cõſonantibus:uel.x.Ante.c.igitur ut cõciliũ & uerbũ cõcilior: un-
de dicimus cõcilior regi ſi illi ignotus in eius gratiã uenis. Recõcilior autẽ regi
ſi qua de cauſa is mihi iratus depoſita ira me rurſus recipiat in gratiã. Cõcinus
mãcus:cõcors:qui a cõiũctione cordis dicitur. Sãcire quod teſte Seruio in.xii.
æneidos ꝓprie ẽ ſanctũ aliqd.i.conſecratum facere ſub ſanguine hoſtiæ.unde
dictũ ait ſanctũ:quaſi ſanguine cõſecratũ. At ſanctio ꝓprie eſt lex cum terrore
pœnæ:ut Vlpianus de diuiſione rerũ.& qualitate ꝓprie dicimus ſcã:q neq; ſa-
cra neq; ꝓfana ſunt:ſed ſanctione quadã cõfirmata ut leges ſancte ſunt.ſancti
one eni quadã ſũt ſubnixæ.Quod ſanctiõe quadã ſubnixũ ẽ id ſanctũ eſt : & ſi
deo nõ ſit cõſecratum:& interdũ ſanctionibus addicũtur:ut qui ibi aliquid cõ
miſit capite puniatur.Concio cum.c.in penultima ſcribitur:nam ex con & cio
quarte cõiugationis uerbo cõponit̃:& deducit̃ quod idẽ ſignificat: qđ cieo ſe-
cũdæ:hoc eſt moueo:& uoco:& idem uerbum concio quaſi conuoco & nomen



ipſum concio quæ populi eſt multitudo cõuocata:uel ex magiſtratus iuſſu uel
publici ſacerdotis uel ſua interdum auctoritate. Et proprie ad audiendum ora
torem cõcionantẽ in bonuꝫ publicum:cuius etiã oratio cõcio uocat̃. Incedo &
inde inceſſus ſimili mõ habent̃:& ad ſublimiores quodãmodo ſpectare uidẽtur
& q præ ſe faſtum ferunt.Virgi.libro æneidos primo: Regina ad tẽplum in ma
gna ſtipante caterua Inceſſit.idem in eodem.Et uera inceſſu patuit dea. Incola
ſimiliter cum.n.ante.c.ſcribitur.& is eſt qui in alterius regione habitat:& in a-
liena ciuitate & republica.Cicero de officiis:Peregrini inquit & incolæ officiuꝫ
eſt nihil præter ſuum negocium agere:nec etiã in aliena repu.curioſum . Cun-
ctus ſimiliter cuꝫ.c.poſt.n.& ante.t.ſcriptũ in antiqſſimis inſcriptionibus cõpe
ri:ut in marmore quod eſt in eccleſiola Michaelis archangeli in uaticano ĩ epi-
thaphio Homonoeæ habet̃:quã Pallas cunctis artibus erudiit:Ante.d.finit etiã
ſyllabã.n.cõduco:& inde conductus.Atq; conducticius is dicit̃ q conductus ẽ
Nondũ ꝙ p.o.in prima ſcribitur.Incidiuꝫ quod & per.c.ſcribitur ſicut iudiciũ
Mando ſimiliter:quod duplicẽ habet cõiugationẽ.Nam cum ad mandatum at
tinet mandas facit:cum uero ad dentes mandis.Cõditio p.t.abſq;.c.ſcribitur in
penultima:& tunc ꝓprie fortuna ac ſors eſt.Nã a cõdo condis:cõditum cõditi
addita.o.formatur:ut ego ſum poſitus in hac conditione.i.fortuna ac ſorte.Ci
cero:O miſerã conditionẽ adminiſtrandi conſulatus.Nã homo bonæ cõditiõis
nõ is apud antiquos dicitur q manſuetus eſt & bonæ naturæ.Cũ illuꝫ uocarẽt
antiq mãſueti & boni ingenii:nos mãſueti animi manſuetæq; mẽtis: ſed potius
q in bona fortuna ẽ & ſorte.Aliquando uero ſcribitur cũ.ct. in penultĩa: & tũc
ex con & dico cõponit̃:& pactionẽ ſignificat ac electionẽ:ut apud Terentiũ:A-
matores Chryſidis tulerunt mulieri cõditionem:ſi uellet eis morem gerere:ſe da
turos illi precium liberaleq; mercedẽ:Ipſa uero accæpit cõdictionẽ hoc ẽ pactio
ni promiſſioniq; aſſenſit. Rubicundus teſte Priſciano in.iiii. alternitatis cauſa
cum.c.pro.b.in penultima ſyllaba ſcribit̃:ne ſit abſonum: ſi rubicundus dica-
mus. Naꝫ huiuſmodi nomina omnia præter hoc in bundus deſinunt.Et q̃q̃ ille
ſecutus Scaurum antiquum grãmaticum & Seruium in.x. æneid.uoluerit ex
ea ſimilitudĩe etymologiã trahere.Ita ut uitabũdus ſimilis ſit uitãti:p̃dabundus
ſimilis prædãti:moribũdus ſimilis moriẽti:errabundus ſimilis errãti:furibũdus
ſimilis furenti.Tum firmior & certior eſt Gellii ſentẽtia una cum ea Caſellii in
cõmentario lectionũ antiquaruꝫ ubi ſcripſit ridibundus idẽ qđ ridens: ludibũ
dus idẽ qđ ludens:errabundus idẽ qđ errans:rubicundus idẽ qđ rubens. Sed
nõnunq̃ ut Gellius ait uehementiam ſignificat:quod idẽ ẽ: ac ſi diceret idem ſi
gnificant qđ ꝑcipia freqũẽtatiuorum:ut riſitans:luſitans:erratitans:popula-
titans:rubetitans:quæ quia non reperimus in bundus eorum loco ſuffecta ſũt
Repetundarum etiã.n.ante.d.cõtinet:ut repetundarum accuſatus:& de pecu-
niis repetundis non habet alios caſus:ille dicit̃ qui cum magiſtratus eſſet ꝓuin
cialibus:aut ui aut dolo eripuit pecunias:quo nomine omnia quibus diuitiæ
conſtant contineri dicimus:ut uaſa præcioſa:ueſtem:frumentum:nauigia:nũ
mos.& cum a repeto deſcendat:dubitari poteſt:quare nõ cum.e.in antepenulti
ma:ſed per.u.potius ſcribitur & profertur.Ad quod dicimus mutatum fuiſſe
e.in.u.quia id tertia coniugatio præter cæteras patitur. Vel ob hoc ſaltem ut
differret ab illo quod dicitur miſſi ſunt legati ad res repetendas: quo ſignificat̃
principi uel populo erepta eſſe:uel pecorum uel hominum uel locorum ac ter-

rarū agrorū ue corpora.Expendo ſimiliter.n.habet ante.d.& a pendo cōpoſitū
eſt:ſignificatq; exacte ponderare atq; examinare.Cicero in Verrem libro.v.Dei-
de hæc expendite atque æſtimate.Idem officiorum libro primo:Quæ cōtemplā
tes expendere oportebit quid quiſq; habeat ſua eadēq; moderari: nec uelle expe-
riri:q̄ ſe aliena deceant.Iuuenalis in ſatyra.Omnibus in terris inquit:Expende
hannibalem:quot libras in duce ſūmo inuenies.Perpendo eodem modo cōpo-
nitur:& idem ſignificat:hoc eſt exacte pōdero:atq; examino.Non aūt ut aliqui
uolunt intelligo:& animaduerto.Cicero:Quid in amicitia fieri oportet:quæ to
ta uirtute ꝑpenditur.At a pando quod ſimiliter ſcribitur: ueteres paſſum cum
duplicato.s.& non panſum cū.n.ante unicū.s.deduxerunt.Vnde capillo quo-
q; mulier paſſo dicitur:quaſi porrecto & ſparſo:& paſſis manibus & uelis paſſis
dicimus:quod ſignificat diductis atq; diſtentis.Quin & cum præpoſitione ex-
paſſum non expanſum ut aliqui dixere.Cecilius ut refert Gellius libro.xv.no-
ctium atticarū inquit:Heri uero ꝓſpexiſſe cū ſe ex tegulis hæc nuntiaſſet:flam
meum expaſſum domi ꝓtulerunt:etiā nōnunq̄.a.littera ante.s.in.e. mutata ꝑ
compoſiti uocabuli morē:ac ꝓ eo quod eſt diſpaſſis dixerunt diſpeſſis.Plautus
in milite glorioſo: Credo ego iſtoc exemplo tibi eſſe eundē extra portā diſpeſſis
manibus patibulum cū habebis.Indoles ſimiliter ſcribitur:& proprie in pueris
& adoleſcētibus ſignificatio eſt futuræ uirtutis.Quītilia.In primis ānis laudat̄
indoles Cicero ut eni adoleſcētibus bona indole præditis ſapientes ſenes delectā
tur.Nōnunq uero ꝓ præſtantia uirtutis accipitur. Vt Liuius de Lauinia iam
matre:& poſt mortē Aeneæ res adminiſtrante inquit:Tanta in ea uirtutis indo
lens fuit Lucanus:Indole ſi dignū latia ſi ſanguine priſco Robur ineſt animis.
Indole dixit quaſi generoſitate quadā uirtutis atq; animi. Verum Liuius & ad
malā quoq; partē & ad muta atq; inanimata indolem tranſfert. Nam loquēs de
Hānibale ſic ait:Cum hac indole uirtutū ac uitiorū triēnio ſub Haſtrubale im
peratore meruit.Et alibi.Sicut in frugibus pecudibuſq; nō tantum ſemina ad
ſeruandā indolē ualent:quantū terræ ꝓprietas cæliq; ſub quo aluntur. Indico
ex in & dico cōponitur:& ꝓprie ē denūtio:ut inductū ē bellū: Indixit Romul9
ſpectaculū.Liuius in primo:Indici deinde finitimis ſpectaculū iubet.Iterū indi
xit in poſterū diem ut adeſſent.Idem ut iuſticiū indictum.Poteſt etiam.n.ſylla
bam ante.f.terminare:ut cōfore.i.collaturū eſſe : quid quod & ꝓfore apud co-
micos ē in uſu.Similiter cōflo cū.n.ante.f.ſcribitur:& dicimus cōflaui æs alie-
nū:quin factus ſum debitor alienæ pecuniæ.Idē contraxi æs alienū quibus cor
reſpōdet.diſſolui æs alienū.Quītilia.Nō ego æs alienū luxuria cōtraxi. Cicero
Patri ꝑſuaſi ut æs alienū filii diſſolueret.Inſula ſimiliter.n.habet ante.f.& ē te-
ſte Seruio ſup.x.ænei.faſcia in modū diadematis:a qua uittæ ab utraq; ꝑte de-
pendent quæ ut ait plærūq; tortilis eſt:& de albo & croceo. Ante.g.ſimiliter po
teſt.n.ſyllabā terminare ut fungor:quod cū ablatiuo:nōnunq̄ cum accuſatiuo
cōſtruit̄:& idē ē quod officiū munuſq; ago:& fungor magiſtratu:fungor præ
tura:fungor legatione:fungor officio delegati:fungor munere iudicis. Simili-
ter fungor uita.quia fungor officio uitæ.Inde defūctus qa finiuit officium ui
tæ.cōſtruitur nōnūq̄ cū accuſatiuo:ut Terentius in adelphis: Aeſchinus tuus
neq; boni neq; liberalis fūctus eſt officiū uiri.Similiter defunctus ꝑiculis quia
finita ſunt pericula.Virgi.in.iii.ænei.O tandem magnis pelagi defuncte peri-
clis.Liuius defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe incœpere: hoc eſt finiti ſūt



morbi corporū.Ingredior ſimiliter ſcribitur:& ex in & gradior cōponitur:ſed di
uerſa rōne:Nā uno mō ad locū ingredi dicimur:ut ingredior forū uel in forū
Alio mō pro eo quod eſt ābulo:& incedo.Virgi.lib. georgi.iii. Cōtinuo pecoris
generoſi pullus in aruis Altius ingreditur:& mollia crura reponit.Cicero lib.v.
ad Atticū.Si dormis ex ꝑgiſcere:ſi ſtas ingredere:ſi ingrederis curre:ſi curris ad
uola.Vbi idē ē īgredere: qd̄ gradi & ābulare:magno eodē mō.n.ante.g.detinet:
& eſt uenalitius uenalium hominum:ut Martia.Milia pro puero centū me ma
gno popoſcit.Contingo uero & ſi in præſenti.n.habet ante.g. ī præteritis tamē
ꝑfectis & pluſq̄perfectis:& inde formatis illud ꝑdit: ut contigi contigero conti-
giſſet contigeſſe.Poteſt ſimiliter.n.finire ſyllabam ante alterā.n.ut annus:& in
de anniculus:de qbus in dictione annus late uidebimus.Similiter pannus & i-
de pannoſus:q.ſ.craſſo panno ac uili opertus ē.Nec hoc niſi de paupere dicit̄:
cuius exēpla ſunt plurima.prima cum.i.&.n.āte aliud.n.ſimiliter ſcribitur: &
teſte Quintiliano ī prío ſignificat acutū. Vnde ſecuris utrinq; habēs aciē bipen
nis dicit̄:& illos errare dixit:q qa a pinis duabus hoc eſſe nomē exiſtimāt pēnas
auium eſſe uolunt:hoc eſt non etiā pinnas.Nā ut ego in.L. Columella uiro ele
gantiſſimo annotaui:pinnas ſemꝑ pro pēnis quæ plumæ nō ſunt accipit.Vn-
de puto pennas generale ad pinnas & plumas eſſe.Verum cum hoc tēpore plæ
riq; penna ſcribant a penna pennarium:hoc eſt pennarū thecā deducere poſſu
mus.At penariū cum unico.n.ſcriptum:locus eſt teſte Varrone de lingua lati
na ubi reponit̄ penus:hoc ē edulia ad uictū ꝑtinētia.Vnde ait Cicero in libris
de natura deorū:penus ē omne quo ueſcunt̄ homines. Et omnia hæc abſq; di-
phthōgo ſcribuntur.Similiter penis cū unico.n.ſcribit̄:& ē mētula:dictus a pē
dendo uel penetrādo:licet penis habeat primā longā.Ante.q.pōt.n.etiā ſyllabā
finire ut inqro cōquiro inquilinus:q ab in & colo cōponitur & deriuatur.Et is
accipitur qui in alieno priuato ꝓprie tamen cōducto habitat:ſiue in urbe ſiue
ruri.Cicero in philippicis:At uero te inquilino nō domino ꝑſonabant omīa uo
cibus ebriorum.plærūq; ſimiliter cū.n.ante.q. ut auctores grāmaticæ uolunt.
ſcribi debet.Immo ſequente.q.ut diximus:ubi ante cōpoſitionem in præcedēti
ſyllaba fuiſſet.m.conuertunt illud in.n.ut nanq; q̄q̄ & ſimilia.Et deſcēdit plæ-
runq; a plæriq;.Sane pleriq; dupliciter apud auctores accipitur:uno mō ꝓ ma
xima pars:ut Saluſtius in diuiſione inquit orbis terræ plæriq; in parte tertia a-
phricam poſuere:pauci tantūmodo aſiam & europam:& paulo poſt plæroſque
ſenectus diſſoluit:niſi qui ferro aut beſtiis interiere . Nam morbus haud ſæpe
queq̄ ſuperat.Alio uero modo pro eo quod eſt nonnulli ponitur: ut Quintilia-
nus uideas inquit plæroſq; ira percitos:id eſt nonnullos. Simili modo plærūq;
uno modo ponitur pro eo quod fere eſt ſemper.Alio uero modo ſed rariſſime ꝓ
eo quod eſt nōnunq̄.Vt Quintilianus in amatore: Excuſſa ſunt plærūq; uitia
uerberibus:id eſt nonnunq̄.& ut quidam uolunt eſt aduerbium: ut uero alii ē
nomen.Ante.r.uero.n.ipſum poſſe ſyllabam terminare quidam uolunt. ut in
rumpo:inruo.Aliis magis uidetur in.n.r.cōuerti: ac dici irrumpo irruo:& in-
de irrito quod uno mō hoc ē cū penultia ꝓducitur:idem eſt quod ꝓuoco. Alio
mō uidelicet cum illā corripit idē eſt quod nō ratum eſſe oſtendo:uel uolo cor
rigo:corruo.Quem modū græci ipſi obſeruant:quod σύρραπτω id eſt conſuo
Nam ex συν quod eſt con:& ῥάπτω:quod eſt ſuo componitur:συρρήγνυμαι
id eſt confundo:quod ſimili modo componitur:& in mille aliis. Ante.s. autem

abſq;aliqua cõtradictione ipſum.n.præcedentẽ ſyllabam terminare ualet ut cõ
ſul a conſulendo.de quo late Pomponius de origine iuris.Et inde conſularis is
dicitur:qui cõſulatum geſſit.Et ꝓconſul:q cũ poteſtate cõſulari extra ordinem
ad aliquã ꝓuinciam adminiſtrandã mittitur: præterq̃ quod nõ. xii.faſces eum
præcedunt:qui præcedũt cõſulem:ſed tantum ſex:ut etiã prætorẽ & præſidem
Nã nõ is eſt ut quidã inſcii dicunt:q ꝑ alio conſule præeſt ꝓuintiæ. Simili mo
do ꝓprætor:nõ q ꝑ alio p̃turã:ſed q exordinariã gerit.Idẽ ꝓquæſtor & ſimiles.
Conſiliũ uero ſine.c.poſt.s.ſcribitᷣ.Nã cõponitᷣ ex con & ſileo:conſeſſus eodem
modo.n.ante.s.ſyllabã finit. Neq; eſt cõſeſſio:ſed hoies uno in loco ſedentes:ſi-
cut cõuẽtus non eſt cõuentio:ſed hoies qui in unũ locũ cõuenerunt:Inſtar ſi-
mili mõ ſe habet.Et ut ait Seruius ſimilitudinẽ idicat. Inducit Virgi.lib.ænei.
ii.Inſtar mõtis equũ diuina palladis arte. Nobis uero potius ad æquipationem
uel ad mẽſurã ſignificare uidetᷣ:ut idẽ lib.iii. Argolici clypei aut phœbeæ lam-
padis inſtar.Cicero hexametrorũ inſtar uerſũ.Inſtitutũ ſimiliter ſe habet:& ab ĩ
& ſtatuo cõponitᷣ:moréq; deſignat ut faciã meo inſtituto: lȝ nõnunq̃ ſignificet
incæptũ ꝓpoſitũ ab inſtituo quod ẽ incipio. At inſtitutiones p̃ceptiones ſũt:q-
bus inſtitũtur & docẽtur hoies:ut libri a Quintiliano a Lactantio aliiſq; aucto-
ribus de inſtitutione inſcripti ſunt.Similiter cõſpiro aſpiro componitᷣ. Nec acti
uum eſt:ſed neutrũ:unde neq; cõſpiror: deponẽs cõperitur. Quare nec conſpi
ratus aliqs dici debet:ſed cõſpirãs.Simili modo a monſtro monſtrans:quod ſem
per cũ.n.ante.s.ſcribitᷣ.Monſtrũ & mõſtruoſus ſimiliter cum.n.ante.s.&.o.abſ
q;.u.in penulti.ſcribitᷣ:quod Lucanus ĩ primo ex ipſa natura uerſus ſic ſcribẽ-
dum eẽ cõprobat cũ ait:Monſtroſiq; hominũ partus.Verũ plæriq; interponũt.
u.& ſcribũt mõſtruoſus:quod latinũ nõ ẽ. Sicut e diuerſo plæriq; ſcribunt fe-
toſus ut illud ĩ pſalmis:Oues eorũ fœtoſe ꝑ fœtuoſæ.Nam ſic quoq; legendũ ẽ.
Quoniã quæ quartæ ſunt declinationis retinent.u.ante oſus:ut actuoſus: fru-
ctuoſus:luctuoſus:queſtuoſus:ſumptuoſus.In ſecũda uero mime:ut ramoſus:
doloſus:lacertoſus:petroſus.Atq; ut in maſculinis ita in neutris:ut lutoſus:cœ-
noſus:dãnoſus:lucroſus:uitioſus:portentoſus.Pli.de naturali hiſtoria: Vniuer
ſa autẽ quæ de Hercule ac Pyrene uel Saturno traduntur:fabuloſa ĩ primis ar
bitror & portentoſa græcie mendacia.Cicero pro domo ſua: Hunc tu etiã portẽ
toſa peſtis exulem dicere auſus es: Verum ante arius ſimili modo ſi nomina ſũt
quartæ declinationis ſemper.u.recipiunt.ut ſaltus ſaltuarins:fructus fructua
rius:actus actuarius.At ſi ſint ſecundæ declinationis carent.u.ut aſinarius ca-
niparius:& reliqua:Si autem de nominibus loqui uelimus deſinentibus i oſus
uariæ fiunt deriuationes:ut meticuloſus a meticulo nomine diminutiuo ma-
gis q̃ a metu deducitur:& is cicitur qui timidus eſt.Similiter mulieroſus qui af
fectus eſt:& nimis appetit mulieres.Moroſus uero a mores uenit:& nõ ut mul-
ti putant a mora.Nam primam habet longam ut mos moris.Significatq; illum
qui minus exacte nimiſq; ad unguem omnia fieri expoſcit: ut aliquando ob id
indignetur:atq; iraſcatur:Sueto.de Cæſare circa corporis inquit curam moro-
ſior:ut non ſolum tonderetur diligenter: ſed etiam uelleretur. Idem de Tiberio
ait.Sed affectatiõe & moroſitate obſcurabat ſtilum. Cicero de oratore uſq; adeo
moroſi ſumus ut nobis non ſatiſfaciat ipſe Demoſthenes. Addit & ad hæc Cice-
ro aliquando impatientiam & iracundiam : ut cum in libro de ſenectute inqt:
Et ſunt moroſi anxii & iracundi & difficiles ſenes. Idem ſecunde de oratore ait:



Me quidem Hercule illa ualde mouent ſtomachoſa:& q̃ſi ſummoroſa ridicula:
nõ cum a moroſo dicuntᷣ:tamen.n.nõ ſal ſed natura ridetur. Dicitur ergo mo
roſus a nimia diligentia & ſeueritate quotiens plus diligentiæ q̃ oporteat impen
dimus rebus uel noſtris uel alienis.Noſtris qdem cũ minutiſſima quæq; diſqui
rinus & nullius frugis:Alienis cũ de rebus cæterorum occultioribus non ſatis
cũ pudore pſcrutamur aut iterrogamus.Tranſtrũ ſimiliter ſcribitur:& cõſtruo
uidelicet cum.n.ante.s.Ante.t.ſimiliter finit.n.p̃cedentẽ ſyllabã:ut plãta:& in-
de plantarium:quæ Seruius ſup georgi.ſic ſeparat:Plantæ ſunt inqt raptæ de
arboribus.Plantaria uero quæ ex ſeminibus nata cum radicibus:& terra ꝓpria
transferuntur:ut Virgi.eo loco.Et uiua ſua plãtaria terra. Alii uero generalius
plãtas ſiue euulſas ſiue nõ cõſitas ſignificare uoluerunt. Nõ autẽ ꝑ loco aliquã
do poſitũ fuit.Promontorium etiã cũ.o.ſecunda ſcribitur:& ꝓprie mons ẽ ĩ ma
ri prominens.Pli.li.xxxvi.natu.hiſt.Promõtoria inqt apiuntur in mari:& rerũ
natura agitur in planũ.Liuins lib.xxxiii. Aut apientibus claſſem promontorii
idẽ lib.xlv. Adiunctiq; inſula euboia & excurrentẽ in altum uelut promontoria
attica terra ſita.Munimenta quidẽ etiã cũ.u.in prima &.i.in ſecunda ſcriptuȝ
a munio deſcendit:& ſunt munitiones caſtrorum cæterarũq; rerũ: quæ cõtra
aduentũ hoſtiũ muniunt:ſiue uallo & foſſa:ſiue alio quouis mõ:quo ſunt mi-
lites ab hoſtiũ aduentu muniti.Monumenta uero cũ.o.in prima:&.u.in ſecun
da ſcriptũ a moneo deſcẽdit:& ſunt ſepulchra ſtatutæ tituli libri ceteræq;: quæ
nos alicuius rei præteritæ moneant.Nã in honorẽ mortui illa fiunt:'nõ in pu-
blicã p̃ceptionẽ:ut quidã ſomniant:quod nos noſtræ ipſorum mortis admone-
ant.Vnde & ſi deſint litteræ:aut alii tituli magis ſepulchrum:q̃ monumentum
erit.Liuius lib.xlvii.Vtrobiq;inquit monumenta oſtendunt.Nã & linterni mo
numentum monumentoq; ſtatua ſupimpoſita:quã tẽpeſtate deiectã nup uidi-
mus ipſi & romæ extra portam capenã.In Scipionum monumento tres ſtatuæ
ſunt.Quarum duæ publii & Lucii Scipionuȝ dicuntur eſſe.Tertia poetæ Qui
ti Ennii.Scienter eodẽ mõ ſcribitur:& idem eſt quod ex ſcientia: & nõ ex igno-
rantia. At ſcite idem eſt:quod docte & perite:artificioſeq;:identidem cum.n.an-
te.t. ſcribitur:& ſignificat idem quod frequenter eodem modo. At itidem idem
eſt quod ſimiliter.parentare ſimiliter cum.n.finiente ſyllabam ante.t.ſcribitur:
& a parentibus deductum eſt.Nã teſte Hieronymo in hieremia libro tertio. Mos
eſt enim gentibus ferre cibos & præparare conuiuium quod græci
uocant:& a noſtris uulgo appellatur parentalia:eo quod parentibus iam defũ-
ctis iſta celebrantur.Hæc ille.Similiter Cornelia mater ad Gracchum filium a-
pud Cornelium nepotem.Vbi mortua ero parentabis mihi: & inuocabis deum
parentem.Vnde Seruilianus pontifex teſte Macrobio libro ſaturnalium primo
negabat oportere atro die parentare:quia tunc quoq; Ianũ Iouẽq; præfari neceſ
ſe eſt:quos nominare atro die nõ oportet.Varro autẽ libro.vi. de lingua latina
ferialia inquit ab inferis & ferẽdo:quod ferunt tũ epulas ad ſepulchrum: qbus
ius ſibi parentare.Intercludo nõ ſolum.n.ante.t.ſed.r.ante.c.detinet.Et ut qui
dam ferunt.n.ipſum euphoniæ cã interiectũ fuit.Ita ut ſit iter claudo: ut Vir-
gi.Intercludit hyems:& terruit auſter euntes.Cicero:qui iter pœnorum cadaue
ribus corporũ ſuorũ itercludendũ putauerunt.Nã itrocludo cũ.o.ante.c. ẽ in
interioribus cludo.Tento tentas ſimiliter cum ſolo.n.ante.t. ſcribitur: & non p
m.&.p.litteras:ut inſcii quidã putant.Nã non a tẽno ſed a tendo:uel a teneo de

riuatur:& ſecūdū utrāq; deriuationē cū ſolo.n. ſcribēdū erit. Nam tendo certe
facit tentū.Vnde tētigo & tentoriū & eius cōpoſita.Intendo intētum.Vnde in
tenti nerui uel cithararū uel arcuū.Extendo extentū:ut Virgi. Et ſiquē exten-
ta plagarū.Quattuor in medio dirimit plaga ſolis iniqui.Contendo cōtentum
Vnde apud Ciceronē: contenta uoce dicendū. Nōnunquā & ꝓ eo q ſtatui ſuo
acquieſcit:ut id paucis.n.minimiſq; natura cōtenta eſt. Et Horatius in primo
ſermonum:Qui fit mœcenas ut nemo quā:ſibi ſortē:Seu ratio dederit: ſeu ſors
obiecerit ulla Contētus uiuat.facit etiam prætēdo prætentū:ut Virgilius Præ
tentaque littora uelis.Oſtendo oſtentū:unde oſtētum oſtēti:portēdo porten-
tum:unde portentū portenti.Et ſic ſecundū iſtos q tentat quaſi manum tedit:
ut aliā corporis partē in id quod experiri uult & exquirere. Alii uero a teneo de
riuari uolunt:quod ut aiūt ipſa uerbi ſignificatio mōſtrare uidetur.Nā tentare
experiri eſt uel inquirere:& uerbo uel re quaſi manu tenere. Cicero i paradoxis
Tentare uolui an ita dici poſſent ut probarentur. Virgi.in.ii.ænei. Vix primi
prœlia tentant.Vnde a teneo uel tendo ſupinum fit tētum per ſolum.n. Vnde
tēto frequētatiuū:& participiū tētatus tentata tētatum.Cicero in officiis. Tēta
ta eſt res ab omni genere hominū. Quin & tētaturus ut Virgi.in.iiii.æneidos.
Tentaturū aditus & quæ molliſſima fandi Tempora.Ante.i.cōſonās etiam pōt
n.præcedētē ſyllabā terminare.ut cōiungo cōiugiū. ſimiliter ante.u. conſonās
ut cōuerto cōuitium:quod teſte Labeone iuriſcōſulto dicitur uel concitatione
uel a cōuentu:hoc eſt a collatione uocū.Cū eni in unū cōplures uoces cōferūt
conuitiū appellatur quaſi cōuocium.& ſubdit quod aūt nec in cœtu nec uoci
feratione dicitur conuitium nō ꝓprie dicitur.Ante.x.ſimiliter poteſt.n.ſyllabā
terminare.ut anxius.anxur.de quo in ſequentibus uidebimus. Verum ſi dictio
terminata in.n.componatur cum alia dictione incipiente.a.b.uel.a.p.uel ab.l.
uel ab.m.mutatur.n.in.m.ut combibo.imbuo.quod proprie eſt teſte Seruio in
bucolicis incoho initio.ſed ut ait reperitur etiaȝ apud antiquiores pro eo quod
eſt perfundo & madefacio.Impius compitum. quod teſte Seruio in ſecundum
georgi.quadriuium eſt ab eo quod multæ uitæ in unum confluant.Virgilius:
Præmiaq; ingentes pagos & compita circum Theſidæ poſuere.Illido collido &
collium immunis communis.

DE Syllabis deſinentibus in.p.

N.p.nulla ſyllaba terminatur:niſi ſequēs quoq; ab illa incipiat.ut ſuppli
ciū ſupplicio appeto appello apparet Hippocrates Hippocoon.de quibus
in ſuis dictionibus uidebimus. Lippus is dicitur qui habet lachrymantes ocu-
los:plenoſq; macore & putoret & ut quidā ferunt quaſi λιαυ.i.abundāter pus
id eſt putor.ita ut.a.in cōpoſitione abiiciatur.&.n.in.p.cōuerſum dicatur: qđ
an uerum ſit ipſi uiderint.At uero ſupellex cum unico.p.& duplicato.l. ſcribi-
tur.habetq; primā breuē.Iuuena.in ſatyra Atticus eximie. Tales ergo cibi qua-
lis domus atq; ſupellex.Non poteſt.p.etiam inter.m.&.n.aliquo pacto in eadeȝ
dictione ſcribi:quia nec i eadē ſyllaba cū illis nec p̄cedentē.m. ſyllabā cū.n.in-
cipere poteſt. Nō etiā pōt.p.in ea.ſyllaba poſt.r.collocari:ut ſupra uidimus.

DE ſyllabis deſinentibus in.q.

N.q.nulla ſyllaba cuiuſcūq; dictionis terminari poteſt.

DE Syllabis deſinentibus in.r.

Vero littera quacunq; cōſonante ſequēte poteſt priorē ſyllabā terminare:



ut orbus:& is dicit̃ qcunq; aliqua re chara priuatus ē:ꝓprie autē oculoruȝ lucē
ut Iuuena.in.iii.ſatyra:Dudū uigilantibus orbis.i.luce priuatis: q iuxta triuia
& cōpita pontes dormire ſolebant:ut a tranſeuntibus etiā ante diē elemoſynam
accipent.Deide parēs amiſſis liberis:quaſi amiſſa luce oculoruȝ: ut idē in eadē
ſatyra:Perſicus orborum lautiſſimus.Et inde orbitas quæ illa qualitas patrum
poſt amiſſos liberos.Et uxoris uiduitas poſt amiſſum maritum. Dicit̃ etiam or
bus quaſi orphanus:& orbitas quaſi orphanitas. Ante.c.ut farcio:& īde fartus
& refertus cum.t.abſq;.c.ſaturatus.Similiter exercitus:q Vlpiano teſte de mili-
tari teſtamento ab exercitatione nomen traxit.Vnde exercitarius is dicitur qui
ſe exercet.Percitus q iracundia furoreq; ē īcitatus:At parcus nō ab arca ut Ca-
ius Baſſus in libris de origine uocabulorum uoluit:quaſi par arce diceret̃.quā-
do ſicut in arca omnia reconduntur:eiuſq; cuſtodia ſeruantur & continentur.
Ita homo tenax paruoq; contentus omnia cuſtodita & recōdita habet ſicut ar-
ca.Neq; ab arcendo quod pecuniā cōſumi atq; impendi arceat:& prohibeat q̃ſi
pecuniarcus. Sed teſte Gellio ī fine libri.iii.noctium atticarum ab eo qđ ē par-
uum & parum denominatus eſt.Vel ut aliis magis placet a parco parcis.Simili
ter circuo ſcribitur:a quo cilium ducit̃.& inde ſupcilium cōponitur.Nam teſte
Plinio li.xi.uatu.hiſto.Extremæ ambitū genæ ſupioris antiq cilium uocauere
unde & quæ pilis obtegunt̃ ſupcilia. Nā & gena dicitur: quæ uulgo palpebra
uocatur.hoc ē ea mēbrana q̈ q̃ſi ueſte oculis ītegitur.i.quæ apitur & clauditur
hoc plurimi auctores obſeruauere.Pli.in eodē loco inqt.Quibus fragilia opimē
ta his oculi duri.Omnia talia & piſces inſectas nō habent genas. nec integunt
oculos:omnibus mēbrana uitri mō tranſlucida obtenditur.Sene.in Oedipo:&
pirati ſibi genas parentis id eſt oculos.Continens exprimens pro cōtento.Vt ſi-
mili mō draconis genæ pro oculis poſitæ ſunt. Quītilianus in declamatiōibus
de cæco loquens inqt.Illa ꝑpetua nocte clauſæ genæ non cuſtodierunt. Veruȝ
& nōnunq; ꝓ eo loco ubi naſcuntur pili accæptum cōperi.Horatius in ultimo
carminum.Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ. Nā mala generis
fœminini a ſimilitudine mali:hoc eſt eius generis pomi nomen aſſumpſit.Nam
id ē quod p̄eminet īter naſum oculos & bucā quod rotundū eſt:& in ſpeciē ma
li.Vnde tā mala q̈ malum pomū primam producit:ſed malus mala malum pri
mā corripit.Pli.lib.xi.natu.hiſto.Infra oculos inqt malæ hominis ſunt.Et ſub-
dit.Ibi maxime oſtenditur pudor.At ea interior pars quæ oris hiatum efficit:u
bi molares affixi ſunt:maxilla dicitur:quod nomen eſt diminutiuum nō re:ſed
uoce.Ante.d.finit.r.ſyllabam utiperditus:q in omne ſcelus eſt traditus. Cardo
q teſte Seruio ſup primum ænei.dicitur quaſi cor ianuæ:quo.ſ.illa mouet̃.Ar-
deo & inde inchoatiuum ardeſco.Vnde teſte Priſciano. Omnia in ſco deſinētia
uerba inchoationem ſignificant:& inchoatiua uocantur. Inducitq; uerſū Vir-
gilii in primū ænei.ubi de Diomede ait:Expleri mentē neqt ardeſcitq; uidendo
Idē grāmatici omnes quos legimus affirmare uidētur.Excæpto Laurentio meo
Vallenſi:q in libris de elegantia ad me ſcriptis nullo pacto īchoatiua huiuſmo-
di uerba eſſe uoluit:ut ibidem longo proceſſu diſputat.Nec apud Virgilium &
alios auctores inchoationē ſignificare uidentur:ſed magis poſſeſſionē quandaȝ
ſeu opationē cū illo hoc in paſſu deſignare putamus:ut apud Quintilianū Te
nuit inqt cōſuetudo quæ quotidie magis inualeſcit.Et Cicero:Quanto plura il
le miſcebat tāto hic magis indies cōualeſcebat.Quin & illud eccleſiaſticuȝ: qui

ſordet ſordeſcit adhuc.Nõ enĩ põt quid quotidie incipe ualidũ fieri: & quidem
magis cũ inchoationẽ nihil præcedat.Nec quod ſordet põt incipere adhuc ſor-
dere.i.magis:quia ſic quoq; antea incœperat. Nã græce p paſſiuũ uerbũ expli-
catũ ẽ:quod nihil aliud ſignificat quã ſordi deſ.Vnde Plautus ĩ captiuis: Ego
inquit q tuo mærore maceror:maceſco:cõſeneſco:& tabeſco miſer: pro eodẽ pe-
ne accæpit maceror:& maceſco.Niſi quod maceror ad animũ magis ptinet qua
ſi affligor.Maceſco magis ad corpus:ſed nullam prorſus inchoationẽ deſignat
aliter inuanum dixiſſet Virgi.incipiunt: cum ait maria incipiunt agitata tu-
meſcere.Et idem fluctus uti primo cœpit cum albeſcere ponto.Et iterum in.iii.
georgi.Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus.Nam magis proprium fuiſſet
dicere quod tumeſcebat: albeſcebant: crudeſcebant.i.incipiebant ſiue inchoa-
bant tumere:labere:crudere. Non ergo eiuſmodi uerba quæ inchoatiua uoca-
mus:aliud ſignant quam uerba compoſita per fio:ut ardefio:calefio:frigefio:in
ualefio:tepefio:ſordefio:ægrefio.Niſi quod hæc in uſu non ſunt.Illa quoq; uſũ
accæperunt.Et ut alii quidem dicunt:quæ in ſco deſinunt paſſionem in ſe ha
bent:quæ uero in fio extrinſecus aſſumũt:ut Sueto.in ægyp.inquit. Cæſar cũ
hoſtes fugeret eleta leua natabat ne libelli quos tenebat madefierent : melius q̃
madeſcerent.Et cũ fores aperiuntur melius patefiunt dicitur quã pateſcunt.
At cũ quis in balneo ſudore irrigatur:magis ille madeſcit.Idem ſi fores ſua ſpõ-
te aperiantur:magis pateſcunt quam patefiunt.Ante.f.ſimiliter finit.r.ſyllabã
præcedentem ut pfidus hoc eſt qui fidẽ uiolat:pfuga qui ad hoſtes tranſit.Per
ferre ubi p uſq; ad finem aliquid conduci denotat:hoc eſt uſq; ad conſtitutum
finem ferre.Virgi.in.xii.æneí.Nec ſpacium euaſit nec totum ptulit ictum.Vn
de multi ferunt litteras:ſed eas negligentia uel odio uel caſu nõ pferunt. Cice-
ro:Sed nuntius ille qui litteras accæpit nõ ptulit.Sene.in tragœdiis leue eſt mi
ſerias ferre pferre eſt graue.i.ad ſpacium tẽporis in miſeriis eſſe leue eſt: ad finẽ
uero uſq; uitæ graue. Nõnunquã uero p quaſi p medium indicat:ut perfluere
hoc eſt p medium alicuius fluere:ut ſi lagena male materiata maleq; compacta
ſit pfluit.i.p eius mediũ humor qui intus eſt fluit. Terentius hac atq; illac per-
fluo.i.in modũ nõ fidelis lagenæ quæ mihi cõmittuntur effundo:idẽ eſt tranſ
fluo:quo Pli.ſæpe utitur. Ante.g.ſimiliter p̃cedentem ſyllabã terminare poteſt.
r.ut margo pgraue.i.ualde graue.Argutus: hoc ẽ qui acuta quadã & accurata
ſolertia eſt p̃ditus:quaſi acute arguens & inueſtigans:pergula quæ a pergendo
diciſ:ordo ẽ ac cœtus miniſtrorũ obedientium ſtructori.Iuuena.in ſatyra: Atti
cus eximie.Sed nec ſtructor erit cui cedere debeat oĩs pgula.i.pgentiuus ordo:
Ante.l.finit etiam.r.præcedentẽ ſyllabã:ut perlego quod ẽ uſq; ad finem lego.
Quintilianus li.xi.de inſtitutione oratoria: Ideoque opus eſt intueri omne litis
inſtrumentum:quod uidere non eſt ſatis ſed plegendum erit.Oui.in epiſtolis:
Perlegis an cõiunx phibet noua:plege nõ eſt.Sane antiqui ſequẽte.l.ipſum.r.i
l.quandoq; cõuertebant:& plego cum duplicato.l.ſcribebant. Similiter pluceo
unde & pellego & pelluceo ſignabant:ut ſupra uidimus in littera.l.& eſt pluci-
dum id:p cuius medium fulgor emanat.Idẽ traſlucẽs & tranſlucidus.At pſpi-
cuũ id dicimus:p cuius mediũ l; ſit optũ oculos dimittimus: atq; per illos uide
mus:ut aqua:glacies:laterna:ueſica:uitrũ chryſtallus.Vnde ea plærũq; ad mẽ-
tem & hominũ uirtutes traſſerimus.Superlatiuũ ſimili mõ h;.r.finientẽ ſylla-
bã ante.l. & id diciſ:quod ſup alia latum eſt.Nã ſecundũ obſeruãtiã Ciceronis



aliorũq; principum linguæ latinæ ſummum gradum detinet inter plura:quæ
inter ſe diſtinctionem habent cõparationis.Vt Achilles eſt fortiſſimus græcoru;
quia inter græcos unus alio fortior eſt:& ille eſt fortiſſimus.Nam ſi pares omẽs
græci præter Achillem fuiſſent:quia nõ per cõparationem alia diſtinguerenſ:
& duæ tantũmodo partes eſſent:utendum eſſet cõparatiuo:quoniam compara
tiuum inter duo eſſe debet.Superlatiuum inter plura:ſi modo tria ſunt: & iter
ſe imparitatẽ importẽt. Veluti ſi in duas partes ciuitas diuiſa eſt:ut bello ciuili
Pompeii & Cæſaris recte dicimus.Maior pars quiritium ſequebatnr Pompeiu;
minor Cæſarem:nõ autem maxima aut minima dici recte poteſt. Sin in tres p-
tes ut in tẽpore triumuirali:cum inter ſe diſpares eſſent dicendum eſt:maxima
pars quiritium ſequebatur Octauianum:maxima pars legionum erat cum Le-
pido:maxima pars nauium erat cum.M.Antonio.Nec dicendum eſt maior ps
cum inter hæc tria ſit comparatio:& unum ſupremum.quod ſane ſuperlatiuũ
exigit.Sicut digitorum longiſſimus eſt:& nõ longior medius. hoc Cicero aper-
tiſſime oſtendit:tum late in pluribus locis:tum breuiſſime cum ait in Piſonem
Me cum quæſtorem in primis:ædilem in priorem prætorem dixit.quia duo tã
tum erant ædiles:ſicut duo cenſores:& duo conſules. Cæteri autem fere omnes
magiſtratus multi.ut quæſtor prætor huius rei ſiquis fidem deſideret:ſemp bi-
nos ædiles apud Terentium leget:uti nos etiam in dictione diphthongus oſten
demus.Quoniam & Cicero pro Milone inquit: Septem prætores: octo tribuni
plæbis illius aduerſarii defenſores mei.Nam quæſtores pene ſinguli ſingulis p-
uinciis præficiebantur.Quas res non ſatis conſideraſſe Lactantius deprehẽſus
eſt:cum libro inſtitutionũ.vii.ait:Vt ea ipſa quæ dicerem nõ noſtris: ſed aliorũ
potiſſimum litteris confirmarem potiſſimum dixit p potius.duæ.n.partes erãt
nõ multe:& libro primo eiuſdem uoluminis cũ ait: Omnes ſyllabæ unum deũ
prædicant:maxime tamen Erithera:quæ celebrior inter cæteras & nobilior ha-
beſ.Nã ſecundũ antiquorum obſeruantiã celeberrima & nobiliſſima dicendu;
erat.Sane id etiã pſpiciendũ eſt:nos uti debere cõpatiuo ad unum ſui generis:
ad plures ſuplatiuo:ut romanus alio romano nõ romanis: fortior dici poteſt. ſ;
romanorum tantũmõ fortiſſimus.Similiter Achilles troianis fortior fuit:& tro
ianorum.Hector fortiſſimus. At ille græcorum.Quia ut diximus cõpatiuo ĩter
duo eſſe debet.Et diuerſum genus:ut unum tantũmõ ad id quod comparatuſ
ſe habet.Quæ cum nõnulli diſcernere uoluerint:in diuerſas ãbages plapſi ſunt
Ante.m.ſimiliter.r.præcedentẽ ſyllabã ualet terminare:ut arma:quæ teſte Ser-
uio in.xii.æneidos ſunt uniuſcuiuſq; rei poſſibilitas.Vnde ẽ: Quærere cõſcius
arma.i.dolos.Et in eodem.xii.Tum demũ mouet arma leo. habet etiã alia ſigni
ficata:quæ Priſcianus in libello.xii.carminum Virgilii late explicat. Et inde ar
miger:q quaſi arma gerens dicitur. Nam is eſt qui in prælio gerit tela domini
ſui:ut arcũ:ut lanceã:ut cætera huiuſmodi.Et certe apud Homerum armigeri
magnorum principũ ſemp:& ipſi magni uiri fuerunt:ut Autumedon & Patro
clus armigeri fuerũt Achillis:& Helenus Capanei regis filius auriga Diomedis
& Meriones inter primos duces cretẽſium auriga Idomenei.Hectori aliquis fra
trum ſæpe aurigabatur currum.Sic acetes altor & nutritius Pallãtis auriga fu-
it Euandri dicente Virgilio æne.xi.Corpus ubi ex animi poſitũ pallantis acetes
Seruabat ſenior: qui parraſio Euandro Armiger ante fuit:ſed nõ fœlicibus æq̃
Tum comes auſpiciis caro datus ibat alumno.i.domio:teſte Nonio Marcello: q

dure nimium ne ierudite dicā exponit. Ita ut ignoraſſe uideat̃ nutricios & alto
res magnorum nobilium magnos. & ipſos ſemp̄ fuiſſe: Et ab ipſo altore & nutri
cio Acete mortem Pallantis quē aluerat & loco filii habebat multo triſtius de-
plorari: q̃ ſi uel Euander ipſe fuiſſet occiſus. Sic apud Homerum Phœnix Achil
lem habuit: quē cum educaſſet filium ſemp appellabat pro alumno. Permane-
re ſimiliter cum. r. finiente ſyllabam ante. m. ſcribitur: ubi per. ut in aliis diximꝰ
ad finem uſq; ꝑducit: Plinius nepos: Tunc demum lente cunctanterq; ueniunt
nec tamē ꝑmanent: ſed ante finē recedunt. Aliquando uero. per. ipſum ꝓ ualde
ponitur: ut ꝑmagnum. i. ualde magnū. Tormētum ſimiliter habet. r. ante. m. &
a torqueo deducitur. Eſt generale uocabulū omniū machinarū bellicarū ingen
tia ſaxa torquētium. ante. n. ſimiliter pōt. r. p̄cedentē ſyllabā terminare: ut taber
na: quæ ea dicit̃ ubi opa ipſa cætereq; merces uenditantur. Et quædā uocat̃ la
naria: quædā uinaria: quædā olearia: & mille huiuſmodi: unde opifices & taber
narii uocantur. Cicero. L. Flacco: Opifices & tabernarios atq; illā omnē facem
ciuitatum quod eſt negocii concitare: Et differt ab officina: quia officina ē ſta-
tuarii: fuſoris: flatoris: celatoris: excuſoris: uitrearii: pictoris: ſutoris: fabri: q mul
tiplex eſt ut lignarius: & hic non unius generis: ferrarius: nec hic ſimplex: lapi-
darius qui in multas & ipſe diuiditur ſpecies. Nōnunq̃ uero & ꝓ uno eodē que
loco officinam & tabernam poſitā cōperi: ut ſutrina in qua calcei & fiunt & uē
duntur ut in dictione ergaſtula uidebimus: quædā etiam ſuum nomē ſecū ha-
bent. ut hæc ipſa ſutrina ſutoris: aurificina aurificis: cauponis caupona. Tamē
& eā quæ uinum uenditat. cauponam uocamus. Quidam malunt dicere copo
nam cū. ō. in prima ꝓ loco. argentariā uero quidā ꝓ artificio. & argentariū pro
artifice aſſumpſere. At Cicero Liuius & alii antiqui ꝓ eo accipit. qui uulgo cāp
ſor dicitur. Vnde Plautus in curgulione trapezitā & argentariū ꝓ eodem accæ
pit. At qui minutiores ſunt numularii a nobis & menſarii dicūtur a græcis ue
ro collyuiſtæ. fabrica uero proprii eſt lignarii. Carnarium ſimiliter ſcribitur: &
non eſt locus ubi caro ſalſa ſuſpenditur: ſed caro ipſa: niſi contētum pro cōtinē
te ſumatur: ut ſimiliter calcearium pro calceo ponit: cibaria pro cibis. Ante. p.
cōſimili modo poteſt. r. præcedentem ſyllabam terminare: ut corpus: quod non
ſolum pro maſſa & artubus & mēbris compacta: ſed etiā ꝓ ſola carne auctores
poſuerunt. Cicero ad Gallū: Ego hic cogito cōmorari quoad me reficiā. Nam &
uires & corpus amiſi: ſed ſi morbū depulero: facile: ut ſpero illa reuocabo. Quin
tilia. in. v. Hæret aſtricta undatis oſſibus cutis: & in fame ſua homine conſūpto
Iam membra ſine corpore. i. ſine carne. Quod etiam ſignificauit Martia. cū ait:
Viuebant laceri membris ſtillantibus artus. Inq; omni nuſquā corpore corpus
erat: hoc eſt in corpore illius non erat caro. Puerpera quæ a puero & pario com
ponitur. Nam mulieres illas dicimus: quæ proximis diebus matres ſunt factæ.
Perpeſſus qui laborioſe eſt paſſus. perpluere hoc eſt per medium alicuius plue
re. Nam ex his eſt in quibus per quaſi medium indicat. Quintilianus i quinto
de inſtitutione oratoria: Cum cœnaculum inquit eius ꝑplueret. Vſurpare uero
ab uſu deſcendit. Vnde eſt quaſi præter uſum capere: & tunc quoq; eſt cū qua
dam auctoritate dicto aut facto præter conſuetudinem utimur ſiue uſitamus
Cicero in oratore: Poſt inuenta concluſio eſt: quam credo uſurpaturos illos fu
iſſe: ſi iam nota atq; uſitata res eſſet: quam inuentam uſurpare magnos orato
res uidemus. Ante. q. ſimiliter finire poteſt ſyllabam. r. ut arquitenens quaſi



arcitenens: hoc eſt arcū tenēs. Virgi. in. iii. æneí. Quam pius arquitenēs oras &
littora circum. Ante alterā poteſt ſimili mō. r. ſyllabā terminare: ut currus: ſcur-
ra: hoc eſt ut quidam fingunt: quaſi ſequens curiam. Nam ꝓprie is eſt: q riſum
ab audientibus captat. Exhorreo. i. expaueſco: & ſemp accuſatiuum expoſcit: ut
exhorreo hanc rē. at abhorreo ab hac re aliud ſignificat: ut ſupra uidimus. Tor
reo uero in una eadēq; uoce diuerſas habet ſignificationes & tam uro q̃ uoluo
ſeu uerto ſignificat. Virgi. iii. georgi. Iam rapidus torrens ſitientes ſyrius indos:
id eſt urens. Lucanus in. vii. Ingentes ſaxo torrente ruinas. i. uertēte uel uoluēte
At ſero ſeras primæ coniugationis: quod eſt claudo claudis per unicum. r. ſcri-
bitur. Vnde ſera qua claudimus: ſimiliter per unicum. r. ſcribi debet. Iuuenalis
in ſatyra Credo pudicitiam inquit: Pone ſeram: cohibe: ſed quis cuſtodiet ipſos
Cuſtodes? At uero ſerra per duplex. r. ea dicitur quæ uulgo ſecam nominamus
Ante: s. poteſt. r. ſyllabam terminare: ut morſus: uerſatilis: de quo in dictiōe ſcæ
na uidebimus. Perſequor quod in malam partem & in bonā accepi poteſt. Nā
in malam idem eſt quod inſequor: & inſector. In bonam uero cum perſequor id
eſt perſeuero exequi quod agere cœperam. Et differt ſecundum aliquos a proſe
quor: quod actionem quandam ſignificat: quæ alterius affectum in alterū de-
notat: & nūq̃ fere ablatiui comitatu caret: ut proſequor te oculis charitate hono
re uerſibus cantu conuiciis odio. Verum nōnunq̃ idem quod perſequor: & ī ma
lam ac in bonam partē deſignare uidetur. In malum quidem: ut Virgi. libro. iii.
æneí. Proſeqt̃ ſurgens a puppi uentus euntes: id eſt inſequitur. In bonam uero
hoc ē cū ꝑſeuero exeq quod agere cœperā eſt idē Virgi. lib. ii. æneí. cū ait de Si-
noe: Proſeqt̃ pauitans & ficto pectore fatur. Idem in. vi. Proſequitur lachrymās
longe & miſeratus euntē. Verſus quod aduerbiū ē: ut tenus: & ſemp poſtponit̃:
ut italiā uerſus: ſiciliā uerſus: qn & ad caſtra uerſus: & in caſtra uerſus: ut in fo
rum uerſus. Cicero in Lælio: Qui primus in forū uerſus inſtituit agerere cū po
pulo. Liuius lib. i. Ex ſupiore pte ædium in nouā uiā uerſus. habitabat enī rex
ad Iouis ſtatoris ædē populum Tanaquil alloqtur. Vnde ait Priſcianus: Sunt
quædā unā loci ſignificationē habētia: quæ eſt ad locū: ut horſum ſeorſum de-
orſum ſurſum ſiniſtrorſum dextrorſum. Similiter aduerbia oſtendunt̃ cōpoſita
italiā uerſus: ſiciliā uerſus: quæ ipſe accentus oſtēdit eſſe cōpoſita. Niſi dicamus
quod uerſus inclinat ſibi ſupra poſita nomina. Perſcribo uſq; ad finem aliquid
ſcribo deſignat. Liuius in initio ſuæ hiſtoriæ: Facturus ne operæ precium ſim:
ſi res geſtas populi romani ab in initio pſcripſerim. perſuadeo ſimiliter quod eſt
cum effectu ſuadendo prorſus induco. Cicero in philippicis. Duo tantum tem-
pora inciderunt: quibus aliquid contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim: ea uelim
reprehendas ſi potes. Vnum ne quinquennium Cæſari imperium prorogaret̃.
Alterum ne pateretur fieri: ut abſentis eius ratio haberetur. Quorum ſi utrum-
uis perſuaſiſſem. in has miſerias nunquam incideſſemus. Suaſit ergo & non per
ſuaſit Cicero Pompeio. Vnde perſuadere eſt in effectu. Suadere uero in actu: itē
q; diſſuadere. Nam ſuaſor & diſſuaſor niſi perſuadeāt: nihil effecerunt: Ideo ait
Quintilianus partem deliberatiuam officiis conſtare duobus ſuadi & diſſuadē
di: non dixit perſuadendi: Quoniam oratoris officium in euentu non ponitur
qualis eſt perſuaſio. Neque eius ars eſt perſuadendi: ſed ſuadendi: & diſ
ſuadendi in deliberatiuo genere. In uniuerſum autem benedicendi: quod eſt
in actu non in euentu. Verſipellis ſimiliter habet. r. finientem ſyllabam ante. s.

Et is dicitur qui facile uertit pellem:hoc eſt uultum & apparentiam. Verſutus
uero teſte Cicerone lib.iii.de natura deorum a uerſando dicitur. Vnde ait uer-
ſutos appello:quorum tanq̃ celer rota mens uerſatur. At ꝑſona teſte.C.Baſſo in
libris de origine uocabulorum a perſonando deducitur.Nam caput inquit : &
os cooperimento ꝑſonæ tectum undiq;:unaq; tantum uocis emittende uia ꝑ-
uium:quoniam non uaga neq; diffuſa eſt in unum tantũmodo exitum colle-
ctam coctamq; uocem magis claros canoroſq; ſonitus facit. Quoniam igit̃ in-
dumentum illud oris clareſcere:& reſonare uocem facit: ob eam cauſam perſo-
na dicta eſt:o littera propter uocabuli formam productiore. Ante.t.ſimiliter po
teſt.r.ſyllabam terminare:ut pertinax:qui nimis eſt tenax:uertex quia a uertor
deducitur.Ham teſte Quintiliano eſt contorta in ſe aqua:uel quicquid aliud ſi
militer uertitur. Virgi.in primo:Ingens a uertice pontus. inde propter flexum
capillorum pars ſumma capitis ſic dicitur:Ex quo & in montibus eminentiſſi-
mum recte dixeris:hæc omnia uertices. Vbertim aduerbium eſt ab ubertate de
ductum:& ſignificat copioſe. Apertile ſimiliter ſcribitur:& ſignificat quod aper
tum eſt:ut Oui.de triſtibus:Aſpicis a dextera latus hoc ad apertile tauri. Liber-
tinus & libertus a libertate dicunt̃:& in hoc differunt teſte Laurentio meo Val
lenſi:ꝙ libertinus relatiuum eſt ingenii Libertus relatiuũ eſt patroni. Nam licʒ
unus idem ſit libertinus & libertus:per libertiuum tamen ſignificamus condi-
tionem hominis:ſicut per ingenuum.per libertum uero ſignificamus priuatũ
quendam reſpectum ſicut per patronum:ideo libertinus adiectiuum eſt ſicut ĩ
genus. Libertus ſubſtantiuũ ſicut patronus.ut libertinus homo. Libertina mu
lier.libertinæ conditionis. At non libertinus Cæſaris.ſed libertus dicit̃.ut Meſ-
ſalinæ liberta.Claudii libertus. Agrippinæ libertus. Impertior etiam cum.e.an
te.r.teſte Priſciano licet a partior componatur. Ante.i.conſonans poteſt etiam
r.ſyllabam claudere.ut piurus:id eſt qui ius iurandum uiolat Periucundũ id
eſt ualde iucundum.ante.u.conſonans ſimiliter.ut coruus.protenus.hoc eſt q
uerbis aut factis eſt cõtumelioſus. Cicero pro Cælio:Si uidua libere ꝓterua pe-
tulanter diues effuſe libidinoſa uiueret:& reliqua.Nam proteruia leuior eſt cõ-
tumelia Procacitas maior: Petulantia maxima. Vnde procaces quoq; meretri-
ces legimus:quæ mordaciter:& iniurioſe loquuntur:qualis Bacchis terentiana
ideo ait Cicero in Saluſtium.Ne in idem incidam uitiũ procacitatis.quod huic
obiicio.Et iterum enim non procacitate linguæ uitæ ſordes eluuntur. Sane pe
tulantia laſciuia eſt.Oui.Quin etiam ut poſſem uerbis petulantius uti: Nõ ſe-
mel ebrietas eſt ſimulata mihi:id eſt licentius & laſciuius.Cicero in Saluſtium:
Nam quod iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem filiãq; meam inuaſiſti.Idẽ
in eundem.Deſine bonos petulantiſſima inſectari lingua.& inde petulcus.Vir
gilius in.iiii.georgicorum. Hædiq; petulci. Nam ſolent hædi iniuriam facere ꝑ
animoſitatem quandam tranſcendendo ſepem:& in alio loco penetrando: quæ
nimia petulantia eſt.Peruicacia uero uix ab oſtinatione differt.Interuenere au
tem eſt rem aut commodatam aut depoſitam aut creditaʒ callide doloq; ne do-
mino reſtituatur efficere.Cicero in Verrem: Candelabrum quo rex ægypti Io-
ui Capitolino dono tulerat a Verre:qui illud cõmodato a rege accæperat:inter
uerſum eſſe conqueritur.Marcellus iuriſconſultus.Si duo inquit hæredes rem
apud defunctum depoſitamdolo interuerterint & reliqua. At iuertere ẽ quaſi
incõtrarium uertere:ut ueſtem aut pellem:ſeu etiam uerba ꝑpoſtere ꝓnũtiare.

Peruigilare ſimiliter ſcribitur::& ex his eſt:in quibus per uſq; ad finem condu-
cere denotat:Nãq; eſt totam noctem inſomnem ducere.Martialis in epigrãmati
bus:nam uigilare leue eſt: peruigilare graue.Sane pernoctare:unde pernox di
citur a peruigilando differt:ꝙ hoc interdiu quoq; fieri poteſt: illud uero tãtũ
modo noctu.Nã peruigil draco dictus eſt.non ꝙ pernox eſſet:ſed ꝙ nunq̃ dor-
miret ſemper uigilans. Ante.x.poteſt.r.ſyllabam finire:ut Xerxes.

De ſyllabis deſinentibus in.s.

ſ In dictionibus ſimplicibus nullius mediæ ſyllabæ eſt terminalis:niſi alte
ra.ſ.ſequente.Nam paſcua:luſcus:coſmus:ꝓſpera:teſtis(quæ omnes ſim
plices ſunt)cum ſequente conſonante detinenent.s.At in compoſitis ante.c. po-
teſt ſyllabam terminare:ut abſcondo:obſcurus:oſculum:quod & baſium eſt: ut
Virgilius in primo æneidos.Oſcula libauit natæ.i.leniter tetigit:ut probe inter
pretatur Seruius:ſed pace eius dixerim errauit Priſcianus credens non etiam ſi
gnificatum primatiui detinere:cõtra quod eſt Horatii auctoritas in odis ad Ly-
diam:Oſcula quæ uenus quinta parte ſui nectaris imbuit.Ouidius in.i. meta
morphoſeos:de Daphne:Videt igne micãtes ſideribus ſimiles oculos.Videt oſcu
la quæ nõ eſt uidiſſe ſatis.oſcula pro ore poſuit in forma diminutiua. Ante.m.
ut tranſmigro:quod eſt in longioris loci domiciliuʒ habitationemue muto.An-
te.p.ut diſplicet:aſporto pro abſporto.Ante.t.ut diſterminat:diſtuli: abſterreo.
Verum ante alterum.s.in ſimplicibus & cõpoſitis reperitur. In ſimplicibus qui
dem ut caſſo caſſas uerbum:& inde caſſus:laſſo laſſas:& inde laſſus ac laſſatus
Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiam:& laſſata uiris nõdũ ſatiata receſſit:& in
eadem ſatyra:Cum laſſata graui ceciderunt brachia maſſa. At laxo laxas per.x.
aliud ſignificat.Nam dicimus laxas habenas. Virgilius laxas ſciret dare iuſſus
habenas.Laxam licentiam laxas ianuas:laxamus clauſtra.Virg.Laxat clauſtra
ſinon. A ſedeo ſeſſum:& inde ſeſſiles lactucæ dicuntur q̃ſi ſedentes. A pateo paſ-
ſus.ut Virgilius in.iii.æneidos.Et pater Anchiſes paſſis de littore palmis. Idem
in ſecundo:Paſſis priameia uirgo Criminibus.deſcendit etiã a patior: ſed aliam
habet ſignificationem. A iubeo iuſſus huius iuſſus & huic iuſſui quartæ decli-
nationis:& generis maſculini.Nam nõ tuo inſſu:ſed tuo iuſſu dicimus.In plu-
rali uero ſecundæ eſt declinationis:& generis neutri. Virgi.in bucolicis.Accipe
iuſſus Carmina cœpta tuis:& in.iiii.æneidos. Ille patris iuſſa exequitur. Caſſis
etiam per duplex.s.& duplicis eſt generis ac declinationis.Nam hæc caſſis hu-
ius caſſidis galea quædam eſt.Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris: Lorica &
fracta de caſſide buccula pendẽs. At hic caſſis huius caſſis eſt laquæus uel ræ-
te.Virgilius libro georgicotum.v.Aut inuiſa Mineruæ Laxos in foribus ſuſpẽ-
det aranea caſſes.Ouidius Incidet caſſes præda petita meos.Paſſim ſimiliter qđ
exponit Seruius id ẽ ubiq;.Ego magis a paſſu deductũ puto:quaſi paſſu diſtã-
te uel ſparſim.Nam grex paſſim paſcit.i.ſparſim potius q̃ ubiq;: hoc ideo quia a
liquid interualli eſt:inter pecudem & pecudem.Non tamen dicimus herbã eſſe
paſſim in prato:ſed magis ubiq;.Poma tamen ſtrata ſub arbore magis paſſim q̃
ubiq; Virgilius in bucolicis.Strata iacẽt paſſim ſua quæq; ſub arbore poma.Po
nitur etiam a Lactantio pro undiq; quando ait:Cunq; is numerus condendæ
urbi parum idoneus eſſe uideretur.conſtituit aſylum: quo paſſim confugerũt
ex finitimis locis. In compoſitis uero dictionibus reperitur.s.ante alterum.s.ſyl
labam terminare:quando alia littera i.s. cõmutata fuit:ut aſſilio.quod ẽ iuado

uel aggredior:& ex ad & ſalio quod eſt ſalto cōponitur.aſſumo & in multis aliis
ut ſupra uidimus cum de.d.ante.s.tractaremus.Ante.i.conſonans poteſt etiã
s.ſyllabam terminare:ut diliectus & alia nōnulla.

DE Syllabis deſinentibus in.t.

Priſciano auctore ſi ſuperiorem finit ſyllabam:neceſſe eſt ſequentem quo
q; ab ea incipere:ut mitto Cotta attinet Atticus. De quo ſane miror cum
eodem teſte in libello de.xii.carminibus Virgilii. Hæc dictio poſtquã ex poſt &
quam componatur.Similiter atq; atqui etenim in.t.præcedentem ſyllabam fi-
niunt.non ſubſequente.t.in alia.Nec eum de ſolis ſimplicibus intellexiſſe dice-
re poſſumus:cum attinet quod ille pro exemplo induxit : ex ad & teneo ut idẽ
ſupra oſtenderat componitur.Quare præter ea:quæ dixit hoc quoq; conſiderã
dum puto:Ipſum uero dixiſſe tantūmodo ĩ ſimplicibus dictionibus:quæ ſi ha-
beant mediam ſyllabam terminatam in.t.neceſſe ſit ſequentem quoq;.a.t.inci-
pere.In compoſitis uero id fiat dūmodo.t.proueniat ex commutatione alterius
litteræ.Nam tunc quoq; ea fit cōmutatio cum ſequens a.t.incipit: quemadmo
dum ſupra oſtendimus in compoſitione ad præpoſitionis cum dictionibus in-
cipientibus a.t.ut attingo ex ad & tango:attraho ex ad & traho:attracto ex ad &
tracto & ſimilia. At in ſimplicibus id certum comperitur:ut reliqua eius exem-
pla oſtenderunt.ſane legitime per unicum.t.ſcribitur:cum antepenultima bre
uietur.Iuuena.in ſatyra Natali coruine die:Legitime fixis ueſtitur tota tabellis
Porticus.Sed dubium uidetur de hac dictione littera:an per unicum.t.uel du-
plicatum uel.ct.ſcribi debeat.Quod cum ex deriuatione compoſitioneq; cōp̃-
hendi poſſe exiſtiment:dicunt quidam non magne auctoritatis uiri: ut Vgui-
tio & alii nōnulli litteram a lego:& iteram compoſitã eſſe. Hocq; ex teſtimonio
priſciani in initio de octo partibus orationis aſſerere uidentur:qui ait.Dicitur
autem littera uel quaſi legitera:eo quod legendi iter præbeat: uel a litturis ut q
buſdam placet:quod plærunq; in cæratis tabulis antiqui ſcribere ſolebant. Nã
q; litura complanatio quædam eſt.& a lino linis deſcendit:quod eſt complano.
Cicero in.iiii.uerrinarum.Tabulæ ſunt in medio:quæ ſe corruptas atq; interli-
tas eſſe clamãt.Paulus iuriſconſultus ad legem aquiliam corrupiſſe tabulas re-
cte dici:& qui eas interliuerit.Et teſte Priſciano libro.x. facis ĩſupino litũ. Qui
ergo uolunt a lego litteram deduci:cũ unico.t.ſcribendam eſſe dicũt.eo quod
lego primam corripiat: & per cōſequens littera prima corripere debet. Sed quia
oppoſitum noſtri poetæ obſeruant:qui ut uidebimus illius primam ſemper p-
ducunt:dixerunt alii non a præſenti eius uerbi:quod eſt lego quia primã corri
pit.ſed a ſupino quod eſt lectum lectu littram deduci: & ob id quoque cum.ct.
ſcribendum uolunt:quaſi eas duas litteras a ſupino aſſummat.Qui uero a lino
hoc eſt ab eius ſupino: quod eſt litum litteram deduci putant.cum tam ĩ præ-
ſenti q̃ in ſupino primam lino corripiat:ut Virgi.in.iiii.geor.Et paribus lita cor
pora guttis.Lucanus in.viii.Ilita tela dolis nec Martem cōminus uſquã. Sitq;
uiſum noſtris primam eius: quod eſt littera producere dicũt aliud.t. addendũ
eſſe:& cum duplicato.t.ſcribi debere: ut notetur primam in ea dictione produ-
cendam:& non corripiendam eſſe. Itaq; nos ſemper cum duplicato.t. & nunq̃
alio modo in antiquis marmorum inſcriptionibus ſcriptam aſpeximus. Et ſic
quoq; a doctiſſimis noſtræ ætatis ſcribi uidemus: littera igitur cum duplici.t.
ſcribitur:& ſignificat p̄incipaliter litteras illas indiuiduas:ut.a.b.c. Aliquãdo

uero per litteram ipſam ſcribentis manum intelligimus: ut Cicero ad atticum.
Nam Alexidis manum amabam:quod iam prope accedat ad ſimilitudinẽ tuæ
litteræ.Nonnunq̃ uero & uerbum aliquod ſeu minus q̃ uerbum denotat:ut Ci
cero ad Cælium.Scribit ad ſe nullam litteram Bibulũ miſiſſe.Nam ut uehemẽ
ter rem extenuaret non dixit uerbum aut ſyllabam ſed littaram.At in plurali e-
piſtolam deſignat:preterq̃ apud poetas: qui littera pro epiſtola uerſus gratia in
ſingulari ſemper utuntur:ut Ouidius in heroidum epiſtolis inquit: Quam le-
gis a rapta briſeide littera uenit.Itaq; dicimus unam epiſtolam unas litteras.du
as epiſtolas binas litteras.Nam Cicero per epiſtolam filium culpauit dicens:Ma
le autem dixiſſe direxi tibi litteras duas.Cum litteræ quotiens epiſtolam ſigniſi
cant.numeri tantum pluralis ſint:& duo ad ſingularia referatur.Quod tale eſt
ac ſi dicam.Duas litteras ſcripſi unam ad fratrem: alteram ad uxorem.Illud u-
nam & illud alteram ad litteram in ſingulari pro epiſtola: quod non reperitur
referri haberet.Dicendum eſt ergo litteras binas:cum nō dicuntur bini niſi de
his quæ ſunt numeri tantum pluralis.Vt creabantur olim bini conſules:id eſt
per ſingulos annos duo:hi bini incedunt. id ẽ ſuo ordine duo & duo incedunt
Cicero in.ii.uerrinarũ inter binos ait ludos:qa ludi teſte Priſciano de ponderi-
bus quando ſpectacula ſignant:ſemper pluraliter dicuntur.Liuius in.xxv. lib.
ab urbe ait:Et bina equeſtria arma.Simili modo dicendum eſt: ſcripſi binas lit
teras:id unas ad fratrem:alteras ad uxorem: Sed non dicimus bina teſtamenta
cum ſingulare habeat:& in plurali pluralitatem ſemper teſtamentorũ deſignet.
Sed dicimus duo teſtamenta unum fratri alterum uxori.At uero poetæ licẽtia
poetica hæc aliquando nō obſeruant: ut Virgilius libro æneí. Vni ait frænaq;
bina meus quæ nunc habet aurea pallas. Dicere enim debuit more oratorum
fræna duo.Sed de ternus & quaternus dubium uidetur: An ternas litteras ſeu
quaternas dicere poſſumus.Quod non poſſe dici Seruius ſuper eundẽ.viii.cō
firmauit:ubi ait Virgilius.Horrendũ dictu dederat terna arma mouenda: Quĩ
& Virgilium uſum fuiſſe figura poetica:& trina arma dicere debuiſſe: quia ar-
ma tantum numeri ſunt pluralis:Ita ut ex illis ſit trina:quæ apta ſunt nomini
bus tantum pluralis & non terna.Quod quam ſit efficax ipſe uiderit:Nam tri-
na ſæpius coniunctum inuenimus cum nominibus numerum ſingularem ha
bentibus:ut Liuius libro.iii.ab urbe:Antea inquit trina loca cum contentiōe
ſumma patricios explere ſolitos. Et Hieronymus cum alibi tum ad Marcellam
inquit:Et trinam negationem trina poſtea confeſſione deleuit. Præterea quid
Seruius dixiſſet ſi apud Virgilium foret quaterna arma: nunquid exponendũ
eſſet quatrina.Verum uni & unæ & una pluralibus adiunguntur nominibus
quæ & pro ſingularibus accipi poſſunt:ut Saluſtius in catilinario: Hi poſtq̃ in
una mœnia conuenere:pro in unam urbem. Aliquãdo etiam cum nominibus
habentibus ſingulare:ut Virgilius in.ii.æneidos.Satis una ſuperq; uidimus ex
cidia:pro unum excidiũ.& Lucanus in quarto.Totumq; in partibus unis Bel-
lorum fecere nephas:pro una parte.Sed cum non habentibus ſingulare in ea ſi
gnificatione pro qua accipitur:ſemper ponuntur in plurali. Dicimus ergo re-
cte & oratoria obſeruatione accæpi abs te unas litteras:binas litteras:ternaſque:
& quaternas:ac quinas:ſenas ſeptenas:nouenas:denas. Nec ſubiungendum eſt
Quarum alteri reſpondi per proximum tabellarium.Alteri nunc reſpondeo: ſꝫ
alteris.At de epiſtola apertum eſt:ut accæpi duas epiſtolas: quarum alteri iam

reſpondi:alteri nunc reſpondeo.Et utitur Cicero fere uerbo accæpi: ut accæpi
epiſtolam accæpi litteras.Pli.uero nepos frequētius recæpi niſi codices mendo-
ſos dicere uolumus.Quid quod do tibi litteras dicimus tanq̄ tabellario. Do ad
te litteras.ſ.ad te preferendas.aliquando hæc duo cōiunguntur:ut Cicero.De
di illi ad te litteras.& Saluſtius:Vulturtio litteras ad Catilinam dat.

DE Syllabis deſinentibus in.x.

N.x.auctore Priſciano nulla ſimplex ſyllaba ī medio dictionis terminatur
Sed ut puto excipit̄ ſextus dexter dirextī:ī qbus.x. cū ſequēte cōſonante
cōiūgi nō pōt.Nā ut idē prius dixerat:nunq̄ ī capite ſyllabæ duplex poſita pōt
cū alia iūgi cōſonāte:quare antecedētē ſyllabā finit.Et ſic eius regula uniuerſa
lis eē no pōt.Verū ī cōpoſitis a p̄poſitiōe ex.remanet qdē p̄poſitio nōnūquā ite-
gra:nōnūq̄ uero abiicit.x.Aliquādo aūt cōmutat ī aliā litterā. Remanet ītegra
ſequēte.c.ut excurro excretus.i.ualde creſcēs:ut excretos hædos apud Virgiliū
legimus:oxcogito:hoc ē p cogitationē īuenio:quod ad res tātū incorporeas pti-
net:ut excogitauit argumēta rationes figuras cauſas. Excubiæ ſimiliter ab ex
quod ē extra īdicat:& cubo deducit̄ atq; cōponit̄:quæ diurne ſūt:ac nocturne
uigiliæ uero tantū nocturnæ.Ante.l.uero ſeruat̄ ītegra.x.p̄poſitio:ut ī hac ſola
dictiōe exlex.i.q abſq; lege uiuit.Ante.p.ſimiliter remanet ītegra. ex ut expello:
expugno:quod ē pugnādo uico:ſed de oppidis:de caſtris:de nauibus:cæteriſq;
huiuſmōi dicit̄.Nā ſi tecū cōſerā manus ac uincā:nō te expugnaſſe dicar.explo
do quod a plodo.i.plaudo cōponit̄:& nō tātū ſignat eiitio: ſed manibus cū ſo-
no pulſantib⁹ eiicio q̄liter quēpiā e domo e theatro ex aliquo cōſilio pulſatione
manuū eiicimus:ut Cicero:iſtrio ſi paululū ſe moueat extra numerū:aut ſi uer
ſus p̄nūtiatus ē una ſyllaba breuior aut lōgior.exſibilat̄ explodit̄.Vnde & ex-
ploſa ſentētia dicit̄ eo mō eiecta:ut idē Cicero:Quoniā Pyrrhonis Ariſtonis He
rilli iā pridē exploſa ſentētia ē.Ante.q.ſimiliter manet ītegra.ex.p̄poſitio ut exq
ro exquæſtor.i.ualde quæſtor:hoc ē ī magno honore habitus. Ante.s.uero mō
cōſimili.ex.p̄poſitio teſte Lucanio antiqſſimo auctore & Papyriano grāmatico
lib.iiii.de orthographia integra cōſeruat̄:ut exſicco:exſibilo:exſequor:& alia ſi-
milia.Quibus grāmaticorum ratio cōſtare uidetur.ut ſupra uidimus: quū de.
x.littera tractaremus.Ego aūt puto antiquorū cōſuetudinē magis obſeruandā
Ante.t.uero abſq; dubitatione obſeruat̄.x.ut extendo extorris: quaſi extra ſuaȝ
terram.ex tempore dicere:hoc eſt ex improuiſo:& impremeditatum dicere: nec
domi compoſitam orationem afferre. Hinc uocatur extemporalis oratio Perſi-
us etiā ait extēpore uiuere.Aliquando uero ex tēpore aliqd ageer:eſt ex tēporis
conditione id conficere.Cicero libro officiorum.ii.Quos credimus expedire rē
& conſilium ex tempore capere poſſe.Idem lib.iii.eiuſdem operis.Huius inquit
generis quæſtiones ſunt hæ omnes: in quibus ex tempore officium quæritur:
ex tempore inquit:quaſi ex temporis conditione.Exemplo cum.e.in penultima
ſcribitur:& ſignificat ſtatim uel ſubito:quaſi extra tempus: hoc eſt temporis cō
moditatem:ut quidam ferunt.Virgi.in primo:Exemplo æneæ ſoluuntur frigo
re mēbra. Abiicit uero.x.nōnunq̄ in compoſitione ex præpoſitio atq;.e.ſola re-
manet:& nō ex ut ante.b.quidem ebibo ebeo ebeas primæ cōiugationis uerbū
quaſi extra beatitudinem uado.unde ebeati teſte Apulegio grāmatico illi dicū-
tur:q fœlicitate aliqua ceciderunt.Ante.d.uero ut edico:quod proprie eſt litte-
ris aliquid iubeo uel impero. Vnde edictum conſulum ſunt litteræ conſulum:



quibus aliquid iubent atq; imperāt.Indicere uero uidet̄ potius per preconē ali
quid denunciare.ut Dido apud Virgilium in.ii.ænei. Tempplis indicit hono-
rem.Ediſco ſimiliter componitur:& eſt memoriter cōplector:de quo ſupra uidi
mus.Educo ſimiliter ex.e.& duco componitur.Ante.g.ſimiliter ut egero: quod
ex.e.& gero cōponitur:& eſt quaſi extra gero & euacuo.Egregius eodem modo:
& quaſi extra gregem interpretatur.Ante.l.ut elabor ex.e.& labor & laberis cō-
ponitur.Et denotat eo modo periculuȝ effugere:quo anguis lubricus: murena
ue aut anguilla manu præhenſa lapſu fugit:quaſi extra manum labitur.Virgi
lius libro ænei.ii.Ecce autem elapſus pyrrhi de cæde polites.Eleuo ſimiliter ex.e
quod eſt extra & leuo componitur quaſi imminuo & extenuo. Quintilianus.
Nam quis ignorat quin id longe ſit honeſtiſſimum ac liberalibus diſciplinis &
illo:quo eximus animo digniſſimum non uēdere operam:nec eleuare tanti be-
neficiii auctoritatē.Ideo dixit Hieronymus ſuper id Iſaiæ. Eleuatum eſt ſuper
luminare templi:debuit tranſferri ſublatum eſt: ſed ad tollendam ambiguitatē
ne quis putaret ſenſum eſſe talem:qualis eſt ſublatuȝ eſt mihi pallium ad aliud
uerbuȝ recurſum fuit.Ante.m.ut emineo:quaſi extra alios:hoc eſt præ aliis ma
neo.Emergo ſimiliter extra uulgarem modum mergo.i.procedo.Iuuenalis ī.iii.
ſatyra.Haud facile emergūt: quorum uirtutibus obſtat Res anguſta domi. An
te.n.ut enitor eodem modo ex.e.& nitor id eſt conor componitur:hoc eſt ut ex-
tra conor.Vnde enixa & connixa quæ peperit. Virgilius in bucolicis. Ah ſilice
in nuda connixa reliquit.Enodes.i.ſine nodis:ut Virgilius libro georgicorū.ii.
Enodes trunci.Ante.r.ut eruo:quod ſimiliter componitur eodem modo ſequē-
te.i.conſonante &.u.ut eiulo:quod eſt ſublata uoce fleo:quod mulierum magis
eſt proprium.Euentus ſimiliter componitur:& in ſingulari quartæ eſt declina-
tionis & generis maſculini.In plurali uero ſæpiſſime a Cicetone in neutro gene
re & declinatione ſecunda exprimitur:nt libro de oratore.Ex aliorum inquit fa
ctis aut dictis aut euentis.Idem de diuinatione.Si euenta quærimus: quæ exq-
runtur auibus.& ad atticum:Semper enim cauſæ euentorum magis mouent q̄
ipſa euenta.Euidens ſimiliter & negocium euidens id dicitur:quod uidetur ap
te & intelligitur:non quod uidet & intelligit. Commutat autem ex præpoſitio
cum alia dictione compoſita.x.litteram in aliam conſonantem:& maxime cum
ſequitur.f.ut officio effingo:hoc eſt ad alterius formaȝ fingo: & quodammodo
fingendo repræſento.Cicero libro ſecundo de oratore: Tum excedat exhortatio
qua illū quē delegerit imitādo effingat atq; exprimat. Quintilianus:Nam mihi
uidet̄.M.Tullius cum ſe totum ad imitationem græcorum contuliſſet: effin-
xiſſe uim Demoſthenis:Copiam Platonis iucunditatem Iſocratis.Effigies ſimili
ter ab ex & fingo deducitur & componitur.Nam eſt figura ad uiuam alterius
ſimilitudinem:uel ad ueritatis imaginem facta tam in picturis q̄ in ſculpturis
Præter hæc autem quæ diximus.nōnunq̄ ex abſq; cōpoſitione præponitur di-
ctionibns etiam incipientibus a.d.& ab aliis litteris ut ex dignitate ex utilitate
ex uſu pro eo:quod e pro dignitate pro utilitate pro uſu: uel ad dignitatem ad
utilitatem ad uſum.Sed cum præponitur dictionibus incipientibus ab.r.ſemp
fere ab ipſa præpoſitione.ex.tollitur.x.ut e repub.id eſt eſt pro republi.Quiuti-
lianus.Sicut poſſe cōceditur:eos ſaluos eſſe magis e republi.ſic q̄ puniri. E regi
one e re mea e re tua e re noſtra.Liuius libro.xxxii.Perinde ac nos poſtulauerūt
quæ e re ſua eſſent:ſed ſuaſerint:quæ nobis ſenſerint utilia eſſe:ſimiliter Cicero

inquit.E renibus laborabat:hoc eſt morborum in renibus patiebatur.Quid cũ
dictionibus incipientibus a quibuſdam uocalibus etiam componitur:ut ex aro
.i.ſcribo:quod ab ex & aro componitur:eo quod qui ſcribit in modum aratoris
conficere uideatur.Exedo.i.corrodo ab ex & edo.exiſtimo ab ex & æſtimo com-
ponitur:ubi æ diphthongus in.i.longam conuertitur:& idem ẽ quod puto uel
iudico:de quo ĩ dictione æſtimo in ſequentibus habebimus. Et ab exiſtimo ex
iſtimatio deſcendit:quæ opinio eſt atq; ſententia & accipitur aliquando quideꝫ
actiue:ut exiſtimatio mea eſt.i.ita exiſtimo. Aliquando uero paſſiue : ut homo
magnæ exiſtimationis.i.famæ & nominis:quod eum omnes magni exiſtiment
Exoletus quod dum eſt ſubſtantiuum ſignificat ſcortum maſculum:& præci-
pue iam adultum.Dum uero eſt adiectiuum adultum ſimpliciter deſignat:ſed
raro reperitur:ut apud Plautum:Reliqui domi exoletam uirginem.Exurio ab
ex & uro:per interpoſitionem.i.ut nõnulli dicunt componitur. hoc eſt famen
patior.Alii uero ab haurio per abiectionem aſpirationis & primæ partis diphthõ
gi.Et ut Priſcianus pluresq; alii grammatici atteſtantur.Omnia quæ in rio de
ſinunt:ut exurio:cœnaturio:ſcaturio:parturio:& ſimilia meditationem ſignifi-
cant.Ideoq; meditatiua uerba appellantur.Quibus Laurentius Vallenſis ĩ ele-
gantiis ad me miſſis nullo mõ aſſentit:ſed deſideratiua magis atq; optatiua uo-
cari uoluit.Ita ut exurio idem ſit:quod cupio edere. Vnde Quintilianus pater
inquit filios exurit.Et Martia.libro.viii.epigrammatum.In omnibus uaccerra
quod conclauibus Conſumit horas:& die toto ſedet.Cœnaturit. Vaccerra: non
cacaturit.i.cœnare cupit:non ut reliquum:ſimiliter Cicero: Vt aliquãdo dolor
populi.ro.pariat:quod iãdiu parturit.Idem Liuius: Et quod diu parturit ani-
mus ueſter aliqnando pariat.Vbi affectum ſignificauit non cogitationem. Nõ
nunq̃ & pro ſuis primitiuis ponuntur:ut ſcaturio magis pro ſuo primitiuo ſca
tet ponitur:quod eſt non ſolum aquarum:ſed herbarum & cæterorum ſua ſpõ
te ubertim naſcentium.

De Syllabis deſinentibus in.z.

N.z.nulla ſyllaba deſinit:nec in dictionibus latinis ſcribitur:ſed in pegri-
nis tantumodo ac in initio dictionis: uel in initio mediæ ſyllabæ præce-
dente a uocali aut.n.aut.r.ut zacinthus zephyrus:poſt uocalem in media ſylla
ba:ut gaza poſt.n.ut zinziber:Melãzophos nomẽ proprium:poſt.r.ut Ariobat-
zanes nomen uiri proprium.

Documenta generalia orthographiæ dictionũ græ-
carum quæ latine ſcribuntur.

Nulla dictio græca apud latinos p.f.ſcribitur.

Eſtat iam documenta quædam ſubnectere : quæ ſpecialius ad orthogra-
phiam de qua intendimus conuenire uidentur.Vt illud primum.Quod
omnis dictio græca que latine tranſcribitur nunquam per.f.ubi opportune ca
dere poſſet:ſed ſemper per.ph.aſpiratum eſt ſcribenda.cuius rationem iã ſupra
oſtendimus:quia antiquam noſtram ſcripturam in dictionibus græcis:quæ p.
ph.ſecundum illorum conſuetudinem antequam.φ. litteram adinueniret etiã
poſtquam accæpimus.f.in ea poſitione: quam habemus obſeruare tenemur.ut
cum de ea littera tractaremus oſtendimus.Excipiuntur aliqua: quæ & ſi abſq;
dubitatione græca ſunt ex inueterata tamen conſuetudine potius per ipſum.f.
quam.ph.ſcribi conſueuerunt:ut fama:fugo:forum:fucus: fero:fur: furtum.



Nam de fure & furto:ſic Paulus iuriſcõſultus in titulo de furtis rettulit. ſurtũ
inqt a furno.id eſt a nigro dictum.labeo ait:quod clã & obſcure fiat: & plætũq;
in nocte:uel a fraude ut Sabinns ait.Vel a ferendo.i.auferendo. uel a græco ſer
mone:quod φώρ appelllant.Immo ut ait & græci a ferendo φώρ dixerũt.Verũ
teſte Priſciano ĩ.viii.ſum:uolo:fero:& edo. uerba anormala ſine dubio a græcis
aſſumpſimus.fagus etiã teſte Seruio a φάγαιν quod ẽ comedere deducitur: &
tamen cum.f.ſcribit: Quid ꝙ a fero traxiſſe uidetur Ouidius uocabulũ forda
pro boue prægnante. Cum ait.libro.iiii.faſtoruꝫ Forda ferens bos ẽ fœcundaq;
dicta ferendo.At famam & fucũ nõnulli antiqſſimi etiã cum.ph.ſcripſerunt.

Paulo iurisconſulto
Labeo.

In nulla dictione latina ſcribitur.y.græcum:& ſemper in initio dictio-
nis illud.y.aſpiratur.

Vrſum & in nulla dictione latina.y.græcum ſcribendum eſt.Nam ut gram-
matici omnes atteſtãtur.illud.y.græcũ nos tantũmodo ob hoc ſuſcæpimus:
ut ꝓpriam dictionum græcarum ſcripturarũ:quas ab illis recæpimus in tran-
ſcribendo ſeruaremus.Cum ergo pro latinis dictionibus.i.noſtrum haheamus
græcas litteras intermiſcere non debemus.Et cum eiuſmodi littera in initio di-
ctionum a græcis ſemp aſpiret:& nos ſimili modo cum eas dictiones tranſcribi
mus aſpirare debemus:ut grãmatici antiqui & celebres auctores atteſtant.Vn-
de & papiam & alios nonnullos moderniores erraſſe conſtat: qui dictiones lati-
nas per illud.y.græcum etiam ſine aſpiratione principii ſcriptitarunt qđ abſq;
ulla ratione:uel approbatorũ grãmaticorum auctoritate ab illis factum fuit.

T &.c.quæ in nominatiuo dictionum nõ ſunt:ſed in
aliis caſibus accipiuntur:nunq̃ aſpirantur.

D etiam ulterius ꝓſpiciendũ eſt.Si qua ſit græca dictio uel latina: quæ ĩ no
minatiuo.t.careat:& illud in aliis caſibus quoquo modo ſuſcipiat:nunquaꝫ
eiuſmodi.t.apud nos aſpiratur:ſed abſq; ulla aſpiratiõe a nobis tranſcribi debet
ut adamas adamantis:Xenophon Xenophontis:gigas gigantis: & inde gigante
us.Mars martis:euã euantis cognomen Bacchi a uoce bacchantium. Ouidius
in.v.metamor.Et Iacchus & euan.Virgi.in.vi.æneidos:Euantis orgia circum.
Licet qdem accuſatiuum pluralẽ participii cuiuſdam ſine uerbi origine eſſe ue
lint id eſt Bacchantes:& alia ſimilia omnia.Quin & ſimili modo de.c. dicenduꝫ
eſt:quod ſi dictio non habeat illud in nominatiuo:& in aliis caſibus ſuſcipiat:
ſemper exile & nunq̃ aſpiratum ſcribẽdum erit:ut pharnax pharnacis lynx lyn
cis & ſimilia:quæ ſemper apud nos.c.non aſpiratum ſuſcipiunt.

Aſpiratione quæ ſunt apud græcos ſeruantur in ſuis
dictionibus apud latinos.

Mplius & hoc quoq; diligenter obſeruare debemus: in omni dictione græca
quæ latine ſcribitur:ubi apud illos ſcriptum eſt.θ. & nos quoq; per.th. aſpi-
ratum ſcribere debemus:ubi.φ.& nos per.ph.ubi.χ.& nos per.ch. ſimili modo
aſpirata ſcribere habemus.Quando uero in illis.τ. exile & ſine aſpiratione: aut
ϖ.aut.κ.ſcriptum fuerit:& nos ſimili modo.t.&.p.&.c. ſine aliqua aſpiratione
tranſferre habemus.

Nos gamma in.n.noſtrum conuertimus.

Ec illud ſane prætermittẽdũ eſt:ꝙ ubicunq; in dictionibus græcis apud nos
ſcribit.γ.ante aliud.γ.uel ãte.κ.uel ante.χ.quia nunq̃ ab illis eo loco ſcri-
bitur.n.ſed ſemp ipſum gãma:ut in ea littera ſupra diximus:& nr̃is huiuſmodi

dictiones tranſcribuntur:ſemper illud.γ.in.n.cõmutari debet:ut αγγέλοσ:
angelus:ἀγκύρα ancora:ἀγχισησ Anchiſes:& ſimiles:q̃s græcorũ more anti
quiſſimi romanorũ etiá cũ noſtro.g.ſcripſiſſe refert Var.ut ſupra uidimus.

De Præpoſitiõibus græcis quádo apud noſtros tráſcribũt.

Præter hæc aũt cum plures ſint græcorum præpoſitiones:quæ cum aliis
dictionibus componuntur:& a nobis ſæpiſſime tranſcribuntur. In q̃bus
non minima orthographiæ pars conſiſtere uidetur:& de illis ſigillatim tractan
dum reſtat.

Syn præpoſitio.

Yn præpoſitio græca eſt.& cũ.y.græco ſcribit̃.Nec ea tãtũmodo:ſed quæ
q; ab illa cõponũtur:per.y.græcum ſimiliter deſignantur:ut ſyllaba quæ
ex ſyn & λαμβάνω:quod eſt accipio cõponitur.Syllogiſmus ex ſyn:& λογιζο
μαι:quod eſt ratiocinor Synodus ex ſyn & hodos:quæ eſt uia: quaſi cõuentus
ſit uel cœtus componitur:& inumerabilia alia.

Cata præpoſitio.

Ata ſimiliter præpoſitio græca eſt:& cum.c.&.t.abſq; aſpiratione ſcribit̃.
Itaq; dictiones omnes ab illa compoſitæ per.t.exile ſcribuntur : & conſer-
uant a:niſi fiat impedimentum in ante habitis expreſſum : cum de aſpiratione
loqueremur:hoc eſt cum dictio ſequens:cum qua componitur a uocali aſpira-
ta initium ſumit.Nam tunc quoq; ut oſtendimus abiicitur.a. &.t.exile in.th.
aſpiratum conuertitur.Exemplum primi ſit catalogus:catarrus:crateracta:cu-
ius ultima cum.ct.ſcribitur:cator thoma:ubi abiicitur.a.propter ſequentis di-
ctionis uocalem:cum qua componitur:&.t.ipſum exile conſeruatur : quia uo-
calis illa minime eſt aſpirata:& in penultima cum.th.aſpirato ſcribitur:quia ab
ὄρθοσ: quod eſt rectus deriuatur quo uocabulo utitur Cicero lib.primo de of-
ficiis dicens.Rectum opinor uocemus quod catorthoma græci uocãt.At ſi uo-
calis cum qua componitur aſpiretur:non ſolum ab ea præpoſitione abiicitur.a
ſed ut præfato loco oſtendimus.t.exile in.th.aſpiratum conuertitur:ut catholi
cus quæ per.th.aſpiratum ſcribitur: quia ea præpoſitio cata componitur cum
holon aſpirato quod apud nos dicitur totum aut uniuerſale.Similiter cathedra
cum.th.aſpirato ſcribitur:& ex cata præpoſitione & hedra. quæ eſt ſella compo
nitur:quare ſecundum ea quæ ſupra diximus cum.th.aſpirato & ſimilia deſig
nantur.

Meta præpoſitio.

Eta ſimiliter præpoſitio græca eſt:& cum.t.exili etiam in compoſitione ali
arum dictionum ſcribitur:in quibus &.a. quoq; conſeruat : niſi præfata
ſint impedimenta:ut metauola:quæ cõmutationem apud nos dicit.Metamor-
phoſis quæ tranſfigurationem:metaphora quæ tranſlationem & ſimilia. At cũ
th.aſpirato ſcribitur methodus:quæ ex hodos aſpirato componitur. Et conue-
nientiſſimo uocabulo a clariſſimis auctoribus traducitur uia dum pro ratione
accipitur.Sic Cornelius Celſus libro primo de arte medicinæ:methadum apud
nos ſignificare dixit.Vnde Virg.li.primo georgicorũ.Ignaroſq; uiæ mecum mi
ſeratus agreſtes.i.rationis.Et in.xi.æneidos.Et ſiqua uiam dederat fortuna la-
tino ideſt rationem.

Epi præpoſitio.

Pi præpoſitio etiam græca eſt:& cum.p.non aſpirato &.i.latino ſcribitur



Vnde omnes dictictiones ab illa cõpoſitæ ſimili mõ ſcribunt̃:niſi ut ſupra di-
ximus ipediantur:ut epitaphiũ:quæ cũ.t.exili ſcribit̃:epilogus quæ apud nos
poratio dicit̃ epigrãma quæ inſcriptio.Epiſcopus etiá cũ.c.nõ aſpirato q inſpe-
ctor dicitur.Epitheton quæ in penultima cũ.th. aſpirato: & in ultĩa cũ.t.exili
ſcribit:apud nos Quintiliano teſte dicit̃ appoſitũ: alii adiectiuum. Epitagama
quod tributum ſignificat:quo uocabulo comici q̃dẽ antiq̃ſſimi ut refert Páthe
nius utebant̃.At uero quandoq; pdit.i.& remanet.p.exile:qum ſcilicet a uoca-
li dictio cũ qua cõponitur initiũ ſumit:& nõ aſpirat̃:ut epodos quæ ex epi præ
poſitiõe & ᾠδή q eſt cantus cõponit̃. nã genus eſt carmiuis q͛d ad lyrã canta-
batur.Martialis in.xii.Scribebamus epo:cœpiſti ſcribere ceſſi.Aemula ne ſtarẽt
carmina noſtra tuis.Quandoq; autẽ aſpiratur ipſum.p. & abiicitur.i. quando
ſcilicet cum dictione a uocali aſpirata initium habẽre componitur: ut ephebus
qui a noſtris pubes ut ſupra uidimus dicitur.ephorus q componitnr ex epi &
horo quod eſt inſpecto:quaſi ſuper inſpector. Quo uocabulo ſæpiſſime Cicero
utitur pro quodam magiſtratu lacædemoniorum.

Peri præpoſitio.

Eri præpoſitio græca ẽ:& cũ.i.latĩo ſcribitur:q͛d etiã in cõpoſitiõe cõſeruat.
Nec p cõſequentiã aſpirate uocalis ipſum.i. quoquomodo pdit: ut piodus.i.
circuitus uel anfractus.Nãq; cõponit̃ ex peri quod eſt circũ: & hodos aſpiratio
quod eſt uia.Pericles nomen fuit clariſſimi athenienſis: de quo in ſua dictione
uidebimus:& componitur ex peri:& cleos quæ eſt gloria:& aliæ ſimiles.

Apo præpoſitio.

Po græca ſimiliter præpoſitio dicitur:& cum.p. ſine aſpiratione ſcribitur
Vnde omnes dictiones compoſitæ ab apo per.p.non aſpiratum ſcribunt̃
&.o.uocalem conſeruant:niſi impedimentum ſuperius expreſſum interueniat:
ut apodixis quæ demonſtratio a noſtris dicitur.Apocalypſis quæ cum.c. exili
&.y.græco in penultima atq;.i.latino in ultima ſcribitur:apud noſtros reuela-
tio interprætatur.Apocopa ſimiliter cum.c.non aſpirato:& latine abſciſſio dici
tur.Apocryphus cum.c.exili ſimiliter &.y.græco ſcribitur: apud nos abſcõſus
dicitur.Apologia reſponſio ſeu ſatiſfactio. Et ſimilia in quibus apo præpoſitio
integra remanet:&.p.ipſum abſq; aſpiratione ſeruatur.Sed aſpiratur nonnunq̃
per modum ſupra expoſitum:& perdit.o.ut aphoria:ex apo & horia componit̃.
Antiqui quidam noſtri pro ſterilitate acceperunt.

Hyper præpoſitio.

Yper græca ſimiliter præpoſitio habet̃:& cum.y.græco atq; aſpirato ſcri-
bitur.Vnde dictiones omnes cum illa compoſitæ per.y.græcum & aſpira
tum ſcribuntur:quin &.p.exile ſemper conſeruant:ut hypbole ſupeminens ſi-
ue exceſſiuum.Hyperborei hoc eſt ultra boream degentes:& ſimiles.

Hypo præpoſitio.

Ypo codẽ mõ græca eſt præpoſitio:& cũ.y.græco aſpirato atq;.p.exili ſcri
bitur.Vnde omnes dictiones cũ illa cõpoſitæ etiã per ipſum.y.græcu;: &
aſpiratũ ſcribunt:quin &.p.exile atq;.o.litteram conſeruant:niſi ſuprapoſitu;
fiat ipedimẽtũ:ut hypotheſis cuius penultĩa.th.aſpirato ſcribit̃: & ẽ argumẽtũ
ſiue materia.Hypocryſis cũ.c.ſine aſpiratione:& in ultĩa ac penultĩa cũ.i.latino
ſcribitur:dici poteſt a noſtris diſſimulatio:ut ſuo loco uidebimus.Hypoteca cu
ius penultima cũ.th.aſpirato ſcribitur:& eſt obligatio quædã.Abiicit etiam ali-

quando.o.&.p.aſpirat:ut hyphen.i.ſubunio qua ſane dictione latini quidã uſi ſunt.Nãq; componitur ex hypo præpoſitione:& hen quod eſt unum.

Anti præpoſitio.

Nti præpoſitio alia ex grecis cum.t.exili &.i.latino ſcribitur : & in conſiti one litteraturam ſeruat.niſi prænominatum fiat impedimentum ut anti dotum antitheſis cuius penultima p.th.aſpiratum ſcribitur:& dici poteſt a noſtris obiectus uel cõtrapoſitio. Antipodes qui aduerſis pedibus nobis opponi di cuntur.Quin & aliquando abiicit.i.& aſpirat.t.p modum ſupradictum:ut an thypatus.i.conſul:quo uocabulo nõnulli ex noſtris uſi fuerunt:& poſt.th.aſpi ratum.y.græcum detinet.

Dia præpoſitio.

Ia ſimiliter græca præpoſitio eſt:& per.i.latinum ſcribitur: quod &.a.ſem per in compoſitione conſeruat:ut dialogus apud nos diſputatio:de quo ĩ ſua dictione cum cæteris uidebimus.Dialogus criminator. Nanq; in ſua dictio ne uidebimus:deſcendit a diaballo quod eſt criminor.

Documenta quædã particularia orthographiæ ex quibuſdam particularibus dictionibus concæpta.

Vbſequenter & alia quædam ſubnectemus documenta: quæ excompoſi tione dictionum quarundam particularium concipi poſſunt:quibus nõ parua orthographiæ ratio deſignari poterit.Vt eſt illud de compoſitis.

De compoſitis ab archos.

Mnia cõpoſita uel deriuata ab hac dictione archos quæ per.ch.aſpiratũ ſcribit̃:& apud nos principẽ principuunq; & principale deſignat per.ch. aſpiratũ ſcribũtur:ad quod ſi ſequit̃.i.ſemp cũ.i.latino ſcribi debet:ut archite ctus:archiepiſcopus:archangelus:hecatontarchus.i.centurio.Archidamus.Ar chidamas:nomina uirorũ propria:de quibus meminit Plutarchus.

De compoſitis ab hippos.

Vrſus omnia deriuata ſeu cõpoſita ab hac dictione hippos qui apud nos equus dicit̃.& cũ.i.latino aſpirato & duplici.p.ſcribitur:eodem mõ cũ.i. latino aſpirato & duplicato.p.ſcribuntur:ut Hippodamia quæ filia fuit Oeno mai helidis & piſæ regis & uxor Pelopis:ut in ſua dictione uidebimus. Hippo manes de quo ſimiliter in ſua dictione habebitur.Hippocentaurus Hippocrates Hippolytus:& alia cõplura:de quibus in propriis dictionibus apparebit.

De compoſitis a poly.

Mplius & omnia compoſita & deriuata ab hac dictione poly quæ cum.y. græco ſcribitur:& apud nos multum deſignat: p.y.græcum ſimiliter de ſcribuntur : ut Polydamas nomen proprium troiani. quod ex poly & damazo quod eſt domito componitur. Polycrates ſimiliter a cratos quod eſt robur cõ ponitur.nomen eſt uiri proprium. Polydorus de quibus in ſuis dictionibus ui debimus.

De compoſitis ab hac dictione phyſis.

Imili modo & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione phyſis cuius prima per.y.græcum ſcribitur:& apud nos naturam deſignat:ſimiliter & illa per.y.græcum in prima ſcribi debent & in ſequenti.i.latinum conſeruant: ut phyſica.i.naturalis:phyſiologus de naturis differens:phyſionomia naturali um norma:& ſimilia.



De compoſitis ab dictione philos.

i Terum & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione philos & phila quæ apud nos amorem indicat:& per.i.latinum atque.ph.aſpiratũ ſcri bitur:ſimiliter & illa ſcribi debent:ut philoſophus:Philadelphia nomen eſt mu lieris proprium:philargyria cuius antepenultima cum.y.græco ſcribitur.Nam ex argyrion quod apud nos eſt argentum componitur:& auiditas argenti ſeu auaricia transfert̃.Philippus & ſimilia: de qbus in ꝓpriis dictiõibus oſtẽdemus

De Chir.

a Mplius & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione chir: quæ cum ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:& apud nos manum ſignificat: eandem prorſus litteraturam cõſeruant:hoc eſt cũ.ch.aſpirato ſcribuntur:ut chirurgia id eſt manum operatio.cirotheca.i. manuum uagina: cuius etiam penultima cum.th.aſpirato ſcribitur.Vnde & omnia deriuata ab hac dictione theca cum th.aſpirato ſcribuntur:ut bibliotheca hypotheca & ſimilia.

De compoſitis ab hac dictione theos.

p Oſſumus & in his complura modo conſimili referre.Vt omnia compoſi ta uel deriuata ab hac dictione theos: quæ cum.th. aſpirato ſcribitur : & deum ſignificat:ſimili modo ſcribuntur: ut theologia theologus Theopompus Theodorus Dorotheus quæ ex eiſdem componuntur:quaſi dei donnm uel do num dei dicuntur.

De Theoro.

i Tem & deriuata quæq; a theoro quod eſt ſpeculor:ſimiliter p.th. aſpira tũ ſcribuntur:ut theoria.i.ꝓſpectus.Theorica.i.ſpeculatio: & ſimilia.

De pyr.

ſ Imiliter omnia deriuata a pyr qui eſt ignis per.y.græcum ſcribuntur:ut pyra:quæ apud nos dicit̃ rogus pyramis:Pyrrhus.i.ruffus & ſimilia.

De Chryſos.

a Mplius & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione chryſos: quæ a pud nos dicit aurum per.ch.aſpiratum ſimiliter &.y. græcũ cõſcribũtur ut Chryſes ſacerdos quidam Apollonis.Chryſeis illius filia.Chryſoſtomus os au reum.Nam compoſitum eſt cum ſtomos quod cum.t.exili ſcribitur:& latine di citur os:& ſimilia quæ in ſequentibus uidebimus.

De Argyros.

r Vrſus & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione argyros: quæ p y.græcum ſcribitur:& apud nos argentum denotat:cum.y.græco ſimili ter conſcribuntur:ut philargyros.i.auidus argenti:lithargirium.i. lapis argen teus:& alia quæ in ſequentibus apparebunt.

STHENOS.

ſ Imili modo omnia compoſita uel deriuata a ſthenos quod apud nos di cit ualentiam ſiue robur cum.th. aſpirato ſcribuntur: ut Demoſthenes id eſt populi robur.Antiſthenes contra ualentia.Calliſthenes.id eſt pulchitudi nis potentia & ſimilia.

CLEOS.

q Vin & omia compoſita uel deriuata a cleos:quod apud nos dicit gloriã: cum.c. non aſpirato ſcribuntur: ut Cleomides.Ariſtocles:Pericles:& alia cõplura:que in ſequentibus apparebunt.

CRATOS.

Tem compoſita omnia uel deriuata ab hac dictiõe cratos. quæ apud nes robur dicit uel imperium: cum.t.&.c.exilibus ſcribuntur: ut Hippocrates medicus fuit ſummus. Menecrates medicus ſimiliter fuit: de quo meminit Plutarchus in dictis laconicis Melicratum & ſimilia: quæ plurima in ſequentibus uidebuntur.

ARISTOS.

Mplius & quæq; compoſita uel deriuata ab hac dictiõe ariſtos.i.optimus cum.i.latino &.t.exili ſcribuntur: ut Ariſtoxenes: Ariſtocrates: Ariſtomeus: Ariſtides: Ariſtoteles: & alia fere innumera.

MACHE.

Vrſus & omnia compoſita ſeu deriuata a mache que eſt pugna.p.ch.aſpiratum ſcribuntur: ut antimachus: amphimachus: Andromache: & ſimilia quæ in ſequentibus deſignabimus.

NICI.

Tem & compoſita uel deriuata nici quæ eſt uictoria: cũ.i.latino: &.c.non aſpirato ſcribuntur: ut Nicanor: Nicander: niciteria: Nicoſtrata: Nicolaus olympionices.i.olympici uictor: & alia pene innumerabilia.

LYCOS.

Imiliter omnia cõpoſita uel deriuata ab hac dictione lycos quæ apud nos ſignificat lupum: per.y.græcum &.c.exile ſcribuntur. ut Lycophrõ: Lycomedes: Lycaon: & ſimilia q̃plura.

AGATHOS.

Mplius & omnia compoſita uel deriuata ab agathos: quod apud nos dicit bonum: per.th.aſpiratum ſcribitur: ut Agothocles: Agathoſthenes: & ſimilia.

PLISTOS.

Tem & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione pliſtos quæ apud nos dicit multum: & cum.i.latino &.t.exili ſcribuntur: ut Pliſtonax qui filius fuit Pauſaniæ. Pliſtarchus filius Leonidis. Pliſtonicus: & ſimilia.

PROTOS.

Tem & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione protos quæ apud nos dicit primum cum.t.ſimiliter non aſpirato ſcribuntur: ut Protoſilaus: protomartyr: Proteus & ſimilia. Et hæc hactenus quo ad huiuſmodi noſtræ ortographiæ præcepta dicta ſufficiant.

Quæ deinceps & quo ordine tractabuntur.

Einceps dictiones quaſdam ſecundum alphabeti noſtri ordinem p rectã orthographiã proſequemur. In quibus multa declarare intendimus: quæ alias difficillima uideri potuiſſent. Et incipientes ab.a.litteras: per reliqua ſuo ordine gradiemur.

a

Bacus cum unico.b.&.c.abſq; aſpiratione ſcribitur: dictio eſt græca quæ apud nos dicit᷑ ἄβαξ. quã litteraturam antiqores noſtri ſæpe ſeruabant & hic abax huius abacis teſte Priſciano in.viii.declinabant: cuius penultima in genitiuo correpta erat. Sed freqnentius abacus abaci ab auctoribus ponitur: ſignificatq; apud aliquos menſam ſup qua comedere cõſueuimus: uel ut aliis magis placet ſup qua potoria uaſa locantur: ut Iuuenalis de poeta pauperculo i ſatyra. Vmbritii ait: Lectus erat codro procula minor urceoli ſex ornamentum abaci. Plinius lib.xxxvii. Vaſa inquit ex auro & gemmis abacorũ nouem.i.ſufficientia ad ornamentum abacorum nouẽ. Vnde Varro libro.ix.de origine linguæ latinæ ait. Itaq; ſicut abacum argento ornari & alia diſparia: ſic orationẽ: & ut puto quadratus erat abacus. Ad cuius ſimilitudinez hæ quadræ in qbus conciſæ carnes diſponuntur: abaci etiã uocabãtur. Vt Pli. in eodem libro. Pompeius uictoria mithridatica primum in urbẽ myrrhina inuexit: primuſq; lapides & pocula ex eo triumpho capitolio adiudicauit: quæ protinus ad hominum uſum tranſiere: abacis etiã eſcariiſq; uaſis expetitis. Et i eodez libro: Amplitudine nunq̃ paruos excedunt abacos. Ex qua ſimilitudine ut exiſtimo tabella ſuper qua decuplationes fiunt: abacus dicta fuit: qn & ipſa decuplatio. Perſius in.ii.ſatyra inqt: Nec qui abaci numeros & ſecto i puluere metas ſ.ſpernit. Nam inde etiã cũ calculi qdam fierent: abaculi uocabant᷑. Plinius in eodem lib. ait: Veluti cũ calculi fiunt: quos qdam abaculos appellant. Sed cum de menſa qd ſignificet: apud quoſdã dubium fiat. An ipſaz cœnam: uel ſup qua comedit᷑ deſignet. Ego tanq̃ arbiter honorarius diiudico mẽſam primitus id ſuper quo comedimus: ſiue ligneum ſiue lapideũ fuerit deſignaſſe: ut Virgi.li.iiii georgi.de Corytio loquens: Qui ſeraq; reuertens nocte domum dapibus mẽſas onerabat in emptis: & in eodẽ libro: Pars epulis onerãt menſas & plena reponũt pocula. Horatius ſimiliter in.ii.ſermonum inqt: Gauſape purpureo menſam p terſit acernã.i.de acere factã. Idẽ oſtendit Varro de lingua latina cum ait: Menſam æſcariam cillibã appellabat. & ſubdit ea erat quadrata: ut etiã nũc in caſtris eſt: poſtea rotunda facta. Ex qbus tractũ puto menſam etiã pro prandio & eduliis: ut Iuuenalis in prima ſatyra: Cum de tot orbibus. & tam antiqs una comedunt patrimonia menſa: hoc eſt uno prandio uel cœna.

A bantes cum unico.b.&.t.non aſpirato ſcribitur: populi ſunt ionum inter achiuos: ut dixit Herodotus libro hiſtoriarum primo. alios dixit Orpheus in argonautica eſſe iuxta pontum. Rurſus & alios dixit Ariſtrachus in ſecundum Homeri eſſe inſulæ euboiæ.

A batos cũ unico.b.&.t.exili ſcribitur: apud nos iacceſſibile iterpretat᷑: & ab a. qđ eſt ſine: & βαδίζω uerbo quod eſt accedo cõponit᷑. Vnde inſula quædam circa extrema ægypti in mẽphitica palude poſita: eo nomine a græcis dicta fuit: qa ad illam ob limi: & papyrorum copiam difficillimus ſit acceſſus: ut in dictione Oſiris latius explicabimus. Simili cognomine locus ultra ægyptũ: & æthiopas ab antiquis uocabatur: ubi primum nilus magno fragore deſcendit: dicẽte Lucano libro.x. Hinc abaton: quam noſtra uocat ueneranda uetuſtas Terra potẽs primos ſentit percuſſam tumultus: & reliqua.

A bdera cũ.b.ante.d.in eadem ſyllaba teſte Priſciano ſcribitur: urbs fuit i thracia

quam teſtibus Solino & Pomponio Diomedis ſoror condidit:& a ſe cognomina
uit.Nec inde procul tyrida oppidum fuerat:equorum Diomedis ſtabulum:qđ
Pomponio teſte ceſſit æuo & eius tempore ſolum turris ueſtigium perdurabat:
quæ Diomedis turris etiam tũc quoq; uocabatur.Sed abdera tandem ſenio col
lapſa:a clazomeniis ex aſia uenientibus ad maiorẽ faciem reſtituta depoſito pri
ori nomine Clazomene ab illis nomen accæpit.Iuxta abderam uero biſtonium
ſtagnum nominatiſſimum fuiſſe dixit Herodotus.Et primam fuiſſe Democri-
ti phyſici in ſua dictione dicemus.Et ab abdera.abderites nomen patrum dedu
citur:quod cum.i.latino &.t.exili ſcribitur.

A bydus cum.y.græco ſcribitur:ciuitas eſt helleſponti ex latere aſiatico: de q̃ Vir
gi.lib.georg.i.Oſtriferi fauces tentãtur abydi.& directe ex oppoſito ad ſeſtũ de
poſita iacet:ut Muſæus poeta antiquiſſimus amorẽ ꝑtractans Læandri: & He-
rodo. hoc uerſu oſtendit σηστὸς ἔην καὶ ἄβυδος ἐναντίον ἐγγύθι πόντου
Quem ſane amorem tetigit Virgi.lib.georg.iii.& Ouidius in epiſtolis heroidu;
lepide pertractauit.Ab abydo abydenus deriuatur. Vnde Seruius in.iii.georg.
inquit:Læander abydenus & heroſeſtias fuit.

A byſſus p.y.græcum & duplex.s.ſcribitur:eſt aquarum ĩmenſa ꝓfunditas.

A brotontiũ cũ.t.nõ aſpirato &.i.latino ſcribitur:nomẽ ꝓpriũ ſœminæ: ut Glyce
rium:Philorciũ:Dorcium:Sopronium:quæ in hanc terminationẽ teſte Priſcia
no.v.diminutionis ætatis:ſiue adulationis amatoriæ cauſa proferuntur.Vnde
abrotontium ab ἁβρόν:quod eſt glabrum ſiue delicatum deducitur & reliqua
ſimiliter:ut in ſuis dictionibus uidebimus.

A bſinthium cum.b.ante.s.licet apud græcos ſit.ψ.quod magis ꝓprie per.ps.tra
duci debuit:ſed uicinitate litterarũ placuit.p.in.b. cõuertere:quod ſepius fieri
oſtendimus.& ſequẽtibus clarius ꝑ exempla oſtẽdemus. Quoniã & cũ.i.latino
utrobiq; atq;.th.aſpirato ſcribitur. Herba eſt amara a qua populi cognominati
ſunt quidam:qui iuxta pontum teſte Herodo lib.hiſtoriarũ.vi.cappadociamq;
inhabitant.Vbi mons eiuſdem itidem nominis haberi dixit. Vnde Ouidius li.
v.de triſtibus ait:Cana prius gelido deſinit abſinthia ponto Teſte Plinio libro.
xxvii.naturalis hiſtoriæ eo in loco pecora pingueſcunt:ob quod ſine felle repe-
riri illas dixit:q̃q̃ ut ait longe italico ſit amarius.

A bſyrtus cum.y.græco &.t.nõ aſpirato ſcribitur : q̃q̃ apud græcos non p.bſ.ſed
per.pſ.hoc eſt.ψ.ſcribatur:quod ut diximus ex litterarum affinitate noſtri.p.ĩ
b.conuerterunt.fuit Oetæ.colchorum regis filius:quem Medea ſoror Iaſonem
ſequens in loco non longe a phaſi : dicto ab inde tomos.i.inciſio crudeliter lace
rauit iuxta fluuium.ſ.abſyrtum:in quem conuerſum dicunt poetæ. Vnde pu-
tant quidam puerum illum Aegialeum primitus uocitatum : & ab flumine ab
ſyrto cognomẽ aſſumpſiſſe. Cum dicat Cicero libro.iii.de natura deorũ: Quid
de abſyrto fratre Medeæ:qui apud Pacuuiũ Aegialeus ſcribitur.Sed ut ſubdit
prius nomen ueterum litteris uſitatus eſt. Iuſtinus uero Aegialeum illum uo-
cauit libro.xlii.

A bſidis huius abſidos cum.i.latino ſcribitur:ubi ſimiliter.b.loco.p. noſtri poſue-
runt.Apud nos indicat arcum teſtudineum ſeu fornicem teſtudineam : quin
& forcipes.& deſcendit ab ἅπτομαι:quod eſt contingo : cum latera neceſſario
contingat.

A cademia cũ.c.ſine aſpiratiõe &.i.latino ſcribit̃:corripitq; penultimã: fuit locus

numeroſos ab athenis mille paſſibus diſtans ab Academo heroe teſte Eupoli ſic
cognomiatus.In quo uilla fuit deinde Platonis natiuitate nobilis:ut idẽ teſtat̃
Eupolis.Et cũ in eodẽ loco Plato philoſopharet̃ ſtudendi uſu: & diſcipulorum
frequentia atq; morũ celebritate inſignis fuit. In eadẽ Fauorino teſte Mithrida
tes Perſarum rex Platonis ſtatuã cũ his ſcriptis locauit:Mithridates Rhodobati
filius perſes muſis imaginẽ Platonis dicauit Sillamonis opus huius uillæ exem
plo teſte Plinio libro.xxxi.natu.hiſto.Cicero uillã aliam in italia eo cognomine
nominauit:quæ ẽ ab auerno lacu puteolos tẽdentibus ĩpoſita littori: & celebra
tur porticu ac nemore: ibi cõpoſitis uolumĩbus eiuſdẽ nominis: in quã monu-
mentũ ille ſibi ĩſtituerat. huius ĩ ꝑte ut ꝑgit idẽ auctor eruperunt fontes calidi
ꝑ q̃ſalubres oculis celebrati carmine Laurei Tullii:qui fuit e libertis eius.

A cbatana abſq; aliq̃ aſpiratione:& cũ.b.poſt.c.ſcribit̃:fuit ſyriæ ciuitas ubi Cam
byſes diẽ ultimum obiit:ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum.iii.

A chaia cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:regio eſt græciæ quæ teſte Herodoto
libro hiſtoriarum.vii.primo peloponneſus: poſtea danaa: deinde achaia dicta
fuit.Vnde græci achæi atque achiui & danai dicti ſunt.Cuius maxime clarum
oppidum corinthum fuiſſe dicunt:cum uſq̃ ad id protendatur: ut latius uide
bimus in dictione peloponneſus.

A chæi cũ.ch.aſpirato &.æ.diphthõgo atq;.i.latino ſcribit̃:græci oẽs ab Homero
nõnũq̃ dicunt̃:& puto ab achaia:uel ut alii dicunt ab Acheo antiquo rege.

A chæmenides cum.ch.aſpirato ſequente.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:fuit
comes infœlicis Vlyxi:ut oſtendit Virgilius libro æneidos.iiii.

A chæmenes prima cum.ch.aſpirato &.æ.diphthõgo ſcribitur. Aliæ prorſus ſine
diphthongo ſcribuntur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iiii.primus perſa
rum rex:a quo poſtea reges omnes perſiæ uſq; ad Darium deſcenderunt.Alius
eodem nomine fuit Xerxis frater:ut idem oſtendit.

A chæmenide prima cum.ch.aſpirato &.æ.diphthongo:penultima cum.i. latino
ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo tribus: ex qua perſarum
reges originem contraxerunt.

A charis cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dici poteſt la uerbu; ſine gratia.nã
ex a:quod eſt ſine.& charis gratia cõponitur.

A camas cum.c.exili hoc eſt ſine aſpiratione ſcribitur:fuit unus teſte Homero lib.
ii.&.v.iliados thrachum princeps ex his qui in auxilium troianorũ uenere. A-
lius eodem teſte libro.xi.eiuſde; nominis fuit filius Antenoris:qui tempore bel-
li troiani cælebs erat:& diis ſimilis habebatur.

A chantus cum.c.exili:&.ch.aſpirato ſcribitur:puerum fuiſſe dicunt conuerſum
in florem ſui nominis. Vnde de flore locutus uidetur Virgilius libro æneidos
primo cum ait:Et circũtextum croceo uelamẽ acantho. Seruius uero dixit eſſe
nomen herbæ quæ in aſſyria naſcitur.Idem in Pollionem. arborẽ eſſe dixit in
ægypto ſemꝑ frondentẽ.quod Virgi.affirmaſſe uidet̃ lib.georgi.ii. cum ait: Et
baccas ſemꝑ frondentis acanthi.Significatq; ꝓprie apud noſtros ſpinã uel du-
mum:quare ſpinis aſperã eam arborem dicunt.Eſt & eo nomine littoralis quæ
dam urbs hæmathiæ:de qua in dictione artachæas habebitur.

A canthylis prima cum.c.exili:penultima cum.th.aſpirato:&.y.græco:ultima cũ
i.latino ſcribitur.Auicula quædam eſt quæ & a nobis carduelis uocatur. Nam
ſic græce dicta eſt:quia inter ſpinas paſcatur.

A carnania cũ.c.exili &.i.latino ſcribiť:pars ẽ epiri : in qua teſte Plinio libro.iiii. naturalis hiſtoriæ maxie clarũ eſt oppidũ leucas.hanc achelous fluuius ab ætolia diuidit.Siue ut ait Solinus pindus:q acheloũ parit.uocatur & eodem nomie regiuncula quædã alia iu ægypto:ut dixit Seruius ſup quintũ æneidos.

A ctaſta cũ.c.&.t.exilibus ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Oceani & Tethyos filia.

A caſtus abſq; aſpiratiõe ſcribitur:fuit peliæ theſſalorum regis filius:ut etiã oſtẽdit Seneca in Medea.

A catalectos abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:uerſus diciť:qui abſq; alicuius ſyllabæ defectu in fine legitime terminatur.

A chates cum.ch.aſpirato &.t.exili ſcribitur:uir a Virgilio fuiſſe dicitur ꝑpetuus Aeneæ comes:deduciturq; ab ἄχοσ quod eſt cura ſeu moleſtia: eo quod moleſta cura ſemp reges comitetur:dicente Virgilio lib.ænei.vi.

Aeneas meſto defixus lumina uultu
Ingreditur linquens antrum:cæcoſq; uolutat.
Euentus animo ſecum.cuius fidus achates
It comes.& paribus curis ueſtigia figit.Eſtq; etiam primæ declinationis:& facit in genitiuo Achate. Verum teſte Solino & Plinio lib.xxxvii.hiſtoriæ naturalis Achates precioſi lapidis eſt nomen.Quem ſicilia ĩ ripis achatis fluminis primũ dedit:deinde in aliis locis compertus.Quoniam & Pyrrhum:qui cum romanis bella geſſit:hunc lapidem in annulo habuiſſe dicunt:detinentem non artificioſas:ſed naturales nouem menſuram effigies:& Apollinem ipſum cum lyra ita diſcurrentibus teſte Plinio maculis: ut muſis quoq; ſingulia ſua redderentur inſignia.

A ceſtes abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:fuit Crimniſii ſiculi fluuii filius ex Segeſta troiana.quod Virgi.lib.v.ænei.tetigit cum ait:Troia crimniſio concæptũ flumine mater Quem genuit.de quo latius Ouidius libro metamorphoſeos.xi. Alius teſte eodem Ouidio libro.iii.fuit nauta pauper qui Bacchum puerũ dormientem in littore maris furatus eſt.

A chelous cum.ch.aſpirato & unico.l.ſcribiť:fuit teſte Heſiodo in theogonia Oceani & Tethyos filius.hic pro Deianira filia Oenei regis calydoniæ ſorore Meliagri acri duello cum Hercule decertauit:eo quod illorum quiſq; pro excellenti ori uirtute uxorem illam petebat.Sed uidens ſe inferiorem Hercule magicas decurrit ad artes.Et conuerſus primo in ſerpentem:ab Hercule pene ſtrangulatus eſt.Rurſus & cum in trucem taurum ſe cõmutaret: illum Hercules fracto cornu ad terram colliſit:qui deinde pudibundus in calidone fluuio: qui iuxta ſui nominis oppidum defluit:ſe abſcondit.a quo poſtea fluuius achelous eſt appellatus.Et oritur a pindo theſſaliæ mõte:atq; ætoliam ab acarnania regione diuidit.Quare & acarnanus nõnunq̃ cognominatus ẽ:ut Ouidius: Amnis acarnanus lætiſſimus hoſpite tanto.Tandem in malliacum mare deſcendit. Verũ ut Macrobius & Seruius ferunt:achelous generaliter aqua dicebatur:dicente Virgi.lib.georg.primo.Poculaq; inuentis acheloia miſcuit uuis.

A cheron cum.ch.aſpirato &.e.abſq; diphthongo a græcis & noſtris ſcribitur : q̃q̃ deriuatio.æ.diphthongum requirere uidetur.Nã ab a quod eſt ſine:& χαιροσ cum.æ.diphthongo: quod apud nos dicit gaudium componitur & deriuatur. Sed quia breuem penultimam græci & latini eſſe uoluerunt: ſine diphthongo ſcripſere.Diciturq; a poetis ipſis fluuius infernalis.|Sed ut teſtatur Seruius ĩ.vi. æneidos.locus eſt in campania non longe a baiis undiq; ſeptus montibus:adeo ꝙ neq; orientem aſpiciat Solem:nec occidentem:ſed diem tantummodo mediũ Nec quicq̃ ibi niſi per necromantiam ſiue hominis occiſionẽ fieri poterat.Vnde Aeneam dicunt occiſio ibidem Miſeno ſua ſacra compleſſe:& Vlyxem ſimiliter occiſo Helpenore.

A cheruſia ſimili modo a græcis ſcribitur:palus eſt inter capuã & auerſam ꝑ aptra plana uſq; ꝓpe cumas diffuſa: quam græci quidem: qa ab acheronte deriuari dicunt:cum.ch.aſpirato cõſcribunt.Nõnulli uero quia ex inundatione fluminis acerrarum prouenire uolunt:abſq; aſpiratione ſcribendam dicunt: quaſi aceruſia:ſed apud plures aſpirationem comperi.

A cidia cũ unico.c.non aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribitur:ſignificat apud nos tedium moleſtias curas.

A cidalia cum unico.c.non aſpirato &.i. latino utrobiq; ſcribitur. Venus dicitur Et ut quidam ferunt ab acidia uerbo græco decucitur: eo ꝙ laſciuus amor uariis curis & moleſtiis amantes impleat. Alii uero ab acidalio fonte ĩ orchomeno boetiæ ciuitate Veneri ipſi & gratiis ſacro.

A cilius prima cum.c.exili &.y.græco:penultima cum.i. latino ſcribitur: nomen eſt uiri ꝓprium.

A cyrologia prima cũ.c.nõ aſpirato &.y.græco:penultĩa cũ.i.latino ſcribitur:dici põt a noſtris ĩpropria locutio.Nã cõponiť ex ἄκυροσ qđ ẽ ĩpropria & λόγοσ locutio:ut Virgi.li.ix.Turne quod optanti diuum ꝓmittere nemo auderet ubi teſte Seruio dici proprie nõ põt nemo diuũ:cũ nemo ꝓprie ſit ne homo.Idẽ lib. iiii.ænei.Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.i.timere. ſimiliter Iuuena. in ſatyra Criſpini.Iam quartanã ſperantibus ægris.i.timentibus.

A chilles cum.ch. aſpirato &.i.latino atq; duplici.l.ſcribitur.fuit filius Pelei regis theſſaliæ ex Thetide Chironis filia græcoruꝫ fortiſſimus:ab omnibus poetis & Homero maxime cantatiſſimus.qui ut ait Iuuenalis in prima ſatyra.Nulli grauis erit ſi repræhendatur.ſ.tanq̃ auarus ꝙ corpus Hectoris Priamo uendiderit: uel græcos ipſos ſuo adiutorio deſtitutos reliquerit:uel eius naturam quis inſectetur.de qua Patroclus ad Neſtorem libro.xi. iliados ait. Probe enim o Neſtor cognouiſti qualis ille ſit.qua moroſitate q̃ ſubito erumpat inculpationem etiaꝫ culpa uacantium.fuitq; teſte Homero a Paride apud troiã ſagittis interfectus ĩ templo Thymbræi Apollinis:dũ cõnubium Polyxene curabat.quas ſane ſagittas poetæ dicunt a Phœbo directas:ut Virgi.libro ænei.vi.

Phœbe grauis troiæ miſerate labores.
Dardana qui paridis direſti tela manuſq;
Corpus in æacide.At Ouidius libro metamorphoſeos.xii.dixit Paridem a phœbo montium nõ clam & in templo:ſed furenti prælio Achillem ſagittis confeciſſe:ut Apollo ad Paridem.Quid ſpicula perdis.
Sanguine phœbus ait.ſiqua eſt tibi cura tuorum
Vertere in æacidem cæſoſq; ulciſcere fratres.
Dixit.& oſtendens ſternentem troica ferro
Corpora peliden:arcus obuertit in illum:
Certaq; letifera direxit ſpicula dextra.Mortuuſq; in ſigæo promõtorio ſepultus fuit.ad cuius tumuluꝫ cum teſte Cicerone in oratione pro Archia perueniſſet

Alexander magnus:O fortunate inquit iuuenis:qui tuæ uirtutis Homerũ ha-
buiſti præconẽ.Et declinatur in genitiuo Achillis & Achilli.uel cũ.i.longa:uel
cũ ei diphthongo:ut nõnulli ſcriptum fuiſſe contendũt.Virgi.li.i.æneı.Troas
relliqas danaũ atq; īmitis Achilli.uel ut alii ſcribunt Achillei cũ ei diphthongo
ſimiliter Vlyxis & Vlyxi.Virgi.lib.iii.ænei.Et terram altricem ſæui execramur
Vlyxi.Eodem modo Horontis & Horonti.Virgi.in primo.Nunc acris Horonti
Nunc amici caſum gemit.ſimiliter Terentius:Archonidi filiã dixit:pro Archo
nidis.Cicero:in Timarchidi poteſtate:pro Timarchidis ſimili modo dixit.& fa-
cit in uocatiuo.o.Achilles &.o.Achille cum.e.longo.Ouidius libro.xiii.meta-
morphoſeos:Tuq; tuis armis nos te poteremur Achille.Nõnunq̃ uero dixerunt
poetæ Achilleus more græco:q̃ dicunt ἀχιλλεύσ in nominatiuo:& formaue-
runt accuſatiuum in ea:ut Lucanus lib.x.Famulũq; tyranni Terribilem iuſſo
tranſægit Achillea ferro.

A chilus cum.ch.aſpirato &.i.latino atq; unico.l.ſcribitur:is a noſtris dicitur qui
ſine labiis degit.Nam cõponitur ex a quod eſt ſine:& χεῖλοσ labrum.

A cis cũ.c.non aſpirato &.i.latino ſcribit̃: fluuius eſt ſiciliæ ὀϋϊεροννΔορ:ut di-
xit Theocritus ab ætna monte fluit.Cuius ex ripis Polyphemus in Vlyxẽ ægiſ-
ſe ſaxa dicitur:quod Vibius atteſtatur.In hunc dixit Ouidius libro.xiii. etiam
conuerſum fuiſſe Acim filium Fauni ex nympha Simethide cretum:tũc quoq;
cu; illũ ex zelo Galateæ Polyphemus occidit.Huius ripas herbiferas dixit Oui
dius lib.faſtorum.iiii.cum ait:Et ripas herbifer aci tuas.

A colythus cũ.c.exili ſequente unico.l.&.y.græco atq;.th.aſpirato ſcribitur: & de
riuatur ab ἀκολουθῶ:quod eſt ſequor:quaſi obſequens & miniſtrans.

A cragas cum.c.nõ aſpirato ſcribitur.quod nõnulli moderniores in.g.conuertũt
oppidum eſt ſiciliæ:quod teſte Plinio libro.iii.naturalis hiſtoriæ noſtri deinde
acrigentum dixere:ſitum quidem teſte Pomponio inter pachynum & lylibæũ.
Et ut refert Seruius in.iii.ænei.mons eſt muro cinctus:cuius ſumma parte op
pidum eſt.unde ego nomen ἄκρου.i.ſummitatis aſſumpſiſſe puto.Et in acrigẽ
tinus nomen patrium deriuatur.

A criſius cũ.c.exili &.i.latino utrobiq; ſcribit̃:fuit teſte Euſebio lib.tẽporũ Abãtis
argiuorũ regis filius & pater Danaes amaſie Iouis.Hic a prœto fratre regno pul
ſus a Perſeo nepote:hoc eſt filio Danaes filiæ ſuæ & Iouis ad regnum reſtitutus
eſt:a quo poſtea in ſaxum cõuerſus fuit:ut oſtẽdit Ouidius libro metamor.iiii.
& inde poſſeſſiuũ acriſionæus deducit̃:ut Virg.lib.ænei. vii.de urbe ardeæ lo-
quẽs inqt:Quã dicit̃ urbẽ Acriſionæis danaæ fundaſſe colonis:de quo in dicti
one pilũnus uidebimus.Alius eiuſdẽ nõis fuit Laertæ patris Vlyxis pater & Io
uis filius:dicente Vlyxe apud Ouidiũ lib.metamor.xiii.Nam mihi laertes pater
eſt acriſius illi:Iuppiter huic.Et ut ait Homerus lib.xvi.odiſſeæ.μοῦνον λαέρ-
την ἀκρισιοσ υἱὸν ἔτικτε:μοῦνον δ᾽αὖτ᾽ὀδυσῆα πατὴρ τέκεν: hoc eſt ſo
lum Laertem filium Acriſius genuit.& ipſe pater ſolum Vlyxem procreauit.

A cros cum.c.nõ aſpirato ſcribitur:& latine ſũmitas dicitur atq; cacumen.

A crotirium abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribit̃: apud nos dici poteſt arx.

A crothum cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur.oppidum fuit ſup atho monte lo-
catum:quaſi acros.i.ſũmum montis athonos.

A croceraunia abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:mõtes ſũt excelſi in diuerſis locis
Nã qdã inter armeniã & iberiã maximi putãt̃:q a portis caſpiis iitiũ deducẽtes
uſq; ad fontẽ tigridis ꝓtendunt̃.Alii ſunt in epiron diuidentes mare ioniũ ab
hadriatico:de qbus Horatius lib.i.odarum:& oda tertia inqt. Infames ſcupulos
acroceraunia qui a nõnullis ceraunii etiã uocitantur. Nã κεραυνοσ fulmen &
ακροσ ſummitas dicitur:& hoc qdem:quia eorum ſummitas fulminibus inſe-
ſtatur.Vnde Virgi.li.georg.i.de Ioue locutus ait:aut athon aut rhodopen aut
alta ceraunia cælo Deiicit:de qbus in dictione cerunia dicemus.

A cron cum.c.exili ſcribitur:fuit ceninenſium rex ab Romulo uictus:& infeſto te
lo traiectus.Cuius ſpolia in urbem reuerſus Romulus cum triumpho Ioui fere
trio dedicauit.Quem ob illata in hoſtem uulnera teſte Plutarcho ĩ uita Romu
li ſic appellauit.Nam ut ait ferire apud latinos uulnerare ſagittis.Et ſpolia opi-
ma dixit:uel ab ope ut dicit Varro:uel ab opere ut alii ferunt cum ſit opus egrẽ
gium ac clariſſimum belli ducem parem ſibi ductore; ſuperare.quod teſte Plu-
tarcho nemini romanorũ contigit: niſi duobus poſt Romulu; Cornelio ſcilicet
Coſſo:cum Tolumnum Tyrrhenum obtruncaſſet:& Claudio Marcello:qui Vi
ridomatum gallorum regem ſupauit.

A ctænus cum.ct.nõ aſpiratis &.æ.diphthongo ſcribitur:dici poteſt a noſtris lito
ralis.Nam ab ακτη quod eſt littus deriuationem ducit.uerum litus a noſtris a
lædendo nomen aſſumpſiſſe uidetur dicente Cicerone in topicis. Solebat A-
quilius collega meus & familiaris cum de litoribus ageretur:quod eſſet litus ita
diffinire quod fluctu eliditur:quod per etymologiam ita intellexit ut per deri-
uationem dicatur a lædo.quare unico.t.ſcribitur:ſat eſt:cum primam una cũ
lædo producat.At Donatus nõ a lædẽdo ſed litãdo tam pro litore maris q̃ ꝓ lo-
co:ubi apud altare hoſtiæ litabantur dictũ uoluit. Eo ꝙ ut quidam ferũt illius
ſententiam ſecuti nauigantes eundo & redeundo in litore litabant: quod ſi ſic
eſſet opus eſſet duplici.t.eo ꝙ litus primam longat:& lito breuiat. Itaq; nõ uni-
cam ſed duplicem deriuationem nos ipſi litus habere putamus. Vnam a lædo:
qua litora maris deſignat:& tunc quoq; unico.t.ſcribendũ eſſe.Alteram uero q̃
a lito deſcendit:& tunc locum iuxta altare:atq; etiam cum ipſo altari deſignat:
& duplici.t.ſcribendum eſſe dicimus:ut Virgili.lib. ænei.ii. Iacet ingens litorẽ
truncus.De Priamo enĩ interfecto loquebatur:quẽ Pyrrhus Altaria ad ipſa tre
mentem Traxit:& in multo lapſantẽ ſanguine nati iuxta ipſa altaria interfecit.
Vnde certum eſt illud de littore maris non intellexiſſe. Cum ergo litus ſemper
primam longet:cum pro litore maris accipitur:quia a uerbo habẽte primam lõ
gam deſcẽdit: cum unica ſequente conſonante ut uerbum a quo deſcendit ſcri
bendum eſt.quando uero a lito quod primam breuiat deducitur: ut illam no-
men ipſum producat:cum duplici.t.ſcribendum puto.

A ctæon cum.ct.exilibus &.æ.diphthongo ſcribitur:filius Ariſtei ex Autonœ fi-
lia Cadmi: qui tandẽ a Diana in ceruum cõuerſus a ſuis canibus dilaceratus
fuit:ut late oſtendit Ouidius libro metamorphoſeos.iii.

A ctium cũ.c.&.t.exilibus &.i.latino ſcribit̃:oppidũ fuit in ſinu ambratiæ: atq;
eiuſdem nominis ꝓmontoriũ: iuxta quod ab Auguſto deuictus fuit Antonius
& Cleopatra:& ut eius uictoriæ teſte Suetonio memoria celebrior ſemper in po
ſterum eſſet:urbem nicopolim apud actium condidit:ludoſq; illic qnquẽnales
conſtituit:& ampliato uetere Apollinis templo: locum caſtrorum qbus fuerat
uſus exornatum naualibus ſpoliis Neptuno ac Marti conſecrauit.

A ctor cum.ct.nõ aſpiratis ſcribitur:fuit ex boetia Eride filius:& pater Aſtyocles

ut oſtendit Homerus lib.iliados.ii.alium fuiſſe auruncum oſtendit Virgili.lib. æneí.ix.cum ait: Actoris arũci ſpolium.ſ.ad differentiam boetii.

Acus cũ.c.non aſpirato ſcribitur:idẽ inſtrumentũ quo ſarcinatrix & ornatrix utitur.Nã illa apud græcos ἀκέστρια:quæ apud nos ſarcinatrix. Et reperitur hæc acus & hic acus.Vnde teſte Probo aculeus fit diminutiuum:ſed in frequentiori uſu habetur fœmineũ:ut Lucanus in.x.Quod niloτis acus cõpreſſum pectine ſerũ.Iuuenalis ĩ tertia ſatyra.Ille ſupercilium madida fuligine tinctum.Obliqua ꝑducit acu.Idem:Emeritaq; ceſſat acu.Inuenitur etiam hoc acus huius aceris:quod græci σκύβαλον dicunt.i.purgamentum frumẽti. Varro rerum ruſticarꝫ lib.iii.acus ſubſternẽdũ gallinis parturiẽtibus:idẽ acus ĩ area excutit̃ Idem in primo:Argillã mixtã acere. Ex quo etiã paleæ frumenti apud Feſtum acus dicunt̃.Similiter & ea militũ pars quæ ad hoſtẽ uulnerãdum acumine telorum utitur:acus ab aliquibus auctoribus cognominata ẽ. acicula uero teſte Seruio ſuꝑ Donatum eſt qua mulieres utuntur ad ornatum capitis.

Adamas cũ unico.d.& unico.m.ſcribitur:lapis eſt precioſus duritia inenarrabili unde nomen accæpit. Nam componitur ex a quod eſt ſine:& δαμάζω quod ẽ domo:quia ſimiliter domitari non poteſt.Rumpiturq; hircino ſanguine calido & recenti:ut teſtis eſt Plinius lib.xxxvii.naturalis hiſtoriæ.

Adelphos cum.ph.aſpirato ſcribit̃:& habet accẽtum apud græcos in ultima:dicitur a noſtris frater. Vnde Terentius comœdiam inſcripſit adelphi. Et ut puto litteris græcis ãnotauit.uidelicet.ἄδελφοι.i.fratres.Nam de duobus fratribus in ea tractat Demea.ſ.& Mitioe & inde Terentium inducimus ἀδελφόισ:hoc eſt in adelphis.i.fratribus.

Adimantus cum.i.latino &.t.non aſpirato ſcribitur : nomen fuit proprium uiri athenienſis.

Adytũ cũ.y.græco &.t.nõ aſpirato ſcribit̃:locus ẽ ſecretior tẽpli ad quẽ non niſi ſacerdoti dabat̃ acceſſus. Virg.lib.ii.æneí.Iſq; adytis hæc triſtia dicta reportat. Ad uero aditus ꝑ ingreſſu eſt generis maſculini:& cum.i.latino ſcribitur.

Admetes cum.t.non aſpirato ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Oceani & Tethyos filia.

Admetus cũ.t.nõ aſpirato ſcribit̃:fuit thessaliæ rex adeo glorioſus ut ſcribãt poetæ Apollinẽ diuinitate priuatũ ob pulſos cyclopas ad ipſum cõſugiſſe: & illius armenta nouem annis teſte Seruio ſuper.vii.æneí.apud fluuiũ amphryſum pauiſſe.Quare ait Virgi.lib.georg. Paſtor ab amphryſo.& Lucanus lib.vi. Irrigat amphryſos famulantis paſcua phœbi.

Adonis cũ.i.latino ſcribitur.fuit formoſus paſtor filius Cynare cypriorum regis ex myrrha eius filia.de quo Virgi.in gallo: Et formoſus oues ad flumina pauit adonis. Hunc etiã ardentiſſime amauit Venus.Sed tãdem ab apro uulneratus interiit.de quo late Ouidius lib.metamorphoſeos.x.Fuit etiã tali nomĩe cognominatus phœnicũ quidã fluuius.ut dixit Plinius libro hiſtoriarum quinto.

Adraſtus cũ.d.non aſpirato ſcribitur:fuit argiuorũ rex a poetis cantatiſſimus: & Statio teſte filius Talaonis ex Euronomia natus:ſic quoq; Platone teſte in libro qui cratylus inſcribitur cognominatus:quia rem non confecit thebanam. Naʒ α.ut ſæpe oſtendimus priuationem indicat:& δράω.i.facio. Vnde ad raſti nomen eſt tractum.Fuit alius Adraſtus teſte Homero libro ilia.ii. Percoſii filius & frater amphii:ut ĩ dictiõe Percoſius uidebimus. Nã hi duo fratres ad troianorꝫ auxilia duces eorum fuerunt qui habitant ad adraſtiam & urbem apaeſi: & pithyam:& excelſum teries montem

Adræmon cum.æ.diphthongo ſcribitur:fuit teſte Homero libro iliados ſecundo Thonantis pater.

Adria cum.i.latino & abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:ut uetuſtiſſima indicant monumenta.fuit teſte Iuſtino libro.xx.græca urbs illyrico mari proxima:quæ ut ait adriatico mari nomen indidit.Liuius uero in.v. ab urbe tuſcorum illam fuiſſe coloniam dixit:quorꝫ utrunq; pro temporum uarietate fieri potuit.Et ab adria adrianus nomen gentile & non proprium:quod cum aſpiratione ſcribit̃. quin & adrienſis & adriaticus atq; adriacus deducunt̃. Sane adriam pro mari ipſo adriatico poni nõnunq̃ annotauimus:& tnuc quoq; generis eſt maſculini ut Lucanus in.v.Sonat ionio uagus adria ponto.

Adulari cum unico.l.ſcribitur:& a græco deductum uolunt:quod eſt δοῦλοσ i.ſeruus.Nam inſeruire eſt & captare ut fauorem emereatur quoquo modo uel uoce uel geſtu:quod ſane ſeruile eſt:& non liberale ingenium.

Aeas cum.æ.diphthongo ſcribitur:fluuius eſt epiri ab epidanni: hoc eſt dyrrhachii mœnibus ex macedonia prius defluẽs:in mare ionium cadit. de quo Lucanus libro.v.fluuios theſſalicos deſcribens ait.Purus in occaſus parui ſed gurgitis æas.ionio fluit inde mari.

Aeacus cum.æ.diphthongo &.c.exili atq;.i.latino ſcribitur: fuit teſte Seruio ſuꝑ vi.æneidos.Iouis ex Europa filius:de quo equidem miror cum dicat Seneca in Hercule furente:& Ouidius libro metamorphoſeos.vii.illum Iouis fuiſſe filiuʒ ex Egina:unde patriæ ſuæ nomen deſcribens Aeacus apud Ouidium ait: Enopiam ueteres appellauere:ſed ipſe Aeacus æginam genitricis nomine dixit.Hũc dixere poetæ iudicem cum Minoe & Rhadamanto conſtitutum eſſe: & peccantium delicta diſcutere.

Aeacides cum.æ.diphthongo &.c.exili atq;.i. latino ſcribitur. Ponitur plærunq; pro Achille:ueluti patronymicum tractum ab auo paterno qui dictus fuit Aeacus: Alius fuit Aeacides rex epiri:& Pyrrhi bellaciſſimi pater:ut oſtendit Iuſtinus libro ſui epitomatis.vii.

Aedonus cum.æ.diphthongo apud Herodoti codicẽ emendãtiſſimũ lib.hiſtoria. viii.pro monte thraciæ ſcriptum legi uidelicet αἰδωνοσ.Quam ſcripturam accuratiſſime Virgilius libro duodecimo obſeruaſſe uidetur cum ait Ac uelut ædoni boreæ cum ſpiritus alto Inſonat ægæo:ſequiturq; ad litora fluctus. & euʒ ſecutus Statius ait:Triſtius ædoni hyemis hebrumq; niualem.ubi nõ fit remotio. At uero Lucanus ædon ædonis declinaſſe uidetur:eo ꝙ pẽultimam breuẽ poſuit cum ait: Aedonis ogygio decurrit plena lyæo.Sed ut alii dicunt ſyſtolẽ fecit:aut legunt ædoni.

Aegæ cum.æ.diphthongo tam in prima q in ſecũda ſcribitur:fuit teſte Herodoto urbs macedoniæ:quam Caranum quendã a capris ſic cognominaſſe accæpimus.Ignoro tamẽ an de hac uel inſula in mari ægæo loquatur Homerus circa initium li.xiii.ilia.cũ de Neptuno locutus in hãc ſententiã ait: Ter conatus eſt ægas petere ubi in mediis aqs phanũ habet:& in phano armaturã aureã immortalẽq;. ſed de hoc in dictione ægeum mare ſtatim uidebimus.

Aegeus cũ.æ.diphthõgo in prima:in ſecunda cũ eu.diphthõgo ſcribit̃: fuit athenarũ rex & pater Theſei:quem ex Aethera filia Pictei regis troezeni prima ſua

uxore ſuſcæpit:poſt cuius mortem iam ſenex Medeam ab Ioſone abdicatam ac-
cæpit uxorem:ex qua Medū ꝓgenuit.ut in dictione Medea uidebimus.Tandē
cum credidiſſet Theſeum deuoratum a Minotauro ſe in mare præcipitem de-
dit:& nomen ægeo ut multi ferunt mari contulit:a quo ægides pro Theſeo ipſi
us Aegei filio patronymicum deducitur.ut Ouidius lib.ii.de ponto. Non hæc
ægidæ:perithoiq; fides.Et in quarta epiſtolarū heroidū.Perfidus ægides ducē-
tia filia ſecutus Curua quoq; effugit tecta ſororis ope.

A egeum mare ſimili modo cum.æ. diphthongo in prima & in ſecunda ſcribitur
quidam uolunt a ſcopulo inter tenedum & chium inſulas conſurgente atq; ca
præ effigiem detinente:quam græci ἄιγα.i.capram uocant:nomen aſſumpſiſ-
ſe.Alii uero ab Aegeo athenarum rege in illo præcipitato ut ſupra uidimus co-
gnominatum.Et ex orientali parte incipit ab initio helleſponti : & uſq; in pelo-
ponneſum uerſus occidentem terminatur.

A egæon cum.æ.diphthongo in prima & in ſecunda ſcribitur:nomen fuit ꝓpriū
gigantis interpretatum terrigena:quem cælicolæ Briarea uocant.

A egialus cum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur.dici poteſt latine litus: quo no
mine teſte Plinio libro.iii.naturalis hiſtorie dicta eſt prius achaia propter urbes
ut dixit in litore per ordinem diſpoſitas.

A egialea pria tātūmō cū.æ.diphthōgo & ſequēs cū.i.latino ſcribit̄:fuit teſte Ho-
mero lib.v.ilia.filia Adraſti & uxor diomedis.Quā Venus in uindictā uulneris
ſuſcepti a diomede fecit neceſſarios ī maritalis deſiderii ſolaciū cōuocare.

A egides cū.i.latino ſcribitur:pro Theſeo ponitur:ut uidimus in dictione ægeus.

A egina cū.æ.diphthōgo &.i.latino ſcribit̄:filia fuit Aſopi regis boetie a Ioue ī ſpe
cie ignis grauidata:dicente Ouidio lib.vi.metamorphoſeos: Aureus ut danaen
aſopida luſerit ignis:ut in dictione Aſopus uidebimus:ex quo Aeacū & Rhada
manthum pepit:a qua & inſula & urbs quæ prius dicebatur enopia ægina cog
nominata fuit.Vnde Ouidius lib:vii.metamorphoſeos inquit : Enopiā ueteres
appellauere:ſed ipſe Aeacus æginā genitricis noīe dixit. Vnde ait Homerus in
hymno Apollinis ΝΗΣΟΥΤΑΊΓΙΝΑ.& Plinius lib.xxxiiii.naturalis hiſtoriæ inqt
inſula ex ipſa eſt ægina nec ingens:ſed officiarū tēperatura nobilitata. bos ærēs
inde captus in foro boario eſt:de quo uidebimus in dictione roma.

A egeria cū.æ.diphthongo &.i.latino in penultima ſcribit̄:fuit nympha nemoris
aricini:& uxor Numæ Pompilii ſecundi regis romanorū:quæ teſte Ouidio lib.
xv.metamorphoſeos mortuo numa ob dolorem flendo in fontem ſui nominis
uerſa fuit.Vnde etiam libro faſtorum.iii.de illa inquit.

Nympha mone nemori ſtagnoq; operata dianæ.
Nympha numæ cōiunx ad tua facta ueni.
Vallis arricinæ ſilua præcinctus opaca.
Eſt locus antiqua relligione ſacer.
Hic latet hyppolytus furiis diſtractus equorum
Vnde nemus nullis illud aditur equis.Nā in eo nemore ut ſubſequēter idē poe
ta proſequitur:nympha ipſa habitabat : quod ſane nemus uſq; ad aritiam quæ
iuxta uelletras ab roma uiginti milibus paſſuum diſtat fere protendebatur.Nā
ut ait Liuius libro primo ab urbe: cum Numa religionem & dei metum roma-
nis incutere ſtatueret nec deſcendere ad animos ſine aliquo cōmento miraculi
poſſet:ſimulat ſibi cum dea Aegeria congreſſus nocturnos eſſe:eius ſe monitu:
quæ accæptiſſima diis eſſent ſacra inſtituere.Nanq; in nemus aricinum:ut alii
hoc idem ꝓſequuntur:intempeſtæ noctis ſilētio ſe cū quibuſdā ſociis cōferebat
Illic cauo quodā & umbroſo ſpecu ſolus ſummotus arbitris morabatur ad fon-
tem uiuæ aquæ:rediens comitibus ueneratione pfuſis cū dea Aegeria ſe manſiſ
ſe dicebat:cuius monitu profitebatur ſacra diis accæptiſſima ordinare. Quare
& illum locum camenis conſecrauit:dicente Ouidio præfato faſtorum libro.
Aegeria eſt:quæ præbet aquas dea grata camenis.
Illa numæ coniunx conſiliumq; fuit.

A egira cum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:fuit urbs argiuorum:ut dixit He
rodotus libro hiſtoriarum primo.Plinius uero nō contradicens dixit litoralem
eſſe urbem in achaia.

A egyptus cū.æ.diphthōgo &.y.græco atq;.t.nō aſpirato ſcribit̄: regio eſt ī aphri
ca:quæ ut nōnulli aſſerunt ab Aegypto fratre Danai nomen accæpit:hæc teſte
Plinio libro.v.naturalis hiſtoriæ ab oriente rubro mari aſſiriaq; cōiungitur ab
occaſu cirrenem & aphrice reſiduum habet.a meridie uero uſq; in æthiopiam
ꝓtenditur:a ſeptētrione autem mare habet ægyptium.in hac teſte Platone nūq̄
pluere uiſum eſt:ſed nili inundatione fœcundatur.

A egis cum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:proprie teſte Seruio ſuper octauū
æneidos:eſt munimentum pectoris æreum:habens in medio Gorgonis caput:
quod munimentum ſi in pectore numinis fuerit ægis uocatur ſi uero in pecto-
re hominis ſicut in antiquis imperatorum ſtatuis conſpicimus lorica dicitur.
hæc ille.Quod ſane Virgilius ipſe ſenſiſſe uidetur cum ait:Aegidaq; horriferaʒ
turbatæ palladis arma.Certatim ſquamis ſerpētum auroq; polibant Connexos
angues:ipſamq; in pectore diuæ Gorgona deſecto uertentem lumina collo. Idē
libro.ii de eadem Pallade inqt:Nimbo effulgens & gorgone ſæuo.Nam teſte eo-
dem Seruio:hoc caput Gorgonis ideo Minerua fingitur habere in pectore ꝙ il-
lic & omnis prudentia quæ confundit alios:& imperitos ac ſaxeos reprobat. Ve
rum ut nōnulli ferunt:cum hæc ipſa arma corio capræ decocto olim confice
rentur:ab æga quod eſt capra ægidis nomen accæpit.

A egirœſſa prima cum.æ.diphthōgo:ſequens cum.i.latino:& penultima cum.œ.
diphthongo ſequente duplicato.ſ.ſcribitur:urbs fuit teſte Herodoto libro hiſto
riarum primo in æolia aſiæ.

A egiſthus cū.æ.diphthongo &.i.latino atq;.th.aſpirato ſcribitur:fuit Thyeſtis fi-
lius ex Pelopeia eiuſdē Thyeſtis filia:dicēte ipſo Thyeſte apud Senecā in tragœ
dia:cuius titulus eſt Thyeſtes:Coacta fatis nata fert uteruʒ grauē. Me patre di-
gnum:uerſa natura ē retro: & reliqua. Nā cū Thyeſtes adulteraſſet Meropem
Atrei fratris ſui uxorem & ex ea filios ſuſcæpiſſet pelleret̄q; ob id regno. Atreus
ſimulata pace illū in regni conſortiū reuocari ſimulauit. Cui redeūti tres filios
comedēdos appoſuit:& illorū ſanguinē uino mixtum dedit in potū:oſtēditq; il
li poſt conuiū manus & capita:cuius reſiduū comediſſe dicebat.ſed tāti facino
ris ultionē quærēs Thyaſtes ab oraculo edoctus ē ex ſe & filia Pelopeia filiuʒ na
ſciturū:q plene recæptas iniurias uindicaret.Qua de re dicebat ad Clytēneſtrā
Aegiſthus apud Senecam in præfata tragœdia. Et cur atrida uideor inferior ti
bi natus Thyeſte.Ad quē Clytēneſtra illius natales exprobās ait.Si paꝛ eſt Ad-
de & nepos cui Aegiſthus auctore phœbo gignor. Haud generis pudet. Quod
euacuans Clytēneſtra ſubdit : Quid deos probro aduocas: & reliqua. Nam ut

Lactantius grāmaticus ait ſup.iiii.thebaidos mox natus a matre ob pudorē ꝓ-
iectus eſt:& quia capris nutritus eſt: Aegiſti nomen aſſumpſit.Nam θῶ græce:
latine eſt ſugo αἶξ aūt capram ſignificat. Tandem ad regiam ductus in patris
ſui uindictam Atreum Agamemnonis & Menelai patrem interfecit & Agamē-
nonem deinde a bello troiano redeuntem cum Clytemneſta occidit.Ipſe uero tā
dem & Clytemneſtra ab Oreſte interfecti ſunt.

A egloga cū.æ.diphthongo ſcribitur:& dici poteſt quaſi αἰγων.i.caprarū ſeu re-
rum paſtoralium logos.i.ſermo.Nam de caprariis loquitur.

A egle prima cum.æ.diphthōgo ſcribitur:fuit teſte Homero lib.xii.odyſſaæ nym
pha Solis filia ex Neæra:ut in ea dictione uidebimus : quæ ſane duæ dictiones
ſic quoq; ut ſcripſimus apud bucolicon Virgilii ſcribendæ ſunt.

A egon cum.æ.diphthongo ſcribitur:nomen fuit paſtoris teſte Theocrito.

A egos cum.æ.diphthongo ſcribitur:fluuius eſt thraciæ in quē ſaxum de Sole ce
cidit:ſecundū quod litterarū ſciētia diē deſignās Anaxagoras ipſe futurū præ-
dixerat:quod ut atteſtat̄ Plinius tpe ſuo monſtrabat̄ magnitudine uehibilis:&
colore aduſto. Ad huius fluuii hoſtia capta fuit a Liſandro athenienſiū claſſis:
ex quo ſecuta eſt illorum ſeruitus:ut in dictione Liſander uidebimus.

A egoceros ſola prima cum.æ.diph.penultima cū.c.exili ſcribitur:dicit̄ a noſtris
capricornus.Nam cōponitur ex ægos.i.capræ & κερασ cornu.Quod ſane ani-
mal inter aſtra locatum dicunt:ut Lucanus lib.x.Aegoceron cancrūq; tenet.

A elia cum.æ.diph.&.i.latino ſcribitur:urbs fuit calabryæ. Vnde ælianus: ut in
triumphalibus Titi Plautii apud tybur ſcribitur. SILVANO AELIANO PO
NT.Eſt etiam nomen proprium.

A elius cum.æ.diphthongo &.i.latino apud antiquos in marmorum inſcriptioni
bus deſignatum comperi:ut AELIVS HADRIANVS.

A eolus cum.æ.diphthongo & unico.l.ſcribit̄:fuit Iouis filius ex Aceſta filia Hip
potæ troiani:a quo hippotades:tam a poetis græcis q̄ latinis cognominatur:ut
Homerus libro odyſſeæ.x.αἰολοσ ἱπποτάδησ φίλοσ ἀθανάτοισι θεοῖσι Iti-
dem Ouidius libro undecimo metamorphoſeos : Aelon hippotaden cohiben-
tem carcere uentos.hic teſte Varrone cum apud nouem inſulas ſiciliæ & italiæ
propinquas tempotibus iliacis regnaret : ex conſurgentibus nebulis futura fla
mina ita ueridice prædicebat : ut a rudibus ea ſit creditus in ſua poteſtate tene
re. Plinius autem dixit eum uentorum rationem inueniſſe. Hunc dicunt græ
ci habuiſſe uxorem Lepatram ex læſtrygonum genere ex qua filios genuit te-
ſte Homero libro decimo odyſſeæ duodecim numero ſex maſculos & totidem
fœmellas : quorum nomina ſunt Iacaſtus: Zuthus : Phalacrus: Chryſippus:
Pheremo : Androcles : fœminarum uero hæc ſunt nomina Iphe : Aeola : Peri
boia : Dia : Aſticratia : Hepheſtia . quarum orthographia ſuis dictionibus ex-
plicabitur.

A eolia cum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur : duplex regio eſt : & utramq; ab
Aeolo Iouis filio cognominari puto. Nam teſte Plinio & Solino: inſulæ : quæ
ſunt in freto ſiculo uigintiquinque milibus paſſuum ab italia diſtantes æoliæ
uocantur:& ex ipſis regio fieri uidetur quæ æolia cognominatur:dicente Vir-
gilio in libro primo æneidos de Iunone : Aeoliam uenit.has teſte Solino itali
uulcanias uocant:qa ipſa natura ſoli ignea per occulta cōmertia ut mutuant̄
ætnæ incēdia aut ſubmiſtrat.eaſdē præfati auctores ſeptē eſſe dixerūt:Seruius
uero nouē.Duas puulas illis cōnumerans:quaꝝ cura apud Pliniū & Solinum
nulla fuit:uidelʒ lipare:hiera:ſtrōgyle:didyme:eriphyſa: phœnicuſa:ꝓchyta: &
euonymō.Quaꝝ orthographiā ſuis dictiōibus annotabit̄: & teſte Solino liparē
nomē rex dedit Liparus:q eā ante Aeoliū rexit. Alterā hierā uocauerunt: qa ea
precipue Vulcano ſacrata ē:& plurimū colle eminētiſſimo ardet. de q̄ Virgili-
lib.viii.ænei.Inſula ſicaniū iuxta latus æoliāq;. Erigit̄ lipare ſumātibus ardua
ſaxis Quā ſubter ſpecus & byclopū exeſa caminis. Antra ætnæa tonā:ualidiq; i-
cudibus ictus.Strōgyle uero Aeoli domus fuit: ſic dicta qa minime anguloſa:
qđ στρογγύλον.i.rotundū indicat.hæc teſte Solino ad exortus ſolis cōuerſa
flāminis liqdioribus differt a cæteris & cauſam efficit qđ ex eius fumo potiſſi-
mum incolæ pſentiſcunt:quā flatus in triduo ptendat:quo factū eſt ut Aeolus
rex uentoꝝ crederet̄.At æolia quæ regio eſt in aſia:colonia fuit græcoꝝ media
inter myſam quæ helleſponto adiacet:ut oſtendit Plinius lib.v.naturalis hiſto-
riæ:& ioniā quæ magis ad occidentē uergit.In qua hæ urbes æolides ab Hero-
doto libro hiſtoriaꝝ.i.deſcribunt̄:cuma phriconis appellata lariſe.Tenus cum
t.exili nouus murus.Cilla cum.i.latino & duplicato.l.nocion.

A egææ cum.æ.diphthongo ubiq;.ægirœſſa:gitana:myrina:grinia.de qbus in ꝓ
priis dictionibus uidebimus.

A eola cum.æ.diphthongo ſcribitur:fuit teſte Homero in decimo odyſſeæ filia Ae
oli ex Lepatra coniuge.

A eon cum.æ.diphthongo ſcribitur:& dicitur apud nos æuum per interiectionē
u.ut in ea dictione uidebimus.

A enaria cum:æ.diphthongo ſcribitur:inſula eſt in puteolano ſinu: quæ teſte Pli
nio libro.iii.naturalis hiſtoriæ nomen aſſumpſit ab ſtatione nauium Aeneæ:
de qua in dictione minturne uidebimus.

A eneas cum.æ.diphthongo ſcribitur:fuit Anchiſæ filius ex Venere:ut Homerus
& Virgilius atteſtantur.Vnde ait Homerus libro.ii.iliados.
Δαρδανίων αὖτ᾽ ἦρχεν ἐυσ παῖσ ἀγχίσαο αἰνέασ:
τὸν ὑπ᾽ ἀγχίσῃ τέκε δῖ᾽ ἀφροδίτη ἴδησ ἐν κνημοῖσι.
hoc eſt dardanius prærat formoſus Anchiſæ filius Aeneas:quem dea Venus in
nemoroſis idæ collibus & concæpit & peperit. Similiter Virgilius in primo æ-
neidos:Tu ne ille æneas:quem dardanio anchiſæ Alma uenus phrygii genuit
ſimoentis ad undam.Idem teſte Homero libro undecimo iliados e troianis ue-
lut deus in honore a populo habebatur. Et in duodecimo eiuſdem operis for-
moſiſſimum eum dixit.in quinto uero late pugnam inter ipſum & Diomedem
ſcripſit.Et quemadmodum a Diomede ingenti ſaxo proſtratus a matre Venere
tutatus euaſit.Quin & Venerem ipſam tunc quoq; ab eodem Diomede in ex-
tremitate manus extrinſecus uſq; in uolam uulneraram. Nec longe inde deſcri
bit idem Homerus:quēadmodum Venus Marti primo conqnæſta: & impetra-
tis ab eo equis & curru in liquidum æthera rediit:ubi comperta Dione matre ei
iterum conqueſta uulnus oſtendit. Cuius manum Dione præhēdens. Quis te
inqt deoꝝ lepidiſſima filia tā ſæue mulctauit:Cui Venus ad litterā quæ tradu
ximus uerba (ut refert Homerus) reſpōdens ait: Vulnerauit me ferox Tytides

conatam ſurripere e prælio Aeneam meũ quẽ Anchiſæ genui dum boues paſce
ret:inter omnes filios mihi longe chariſſimum. Omnino græcis iam non cum
troianis certamen eſt:ſed cum diis.& hæc hactenus. Verum ex Aenea patrony-
micum fœmininũ in eadẽ litteratura:hoc eſt Aeneas ſecundũ analogiam dedu
cendum eſſet cũ patronymica fœmina fiant in maſculinis ſubtracta.& terminẽ
tur in is uel in as:ut dardanides dardanis: peliades pelias. Ita æneades Aeneas
facere debuiſſet. Sed hæc (ut puto) cũ cõfuſionem generaſſent contra regulam
formauit:primo patronymicũ maſculinũ Virgilius in ides & dixit Aenides: ut
lib.ix. Sit ſatis ænidæ telis impune numanũ. Oppetiiſſe tuis.ubi ſecundũ regu
lam dicere debuiſſet Aeneadæ:ſed.e.&.a.correptas i.i.productam cõuertit. Sic
& patronymico fœminino eadem auctoritate dixit in tituli inſcriptione Aeneis
& non Aeneas:quem Statius ſecutus in fine thebaidos ait: Viue precor nec tu
diuinam æneida tenta. Vnde formauerunt patronymicum hoc fœmininum ĩ
maſculino in hunc modũ.cum eni maſculinum patronymicũ habeat.i.longaʒ
per ſynæreſim hoc eſt ꝑ conuerſionem duarũ breuiũ uocalium in.i.longam:ut
cũ ex peleides dicamus pelides:&.e.atq;.i.breues in.i.longam cõuertamus.ſimi
liter pro Theſeides dicamus Theſides:non abſolute obſeruamus regulam in pa
tronymico fœminino:ut tantũmodo formetur ꝑ ablationem ipſius de:ſed præ-
cedens illud.i.longum quod erat in maſculino in.e.&.i.priores uocales reſolui
mus:& dicimus peleis & non pelis:theſeis & nõ theſis:ſimiliter æneis & nõ ænis
Quæ ob inſcriptione tanti operis declarare uolui. Quin & ꝓgreſſum Virgilii ĩ
excellentiſſimo poemate ſuꝑaddere libet:quod ex libris Homeri uelut e quodaʒ
ſpeculo formauit. Et errorem quidẽ Aeneæ ex odyſſea:puguas uero ex iliade ex
cerpſit:unde cum uellet Homerus libro primo iliados infeſtũ græcis Apollineʒ
facere cauſam ſtruxit de Chryſæ ſacerdotis iniuria:de qua in dictione Chryſeis
uidebimus. Virgilius uero modo conſimili ut troianis Iunonem iniquam face-
ret:cauſarum congeriem ſibi compauit. Et cum primo uerſu promiſiſſet ꝓdu-
cturum ſe de troiæ littoribus. Aeneam cum ait: Troiæ qui primus ab oris Italiã
fato profugus: lauinaq; uenit Littora. Vbi deinde ad initium narrationis ſuæ
deuenit: Aeneæ claſſem non de troia ſed de ſicilia produxit:cum ait: Vix e con-
ſpectu ſiculæ telluris in altum Vela dabant læti. Quod totum ex Homeri textu
ra concæptum eſt. Nam uitans Homerus in poemate hiſtoricorum ſimilitudi-
nem:quibus lex eſt ab exordio rerum incipere: & continuam narrrationem ad
finem uſq; perducere. Ipſe poetica diſciplina a rerum medio cœpit:& ad id initi
um poſtmodum reuerſus eſt. Itaq; Vlyxis errorem non incœpit a troiano litto-
re deſcribere. Sed cum primum nauigantem eum ex inſula calypſonis faceret
ex ſua pſona:poeta ipſe ad phæacas ꝑduxit. Et illic in Alcinoi regis cõuiuio nar
rauit Vlyxes quẽadmodũ de troia ad calypſonem uſq; ꝑuenit. Ab inde uero uſ
q; ad ithacam ex pſona ꝓpria nauigationẽ Vlyxis poeta ipſe proſecutus eſt. Sic
in omnibus illum Maro ſecutus ex perſona ſua nauigationeʒ Aeneæ deſcribẽs
illum de ſicilia primum ad lybiam uſq; perducit. Illic uero Aeneas ipſe in con-
uiuio Didonis errores ſuos de troia uſq; ad ea loca enarrauit. Ita ut tandem di-
ceret: Hinc me digreſſum ueſtris deus appulit oris. A quibus locis uſq; ad itali-
am poeta ex perſona ſua iter claſſis deſcripſit. Quid quod mira imitatione Ho-
merum ſecutus eſt. Tempeſtas eiſdem fere uerbis Vlyxis & Aeneæ deſcribitur.
Et ut Nauſicaa filia Alcinoi Vlyxem comperit:eunq; humanitate fouet: & ad
urbem dirigit. Sic Venus ĩ eius loco apud Virgilium ſurrogatur. Quin & ipſa
Dido conuiuum celebrans Alcinoi regis conuiuium repræſentat. Strophadum
inſulæ pro Solis armentis ſurrogantur. Scylla quoq; & charybdis & Circe decẽ-
ter attinguntur. Vt Vlyxes ad inferos ex arte Circes deſcendit. Sic comitatu ſi-
byllæ Aeneas ipſe ad eoſdem inferos conducitur. Elpenori Palinurus ſurrogat̃
Et ut Aiacis umbra apud inferos colloquia Vlyxis aufugit:qui ſibi cauſa mor-
tis fuerat. Sic Didonis umbra Aeneam ſequentem reliquit. Et ut apud Homerũ
Tireſiæ conſilia. Sic apud Virgilium Anchiſe monita correſpondent. prælia dẽ
inde ex libris Iliados artificio pulcherrimo ſunt concæpta. Et ut apud Homerũ
græcorum & troianorum auxilia connumerantur. Sic apud Maronem Aeneæ
auxilia & Turni deſcribuntur. fabricatio amorum Achillis & Aeneæ conſimilis
Vt ille in funere Patrocli. Sic hic in anniuerſariis Anchiſæ uaria ludicrum cer
tamina contexuit. Et ut apud illum rumpitur fœdus inter Priamum & græco
rum reges poſt duellum Paridis & Menelai. Sic apud noſtrum inter Aeneam &
Latinum rupta fœdera enarrantur. Et ut apud illum ſpeculatio fit nocturna
per Diomedem & Vlyxen in qua Dolon occiditur. Sic apud noſtrum Euryali
& Niſi:in qua ipſi interficiuntur. Alteratio etiam Achillis & Agamemnonis in
Drancis & Turni alterationeʒ ab noſtro poeta cõmutatur. Vtrobiq; enim alter
ſuum alter publicum cõmodũ cogitabat. Quid ꝙ legatio a Turno miſſa repul-
ſam a Diomede reportans legationem repræſentat ad Achillẽ miſſam:ut ĩ dicti
one Chryſeis tangemus. Et ut Homerus lamentationem Achillis ſuꝑ patroclo.
Sic Virgilius illam Aeneæ ſuper Pallente contexuit. Et ut pugna ab illo ſingu-
laris inter Achillem & Hectorem. Sic ab iſto inter Aeneam & Turnum deſcribit̃
Vtrobiq; captiuis ĩ ferias deſtinatis. Illic Patrocli Sulmone quattuor natis. Hic
Pallantis totidem iuuenibus quos educat Vpheus. Quid ꝙ Lycaon homericus
inter fugientes ab Achille depræhenſus ad preces confugit. Et nec illi Achilles
propter occiſi Patrocli dolorem pepercit. Sic Aeneas Mago procul infeſtam cõ-
tenderat haſtam.& cum ille genua amplectens uitam ſupplex petiiſſet:reſpõdit
Belli cõmertia Turnus Suſtulit iſta prior:iam tum pallante peremto: & mille
alia:quibus ſe inuicem correſpondent. Ita ut Virgilius: hoc uno Homero per
omnem ſuam poeſim uſus ſit archetypo.

A enea cum.æ.diphthongo & abſq;.s.in fine ſcribitur:fuit teſte Herodoto lib.hi-
ſtoriarum.vii.urbs in regione creſſæa contermina mygdoniæ.hãc dicit Liuius
libro.xl.ab urbe propinquam eſſe theſſalonicæ:& ab Aenea troiano olim condi
tam. Et ſubdit proficiſcuntur a theſſalonica æneam ad ſtatutum ſacrificium:
quo Aeneæ conditori cum magna cerimonia quotãnis faciunt.

A enigma cum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:dicitur ab aliqbus uelata quæ
ſtio. Quintilianus uero lib.viii.de inſtitutione oratoria dixit:ænigma allegoriã
eſſe obſcuram.nam per occultam ſimilitudinem rerum obſcuram inter ſe ſentẽ
tiam gerit:ut.mater me genuit:eadem mox gignitur ex me. Significat eniʒ aquã
in glaciem concreſcere:& in eandem rurſus effluere:& ſimilia. Vnde & Iuuena.
in ſatyra Stẽmata quid faciũt: Veniet de plæbe togata. Qui iuris nodos & ꝉegũ
ænigmata ſoluat.

A enobarbos cum.æ.diphthongo ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

A enus cum.æ:diphthongo ſcribitur.Apud nos indicat laudem:& eſt nomẽ loci:
quin & ab illa deriuata & compoſita:ut epænos quæ ſimilter ẽ laus : & paræne
ſis:quæ eſt ammonitio.

A ello abſq; diphthongo. hoc eſt diuiſis ſyllabis atq; duplicato.l.ſcribit̃ : fuit una
ex Harpyiis:ut in dictione harpyia uidebimus.

A emoniacum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur.Regio eſt:quæ poſta theſſalia
ab illo rege dicta fuit.Vnde Achilles æmonius dicitur:ut Ouidius lib.quinto
faſtotum:Et gemit alcides:æmoniuſq; puer.Naꝫ ex phthia & lariſſa fuiſſe dicit̃
ut in illis dictionibus uidebimus.

A emus cum.æ.diphthongo:& abſq; aliqua aſpiratione a grecis ſcribitur:mons eſt
thraciæ:q a rege cognomen accæpiſſe dicitur.& ut teſtis ẽ Plini. li.iiii. hiſtoriæ
naturalis:ſex milibus paſſuum eſt arduus. Idem Herodotus prius dixerat. Sed
iuga humiliora dimittens uſq; in pharſaliam porrigere illa dicitur:dicente Lu-
cano libro ſexto.

Conſpexere procul prærupta in caute ſedentem.
Qua iuga deuexus pharſalica porrigit æmus.

Iuxta cuius radices id pharſalia lati conſpiciuntur campi.dicente Virgilio lib.
primo georgicorum.

Nec fuit indignum ſuperis bis ſanguine noſtro:
Emathiam & latos æmi pingueſcere campos.

Ex huius ſũmitatibus teſte Herodoto lib.hiſtoriarũ.iii.tres magni fluuii uerſus
ſeptẽtrionẽ ꝓfluunt:& in iſtrum cadunt.uidelicet atlas:auras:& tibiſus : ut in
eorum dictionibus uidebimus.Quin & niuibus illum abundare oſtendit Oui
dius libro faſtorum primo cum dicit:Et quicũq; tuas accolit æme niues.

A emilius cum.æ.diphthongo &.i.latino utrobiq; ſcribitur·Verum a græcis aſpi
ratur.nam ut puto ab αιμα: quod eſt ſanguinem indicat : & cum aſpiratione
ſcribitur deducunt.Sed apud noſtros:ut in marmoreis inſcriptionibus & emẽ-
datiſſimis aſpexi:ſẽp ſine aſpiratione ſcriptum cõperi.quod obſeruare debemus

A epytus cum.æ.diphthongo &.y.græco:atq;.t.exili ſcribitur: fuit arcas genere :
& nobilis heros inter græcos adeuntes troia:de quo meminit Homerus libro ſe-
cundo iliados.

A eſapus cum.æ. diphthongo &.a.ante.p.ſcribitur:fuit teſte Homero lib.vi. ilia.
filius Bucolionis maximi filiorum Laomedontis : fuit etiam troiani fluuii no-
men ut libro.xii.iliados oſtendit idem Homerus: & libro ſecundo monſtrat illũ
ad radices idæ fuiſſe:de quo etiam Heſiodus in theogonia meminit.

A eſageus cũ.æ.diphthongo in prima ſcribit̃:mons ponit̃ ab Homero in hymnis.

A eſarius cum.æ. diphthongo &.i.latino ſcribitur : fluuius ponitur a Theocrito
quẽ in ſicilia quidã illius·expoſitores eſſe affirmant.Alii uero in calabrya apud
Crotonem.Cuius meminit Ouidius libro.xv.metamorphoſeos.

A eſchines cũ.æ.diphthongo &.ch.aſpirato atq;.i.latino in penultima ſcribit̃:fu-
it unus philoſophus Laſamii atheniẽſis filius.Seu ut quidã uolunt Carmi Lu
canicas uendentis:& Socratis diſcipulus:a puero miræ indolis:laborũq; patiẽ
tiſſimus : quocirca nunq̃ a Socrate diſceſſit:de quo dicere conſueuerat Socra-
tes : ſolus nos honerare nouit Aeſchines : ſuſcæpitq; munera a Dionyſio &

athenas reuerſus auditores quoſdã ſibi mercede quæſiuit. Nec ſolus hic philoſo
phus Aeſchines uocatus eſt : ſed octo hoc nomine a Laertio & diuerſis an-
notantur.ita ut hic primus fuerit.Secundus qui artem oratoriam ſcripſit.Ter-
tius orator Demoſthenis æmulus.Nam aduerſus Demoſthenem teſte Gellio li.
xviii.accenſus liuoris aculeis capitali crimine accuſauit. Et alia quædam quæ
de illo proſequitur.de quo etiam Plinius libro.vii.naturalis hiſtoriæ: & Quinti
lianus libro.ix.inſtitutionuꝫ plura dixere.Quartus fuit arcas Iſocratis diſcipu
lus.Quintus mitylenæus quem teſte Laertio oratorum flagellum uocabant.Se
xtus neapolitanus academicus philoſophus Melandii rhodii diſcipulus. Septi-
mus mileſius ciuilis ſcriptor.Octauus ſtatuarius.

A eſchylus cũ.æ.diphthõgo &.ch.aſpirato atq;.y.græco & unico.l.ſcribit̃:fuit po
eta tragicus:& q plurimũ tragœdiã exornauit:ut oſtendit Horatius in poetria.
At uero Quintilianus ait :Aeſchylus tragœdias primus in lucem ꝓtulit: ſubli-
mis & grauis & grandiloqus ſæpe uſq; ad uitiũ.Sed rudis in plærifq; & icõpoſi
tus:floruitq; anno ducenteſimoſexageſimo poſt urbẽ cõditã:ut teſtatur Gellius
libro.xvii.noctium atticaꝝ.Eius uero mortẽ nõ uulgarem: cum alii tum Vale
rius ſcripſit ꝙ cuꝫ in loco aprico ſoporatus eſſet.teſtudo demiſſa ab aquila quæ
illius caluicie deluſa lapidẽ caput eius eſſe putauerat illum interemit.

A eſculapius cũ.æ.diphthongo &.c. nõ aſpirato atq;.i. latino a noſtris ſcribitur:
græci uero non diphthongum in initio:ſed ſolum a longam habent:ut ſupra
uidimus:fuit ut poetæ omnes aſſerunt Apollinis & Coronidis nymphæ filius
hic a patre Apolline Chironi centauro traditus didicit medicinã & adeo pitus
ſuaſit ut Hippolitum Theſei filium ab eqs dilaceratum ſua arte ad uitã reduxe-
rit:ob quod a Ioue ex indignatione fulminatis occubuit: dicuntq; eum epidau
ri moratum:& ut ait Cicero cynoſuris ſepultum.

A eſyrmus cũ.æ.diphthongo & unico.ſ.ſequente.y.græco ſcribitur:fuit teſte Ho-
mero libro.viii.iliados urbs thraciæ. unde Priamus Craſtianirã duxit uxorem
ex qua genuit Gorgitianam ut in ea dictione uidebimus.

A eſymnus cum.æ.dighthongo:&.y.græco ſequente.m.n.ſcribitur:fuit teſte Ho-
mero libro undecimo iliados unus ex principibus græcis qui ab Hectore in bel
lo interfectus fuit.

A eſon cũ.æ.diphthongo ſcribitur: fuit Critei filius ex Tiro cõiuge pater Iaſonis.
& frater Peliæ theſſaliæ regis.hic cũ in antiquã deueniſſet ætatẽ agente Medea
ad iuuentã rediit:ut late omnia deſcripſit Ouidius libro.vii. metamorphoſeon.

.1? A eſopus cũ.æ.diphthongo ſcribitur:fuit teſte Gellio libro.ii.e phrigia fabulator. · Gelli9 li. ii ·
.ſcripſitq; feſtiuos & delectabiles apologos mira grauitate.Quorum quoſdã Ro-
mulus quidam uerſu elego ad eruditionem Tibertini filii tranſtulit in latinuꝫ.
.2? .Nã pſa phryx ille ediderat.Alius fuit Aeſopus iſtriæ famoſiſſimus Ciceroni ami
citia deuinctus:quẽ unã cum Roſcio amerino iſtrione ad audiendum uiſendũ
q;.Q.Hortenſium eloquio clarum & corporis motu conſpicuum mutandi ſtu
dio curiam frequentaſſe ſcripſit Cicero.qui eorum res rationeſq; magnis cona-
tibus quandoq; eſt tutatus.Nam periit illa Ciceronis oratio .in qua populũ ro-
manum obiurgaſſe dicitur:ꝙ Roſcio geſtum agẽte tumultuauit.Contẽdebatq;
ſæpius cũ iſtrione Cicero:Vtrum ille frequẽtius eandẽ ſententiã uariis geſtibus
efficeret:an ipſum p eloquentiæ copiã uario ſermone diuerſe ꝓnunciaret.Idem

Roſcius librũ ſcripſit:quo eloquentiam cum iſtrionica comparauit.Illiq; mille
denarii præter gregalem ſtipem:quæ recitãtibus eueniebat ſunt de publico cõ-
ſtituti.Reliquitq; filiis Aeſopus ex iſtrionico quæſtu ducenties ſextertium.Vn
de iſtrianibus his ait Horatius.xxii.epiſtola.Clamant periiſſe pudorem.
Cuncti pene patres:ea cum repræhendere coner:
Quæ grauis æſopus:quæ doctus roſcius ægit.

A ethalia cum.æ.diphthongo &.th.aſpirato atq; unico.l.ſcribitur:inſula eſt in li-
guſtico pelago:ut monſtrat Ptolemæus.

A ether cum.æ.diphthongo &.th.aſpirato ſcribitur:& teſte Lactantio li. primo in
ſtitutionum:fuit creditus a Cleante & Marimone laudatis phyſicis ſũmus de⁹.
Quod Virgilius ipſe tetigit cum dixit libro ſecundo georgicorum: Tum pater
omnipotens fœcundus imbribus æther Coniugis in gremium lætæ deſcendit.
Pronapides uero poeta græcus dixit illum Demogorgonis filium fuiſſe: quem
Chaos eius uxor tunc genuit cum ignita exhalauit ſuſpiria. Quare Anaxago-
ras & poetæ noſtri illum ſecuti pro elemento ignis æthera ipſum poſuerunt:ut
Ouidius libro primo metamorphoſeon:Hæc ſuper impoſuit liquidam & graui
tate carentem Aethera:nec quicq̃ terrenæ fæcis habentem.At ariſtoteles ĩ libris
quos de cælo compoſuit dixit:æthera pro cælo ponendum eſſe ut dicat uocabu
lum ipſum ex ἀεί:quod eſt ſemper: & Θοῶ:quod eſt uoluo & curro componi:
quaſi perpetuam uolubilitatem indicet:Iuxta quod etiam Ouidius libro quin
to de ponto ait ad Cæſarem:Sic habites terras:& te deſideret æther:hoc eſt cælũ
Cicero ſecundo de natura deorum dixit Aethera genuiſſe Iouem primum & ce
lum:a quibus omnis deorum numeroſa proſapia deſcendit.Vnde æthereus cũ
æ.diphthongo in prima &.e.in penultima deducitur & æthra:quod apud nos
fulgorem ætheris hoc eſt cæli indicat. Virgili.libro æneidos tertio:Nec lucidus
æthera ſiderea polus:Et lunam in nimbo nox imtempeſta tenebat.

A ethera cum.æ.diphthongo &.th.aſpirato ſcribitur: fuit Aegei athenarum regis
prima coniunx & mater Theſei:ut in dictione Aegæus uidimus. Alia fuit teſte
Homero libro.iii.iliados. Pitthei filia:comes & conſilium Helenæ. Vnde etiam
Ouidius in eius epiſtola ad Paridem:Cætera per ſotias clymenem æthranq; lo-
quamur.Quæ mihi ſunt comites conſiliũq; duæ.

A etiologia cum.æ.diphthongo &.t.exili hoc eſt non aſpirato:&.i. latino utrobiq;
ſcribitur:dicitur a quibuſdam cauſæ redditio.Nam ex αἰτία.i.cauſa & λογια
quæ eſt loquela uel ratiocinatio componitur.

A etiops cum.æ.diphthongo &.th.aſpirato atq;.i.latino ſcribibitur:fuit teſte Pli-
nio libro.vi.naturalis hiſtoriæ Vulcani filius:a ſe æthiopiam omnem:cui præ-
fuit dominans.Nam deriuatur ab αἴθω:quod ẽ cremo.& teſte Seruio ſup ænei.
ſeptimum dicebatur apud antiquos æthiopus.

A etna cum.æ.diphthongo &.t.non aſpirato ſequente.n.ſcribitur: mons eſt ſici-
liæ ab omnibus poetis ob igneos globos quos euomit decantatus.Vnde ætneus
cum.æ.diphthongo in prima & penultima deducitur.Virg.lib.ænei.iii.Aetne
os fratres cælo capita alta ferentes.

A etolia cũ.æ.diphthõgo &.t.nõ aſpirato atq;.i.latino ſcribitur : regio ẽ cõtigua a
carnaniæ phocidiq; & locris.Quin & corinthiaco ſinu a peloponneſo diuiditur
ab Aetolo rege Martis filio nomen habens.In hac teſte Homero.li.iliados.ii.tres
erant urbes:calydon:olenos:& pleuron.Ouidius etiã li.iii. de ſine tiulo inquit.
Nec tanti calydon:nec tota ætolia tanti.& ab ætolia patrium nomẽ ætolus cũ
accentu in penultima deducitur.Virgilius lib.xi. ænei. Non erit auxilia nobis
ætolus & arpi.

A ethon cũ.æ.diphthongo &.th.aſpirato ſcribitur:fuit nomen cuiuſdã eq Hecto-
ris:ut oſtẽdit Homerus lib.viii.ilia.& deduci põt uel ex ἀεί qđ eſt ſemp & θέω
curro:q̃ſi ſemp currens.uel ab αἴθω:quod ẽ ardeo q̃ſi ardens cognominatus fu
erit.Quo nomine etiã pro equo Pallantis uſus ẽ Virgi.li.xi.cũ in funerali Pom
pa Pallantis inquit.Poſt bellator equus poſitus inſignibus æthon.

A epia cũ.æ.diphthõgo &.i.latino ſcribit̃:apud græcos tamẽ in penultĩa eſt in.ei
diphthõgus quæ apud nos in.i.longã cõuerſa fuit:urbs fuit in argo ꝓpinqua
pylo:& ex his quæ ſuberãt Agamẽnoni: ut oſtendit Homerus li.ix.iliados.

A epy cum.æ.diphthõgo &.y.græco ſcribitur.fuit urbs ſub ditione Neſtoris quã
bene munitam dixit Homerus lib.iliad.ii. Et in montibus ſitã eſſe oſtendit Sta
tius libro quarto thebaidos cum ait: Quos trion in ſummis ingeſtum monti-
bus epy.

A epolus cum.æ.diphthõgo ſcribitur:apud nos dici põt caprarius:quaſi αἰγῶν
id eſt caprarum ποιμνιος paſtor ut quidam uolunt.Et inde æpolium caprarũ
grex:ut in dictione bucolicus uidebimus.

A eſtimo cũ.æ.diphthongo ſequente.s.& nõ.x.cõſonante ſcribitur: & cõponit̃ ab
æs æris & τιμῶ uerbo græco quod latine ẽ apprecio.Vnde ꝓprie taxare ſignifi
cat:quod qa ſine ſpirituali cõſideratione fieri nõ põt tractũ eſt ut æſtimare pro
cõſiderare ponamus.Cicero de legibus:Siſenna eius amicus omnes adhuc ſcri-
ptores niſi q forte nondũ ediderunt de qbus æſtimare non poſſumus facile ſu-
perauit.Ouidius de triſtibus li.iii.Hæc qcunq; leget ſiqs leget æſtimet ante Cõ-
poſitum quo ſit tẽpore quoq; loco.At uero exiſtimare abſq; diphthongo & cum
x.cõſonante poſt.e.iudicare eſt ſiue etiã putare.Ita prius rem æſtimamus: dein
de qualis ſit exiſtimamus:ſicut prius cogitare eſt q̃ excogitare.

A ethica cum.æ.diphthõgo ut nõnulli uolunt:&.th.aſpirato atq;.i.latino ſcribit̃
Verũ ſecundũ propriã orthographiã qa a græco trahitur:p ſimplex.e. ſcribẽda
ea dictio eſſet:cũ apud græcos ἠθικὴ ſcribatur.Cuius prima ẽ.η.quod ut ſupra
uidimus in.e.noſtrum regulariter traduci debet.Sed ut ait Apuleius grãmati-
cus egregius:qa illud.η.apud græcos ſemp ẽ productũ:& apud nos nõ ẽ ipſius
e.ꝓducti a correpto in figura diſcretio:placuit maioribus noſtris in aliqbus di-
ctionibus quas ex græcis tranſcribimus p diphthongũ hoc ipſum diſcernere:
& maxime in hac dictione:cuius manifeſta uidebitur ratio in dictione æthos:
cuius prima ſecundũ unã qdem ſignificationẽ abſq; diphthõgo a græcis & no
ſtris ſcribitur:atq; apud utroſq; corripitur.ſecundũ aliã uero ꝓducitur.Et licet
apud græcos ſit.η.ut eadem longa apud noſtros cognoſcatur:per.æ. diphthon
gum ſcribi a plæriſq; cõſueuit:ut etiam uidebimus in dictione cæra: & dictiõe
ſcæna.traducitur autem æthica a noſtris moralis.

A euum cum.æ.diphthongo ſcribitur: & ab αἰὼν teſte Apuleio grãmatico latini

traxerunt:ipſum uidelicet.u.interiectantes hiatus cauſa uitandi.

A gamemnon ultima cum.m.ante.n.ſcribibitur:fuit Atrei filius ex uxore Mero-
pe & rex mycenarum:fraterq; natu maior Menelai ut poetæ omnes atteſtanť.

A ganippe cum.i.latino & duplici.p.ſcribitur:fons ẽ in aonia muſis ſacer: ut Vir
gilius in gallo:Neq; aoniæ aganippe. Et Iuuenalis cum deſertis aganippes Val
libus eſuriens migraret in atria clio.Et componitur ex αγαν:quod eſt ualde:&
hippos equus quaſi proprie ſit equi : hoc eſt ab equo formatus. Dicitur etiam
aganippis & in genitiuo aganippidos:ut Ouidius circa initium libri quinti fa-
ſtorum.
Dicite quæ fontes aganippidos hippocrenes:
Grata meduſei ſigna tenetis equi.

A galmata cum.t.non aſpirato ſcribitur : & apud nos indicat ſimulacra & laruas
cuius ſingulare eſt agalma.
A gapenor cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur.fuit Ancei filius:& teſte Homero li-
bro.ii.iliados præfectus claſſis Agamẽnonis accedentis ad troiam.
A gaſides cum.i.latino &.e.nõ aſpirato ſcribitur:fuit lacedemoniorũ rex:ut oſtẽ-
dit Plutarchus in dictis laconicis.
A gaſtheneus cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Homero lib.ii.iliados filius Au-
gei ex Emea helidis patria & pater formoſi Polyxeni qui ex nauibus ſue gentis
præfuit in expeditione troiana.
A gaſtrophus cum.t.non aſpirato &.ph.cum aſpiratione ſcribitur : habetq; apud
græcos accentũ in antepenultima.fuit teſte Homero lib.xi.ilia.Pæonis filius:&
heros inter primos troianorum bellatores.Sed ab Diomede apud coxam lancea
in bello percuſſus mortem obiit.

A gatharchides cum.th.&.ch.aſpiratis atq;.i.latino ſcribitur: fuit hiſtoricus ſami
us de quo Plutarchus meminit in hiſtoria perſica.
A gathyrſi cũ.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:ſunt thracũ populi : quos ſcythas
uocat Herodotus ab Agathyrſo Herculis filio:ut lib.hiſtoriarũ.iii.refert cogno-
minati.Hi ut ait Pomponins lib.ii.cæruleo ſunt colore depicti.Quare dixit Vir
gi.lib.iiii.æneidos:Creteſq; dryopeſq; fremũt:pictiq; agathyrſi.Nec hoc ſine dif
ferentia fieri dixit Pomponius.Sed quanto quis anteit: tanto propenſiori nota
tingitur:ut minus tingi appareat humilitatis indicium.

A gathocles cum.th.aſpirato &.c.exili ſcribitur fuit teſtibus Plutarcho & Iuſtino
lib.xxii.ſui epitomatis ſiciliæ tyrannus ex humili genere natus : uidelicet patre
figulo.Alius fuit teſte Varrone libro primo rerum ruſticaruȝ: philoſophus qui
de agricultura ſcripſit.
A gauni cum.au.diphthongo in penultima ſcribitur:populi ſunt ſeptentriona-
les quos Homerus circa initium.xiii.libri ilia.dixit gentem innocẽtiſſimam:ut
quæ ſine ullis diuitiis equino uictitabat lacte.

A gellina cũ duplicato.l.&.i.latino ſcribiť:fuit teſte Seruio ſup.viii.æneidos urbs
in tuſcia ſic quoq; dicta a noĩe cõditoris:quẽ Virgi.in eodẽ lib.ex lydia aduenã
ſe oſtendit:ubi ait:Haud ꝓcul hinc ſaxo incolitur fundata uetuſto Vrbis agel-
linæ ſedes:ubi lydia quondã Gens bello præclara iugis inſedit hetruſcis.Hác po
ſtea dictam cærete cũ.c.exili &.æ.diphthongo ut in ea dictione uidebimus.
A genor cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit rex phœnicum & filius Beli phœ-
nicum regis.Eodem nomine teſte Homero libro undecimo iliades uocatus fuit
Antenoris filius.
A gerochus cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Homero libr.xi.odiſſeæ filius Ne-
lei ex Chlori uxore & frater Neſtoris.
A glaophon cum.o.ante.ph.aſpiratum ſcribitur: fuit teſte Quintiliano libro.xii.
de inſtitutione oratoria antiquiſſimus & clarus pictor.Cuius ex alterius Poly-
gnoti ſimplex color tam ſui ſtudioſos ut idem Quintiliauus refert etiam tunc
habebat:ut illa prope rudia ac uelut futuræ mox artis primordia maximis qui
poſt eos extiterunt pictoriæus præferant:proprio qnodam intelligendi ambitu
ut ſua refert opinio.
A glyphos cum.y.græco ſcribitur:dici poteſt a noſtris non ſculptus.Nam compo
nitur ex a quod negationem dicit:& glyphos qui eſt ſculptus. Id enim a γλυ-
φω uerbo græco quod eſt ſculpo deſcendit.
Agis cũ.i.latino ſcribiť:& a nõnullis ex noſtris Agides diciť:fuit teſte Herodoto li.
hiſtoriarum.i.lacedæmonioꝝ rex:q cũ athenienſibus cruẽtiſſima bella geſſit.A
lius fuit lycius:de quo Virgi.lib.ænei.x.Et lycius proceſſerat agis.
A gyllæi cũ.y.græco & duplicato.l.atq;.æ.diphthõgo ſcribiť:populi ſũt ſcythici.
A gnus cum.g.ante.n.ſcribitur:dici poteſt a noſtris caſtus & mundus: ideoq; ex
illo caſtam & puram hoſtiam offerri dixit Feſtus.Eratq; eodem teſte apud maio
res noſtros cõmunis generis ſicut & lupus.
A glaia cum.i.latino ſcribitur:non enim apud græcos diphthongus habetur: ſed
i.uocalis eſt & diuiſa a primo.a.ſcribitur:fuit una gratiarum ut uidebimus in
dictione charites quæ apud nos claritudinem indicat.
A gonia cum.i.latino ſcribitur:a noſtris ludi dicuntur: quos ut ait Ouidius lib.
faſtorum primo:Et prius antiquus dicebať agonia ſermo. Nam accentum hẽt
in antepenultima:& compoſita dictio eſt ex.a.quod eſt ſine:& gonia anguli:qa
ut Feſtus locus in quo huiuſmodi ludi facti ſunt:fuit ſine angulo.Et inde ago
nalia deducitur quod idem deſignat.Et locus agon ut etiá circus flamineus ro
mæ hodierna die uocatur.
A goræus cum.æ.diphthongo in penultima ſcribitur:dici poteſt a noſtris nundi
narius uel forenſis.Vnde & ab plæbeium tranſfertur.Horatius:Dauniæ defen
de decus camenæ leuis agorææ.
A gonotheta pẽultima cũ.th.aſpirato & ultima cũ.t.exili ſcribiť:dicitur latĩe mu
nerarius.Ná cõponitur ex ἀγωνοσ.i.certaminis:& θετησ diſpoſitor.
A glauros cum au.diphthongo ſcribitur:fuit filia Erithei athenarum regis. de q̃
Ouidius libro.ii.metamorphoſeon ſcripſit.
A gricola cum.i.latino &.c.abſq; aſpiratione ſcribitur:græcũ uocabulũ totum eſt
ut nonnulli contendunt:& ab ἀγρικοσ tranſlatum: qui ruſticus interprætať
hoc eſt ἐντῷαγρῳ.i.in agro ut dicunt:οἰκων habitans uel degens. Vnde cuȝ
apud illos penultima diphthongum habeat.οι.Nos abiecto.o.ſolũ.i. retinemus
q̃q̃ in rectiſſima ſcriptura agrœcolam cum.œ. etiam apud noſtros: illi iidem

ſcribendum uelint. Quos paruo argumento confundere libet. cum antepenultimam breuem habeat. Virgili. libro georgicorum primo: Agricola in curuo terram molitus aratro. Quare compoſitum illud uocabulum dicimus ex græco & latino: ex græco quidem quod eſt ἄγροσ. e x latino uero quod eſt colo: quaſi proprie dicatur agricultor ſiue ruricola. Quamobrem Columella approbatiſſimus auctor libro primo de agricultura conquerens ſui temporis molliciem ait: At me hercule uere illa proles Romuli aſſiduis uenationibus: nec minus agreſtibus operibus exercitata firmiſſimis præualuit corporibus: ac militiam belli cum res poſtulauit facile ſuſtinuit: duratam pacis laboribus ſemperq; ructicam plæbem urbunæ præpoſuit. Et paulo poſt ſubiunxit: Illis temporibus proceres ciuitatis morabantur in agris. Et cum conſilium publicuʒ aliqua depoſcebat. a uillis in ſenatum arceſſebantur. Ex quo qui eos euocabant uiatores appellabant. hæc ille. Ideoq; contra Criticum induẽtem mulctitia inuehẽs Iuuenalis in ſecũda ſatyra ait: En habitum quo te leges ac iura ferentem.

Vulneribus crudis populus modo uictor: & illud

Montaunum poſitis audiret uulgus aratris.

Nam ut ait Cato fortiſſimi uiri & milites ſtrennuiſſimi ex agricolis gignuntur minimeq; male cogitantes. Quid quod teſte Plininio circa initium libri. xviii. naturalis hiſtoriæ: Agrũ male colere cenſoriũ probrum iudicabatur. Vnde teſte Catone cum uirum bonumq; colonum dixiſſent: ampliſſime laudaſſe exiſtimabant. Hinc & eodem Plinio teſte locupletes dicebant loci: hoc eſt agri plenos. Pecunia etiam ipſa a pecore appellabatur. Quid aliud. Nõne & Camillus Curii & Cincinnatus agriculturam propriis manibus exercebant: dicente Lucano

Paupertas fugitur totoq; arceſſitur orbe:
Quo gens quæq; perit: tunc longos iungere fines
Agrorum: & quondam duro fulcata carmilli
Vomere. & antiquos curionum paſſa ligones
Longa ſub ignotis extendere rura colonis:

Nam ut etiam Ouidius libro faſtorum rettulit.

Aut pecus: aut latam diues habebat humum:
Hinc etiã locuples: hinc ipſa pecunia dicta eſt:
Sed iam de uetito quiſq; parabat opes.

Vnde teſte Plinio lib. xviii. Mulctatio quoq; nõ niſi ouiũ boũq; impẽdio dicebatur. Et cautũ quippe erat ne bouẽ priuſq̃ ouem noiaret: qui indiceret mulctam ludos boum cã celebrãtes: bubetios uocabant. paſcua dicũt omnia ex qbus populus redditus habet. qa diu hoc ſolũ uectigal fuerat. Et infra ſubdit idem Plinius. M. quidẽ Curii poſt triumphos ĩmenſũq; terrarũ adiectum imperio nota ſancitũ eſt pniciosũm intelligi ciuẽ: cui ſeptẽ iugera non eſſent ſatis. Hæc auteʒ menſura plæbi poſt exactos reges aſſignata eſt. Et nõ longe ſupra in eodẽ libro iugeri uocabulũ explanans ait: Iugerum uocabat̃ quod uno iugo boum in die exarari poſſet. Hoc etiã ſecundũ aliorum deſignationẽ ſignificat menſurã quadraginta pedũ: quia tantum ſolet uno die par boum arare. Vnde pgit idem Plinius: Actus dicit̃ in quo boues agerentur cũ aratro uno impetu iuſto. Hic erat centum uiginti pedum: & duplicatus in longitudinẽ iugerum faciebat. Et ſequtur idem auctor: Dona impatorum ac fortium ciuium uno quantũ die plurimum arauiſſet. hæc ille: Verum iugerum in ſingulari ſecundæ eſt declinatiõis

Nec iuger apud approbatos auctores cõperit̃. In plurali uero tertiæ declinationis ẽ & iugeribus facit. Itaq; hoc loco auctoritati Priſciani nõ aſſentio: q abſq; auctoꝝ teſtimonio iuger cõperi dixit. Sed lõge poſt ĩ eodẽ li. quærit Pli. quæ nã ergo tantæ ubertatis quæ tũc habebat̃ cã erat. Cui q̃ſtioni p hæc uerba reſpondet: qa ipſoꝝ tũc manibus impatoꝝ colebãt̃ agri: ut fas ẽ credere gaudẽte terra uomere laureo & triũphali aratore. Siue illi eadẽ cura ſemina tractabant q̃ bella eadẽq; diligentia arua diſponebãt q̃ caſtra. Siue honeſtis manibus oĩa lætius pueniunt: quoniã & curioſius fiunt. Serentẽ inueniũt dati honores Seranũ dati honoris Seranũ. Vnde cognomen arãti q̃ttuor ſua iugera in uaticano: quæ prata qntia appellant̃ Cincinnato uiator attulit dictaturã. Et poſt hæc non longe ſubdit: De cultura agri præcipe principale. Fuit etiã apud exteros. Siqdem & reges fecere: Hieron: Philometor: Attalus: Archelaus. Et duces Xenophõ & pœnus etiã Mago. Cui qdem tantum honorem ſenatus noſter attribuit carthagine capta: ut cũ regulis aphricæ bibliothecas donaret: unius eius duodetriginta uolumina cenſeret in latinam linguam tranſſerenda. Cũ iam præcepta. M. Cato cõdidiſſet: pitiſq; linguæ pœnicæ datum fuit negociũ. Similiter. M. Varro ſeptuageſimũ primũ uitæ annũ gerens de ea re pdendũ putauit. Sed iã ad agriculturæ uocabula quædã explananda tranſeundũ duxi. Ager dicit̃ a. M. Varrone de lingua latina ꝙ in eo aliqd agatur. Id Quintilianus libro inſtitutionum primo deriſit græcũ eſſe uocabulum dixit. Nã græce ἄγροσ dicitur: q teſte Vlpiano locus eſt ſine uilla: quẽ latine nõnulli fundũ interpretati ſunt. Vnde ait idem Vlpianus plærũq; fundũ ſine uilla accipimus: q̃ſi id eſſe quod ager intelligere uoluerit. Cui Florẽtinus iuriſcõſultus de uerboꝝ ſignificatione cõtradicere uidet̃. Ait enim fundi appellatione omne ædificiũ & omnis ager cõtinetur. Sed ĩ uſum urbana ædificia ædes: ruſtica uillæ dicuntur. Locus uero ſine ædificio ĩ urbe area: rure autẽ ager appellatur: idẽq; ager cũ ædificio fũdus dicitur: hæc ille. Et ſic diuerſæ prſus uidentur iuriſcõſultoꝝ ſententiæ. Nã ꝙ Vlpianus ait plærũq; funduʒ ſine uilla hoc eſt ſine ædificio accipi. Florentinus ait ager ſine ædificio fundus dicitur. Sed ut puto hic latius fundi uocabulum: ille ſtrictius accæpit. Nam ſecundum Vlpiani ſententiam locutus uidetur Varro libro. v. de lingua latina cum ait: fundus dictus ꝙ uidebatur: pecudum: aut pecuniæ fundamentum: aut ꝙ fundit quotquot annis multa. Ita ut hunc pprium fundi ſignificatum exiſtimẽ: Secundũ uero latiorem Florentini accæptionem locutus uidetur Seruiuus ſup ſecundũ georgicorum cum ait: fundus ab eo dicitur ꝙ ſit rerum omnium fundamentum. Verum quia iuriſconſultorum continuata uerba non legimus: ſed de illorum operibus quædam excerpta tenemus nemo de rebus aut uerbis ut puto plenam ſemper ſententiam habere poteſt. nã quærit Modeſtinus de uerborum ſignignificatione fundus a poſſeſſione uel agro uel prædio quid diſtet: & reſpondet dicens fundus eſt omne quicquid ſolo continetur: ager eſt ſpecies fundi quæ ad uſum hominis paratur. Poſſeſſio ab agro iuris proprietate diſtat. Quid enim appræhendimus cuius proprietas ad nos non pertinet: aut nec poteſt pertinere: hoc poſſeſſionem appellamus. Poſſeſſio ergo uſus. ager proprietas loci eſt: prædium utriuſque ſuprafcriptæ generale nomen eſt. Nam ager & poſſeſſio huius appellationis ſpecies ſunt. hæc ille. Et certe niſi ad aliud intentionem ſuam referre hic uoluerit quod ſcriptum non habemus: ridiculæ potius ne dicam imperite locus uidetur. Et perinde

ac ſiquis de uirtutibus & uitiis quærat: in quo prauū & malū differāt ac reſpō-
deat: prauum id eſt quod nō eſt rectum ut lignum prauū: malū uero genus
pomi ē. Nā q̄ l hoc foret dictu ineptius ubi de qualitatibus agiť digredi ad ſub
ſtātiā quæ ad rē ꝑtineat. Ita hic cū de fūdo: cū de agro: de prædio: de poſſeſſore
diſputat: non de ea ſignificatione poſſeſſionis loqtur qua rei ꝓprietas & ſubſtā
tia ītelligitur: ſed ad qualitatem ipſam poſſidendi digreditur. Quod ſi ita eſt qd
affinius habet poſſeſſio ad fundum agrū prediū: q̄ ab ueſtē. mulū aut equum.
Nam harū rerū ita poſſeſſio ē ut illarū. Sed nō de huiuſmodi Poſſeſſiōe loquen
dū erat. quæ præſertim nō eſt ut ipſe ait ſpecies prædii uel fundi. Nā prædium
fundus ue ꝓprietas ē. quorū utrūlibet ſi generale nomē eſt ad poſſeſſionē pro
fecto nō uſus ſed ꝓprietas dicēda Modeſtino poſſeſſio fuit Nāq; poſſeſſionē ꝓ
prietatem eſſe oſtendit Cicero in paradoxis ita ſcribēs Eteni iſti callidi eſtimato
res pratas & areas magni æſtimant: ꝙ ei generi poſſeſſionū minime noceri pōt
Idē Quintilia. lib. vi. de oratoria inſtitutōe oſtēdit dicēs. Patris eius dialogos de
dit legēdos: quorū cū ī priuernati unus: alter ī albano. tertius in tyburte ſermo
nem habitum complecteretur: requirebant ubi eſſent hæ poſſeſſiones. Omnes
aūt illas Brutus uēdiderat. De ꝓprietate certe locutus eſt. & nō uſu. Nec ſimpli
citer agrum eſſe fundum ſine uilla placet: ut dixit Vlpianus: cum ſæpe lega-
mus erant ī agris ſenatores. Et uixerūt multi nobiliſſimi philoſophi ī agris Vn-
de ait ſuperius Columella illis temporibus proceres ciuitatis morabantur in a-
gris. Nec exiſtimandum ē ſine uilla aut habitatione. Itaq; puto agrū græce: lati-
ne rus dici & cōtinere fundū: nō cōtineri ab illo. Vnde proprie ager eſt circum
iectū urbi territorium. ut ager campanus ager leontinus. ager phaliſcus & ſimi
les: Aut ſingula prata ſingulæ uiniæ ſinguli horti ſingula oliueta pomaria ſali
cta arbuſta paſcua nemora loca aucupatoria uenatoria piſcatoria. Siue uillam
atq; ædificum ſiue piſcinam atque aluearia. Siue uinaria habeant ſiue nō habe
ant. ſinguli fundi ſunt Et quidem in agro. In urbe autem ſiue oppido ſiue ui-
co caſtello tantummodo poſſeſſio eſt quicquid tale eſt qualia hæc quæ enume
raui. Sicque fundus ſpecies eſt agri ſiue ruris. poſſeſſio autem generalius omni
bus ē: qa ruſtica & urbana. Nam tabernæ hoſpicia horrea ī urbe poſſeſſiones ur
banæ ſunt: Cicero in philippicis poſſeſſiones inquit notabat & urbanas & ru-
ſticas. At uero prædium dictum legimus quod ex agrorum præda antiquitus
militibus diſtribui conſueuerat. Quare minus agro & maius fundo dici poſſe
uidetur: Verum & ipſe ager non ſemper in ea quam diximus ſignificatione
accipitur. Sed aliquando is locus dicitur in rure quem colimus: ſiue arando
ſiue conſerendo. In qua ſignificatione habet pluralem numerum: ut omnes
agros ciuium depopulatus eſt. Nam in priore non habet. hoc eſt dum lo-
quimur de ſingularium urbium territoriis. Non enim dicas recte ſic Antoni-
us dedit militibus ſuis agros campanos & leōtinos. Nā hoc pacto non comple-
ctor nemora. ſaltus paſcua: deſertos: montes. Sed ſic potius dedit militibus ſuis
agros campanum & leontinum. i. agrum campanum & leontinum. Quo qui
dem modo complector omnia quæ in territorio illo ſunt. Nam ī ea ſua propria
ac lata ſignificatione. ager etiam flumina lacus. cæteraque omnia in cludit.
Campus dicitur quaſi amplius. nā planicies ē terræ grādis & āpla: ūde ait Var
ro Quod primum ex agro plano fructus capiebāt cāpus dictus ē poſtea quam
ꝓxima ſupiora loca colere cœperūt: a collēdo colles appellarūt. aruū ab arando

nomen aſſumpſit: & is ager eſt q ſemēti dať. Saluſtius in catilinario: Numidæ
pabulo pecoris. magis q̄ aruo ſtudent. Noualia in neutro genere & nouales in
fœminino dicuntur. Et proprie ſunt teſte Seruio arua primuʒ proſciſſa. Vnde
ait Varro ager q intermittiť a nouando noualis dicitur: iuxta quod Virgilius ī
tityro. Tam culta noualia miles habebit. Nōnunq̄ uero & agri meſſi nouales di-
cunť: ut Virgi. li. geor. i. Intonſaſq; nouales. At ager reſtibilis teſte Varrone uo-
catur: q reſtituitur ac reſeriť quotquot annis. Idem quod in agris quotquot an
nis rurſum facienda eadē: ut rurſus capias fructus rura ſunt appellata. Prata
uero dicta ab eo ꝙ ſine ope ſunt parata. Seges ut multi putāt proprie fruges eſt
eorum ſeminum ex quibus conficitur panis nondū demeſſa. Quod nunq̄ poe-
tæ ut cōtentum ꝓ cōtinente uſurpant. & ipſam humum ad accipienda ſemina
ſubactā ſegetē uocāt. Vnde ait Varro: Seges a ſatu. i. ſemine diciť. Iuxta qđ Vir
gili. lib. geor. i. Illa ſeges demū uotis reſpondet auari Agricolæ bis quæ ſolē: bis
frigora ſentit. Vnde tranſſumptiue ait Horatius: Hæc ſeges ingratos tulit: & fert
omnibus annis. Sementis eſt ſatio ſiue ut ita dicam ſeminatio. Liuius campani
inquit ſementē facere poſſent. Apud Hieronymū uero cuʒ pluribus in locis tū
in geneſeos principio ſemētis ꝓ ſemine poſitum eſt. fructus a fruendo: meſſis a
metendo dicitur: & eſt ipſa meſſio: hoc eſt cum ſeges iā matura eſt. Virgi. Quæ
tempora meſſis. Cicero de oratore: qualē ſementē feceris: ita metes. Nōnunq̄ ue-
ro & ꝓ fructu ponitur: ut Iuuenalis. Depræhenderunt meſſem. fruges a fructu
nomen aſſumpſiſſe puto. Nā teſte Varrone id eſt quod ſegetes ferūt. Vnde quic
quid ex fructu terræ in alimoniā uertimus. id recte fruges appellari poſſe exiſti
mo. Liuius eā inqt gentē traditur fama dulcedine frugum: maxime uini noua
tamen uoluptate captā. Idē nō arbore frugifera nō ſatis in ſpē relictis. Pli. etiaʒ
indicē dedit de arboribus frugiferis. frumentū a frumendo. i. ueſcendo. hoc eſt
a ſuprema parte gulæ quæ dicitur frumē: nomen dici aſſumpſiſſe. frumenti
uero genera & ſi nō iiſdem nominibus apud omnes dicāť: hæc teſte Plinio uul-
gatiſſima ſunt. Far quod adoreū ueteres uocauere ſiligo: triticum: ordeū: quæ
pluribus ſunt terris cōmunia. Aruica galliarū ꝓpria. In ægypto autē ac ſyriæ
ciliciæq; & aſiæ ac græciæ partibus peculiales ſunt zea: oriza: typhe. æſtiua ue-
uero frumenta ſunt ſizima panicū milium. Sizima ab india uenit. Aegyptus ſi-
milaginem conficit e tritico ſuo. e ſiligine uero teſte eodē Plinio lautiſſimus pa
nis fit. Quare dixit Iuuenalis in quinta ſatyra: Sed tener & niueus molliq; ſiligi
ne factus Seruatur domino: quam quidem a ſeligendo dictam putant: qa inter
omnia frumentum id uelud precioſius ſeligitur. Ego uero uocabulum id græ-
cum eſſe comperi uidelicet σιλίγνιον: quod latine maguderim traductū oſtē
dit Priſcianus in ſeptimo inducens Plautum dicentem in rudente: ſeu tibi con
fidis fore multam maguderim: ubi dixit Priſcianus: ſignificat frugis genus id ē
caulis qui naſcitur ex ea parte cuius radix ſyrpis auellitur: uel potius ut alii di
cunt ſiliginem. hæc ille. Hordeū autē dictū qdam uolunt ꝙ ante oīa frumenta
ſit aridū: ſed meliorē deriuationē in ea dictione de aſpiratis latinis uidebimus
triticū a trituādo diciť quo teſte Plinio nihil eſt fertilius ex quo ut ait maxime
alitur homo. far ut nōnulli aſſerunt a frangendo ſimiliter dicitur. Nā cū apud
antiquos molarum uſus non eſſet: frumentum in pila miſſum frangebant qđ
genus erat molendi: uocabātq; adoreū ab adolendo hoc eſt ſacrificādo: unde &
adorea ſacrificia dicebantur. farinam a farre dictam Plinius dixit nomine ipſo

apparere Idem ait panicum a paniculis ſuis nominatum . Ariſtam ab aridi-
tate appellatam uolunt: & ſunt ea ſpicula quæ emittit ſpica : a quibus & ipſa
nomen aſſumpſit. Varro uero ſpicaꝫ a ſpe dictam uoluit . Quin & hic ſpicus &
hoc ſpicū cōperitur: Cicero in aratro: ſpicum illuſtre ferens inſigni corpore uir
go. Sed teſte Seruio ſuper primum geor. maſculinum uſum ĩ utroque numero
habemus . Neutri uero in ſolo ſingulari & raro. Nam pluralis nunquam lectus
eſt. Culmus quaſi calamus dicitur: ſtipula eſt culmi uagia dicta ut nōnulli pu
tant quaſi iuſta: dicente etiam Virgi. li. geor. primo: Atq; leuem ſtipulā crepitā
tibus urere flāmis. Paleo a pabulo dicitur Nam ea ſola primum in paſcēdis aīa
libus præbebatur: quo ſane uocabulo non ꝓprie culmi: ſed folliculai ipſa gra-
nuloruꝫ cōpræhenduntur. Virgi. ĩ primo geo. Surgentem ad zephyrum paleæ
iactantur inanes. legumina a legendo dicta ſunt: eo ꝙ manu legant̃ & nec ſecti
onem patiantur. Pilunnus uocauit Plinius qui pilum piſtrinis inuenerunt.
Piſtores a pinſendo. Sane eodem teſte piſtores nō romæ fuerūt ad perſicū uſque
bellum annis ab urbe condita ſuper quingētos octoginta. Ipſi panes faciebant
quirites: mulierum id opus erat ſicut etiam nunc in plurimis gentium. Et pau
lo poſt ſubdit: Piſtoreſq; tantum eos q far pinſebant nominatus: nec cocos ha-
bebant ĩ ſeruitiis: eoſq; ex macello conducebant: Et ut idem in eodē libro. xviiii.
dixerat cribrorum genera galliæ ſetis equorum iuenere: hiſpaniæ litio excuſſo-
ria: ægyptus papyro atque iūco. arbor uero a frutice ita differt ut frutex ab her
ba. Nam frutex is eſt qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſurgit: & ſta-
tura ſimilis eſt multis herbis. ſane & inter frutices ſoboles illa arborū ex plantu
la cōputatur: a qua fruticari uerbum quaſi fruticem renaſci ex arbore. Cicero
ad Atticum expreſſit cum ait: exciſa ē enim arbor non euulſa. Itaq; q̃ fructifice
tur uides. nam id quod ſæpe legimus fruticati pilum tranſlatum eſt. frōdes ali
qui a fero: alii a fluo dictas uolunt: & tantū ſunt arborū: folia uero & arborū &
herbaꝝ & floꝝ. Vineta & uineæ teſte Varrone a uite multa dicunt̃. uitis a uio:
ad a ui hinc uindemia quod ē uini demia aut uiti demia . Malleolus ut placet
Columellæ eſt in modum mallei roſtra habens aptus plātationi: & a ſarmento
ſic diſtat ut pars a toto. uerum quando arefacta ſarmenta ſunt: cum malleolis
igni reſeruata indifferenter uocantur. Nam & Hānibalem legimus ſarmēta cor
nibus boū alligaſſe: eaq; incendiſſe ut hoſtes fallere. Et nōnullis ciuibus roma-
nis quod domus haberēt plenas malleolorū ad capitoli uel urbis incendia frau
di fuit. Sane fructuum arboꝝ & fruticū: quidā minutiſſimi & denſius naſcūt:
& hiacini uocantur quidam uero diſperſius & rarius: & hi baccæ dicuntur. Nā
inter acinos enumerantur uua: grana heræ grana ſambuci grana ebuli grana
mali punici addā & grana mororum: & qcquid his eſt ſimile. Inter baccas uero
fructus lauri: fructus oliuæ corniloti quam fabam ſyriacā uocant myrti lētiſci
ſimiliūq;. Nōnunq̃ uero acini & baccæ a poetis indifferēter ponuntur ut Vir-
gilius in ſileno. Sanguineis ebulibaccis minioque rubentē. Supra hæc autē pōa
ſunt & dicunt̃ dūtaxat quibus ueſcimur inter quæ cōnumerant ceraſia & me-
ſpila: hoc eſt quæ nec acini nec baccæ noīantur. Nuces uero dicūtur ſicut cory
lus ſiue a loco auellana amigdalus & glans & ſiq̃ ſunt his ſimilia. Nā caſtaneaꝫ
in nuces referri quibuſdam uiſum eſt ut Virgilius in alexi: Caſtaneaſq; nuces
mea quas amaryllis amabat glandem uero quidam in numerum pomorū: qdā
nōnulli uero: qa ſiluestris paſtio eſt & porcoꝝ in ſua ꝓpria denominatione eſſe

uoluerunt. At Caius iuriſcōſultus & Vlpianus glandis nomine omnes fructus
eſſe dixerunt: ut Iabolenus ait exēplo græci ſermonis: apud quos oēs arborum
ſpecies ακρόΔρυα appellantur: ſiluā a græco quod eſt ξύλον. i. lignum dici q-
dam putant & generale nomen eſt: ꝓpterea ſolet eſſe cedua. ſaltus uero ſilua i-
uia eſt nec tranſeuntibus ꝑuia: in quo paſſi atq; æſtiuare pecudes ſolent: aut ſi
locus aerq; patiat̃ hyemare: & a ſalio dictū uolunt. Nemoro autē ut qdā putāt
uoluptatis cauſa cōparata & plena amœnitatis ſunt: ut quaſi numina eſſe & di
ci uelint. lucus religioſus eſt & nequaq̃ cæduus. uel potius manu cōſitus: & ali
cui deo uel alicuius hominis funeribus cōſecratus: ideoq; aut circa delubra nu
minum aut circa ſepulchra uirorum poſitus erat.

A griophagi cum. i. latino &. ph. aſpirato ſcribitur: populi erāt æthiopium uerſus
occidens: q teſte Solino ſolum pantheraꝝ & leonum carnibus uiuebant. unde
αγριον. i. ferarum: φάγοι hoc eſt comeſtores dicuntur.

A grippa cum. i. latino & duplicato. p. ſcribitur: ubi e ſuꝑabundanti unū. p. ſuꝑad
ditur: nomen eſt cōpoſitum ex ἄγρια dolorem indicat. & πούσ. i. pes quaſi do
lens pedes: unde omnes q pedes dolent agrippæ dici poſſunt. Quin & teſte No-
nio omnes qui anteductis pedibus oriuntur agrippæ uocantur.

A gron cū. r. poſt. g. ſcribit̃: fuit teſte Herodoto libr. hiſtoriaꝝ. i. primus qui inter
heraclidas ſardis regnauit: & ut idem oſtendit ultimus candaules.

A iax cum. i. latino atq; abſq; aſpiratione ſcribitur: unde miror de Gaſparino uiro
alias diſerto & in multis probato: qui omnem prorſus ſcripturam græcā igno-
rauit: & de orthographia græcarum dictionum ſcribere tentauit. Nam Aiacem
cum aſpiratione ſcribendum eſſe dixit: Azimum cum. i. latino quod cum græ-
co ſcribitur. Coſmographiam cum. ch. aſpirato: quod nequaq̃ aſpirari pōt. An
tomon cum. th. quod nullam aſpirationem habet.. Et mille alia in quibus litte-
raturam omnem græcam peruertit præter in pauculis quæ uel a Guarrino ue-
ronenſi doctiſſimo uiro uel ab alio litterarum græcarum erudito audire ualuit
ſed hæc hactenus. fuit igitur Aiax Telamonis regis filius ex Heſiona Laumedō
tis nata: ut uidetur uelle Homerus. Sophocles uero & alii fere omnes poetæ græ
ci ex alia uxore natum anteq̃ Telamoni Heſionem Hercules ipſe donauerit: ex q̃
ſolum Teucrum natum dixerunt. hic uidens arma Achillis nō ſibi ſed Vlyxi ĩ
uirtutis ſingulare præmiū potius fuiſſe conceſſa in inſaniā cōuerſus ē: & cum
ad Vlyxis paſcua deueniſſet ratus illius cōmilitones occidere: oues & quædam
pecora trucidauit: atq; alia nōnulla in caprū quendā quē Vlyxē eſſe putabat
crudeliter attērauit. Quæ poſtq̃ ſe ꝑ iſaniā feciſſe reſciuit: arrepto ꝓprio gladio
ſeipſuꝫ iterfecit: ut late & eloquētiſſime narrauit Soophocles ĩ ea tragœdia: cuius
titulus ē αἰασ μαστιγόφοροσ. Et partē tetigit Iuuena. in ſatyra Plurima ſūt
fuſcine cū ait: Hic boue ꝑcuſſo mugire Agamēnone credit̃. Quoꝝ concertatio
nē. Ouidius elegantiſſime tranſtulit in libr. xiii. metamorphoſeos: ubi cōcludēs
ait. Quid facundia poſſit: tunc patuit fortiſq; uiri tulit arma diſertus: fuitq; ſe
pultus in rhœteo ꝓmontorio iuxta troiā. Alius fuit Aiax Oilei filius in curren-
do ꝑnix: ut dixit Homerus li. ii. iliados. & ut ꝑgit cognomine minor: qa non tan
tus quātus Aiax Telamonis filius erat: ſed multo minor & membris & uiribus.
Verum ꝑitia uibrandæ utendæq; lanceæ inter oēs græcos facile princeps. Ob
cuius noxā ut dixit Virgili. libro. ænei. i. qa cōcubuerat in tēplo Palladis cum
Caſſandra regis Priami filia: Pallas ne exurere claſſem Arginum atq; ipſos po-

tuit ſubmergere ponto.& reliqua ubi mortem illius deſcribit.

A labaſtrum cũ unico.l.&.t.ſine aſpiratione ſcribit̃: genus ẽ marmoris plucidi &
colorũ uarietate diſtincti.ut teſtis ẽ Plinius lib.xxxi.&.xxxvi. naturalis hiſto.

A lalia cũ.i.latino ſcribit̃:fuit teſte Herodoto lib.hiſtoriarũ.i.urbs ĩ inſula cyrne.

A laſtor cum unico.l.&.t.non aſpirato ſcribitur:fuit ex ſociis Aiacis Telamonis ĩ
bello troiano.

A lazones cum unico.l.&.z.conſonãte ſcribit̃:ſunt teſte Herodoto lib. hiſtoriaruꝫ
*iiii.*populi ſcythici hypanim fluuium accollentes. quos in adiutorium troiano
rum ueniſſe oſtendit Homerus lib.iliados.ii.

A lbum cum.b.ſcribitur:quod ſabini teſte Feſto cum.p.ſcribebant & dicebant al-
pum:& ab dictione græca quæ ἄλφη dicitur:& candorem denotat tractum aſ-
ſerit. Vnde credi poteſt alpeum nomen deduci:& ſic quoq; a cãdore nominari.
Nãq; alpes græcam eſſe dictionem conſtat.

A lcamenes cũ.c.ſimplici ſcribitur:fuit uir ſtatuarius:de quo Quintilianus libro
xii.de inſtitutione oratoria meminit.

A lcanor cum.c.non aſpirato ſcribitur:nomẽ eſt uiri proprium:de quo Homerus
& Virgilius mentionem fecere. Virgilius libro.ix.æneI.Pandarus & bitias idæo
alcanore creti:& in.x.ait:Huic frater ſubit alcanor.

A lcathus cum.c.non aſpirato &.th.aſpirato ſcribitur:habetq; accentũ in ſecũda:
fuit ex principibus troianis:ut oſtendit Homerus lib.xii.ilia.

A lcathoe cum.c.ſine aſpiratione &.th.aſpirato ſcribitur:urbs fuit ut quidam pu
tant eadem cum megara:de qua dixit Ouidius libro metamorphoſeos.*viii.* Al-
cathoe quam niſus habet.& reliqua.

A lcæus cũ.c.nõ aſpirato &.æ.diphthõgo ſcribitur:fuit poeta lyricus & patria my
tilenæus dicente Sappho.Nec plus aculæus conſors patriæq; lyræq; laudis Ha-
bet:q̃uis grandius ille ſonet. Et Horatius in ſecundo carminum: Et te ſonante
plenius aureo alceæ plectro:de quo etiam meminit Herodotus lib. hiſtoriarum
quinto. Alius fuit Gorgophonis thebani filius & Amphitryonis pater ut oſten-
dit Euripides a quo Alcides Hercules ipſe ut quidã uolunt cognominatur.

A lcenor cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitur: fuit teſte Herodoto uir ar-
giuus.

A lcedo abſq; aliqua aſpiratione atq;.e.abſq; diphthongo ſcribit̃ non ẽ dictio græ
ca ut quidam putãt ſed latina:ut teſtatur Priſcianus in.*vi.*declinaturq; huius
alcedinis.& eam auiculam eſſe exiſtimo quam græci halcyonem uocant. Vnde
ait Plautus in penulo.Quam mire dulce eſt cum ibi alcedo pullos educit ſuos:
& forte philomenam intellexit.

A lceſta:alii Alceſtet:nõnulli Alceſtis.abſq; aliqua aſpiratione uel diphthongo &
cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Nomero lib.ii.ilia. Admeti cõiunx & filiarum
Perelei regis theſſaliæ formoſiſſima:ex qua & uiro Admeto natus eſt Euemelus
qui ad troiã cũ aliis græcorũ ducibus ueniens undecim præfuit nauibus: hæc
adeo uirum ſuũ amauit:ut cũ ad mortem ille ægrotaret:& ab oraculo reſpõſũ
eſſet ipſum proxime moriturum ni aliquis ex propinquis loco eius uoluntaria
morte morerẽ:ipſa auide mori uoluit:quod cæteri propinqui penitus ſpreue-
runt. Quare dixit Seneca in Medea cõiugis fatum redimens Pheræi uxor im-
pendit animam marito & Ouidius tertio de ponto ad uxorem dixit: Si mea
mors redimenda tua quod abominor eſſet Admeti coniunx quam ſequeris

erat. Ideoq; in obbrobrium fœminarum ſui temporis dixit Iuuenalis in ſatyra
Credo pudicitiam:Spectant ſubeuntem fata mariti Alceſtem:& ſimilis ſi ꝑmu-
tatio detur. Morte uiri cupiant animam ſeruare catellæ.

A lcibiades cum.c.non aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribitur: fuit athenienſis Cli-
niæ filius:qui teſte Plutarcho genus Euryſace filio Aiacis Telamonii ducebat.
In hoc teſte Aemilio Probo quid natura efficere poſſit uidetur experta. Et nihil
eo fuiſſe excellentius uel in uitiis uel in uirtutibus. Natus eſt enim in ampliſſi-
ma ciuitate:ſummo genere:& omnium ætatis ſuæ multo formoſiſſimus:ad om
nes res aptus:conſiliiſq; plenus. Nanq; imperator fuit ſummus & mari & terra
diſertus,ut in primis dicendo ualeret:cuius tanta erat commendatio oris atque
orationis:ut nemo ei dicendo poſſet reſiſtere. diues cum tempus poſceret labori
oſus:patiens:liberalis:ſplendidus non minus in uita q̃ uictu. Affabilis:blãdus:
temporibus calidiſſime ſeruiens. Idem ſimul ac ſe remittebat:neq; cauſa ſuberat
quare animi laborem perferret. Ita luxurioſus:diſſolutus:libidinoſus:intempe-
ranſq; reperiebatur:ut omnes admirarẽtur in uno homine eſſe tantam diſſimi-
litudinem tamq; diuerſam naturam. Idem educatus fuit in domo Periclis pa-
trui ſui:ut dixit Iuſtinus. Aemilius uero dixit illum Periclis fuiſſe priuignum
fuitq; eruditus a Socrate. Ipſe quoq; ineunte adoleſcentia amatus eſt a multis:
atq; etiam a Socrate.de quo mentionem facit Plato in ſympoſio. Nam eum ĩdu
xit commorantem ſe pernoctaſſe cum Socrate:neque aliter ab eo ſurrexiſſe ac fi
lius a parente debuerit. Poſtea q̃ robuſtior eſt factus non minus multos ama-
uit. In quorum amore quoad licitum eſt odioſa multa delicate iocoſeq; fecit. So
cerum habuit Hipponicum omnium græcæ linguæ eloquẽtiſſimum. Bella ue
ro quibus ipſe imperator præfuit:narrat apud græcos late Thucydes de bello
pelopõneſiaco:& Plutarchus in deſcriptione uitæ illius.apud noſtros uero cõ-
pendioſe Iuſtinus in libro ſui epitamatis.*v.* & ut concludunt Theopompus &
Timæus græci hiſtorici:hic cum athenis ſplendiſſima ciuitate natus eſſet: oẽs
ſplendore ac dignitate uitæ ſuperaſſet certum eſt. Poſtq̃ inde expulſus thebas
uenit:adeo ſtudiiſq; eorum inſeruiſſe dicunt:ut nemo animo eũ corporiſq; ui-
ribus poſſet equiparare. omnes enĩ boetii magis firmitati corporis q̃ ingenii acu
mini deſeruiunt. eundẽ apud lacedæmonios:quorum moribus ſumma uirtus
in patientia ponebatur:ut etiã noſter Cicero ſecundo tuſculanarum libro oſtẽ-
dit:ſic duritiæ ſe dediſſe ferunt:ut parſimonia uictus atq; cultus omẽs lacedæ-
monios uinceret. fuiſſe apud thracas homines uinolẽtos rebuſq; uenereis dedi-
tos:hos quoq; cum apud illos eſſet in his rebus anteceſſiſſe affirmant. Veniſſe
deinde ad perſas:apud quos ſumma laus eſſet fortiter uenari:luxurioſe uiuere
horum ſic imitatatum conſuetudinem dicunt:ut illi ipſi in his maxime admi-
rentur qbus effeciſſe ut apud quocunq; eſſet princeps ponerẽ:haberẽq; cha-
riſſimus. Verum eoꝝ qui tyrãnidẽ apud athenas exercebant conſilio & Lyſan
dri lacedæmonii artificio in phrygia interfectus eſt: cũ iam incendium domus
effugiſſet:quod illum interficiendũ fuerat paratuꝫ: & eius caput ad Pharnaba
zum rettulerunt:& cuius buſtum mulier quæ cum eo uiuere cõſueuerat: teſte
Aemilio Probo muliebri ſua ueſte contectum ædificii incendio mortuũ crema
uit:quod ad uiuum interimendum erat comparatum.

A lcidamus cum.c.exili &.i.latino ſcribitur: fuit teſte Cicerone in primo tuſcula-
narum rhetor antiquus qui mortis laudationem ſcripſit.

A lcides cum.c.non aſpirato &.i.latino ſcribitur:dicitur a poetis Hercules:ſic quoq; uel ab Alcæo auo:hoc eſt amphitryonis patre:uel ab αλκη quod eſt robur & fortitudo cognominatus.

A lcimus cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Plutarcho epirota.& uir bellicoſus.

A lcinous cũ.c.non aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit Nauſithoi filius: ut teſtis eſt Home.lib.vii.odyſſeæ:rex phæacũ iuſtiſſimus:dicente Orpheo in argonautica ἄλκινοσ κραίνεσκε δικαιότατοσ βασιλήων:fuitq; diligens hortorum cultor:quare dicit Virgi.lib.georg.ii. Pomaq; & alcinoi ſiluæ.i.arbores pomiferæ quas ille in pulcherrimam formã ordinauerat.unde Ouidius in.xiii.metamorpho.libro : Proxima phæacũ fœlicius obſita pomis Rura petunt.ad hunc teſte Homero in odyſſea naufragus uenit Vlyxes: qui honorifice & regio conuiuio ſuſcæptus errores ſuos enarrauit:cui rex ſi ſecum remanere cõſenſiſſet:Nauſicę filie cõiugiũ offerebat:qđ ille renuẽs multis ab eo muneribus donatus:& naue cũ ſociis diſceſſit.Sane ꝑ ſynæreſim Alcinus abſq;.o.nõnũq̃ ab auctorib⁹ poiť.

A lcippe cũ.c.exili &.i.latino atq; duplici.p.ſcribiť:nomẽ ẽ ꝓpriũ fœminæ : de q̃ ſæpiſſime Theocritus loquitur:& quia ab αλκη:quod ẽ robur & fortitudo deriuatur:& hippos equus:ne forte aliunde deriuari credatur:cum.c.abſq; aſpiratione ſcribitur:ut ſimiliter Ariſtippus & Leucippus.

A lcinæon cũ.c.exili hoc ẽ ſine aſpiratione:& cum.æ.diphthongo ſcribiť:fuit philoſophus Crotoniates Pyrithi filius & Pythagore auditor.hic teſte Laertio primus de nature ratione ſcripſit:& aĩam dixit ĩmortalẽ atq; inſtar ſolis moueri.

A lcmaus cũ.c.nõ aſpirato &.a.ante.u.ſcribitur:fuit filius Amphiarai:qui Matrẽ Eriphylem in patris ultionem occidit:ut uidebimus in dictione Calliroe.

A lcmena cũ.c.exili ante.m.&.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit Electrionis & Lyſidice uxore filia:uxorq; Amphytrionis & Iouis amaſia.

A lcon cum.c.non aſpirato ſcribitur:fuit teſte Seruio ſup Daphnim cretenſis ſagittarius:cuius cum filium draco iuaſiſſet:tanta arte dixerit ſagittam ut ea currens in ſerpentis deficeret uulnere:nec tranſiret in filium alius faber fuit argẽtarius de quo Ouidius lib.metamor.xiii. Craterem æneæ ſibi quem fabricauerat alcon Nileus & longo celauerat argumento:

A lecto cũ unico.l.&.ct.non aſpiratis ſcribitur:una eſt ex furiis infernalibus:quã Virgi.dixit lib.vii.ænei.luctificã a lecto.nã ĩ accuſatiuo queãdmodũ in nominatiuo terminať:ut idẽ ĩ eodẽ lib.Reginã alecto ſtimulus agit undiq; bacchi: nec eſt alius caſus niſi genitiuus:qui teſte Seruio Alectus facit.& tres a poetis deſcribuntur:Tiſiphone:Alecto:& Megæra:quas Acherontis & noctis filias Heſiodus dixit:unde Orpheus in argonautica eorum nomina unico uerſu compræhendit dicens τισιφονη τεκαι αληκτοκαι δῖα μεγαίρα.

A lethes cum unico.l.&.th.aſpirato ſcribitur : nomen fuit proprium uiri troiani quaſi ἀλαθησ.i.uerax fuerit:de quo Virgi.lib.ænei.i.Et qua grãdeuus alethes Idem lib.ix.Hic annis grauis atq; animi maturus alethes.

A lgeo cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur:& ex uerbo græco deducitur : quod eſt αλγέωλγω.i.doleo uel rigeo:ita ut ſit frigus dolor quidãm membrorum rigore coniectus.

A lexandria cũ unico.l.&.x.conſonante atq;.i.latino ſcribitur: nomen fuit trium urbium conſtructarum ab Alexandro magno:quarum una fuit in ægypto per Dimocritem architectum.ut ſcripſit Vitruuius ĩ proœmio libri primi de architectura locum ſortitus haud longe ab hoſtio nili:ut dixit Solinus: quod plurimi canopicum dicunt : eãq; teſte Iuſtino lib.xi.totius ægypti caput eſſe iuſſit. Aliam ſtruxit idem Alexander in aſia:aliam in ſcythia ſup tanaim: ut teſtes ſũt Curtius & Iuſtinus.Sane poetæ noſtri nõnunq̃ loco.i.quod eſt ĩ penultima.e. ſurrogauerunt:ut Horatius libro.iiii.carminum: Nam tibi a quo die alexãdrea ſupplex:& uacuam patefecit aulam. & inde alexandræus cum.æ.diphthongo deducitur.

A lia cum unico.l.&.i.latino teſte Seruio in.vii.ænei.ſcribitur: Idq; oſtendit Lucanus cum dixit.Quas aliæ clades eſtq; teſte Liuio libro.v.ab urbe fluuius.xi. lapide uia tyburtina ab urbe diſtans e montibus cruſtumeriis in tyberim defluens.apud hunc.xv.Kl.augu.Galli duce Brenno romanos ſtrauere : & poſt triduo urbem etiam deleuerunt:excæpto capitolio.Virgilius uero libro.vii.ænei. metri cauſa cum duplici.l.ſcripſit dum ait:Quoſq; ſecans infauſtum interluit. Allia nomẽ ꝑ quem modũ relliquias nõnunq̃ cum duplicato.l.ſcribimus.

A lyattes cũ unico.l.&.y.græco:atq; duplicato.t.ſcribitur:fuit filius Sadiattis regis lydiæ:& pater Crœſi:ut ſcribit Herodotus libro hiſtoriarum primo.

A lyba cum unico.l.&.y.græco ſcribitur:regio eſt teſte Homero lib.ii.ilia.nõ lõge a myſia:ubi argentifodinas eſſe dixit

A litos cum unico.l.&.i.latino atq;.t.nõ aſpirato ſcribitur:fuit teſte Homero libro ſecundo ilia.una ex urbibus boetiis:quam herboſam aliarton uocat.

A licarnaſus cum unico.l.ſequẽte.i.latino &.c.exili atq; unico.s.ſcribitur:a nonnullis ex noſtris abſq; aſpiratione principii ſcribiť: ſed quia a græcis ſemp aſpiratur:ut etiã ex eius deriuatione monſtrabitur:inter aſpirata locabimus.

A liptes cum unico.l.&.i.latino atq;.t.non aſpirato ſcribitur.apud nos dici ꝓprie poteſt unctor.nam ab αλέφω uerbo græco quod eſt ungo deriuatur:quo uocabulo uſus eſt Iuuenalis ĩ.iiii.ſatyra:dum ait de græculo : Grãmaticus rhetor geometer pictor aliptes.

A lyſonii cum.unico.l.ſequente.y.græco ſcribitur : populi ſunt ſcythiæ aſiaticæ: ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum quarto.

A litta cum unico.l.&.i.latino atq; duplicato.t.ſcribitur:dicitur teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo lingua arabica Venus.

A llegoria cũ duplici.l.&.i.latino ſcribiť:põt ſecundũ uocabuli litteraturam dici alieni loquiũ.Elegãtes uero ĩuerſionẽ interpræntať:ut aliud uerbis: aliud ſenſu oſtẽdat.Virg.ĩ palæmone:Claudite iã riuos pueri ſat prata bibere: hoc eſt deſinite iam plura canere:qa ſat ſupq; audiuimus. Et in fine libri ſecundi georgi. Sed nos ĩmenſũ ſpaciis cõfecimus æquor.Et iã tẽpus equũ fumãtia ſoluere colla:hoc eſt que tractanda fuerãt explicuimus;Iam cõgruũ eſt carmen finire.Huius ſeptem ſunt ſpecies Ironia:Antiphraſtis:Aenigma:Carientiſmos:Parœmia: Sarcaſmos:& Aſtiſmos.de quibus in dictionibus & uidimus & uidebimus.

A llophylos cum duplicato.l.in principio &.y.græco in penultima atq; ſequente unico.l.ſcribitur:dici poteſt a noſtris alienigena.Nam componitur ex αλλο: quod eſt aliud:& phylos:quod cum.y.græco ſcriptum gentem deſignat.

A llotheta cum duplici.l.& in peuultima cum.th.aſpirato:in ultima uero cum.t. ſimplici ſcribitur:dici poteſt latine aliter poſita.Nam componitur ex αλλωσ: quod eſt aliter:& θετα poſita.

A loeus cū unico.l.ſequente.o.&.eu.diphthongo in ſine ſcribit̃:fuit Titani filius ex terra.hic teſte Homero lib.xi.odyſſeæ Ipimediá uxoré habuit:quá oẽs alii poete & ſcriptores græci Ipemediá uocant.eodẽ mõ Seruius noſter in.ix.Virgilii librum:hæc itaq; adulterari cõſueuerat cū Enipeo quodam:In cuius ſpeciẽ uerſus Neptunus illá grauidaſſe dicit̃. Nam ut ait Homerus φάσκε ποσειδάωνι μιγῆναι hoc eſt dicunt illam Neptuno fuiſſe cõmixtá: quæ illi uel marito:ut alii uolunt gemellos pepit Oetū & Ephialtẽ:qui aloides á putatiuo patre cognominati ſunt:dicente Ouidio lib. metamorphoſeos.vi.cū ad Neptunū loqueret̃ Tu uiſus enipeus gignis aloidas.Sed cum hi teſte Seruio ſingulis ebdomatibus nouem digitis in corporis proceritatem extenderent̃: nouem ulnis excreuerūt ut dixit Homerus lib.xi.odyſſeæ:cum ait ἐννέα τήκεεσ ἠσαν.Verū parátibus titanis bellū aduerſum Iouem:nec ad illud decrepitus Aloeus accedere poſſet: hos miſit geminos contra deos:quod Lucanus ipſe tetigit quádo libro.vi.dixit.

Impius hic prolem ſuperis ĩmiſit aloeus Inſeruit celſis prope ſe cū pelion aſtris.

ſed confixi ſagittis ab Apolline & Diana in infernum detruſi ſunt:dicente Virgili.libro æneí.vi.

Hic & aloidas geminos ĩmania uidi.
Corpora:qui manibus magnum reſcindere cælum
Agreſſi:ſupiſq; Iouẽ detrudere regnis.

Sed ut ſcribit Home.li.v.ilia.bellū prius cum Marte geſſerunt:quẽ uinctum catenis.tredecim menſibus truſum in carcere tenuerūt:ĩ quo ſane ꝑpetuo ꝑduraſſet:niſi admonitu & ꝓcibus Eriboæ nouercæ.i.Iunonis:furtim a Mercurio liberatus fuiſſet.Quod etiam Claudianus noſter de laudibus Stiliconis agens tetigit quando ait: Cum gemini fratres genuit:quos aſper aloeus Marteʒ ſubdiderint uinclis.Et inde Carolus Arretinus conterraneus meus in elegia ad Pogium inquit ad Mercurium loquens: Tu mactas argū:marti tu uincula ſoluis:Vincula quæ ſcæuo carcere nexa deo.

A lope cum unico.l.ſcribit̃:& in fine accẽtum detinet apud græcos:fuit Cercyonis filia:a cuius nomine cognominata eſt alope ciuitas theſſaliæ.de qua meminit Homerus lib.ii.ilia.Et alopetes ciuis dicitur.

A lphabetum cum.ph.aſpirato &.t.non aſpirato ſcribit̃: nomen eſt compoſitum ex nominibus duarum primarum litterarum græcarum: uidelicet ex alpha & beta:quarum ſecundum cū.t.exili ſcribitur:ut in ea dictione uidebimus. Quare ait Iuuenalis in ſatyra Plurima ſunt fuſcine: Hoc diſcunt omnes ante alpha & beta puellæ.Et inde alphabetum quod apud græcos ordinem litterarū numerum deſignat.Et prima littera unum denotat:ſecūda duo:& reliquæ modo cõſimili apud antiquos indicabant.Quod & ſi aliquando apud noſtros itidẽ antiquos obſeruatū fuerit.ut affirmare uidetur Priſcianus libello de numeris nūc uero præter paucas reliquæ numerum non deſignant. Verum.c.pro centū ponimus.d.pro quingentis.i.pro uno.l.pro quinquaginta.m. pro mille.u.ꝓ quinq;.&.x.pro decem ſcribere conſueuimus.

A lpheus cum.e.abſq; diph.ſcribitur. Nam licet apud græcos ſit ei.diphthongus nam ſcribitur ἀλφειοσ:nos tamen diph.in.e.longum conuertimus fluuius eſt helidis ciuitatis arcadiæ iuxta piſam decurrens:ut auctores quiq; aſſerunt:qui longo tandẽ curſu in achaia demergitur.& ibi a terra abſorptus atq; ſubter mare defluens:ex græcia in fontem arethuſam apud ſyracuſam in ſicilia ſe attollit & inde in mare ſiculum cadit. Vnde Virgilius libro.iii.æneidos ait. Alpheum ſama eſt huc helidis amnem.Occultas ægiſſe uias ſubter mare qui nunc Ore arethuſa tuo ſiculis confunditur undis.

A lpes græcum eſſe dixit Feſtus:ab αλφη:quod eſt candidū deductum: qa perpetuis fere niuibus albeſcunt:unde ait Priſcianus in.vii.αλφειο:cuʒ.ει. diphthõgo in fine apud græcos ſcribitur:quam quidam ex noſtris in.i.cõuertunt: & dicunt alpis cum.i.finali ut ſardis:& ſyrtis.Sed plæriq; diphthongum in.e.cõuerrunt:& dicunt alpes.hæ omnem italiam inacceſſibili muro cludẽtes a tota gallia & germania ſecuram reddebant:ſed cum illas peruias igne & acceto Hannibal pœnus effecerit:ab illo teſte Seruio non ſolū eius loci mons apœninus dictus eſt:ſed omnis eius montis tractus q per totá diſcurrit italiam:& uſq; in ſiciliam ꝓtenſus eſt apœminus eſt cognominatus quaſi alpes pœni.Vnde Virgili. libro.xii.ænei. Quantus gaudetq; niuali Vertice ſe extollens pater apœminus ad auras.Et Lucanus de illo inquit:Nulloq; a uertice tellus Altius intimuit ꝓpriuſq; acceſſit olympo:& ut ait Plinius libro.xxvi.naturalis hiſtoriæ in portẽto prope habuere maiores alpes Hannibale exuperatas: & poſtea a cimbris nūc ipſe cæduntur in mille genera marmorum.

A lthæa cum.th.aſpirato &.æ.diphthongo ſcribitur:habetq; accentum in penultima:nomen fuit proprium uxoris Oenei regis ætoliæ:cuius regia ciuitas erat calydon Teſtii filia:& mater Meleagri:quẽ fatali ſtipite conſumpſiſſe ſcribitur a poetis:dicente Ouidio libro primo de triſtibus.Vtq; cremaſſe ſuuʒ fertur ſub ſtipite natum Teſtias:& melior matre fuiſſe ſoror.

A lucinari ꝑ unicum.l.ſcribitur:& ex græco factū quod ẽ αλυειν dixit Cloatius uerus in libris:quos teſte Gellio lib.xvi.noctium atticaꝝ ĩſcripſit uerboꝝ e græcis tractorum.unde lucium quoq; dictum eſſe putat tarditatẽ quádá animi & ſtuporem qui alucinantibus plærūq; uenit.

A maracus cū.c.nõ aſpirato ſcribit̃:fuit teſte Seruio ſup.i.ænei.puer regius q cū ꝓcioſa deferret unguenta caſu lapſus:& fracto uaſe ĩgenti cõcæpto odore ĩ odoriferam herbá cõuerſus ẽ:de q̃ Virgi.Vbi mollis amaricus illū floricus & dulci ſpirás cõplectitur umbra.hác Diaſcorides dixit a romanis perſam dici.

A maranthus cū.th.aſpirato ſcribit̃:flos ẽ purpureus gratiſſimi coloris qui apud nos ĩmarceſcibilẽ ĩdicat:de quo Pli.li.ii.xxi.natu.hiſto.inqt.amarāthus ẽ ſpica purpurea uerius q̃ flos aliqs:& ipſe ſine odore ꝓuenit auguſto mẽſe durat ĩ autumnū:ſumma natura eius ĩ noĩe appellatiuo.quoniá non mareſcit: ſed poſtq̃ defecerunt cuncti flores madefactus aqua reuiuiſcit:& hibernas coronas facit. de hoc Ouidi.li.iiii.faſtoꝝ:Has hiacynthe tenes:illas amaranthe morari.

A maryllis cum.y.græco in penultima ſequente duplicato.l.&.i.latino in ultima ſcribitur:nomen fuit ruſticæ proprium:de qua & Theocritus & Virgilius ſæpe meminere.

A malthea cum.th.aſpirato & abſq; diphthongo ſcribitur: fuit Iouis nutrix quá Lactantius libro inſtitutionum primo una cum ſorore Meliſſa:quæ ſcilicet patris nomen detinebat:Iouem puerū caprino lacte & melle pauiſſe aſſerit. at Parmenius poeta græcus capram illam fuiſſe dixit:quæ geminos hædos parere ſolebat.& tunc illo tempore enixa fuerat.quo Iuppiter ad regem cretæ Meliſſum nutriendus miſſus fuerat:& filiabus eius in cuſtodiam datus: quæ cum tunc forte lacte carerent illum ad capram amaltheam expoſuerunt.

A mathus cum.th.aſpirato ſcribitur:inſula eſt in mari ægæo quæ Veneri ſacra

tuit.ipſa dicente apud Virgiliuʒ lib.æneí.x.eſt amathus: eſt celſa mihi paphos
atq; cythara.Ipſa eadem eſt metallorũ fœcundiſſima:dicente Ouidio libro me-
tamor.x.At ſi forte roges fœcũdam amathũta metallis. Et inde amathũteus ut
Ouidius in eodem libro.Lactantes uitulos amathũteaſq; bidentes.

Amathuta penultima cũ.th.aſpirato & ultima cum.t.ſimplici ſcribitur:fuit uxo
ris.Athamantis regis thebarũ nomẽ quæ ante deificationem uocata fuit Ino.

Amaſenus cũ unico.s.&.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fluuius eſt uolſcorum pri-
uernatum:ultra quẽ Metabos uolſcorum rex & Camillæ pater ſubditorum irã
fugiens telo alligatam ipſam filiã Camillam ꝓiecit:ut oſtendit Virgi.lib.ænei.
xi.Quoniam ex eo nomine eſſe alium in ſicilia fluuium oſtendit Ouidius libro
metamorphoſeos.xv.dicens:Nec non ſicanias uoluens amaſenus arenas: Nunc
fluit:interdum ſuppreſſis fontibus aret.

Amaſis cum unico.s.poſt.a. & ante.i.latinã ſcribit̃:habetq; accentũ ĩ penultima
fuit teſte Herodoto lib.hiſtoriarum.ii.ægypti rex : cuius tumulus fuit una py-
ramidũ:dicente etiã Lucano lib.ix.Non mihi pyramidũ tumulis euulſus ama-
ſis.hunc Plato dixit in timeo athenas apud græcos ædificaſſe:ante quẽ teſte Põ
ponio trecenti & triginta reges in ægypto fuere: quare uetuſtiſſimos prædicãt
ægyptios.alius eodem nomine uir fuit maraphius patria & peditum Darii dux
contra cyrenenſes miſſus:ut Herodotus ipſe monſtrauit.

Amazones cũ unico.z.ſcribitur.Nam uocabulum eſt compoſitũ ex a quod ẽ ſine
& mazon mãma.& tam primã q̃ penultimam corripit:ut Virg.lib.xi.ænei.Pul
ſant & pictis bellantur amazones armis.fuerũt ſcythicæ fœminæ iuxta tanaim
fluuium primuʒ inhabitantes.deinde ad loca iuxta fluuium thermodoonta de
uenerunt:& ulterius inde ꝓcedentes magnam aſiæ partẽ occupauere:ut de his
omnia lib.ii.ſui epitomatis narrauit Iuſtinus.Nec uiris he fœminæ miſcebãtur
niſi in uere cum quibus uulgo delectari cõſueuerant quouſq; grauidas ſe ꝑſen-
tirent:quod Seneca in Hippolyto tetigit cum ait:

Et prorſus iſte gentis armigeræ furor
Odiſſe ueneris fœdera & caſtum diu
Vulgare populis corpus.& reliqua.E quibus ſi mares naſcebãtur: interficiebãt
illos.fœminas uero earum dexterioribus mãmis inuſtis ad conſueta ſua officia
exercebant.unde Amazones dictæ ſunt.

Ambidexter cuʒ.i.latino &.x.ante.t.exili ſcribitur:cõponiturq; ex αμφω: quæ la
tine ut ſupra uidimus transfertur ambo:& Δέξιοσ dexter.

Ambracia cum.c.exili hoc eſt ſine aſpiratione &.i.latino ſcribitur:ubi.p.in.b.cõ-
uertimus.Nam apud græcos ampracia ſcribitur:urbs eſt in epiro teſte Liuio li.
vii.de bello macedonico:aſpero ſubiecta tumulo:arcemq; habet in tumulo poſi
tam.Eſtque iuxta aretonem nauigabilem fluuium: dudũ fuit Pyrrhi regia: de
qua Ouidius libro nono metamoephoſeos : Præter erant uecti certatam lite
deorum.
Ambraciam:uerſiq; uident ſub imagine ſaxum
Indicis actiaco quæ nunc ab apolline dicta eſt.Nam ibi actium eſt oppidum &
promontorium : ubi Auguſtus uictis Antonio & Cleopatra:non modo refecit
ſed ampliauit tẽplum actienſis Apollinis:ut dixit Suetonius & actienſes ludos
inſtituit:ut uidimus in dictione actium. Sinus etiam huic urbi adiacens am-
bracia ſimiliter dicitur: cuius circuitum deſcribens Ptolemæus primo ponit a

carnanum oppidum:deinde ſubſequenter aratii fluuii hoſtia:deinde ambratiã
urbem:poſt illam actium oppidum & leucas promontorium:deinde aziliaʒ ur-
bem:deinde acheloi fluuii hoſtia qui terminus eſt epiri hoc eſt eius partis quæ
acarnania dicitur:ut in illis dictionibus uidimus.

Ambroſia cũ.i.latino ſcribitur:herba fert̃ dulciſſimi ſaporis adeo ut ex illa dei de
paſci ſint crediti:dicente Ouidio li.i.de ponto:Nectar & ambroſiã latices epulaſ
q; deoꝝ:Det mihi formoſa grata iuuenta manu.Diaſcorides uero dixit ambro-
ſia quam multi arthemiſiam dicunt:plurimas in frutice detinet uirgas longas
palmis tribus:habet folia in initio minuta ſimilia rutæ:uirgæ uero ſunt plenæ
ſemini quaſi acinis odorem uini habentes.Nec unq̃ herba floret:habetq; radicẽ
duobus palmis longa.Plinius arthemiſiam credit.Sane ab ambroſia adiectiuuʒ
ambroſius ambroſia ambroſium deriuatur quaſi diuinus diuina diuinum:aut
immortalis:& immortale.unde Homerus αμβροσιαι και χαιται.i. ut traduxit
Virgi.in.i.ænei.Ambroſiæq; comæ:hoc eſt diuinæ.

Amathiſtus penultĩa cũ.th.aſpirato &.i.latino:ultima cũ.t.exili ſcribitur lapis ẽ
præcioſus coloris purpurei cõtra ebrietatẽ ualens:unde nomẽ aſſumpſit.Nã.a.
negationem indicat & μεθη ebrietatẽ. inde amethiſtinus:ut Iuuenalis in ſatyra
Et ſpes & ratio inquit:Vendũt amethiſtina. at uero Horatius nõ ametiſthina ĩ
neutro:ſed amiſtidẽ amoto.th.aſpirato protulit in fœminino cum ait in li.car-
minum primo:Baſſum threicia uincat amiſtide quod acron annotauit aſſerẽs
ſic apud antiquiores prolatum:ſed ſuo tempore amethiſtis dici.

Amyclæ cum.y.græco &.c.non aſpirato ſcribit̃: fuit laconiæ ciuitas Apollini ſa
cra:ut oſtendit Homerus lib.ii.iliados.fuitq; Caſtoris & Pollucis patria:quod li
bro.iii.georg.Virgilius tetigit cum ait:Talis amyclæi domitus pollucis habenis
Cyllarus:& quorum graii meminere poetæ. Similiter Statius libro primo achi-
leidos:Soluerat œbalio claſſem de litore paſtor.Dardanus incautans blande po
pulatus amyclas.& inde amyclæus cum.æ.diphthongo deducitur: ut Virgili.
præfato libro.Armaq; amyclæũq; canem:creſſamq; pharetram:quaſi bonos ca
nes producat.& Ouidius octaua epiſtolarum heroidum inquit.Caſtori amy-
clæo & amyclæo polluci.alia hoc nomine uocitata fuit in italia urbs inter caie-
tam & tarrhacinam conſtituta:quæ teſte Seruio ſuper.x.Virgilii librum a laco
nibus qui Caſtoris & Pollucis comites fuerãt cõſtructa fuit quæ deinde tacen-
do periit:ut dixit Lucilius.& Virgilius tetigit in præfato libro cum ait:Tacitis
regnauit amyclis.Quod ſane per hunc modum fuiſſe fertur. Ciues eius urbis
tam pythagoream ſectam a cæde omnium animalium abſtinentes obſeruarent:
& ex uicinis paludibus natos ſerpentes occidere nephas putarent ab iiſdeʒ inter
empti ſunt:quaʒ ſententiã Plinius his uerbis libro quinto naturalis hiſtoriæ cõ
firmare uidetur dicens:Iuxta tarrhacinam fuere amyclæ a ſerpentibus deletæ:
hæc ille:ſed tacitas dixit amyclas Virgilius hoc eſt pythagoræas: quia tacitur-
nitatem Pythagoras primum diſcipulis per quinquennium indicebat.alii uero
exponunt cum frequenter falſo nunciarentur hoſtes : & inani terrore ciuitas
quaſſaretur.lata lege cautum eſt nequis unq̃ hoſtis nunciaret aduentum . po-
ſtea uero cum hoſtis nullo nunciãte ueniret:ex improuiſo ciuitas capta eſt.un-
de tacitæ dictæ ſunt:quia periere ſilentio.hinc eſt quod ait Lucilius mihi neceſ
ſe eſt loqui.nam ſcio amyclas tacendo periſſe.

Amyclas etiã in ſingulari ſimiliter cũ.y.græco &.t.exili ſcribitur: fuit nautu pau

prerimus in epiro:de quo Lucanus lib.v.plura proſequitur.

A myclon cum.y.græco ſcribitur:ciuitas fuit poeniæ ſeu mauis macedoniæ non
longe ab axio fluuio troianis auxilia mittens ut oſtendit Homerus lib.ilia.ii.

A mygdala cū.y.græco ſcribitur:dicit̄ a noſtris nux longa.Virg.lib.georg.primo
Cum ſe nux plurima ſiluis induet in florē:exponit Seruius.i.nux longa.

A mynæ cum.y.græco ſcribitur:fuerunt teſte Macrobio lib.iii.ſaturnalium loca:
ubi poſtea phalernum dictum fuit. Et inde amynæus cum.æ. diphthongo in
penultima ſcribitur.Virgilius libro georgicorum.ii.Sunt & amyneæ uites fir-
miſſima uina.

A myntas cum.y.græco &.t.non aſpirato ſcribitur:ponitur a Theocrito & Virgi-
lio paſtor:quo etiam nomine Alexandri auus hoc eſt pater Philippi cognomi-
natus fuit:quin & alii plures.

A myntor cum.y.græco &.t.exili ſcribitur: fuit teſte Homero lib.ilia.ii. Phœnicis
pater.Vnde dixit Ouidius in tertia heroidum epiſtolarum.Venerunt ad te te-
lamone & amyntore nati.

A mythaon cum.y.græco &.th.aſpirato ſcribitur:fuit uir argiuus pater Melam-
pi medici:ut oſtendit Homerus diuerſis in locis odyſſeæ:a quo Melampus ipſe
dictus eſt amythaonius. Virgilius libro georgicorum tertio. Amythaoniuſq;
melampus.

A mmon cum duplicato.m.& abſq; aſpiratione principii ſcribitur:e noſtris arena
dicitur.Nam cum Liber pater deuicta iam India p extrema lybyæ: cum toto ex
ercitu gradiens maxima ſiti laboraret:Ioui humiliter ſupplicauit ut in hoc ar-
duo caſu ſe patrem illi oſtēderet.Cui cum repente occurriſſet aries illo duce ad
limpidiſſimum fontem deductus eſt:moxq; ſub oculis āmirantis euanuit.Qua
re crediderunt cuncti arietem illum Iouem fuiſſe.ab huius ergo tantæ rei me-
moriam ſumptuoſiſſimum templum conſtrui fecit:quod Iouis ammonis hoc ē
arenarii cognominauit:in quo ſcilicet ſimulachrum arietis forma præſtabat.d'
quo Lucanus libro.ix.Catonis iter per libyam deſcribens ait:
Ventum eſt ad templum libycis quod gentibus unum.
Inculti garamantes habent:ſtat corniger illic
Iuppiter ut memerant:ſed non aut fulmina uibrans.
Aut ſimilis noſtro:ſed tortis cornibus āmon.Et inde āmoniacus gummi quod-
dam ſeu lachryma dicitur quæ ut late Plinius lib.xii.naturalis hiſtoriæ rettu-
lit:ex arbore gignitur quam metropon uocant iuxta oraculum Ammonis. Idē
lib.ii.eiuſdem operis prius dixerat ibidem eſſe fontem qui die friget : noctibus
feruet quod Ouidius libro.xv.metamorphoſeos tetigit cum ait.
Media tua corniger ammon.
Vnda die gelida eſt:ortuq; obituq; caleſcit.

A momum abſq; aſpiratione principii uel duplicatione ipſius.m.ſcribitur: herba
eſt ſuauiſſimi odoris quam Plinius lib.xii.naturalis hiſtoriæ naſci dixit ī arme-
nia:arabia & ponto.armenicam uero præ omnibus Diaſcorides laudat.

A morges cum.r.poſt.o.& ante.g.ſcribitur:fuit ex Darii ducibus unus qui in ca-
ria ceciderunt:ut oſtendit Herodotus circa finem libri quinti.

A mœbæus antepenultima cum.œ.& penultima cum.æ.diphthōgis ſcribitur:ge
nus eſt carminis æquali numero alternatim prolati: ut Virgilius in bucolicis
Alternis dicetis:amāt alterna camænæ.unde dicitur quaſi αμοιβαιον: quod

eſt alterne & mutue.Nam ab αμοιβω:quod eſt cōmuto deriuatur.

A mnis qdā græcū eſſe uolunt:& cōponi ex αμφω: quod ē circum & nare fluere.
Varro uero oſtendit eſſe latinū:& ab ambio quod eſt deſcendo deriuatum.

A mphiareus cum.i.latino & eu.diphthongo in fine ſcribit̄: fuit Oiclei filii anti
phatis filii Melampi filius.unde Statius libro thebaidos tertio inquit: Ac prior
Oiclides ſolita prece numē amicat.fuit Apollinis uates: & inter augures clarus
ita ut cū primum pubeſceret:ab argonautis uocatus acceſſit:ut eodem libr.Sta
tius ipſe monſtrauit:Deinde cum temporis ſucceſſu Adraſtus argiuoꝝ rex ex
peditionem in thebanos acturus eſſet:una cum Melampo uate montem amphi
ſanta aſcendit:uiſurus quid ex bello argiuis euenturum eſſet:& cum inter alia
preuidiſſet:ſe ex eo bello non reuerſurum latebras periit: quæ omnia Eriphilæ
uxori tanq̄ fidiſſime indicauit.Sed iam cinctorum principum exercitu parato
cum ſolus ipſe peteretur a cunctis & longior mora tedium pareret uniuerſis u-
xor illius pacta cum Argia filia Adraſti cingulum ſeu monile precioſum:quod
Vulcanus Hermione priuignæ & uxore Cadmi prius dederat maritum detexit
qui cum thebas cum aliis principibus non rediturus peteret : & die qua curru
& armis nobilis ueniſſet in prælium:facto repente maximo terremotu telluris
uoragine abſorptus obiit.quare dixit Statius libro.vi.uiuum illum & armatum
ad inferos deſcendiſſe.Cætera uero quæ inde ſecuta ſunt uidebimus in dictiōe
Eriphyle & dictione Calliroe.

A mphibolum cum.i.latino & unico.l.ſcribitur:a noſtris dicitur ambiguum.Nā
componitur ex αμφι quod eſt undiq;:& βουλυ cōſilium:unde amphibole uel
amphibolia:id eſt ambiguitas.

A mphibologia eodem mō ſcribit̄:& ex αμφι cōponitur atq; logia:quæ eſt ſermo-
cinatio:quaſi ſermo ille ſententiam dubiam indicet:ut dico lacedæmonas athe
nienſes ſuperaſſe.Simili modo reſpondit Apollo ad Pyrrhum dicens: Aio te æa
cida romanos uincere poſſe.fit etiā per incertam diſtinctionē:ut Virgi.li. ænei:
i.Bellum ingens gerit italia:ubi qs intelligere poſſet de ingenti italia ſicut de in
genti bello.& eodem libro.Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ:ubi teſte
Seruio dubium eſt an ipſam auream uel aurea cincula dicere uelit: Sed ſimilia
quādoq; metri ratione amphibologiam abiiciunt & certitudinem ex metro aſ
ſumunt.ut Virgilius in bucolicis:Mollia lutheola pingit uaccinia caltha: ubi
non poſſumus mollia ad caltha referre:hæc uaccinia ad lutheola quia ſi luthe
ola ſextus ſit caſus:non ſtaret uerſus.Ideꝫ libro æneidos.ix.ait: Criſtaq; tegit ga
lea aurea rubra ubi duo ablatiui ſunt & duo nominatiui quos metrica ratione
diſcernimus.Nam rubra & criſta longas habent ultimas quia ablatiui ſunt ca
ſus.fiet etiam amphibologia per cōmune uerbū ut deprecatur Cato: calumnia
tur Cicero:præſtolatur Brutus:dedignatur Antonius:in qbus non oſtenditur
an actioneꝫ denotent uel paſſionem.Simili mō fit in æquiuocis:ut ſiquis dicat
canis mordax eſt:non intelligitur an de celæſti ſidere uel piſce marino uel latra
bili animali loquatur:cū eoꝝ quiſq; mordere dicatur. Similiter acies acuta eſt.
ambigitur an de acie oculorum uel gladii uel militum.

A mphibracus cum.i.latino &.r.poſt.b.& ante.a.atq;.ch. aſpirato ſcribitur: pes ē
tribus ſyllabis conſtans & breuem ex utraq; extremitate atq; longam in metro
detinens quod nomen ipſum indicat.Naꝫ ex αμφι quod eſt undiq; & βραχυσ
breuis dicitur.

A mphilochus cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribitur: fuit athenienſis philoſophus
& agriculturæ ſcriptor:ut teſtis eſt Varro libro rerum ruſticarum primo.

A mphylitos cum unico.l.ſequente.y.græco &.t.non aſpirato ſcribitur: poteſt in
terpretari undiq; diſſolutus.Nam a λυω componitur quod eſt diſſoluo:fuit te
ſte Herodoto libro hiſtoriarum primo uir acarnanus:cuius oraculo fretus Pyſi
ſtratus deuictis apud marathona athenienſibus urbem tertio occupauit.

A mphimacrus cum.t.non aſpirato ſcribitur:pes eſt tribus ſyllabis conſtans: qua
rum prima & ultima longa eſt:& media breuis ut nomen eius indicat:quod eſt
αμφι.i.undiq;:μακροσ longus.

A mphimachus cũ.i.latío &.ch.aſpirato ſcribitur : fuit Amphiarei uatis ex uxore
Eripyle filius: quẽ Homerus cũ aliis græcorũ ducibus ad troiã ueniſſe ſcribit.

A mphion cum.i.latino ſcribitur:habetq; accentũ in penultima: fuit teſte Seruio
in alexim Iouis & Anthiopes filius. alii dicunt Mercurii a quo ſuſcæpta lyra
adeo dulciter canebat:ut ſaxa ad ſtruendos muros thebanos traxiſſe dicatur:di
cente Horatio in poetria: Dictus & amphion thebanæ conditor urbis
Saxa mouere ſono teſtudinis & prece blanda
Ducere quo uellet.& Statius libro thebaidos primo:
Penituſq; ſequar quo carmine muris
Iuſſerit amphion tyrios accedere montes.& Seneca in Hercule furente:Cuiuſq;
muros natus amphion Ioue.
Struxit canoro ſaxa modulatu trahens.ob quod dicebat Virg.in alexi:
Canto quæ ſolitus ſi quando armenta uocabat.
Amphion dircæus in acteo arachynto.Nam teſte Plinio lib.vii. naturalis hiſto-
riæ primus rationem muſicam adinuenit.

A mphiro cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Ocean
& Thetyos filia.

A mphirytes antepenultima cũ.i.latino.penultima cũ.y.græco & ultima, cum.t.
nõ aſpirato ſcribitur:inſulæ ponũtur ab Homero in hymno Apollinis: nec ubi
ſint explicat.

A mphiſa cum.i.latino ſcribitur:fluuius eſt in phocaica regione ut oſtẽdit Luca
nus in tertio.

A mphitryon cum.t.non aſpirato &.y.græco in penultima ſcribitur : fuit Alcæi
thebani filius qui Alcmenam Electryonis filiam ex liſydice formoſiſſimam ha-
buit uxorem a Ioue amatam:ex qua Herculem genuit: qui nonnunq̃ a marito
matris amphitryoniades a poetis dicitur.ſicut Helena a tyndaro tyndaris: quæ
ſimiliter Iouis filia dicitur.

A mphitrite cũ.i.latino utrobiq; & ſimiliter.t.abſq; aſpiratione alia ſcribitur: fuit
Neptuni uxor quã cũ neptunus primo uxorẽ ducere uellet: teſte Eratoſthene
poeta græco:& illa uirginitatem ſeruare cupet:fugeretq; ad Alanta queſitũ illã
Neptunus delphinẽ miſit:q cũ diuerſa p loca uagaret̃ ad uirginẽ tãdẽ puenit
Cui adeo efficaciter pſuaſit ut eorũ nuptias ſũma pace cõficeret: qua ppter ad
cælũ delphine tractũ & ſtellificatũ dicũt. & ponit̃ a poetis amphitrite cõiter p
aqua quæ uniuerſum circũplectitur orbem:dicente Ouidio lib.metamorpho-
ſeos primo:Nec brachia longo margine terrarum porrexerat amphitrite.

A mphiteatrum cum.i.latino ſequente.th.aſpirato & in fine cum.t.exili ſcribitur
& dici poteſt ad litteram undiq; ſpectaculum.Nam cum theatrũ ut in ea dictio
ne uidebimus formã habeat hemicycli:duo theatra in unũ coniuncta: amphi
theatrum cõſtituunt:ut oſtendit Plinius libro naturalis hiſtoriæ cũ de.C. Cu
rionibus penſilibus theatris pertractat.Nã teſte Cornelio tacito in geſtis Nerõis
ipſo &.L.Piſone conſulibus.C.Iulius Cæſar i campo martio primum amphithe
tri mollem poſuit.quam Suetonius ab illo deſtinatã poſtea ab Auguſto mauſeo
lum ædificaturo deſtructam dicit.Suetonius etiã i.C.Cæſaris operibus ſcripſit
Statilium Taurum amphitheatrum ædificaſſe.Et de Veſpaſiano primum : po
ſtea de Tito eius filio ſcribens amphitheatri opus utriq; attribuit.Sed de eo am
phitheatro quod colloſſeum dicunt:dubium uidet̃ quẽnam illud ædificaſſe di
camus.Nam quidem Veſpaſianum illud inchoaſſe & pfeciſſe:dicente Suetonio
in illius uita.Item fecit amphitheatrum urbe media ut deſtinaſſe cõpererat Au
guſtum.quidam Titum eius filium id opus confeciſſe. quidam Veſpaſianũ in
choaſſe:& Titum perfeciſſe putant.Sed amphitheatruꝫ dedicaſſe ſtratiſq; iuxta
celebriter extructis dixit Suetonius in illius uita.Vnde Martialis in epigrãmate
ad Titum:uel ut alii uolunt ad Domitianum.

Barbara pyramidum ſileant miracula memphis
Aſſiduus iactet nec babylona labor:
Nec triuiæ templo molles laudentur honores:
Diſſimuletq; deum cornibus ara frequens.
Aere nec in uacuo pendentia mauſeola
Laudibus immodicis cares in aſtra ferant
Omnis cæſareo cedit labor amphitheatro:
Vnũ pro cũctis fama loquatur opus.

Fuitq; hoc amphitheatrum in pte domus
aureæ Neronis quæ a Veſpaſiano & Tito penitus deleta fuit ut uidebimus i di
ctione colloſſus.& latius in dictione roma.Nec ſolum amphitheatrum dicebat̃
ſꝫ a multis arena ſæpiſſime uocitata ẽ.nã ſic quoq; ſimilis molles quæ nunc Ve
ronæ:& altera quæ Polæ conſpicitur arena noiatur. Quod nomẽ aſſumpſiſſe
puto ab arena quæ in medio illius plateæ ne gladiatores & alii defluerẽt ſterne
batur cũ lapidibus ſtratã fuiſſe ueriſimile ſit.Ideo ait Iuuenalis. Latum media
ſulcũ deducit arena.Nã certabant quandoq; inter ſe homines in amphitheatro
Nõnunq̃ cũ urſis leonibus & aliis feris beſtiis:qd̃ certamẽ munus gladiatoriuꝫ
dicebatur:& certantes ipſi gladiatores a gladio. gladius autẽ eſt mucro ſeu en-
ſis nõ cultellus ut male utuntur nõnulli.Dicunt̃ etiã beſtiarii pcuſſores: & la
niſtæ a laniando.Iuuenalis i ſatyra Stẽmata quid faciunt:Inuenies aliquo cuꝫ
pcuſſore iacentẽ.idem in ſatyra Credo pudicitiam.Teſtãdi cũ ſit leonibus atq;
laniſtis libertas.Similiter ab arena arenarii.& a rete quod artificioſe ferebant ut
inſequentẽ aduerſarium opirent.& implicitũ uiribus ſuperarent rætiarii dicti
ſunt:quod ræte a iaciendo iaculum appellabãt.Et ob ſimilem cauſam dicti ſũt
laquearii cum fugientem iniecto laqueo impedirent:pugnabãtq; ſæpiſſime fu
ſcina ſeu tridente:ut neptuno honorem impenderent. Vnde Iuuenalis i ſatyra
Stemmata quid faciunt inquit:Mouet ecce tridentem.Poſtq̃ uibrata pendentia
rætia dextra ne quicq̃ effudit.Nanq; multi primum capite damnati: mox alii i
bellis capti illic cum feris pugnando mortem oppetere cogebantur . ita ut teſte
Seneca duo qui ad id certamen portabantur:mortem ſibi prius conſtituerint.
unde etiam Claudius Cæſar paccatis ægyptiis & in poteſtatem redactis militi
bus quorum non parua manus ob affluentiã opum rebellauerat partẽ occidit

& partem pugnaturos cum beſtiis miſit. idem Ioſephus de captiuitate iudaica: Titum diuerſis in locis de captiuis iudeis feciſſe oſtendit. Sed deinde mali auari homines cum beſtiis pugnaturi publice accipiebantur. Verum hanc ſanguinariam uoluptatem pugnādi cum beſtiis primū athenienſes comperiſſe dicuntur:& ad ciuitatem in honorem ſcythicæ Dianæ conduxiſſe. Sed teſte Iulio capitolino in uita Popieni & Balbini multi ueterum dixerunt deuotionem hanc a romanis factam contra hoſtes: ut ſanguine litato Romani ipſi ſpecie pugnaꝝ ſeueriores fierent: ita ut pugnas uidentes & uulnera ferrūq; & undas inter ſe cohortes cum in bello contra armatos hoſtes eſſent: uulnera ſanguinem non horrent. Scribit etiam Suetonius Domitianum edidiſſe ludos:& ſpectacula ratibus in amphitheatro aquis quantum oportuit inundato.

Amphora cum.ph.aſpirato ſcribitur: græcum eſt:& apud illos generis maſculini diciturq; ο ἀμφωρεύσ. Sed hæc dictio ut multæ aliæ cōmutatione terminatōis etiam genera ipſa cōmutat: ut ο κράτηρ hæc cratera ο χάρτησ hæc charta: ο κηροσ hæc cæra. ο πάνθηρ hæc panthera. Horatius in.ii. epiſtolarum.
Si forte in terris rideret democritus: ſeu
Diuerſum confuſa genus panthera camelo:
Siue elephas albus uulgi conuerteret ora.

Amphryſus cum.y.græco poſt.r.ſequente.s.conſonante ſcribitur: fluuius ē theſſaliæ: iuxta quem armenta regis Admeti Apollo diuinitate priuatus: ob pulſatos cyclopas pauiſſe traditur. unde ait Virgi.lib.georg.iii. Paſtor ab amphryſo. Lucanus lib.vi. Et flumine puro irrigat amphryſus famulantis paſcua phœbi:

Amphiſtos cum.i.latino poſt.s.&.t.ſimplici ſcribit̄: fuit ꝓprium puellæ nomen.

Amulius cū unico.l.&.i.latino ſcribitur fuit albanoruꝫ rex & Numitoris frater.

Anacreon cum.c.non aſpirato ſcribitur: fuit poeta lyricus & patria teius. hic Bathyllum adoleſcentulum ſamium ardenter amauit: dicente Horatio lib.iiii.odarum in ea oda: cuius initium eſt Mollis inertia:
Non aliter ſamio dicunt arſiſſe bathyllo
Anacreonta teium: qui perſæpe caua
Teſtudine fleuit amorem. & Ouidius de eodem libro.ii.triſtium:
Quid niſi cum multo uenerem contemnere uino:
Præcæpit lyrici teia muſa ſenis. hic teſte Plinio lib.vii. naturalis hiſtoriæ acino uuæ paſſæ ſtrangulatus occubuit.

Anacharſis cū.ch.aſpirato ſcribit̄ &.i.latino: fuit philoſophus ex ſcytharum genere ſapientiæ admirande: ut dixit Cicero libro.v.de quæſtionibus tuſculanis: Immo affirmat Herodotus libro hiſtoriarum.iii. neminem ex ſcythis ſapientem audiuiſſe niſi hunc quem ſapientiſſimum fuiſſe teſtatur: fuitq; Gnuri filius & Cadnidi ſcytharum regis frater. & tandem teſte Ioſepho libro.iii.ad grāmaticū: cum ad ſuos reuerteretur & conaretur: græcorum leges ſuis inducere. in uenatione a fratre ſagitta occiſus interiit: dicens ſe gratia eloquii & diſciplinæ: ī græcia conſeruatum: ob quæ in patria peribat.

Anadiploſis cum.i.latino utrobiq; ſcribitur: dici poteſt a noſtris reduplicatio. Nā componitur ex ανα quod plærūq; ī cōpoſitione dicit re: & διπλωσισ duplicatio. fitq; tunc quoq; cum uerſus aliquis ab ea dictione incipit in quam præcedens uerſus deſiit: ut Virgi.in Damone Certent & cygnis ululæ ſit tityrus orpheus Orpheus in ſiluis inter delphinas arion.

Anaglyphon cū.y.græco ſcribitur: ſignificat apud noſtros deſup ſculptum. Naꝫ ex ana cōponit̄: quod nōnunq̄ deſup indicat:& γλύπτω quod eſt ſculpto.

Anagrus cū.r.poſt.g.ſcribitur: fluuius eſt theſſaliæ. cuius aquā centauri ab Hercule uulnerati qa in illo ſe lauerant impotabilem reddiderunt.

Analogia cū.a.in ſecunda ſyllaba & unico.n.& unico.l.atq;.i.latino ſcribit̄: quaꝫ (ut dixit Quintilianus) ꝓxime e græco trāfferentes ꝓportionē uocauerunt. eius (ut ait) hæc uis eſt ut id (quod dubiū ē:) ad aliqd ſimile (de quo nō quærit) referat. ut īcerta certis ꝓbet. Vt ſi querat̄ funis maſculinū ſit an fœmininū ſimile illi ſit panis. Id etiā ex diminutiōe diſqrunt: ut qa funiculus maſculinum: ergo & funis: de qbus qd tenendum ſit ſufficientiſſime Quintilianus expreſſit.

Anapæſtus penultima cum.æ.diphthongo & ultima cum.t.non aſpirato ſcribit̄ pes eſt qui ex tribus cōſtat ſyllabis: duabus primis breuibus & ultima longa. cōponitur ex ana præpoſitione:& pægma quod eſt ludus: eo quod ad ludos & exercitia fuerit q̄maxime cōueniens: dicente Cicerone libro tuſculanarum.ii. Nō adhibetur ſpartis ulla ſine anapæſtis pedibus exhortatio:& hæc illius eſt cōpoſitio q̄q̄ inſcii aliud quid dicant.

Anapis cū.i.latino ſcribitur: fluuius eſt ſiciliæ leuiter defluens: dicēte Ouidio li.faſtoꝝ.iiii. Præteriit & cyanē & fontes leuis anapi: de quo Cyane Proſerpine comes loquendo Plutoni apud Ouidium libro metamorphoſeon.v. Et me dilexit anapis: Exorata tamen non ut hæc exterrita nupſi.

Anaphora cū.ph.aſpirato ſcribitur: dicitur a Cicerone in dignitatibus repetitio eſtq; dictio cōpoſita ex ana præpoſitione: quæ plærūq; in cōpoſitione dicit re: & φορα latio & fieri dicitur: cū aliqua dictio pluries in uerſu aut ſequentibus uerſibus repitur: ut Virgi.li.æneі.i. Natæ meæ uires mea magna potētia ſolus Nate patris ſummi & reliqua. Idem lib.ii. Nos te dardania incenſa tua quæ arma ſecuti: Nos tumidum ſub te permeſſi claſſibus æquor.

Anaſtrophe cum.t.ſine aſpiratione &.ph.aſpirato ſcribitur: Dicitur teſte Quintiliano a noſtris īuerſio: quæ ut ait in ſpeciē ſoloeciſmi cadat: hyperbaton quoq; appellari eodem modo poteſt.

Anaxagoras cū.x.cōſonante ſcribitur: fuit Clazomenius Hegeſibulo ſiue Eubulo patre natus: Anaximenis auditor:& philoſophus ſuo tempore inclytus. Nam gloria opus & animo clariſſimus patrimonium omne ſuis ſponte conceſſit. & ſe ad ·ruꝫ naturam ſpeculandā cōferens: rem omnē priuatā & publicā neglexit. Eratq;.xx.annorum in Xerxis tranſitu & ſeptuaginta duobus uixit. hic cuidam decenti: nōne patriæ cura tibi eſt ulla: reſpondit mihi patriæ cura eſt:& ſūma qdem: atq; digitum in cælum extendit.

Anaxaretes cū.x.cōſonante in antepenultima:&.t.nō aſpirato in ultima ſcribit̄: fuit ex cypria ſalamina puella miræ pulchritudinis & regali ex ſtirpe nata: quā Iphis popularis amabat inſane. Sed ab illa ſemper ſpretus: ad eius fores ſe ſuſpēdit: ut rettulit Ouidius libro metamorphoſeos.iiii.

Anaxarchus cum.x.cōſonante &.ch.aſpirato ſcribit̄: fuit Abderites philoſophus Diomedis ſmyrnæi auditor. alii Metrodorichii auditorem tradunt: hic ut Laertes ſcripſit: inimicū habuit Nicocreontem cypri tyrannum: eo ꝙ cum illū Alexander magnus aliquando in conuiuio rogaſſet quidnā de cœna illa ſentiret dixiſſe ferunt cuncta ꝑmagnifice. O rex uerum oportet iam caput Satrape cuiuſdam apponi Nicocreontem intuens: quo ille indignatus poſt Alexandri mortē

cum naui ferretur Anaxarchus inuituſq; applicuiſſet cypro: ab illo captus crudelibus penis affectus eſt: ut refert Laertius iubente tyráno illius præcidi liguá fama eſt præciſam: mordicus in tyrrani faciem conſpuiſſe.

A naxilas cum.x.conſonante &.i.latino ſcribitur: nomen eſt uiri propriũ: de quo Plurarchus nõnunq̃ meminit.

A naximander cũ.x.cõſonante &.i.latino ſcribitur: fuit philoſophus patria mileſius Praxiadis filius & Thaletis auditor cui i ſchola ſucceſſit. hunc Plini. lib.ii. naturalis hiſtoriæ dixit pitiſſimũ fuiſſe aſtrologũ & primũ celeſtia ſigna docuiſſe. unde teſte Fauorino ut cõuerſiones Solis & eqnoctia adnotaret: horoſtopia primus fabricauit: primuſq; maris ac terræ circuitũ deſcripſit. Idem materialez ſpæcá cõſtruxit: & paulo poſt ſexageſimũquartũ annũ obiit. floruitq; ſub Polyte ſamioꝝ tyráno. alius teſte Laertio ſimiliter mileſius fuit hiſtoric9 nõ ignobilis

A naximenes cũ.x.cõſonáte &.i.latino ſcribitur: fuit Euriſtrati filius: Anaximandri diſcipulus atq; eius ſucceſſor qui eo die obiit quo ſardis capta fuit.

A nauros cũ.au.diphthongo ſcribitur: fluuius ẽ theſſaliæ quaſi abſq; aura dictus dicente Lucano libro ſexto. Quiq; nec humentes nebulas nec rore madentem Aera: nec tenues uentos reſpirat anauros.

A chemolus cum.ch.aſpirato ſcribitur: nomen eſt uiri proprium.

A ncyle cũ.c.nõ aſpirato &.y.græco atq; unico.l.ſcribitur. Nanq; regnante romæ Numa Pompilio ſcutũ breue ac rotundũ de cælo lapſum eſt. dicente Ouidio ĩ loco præfato: Ecce leui ſcutum uerſatũ leuiter aura Decidit: a populo clamor ad aſtra uenit. Et cum auriſpices reſpondiſſent illic forte orbis imperiũ ubi ancyle illud cõſiſteret: diligentia Numæ ne ab hoſtibus unq̃ auferri poſſet adhibito Manurio fabro multa ſimilia dicta ſunt & in templo Martis poſita. Et cum duodecim ſacerdotes adoleſcentes nobiles: ut oſtendit Lucanus lib.ix. Numa ipſe Marti gradiuo delegiſſet: illiſq; dediſſet inſigne pictas tunicas & ſup tunicaz æneũ pectori tegmẽ. Iuſſit ipſa celeſtia arma quæ ut diximus ancylia nominauit ſuſpenſa collo ab illis portari: & cum ſaltu atq; tripudiis carmina decantari quos ſane ſacerdotes a ſaltu ſalios nominauit: dicente Ouidio lib.i. Iam dederat ſaliis a ſaltu nomia dicta Armaq; & ad certos uerba canenda modos. unde ut in ſacrorũ libris haberi dicũt: hæc ſaltãdi ratio fuit ne ſcilicet ulla ps a religiõe uacaret: ita ut cantus ad animũ & ſaltatio ad totius corpis nobilitatẽ ſpectaret: uerũ cũ Mamurius reliqua ancylia illi cæleſti ſimilia ut iuſſus fuerat cõfeciſſet: eiq; pmia Numa obtuliſſet ut refert Oui. dixit tũc ſic Mamurius: Merces mihi gloria dixit. Noiaq; extremo carmie noſtra ſonẽt: Inde ſacerdotes opi pmiſſa ue tuſto Præmia pſoluunt: mamuriũq; uocant: fuitq; tante reuerẽtiæ ſaliorũ collegiũ ut nõ erubuerit Aphricanus unũ de ſaliis fieri. ut oſtẽdit Liuius lib.vi. de bello mace. Nec.L. Eurius Bibaculus a patre ſuo magiſtro collegii ſaliorũ erubuit ancylia arma deferre eũ pcedẽtibus ſex littoribus. officio.n. ptoris fugebátur.

A nchiſes cũ.ch.aſpirato &.i.latino atq; unico.s.ſcribit: fuit Capis filius & Aeneæ pater: de cuius genealogia uidebimus in dictione Priamus. Et dicitur etiam anchiſa: qa teſte Seruio ſup.iii.ænei. huiuſmodi nomina græca terminata in es mittunt etiam nominatiui terminationem in.a.& declinationẽ recipiũt latinã: ut atrides atrida huius atridæ. Laertes & laerta huius laertæ. ſimiliter Anchiſes & anchiſa huius anchiſæ. Sed a terminatione in es facit patronymicũ anchiſiades: ut Virg. lib.viii. Aeneas anchiſiades & fidus achates.

A ncona cum.c.nõ aſpirato ſcribit: & ab aliqbus more græco ancon ſcribitur: qđ apud nos cubitum indicat. Nam urbs eſt in piceno ſup hadriaticum mare poſita de qua dicit Plinius libro.iiii. natura. hiſtoriæ. a ſiculis ancon colonia pmõtorio chimærico appoſita eſt in ipſo flectentis ſe ore cubito. Idem Solinus anconeam inquit qs ignorat a ſiculis conditã. & cum apud ſiciliam plures fuerint dorienſium coloniæ a qbus ædificari potuit dixiſſe uidetur Iuuenalis in ſatyra Criſpini. Ante domum Veneris qua dorica ſuſtinet ancon.

A ncora cũ.c.nõ aſpirato apud græcos ſcribitur: latini uero teſte Seruio ſuper primum ænei. cum aſpiratione ſcribere cõſueuerunt: quod miꝝ uideri dixit: cum aſpiratio magis ſit græcorum q̃ noſtra: itaq; ſine aſpiratione ſcribenda eſt.

A ncus cum.c.non aſpirato ſcribitur: fuit Numæ Pompilii nepos & filia: & quartus romanorum rex ſic quoq; cognomiatus teſte Seruio ſup.vi. ænei. ab αγκωνοσ id eſt a cubito quem in curuum habebat.

A ndrogynos cum.r.poſt.d.& ante.o.atq;.y.græco ſcribitur: is dicitur qui uir eſt & fœmina. Nam componitur ex ἀνδροσ. id eſt hominis: & γυνησ fœminæ q̃ ſi ex homine & fœmina.

A ndrogeus cum.r.poſt.d.& ante.o.atq;.e.ſine diphthongo ſcribitur: fuit Minois cretæ regis filius indolis admirãdæ: q cum athenis cæteros paleſtra ſuparet: ab athenienſibus & megarenſibus dolo occiſus fuit: cõtra quos inſurgens Minos capta megarenſium urbe: & occiſo Niſo illius rege athenienſes duro tributo coegit. Alius fuit nobilis græcus: quem Virgilius altis carminibus occiſum narrat ab Aenea qua nocte Ilion captum fuit.

A ndromache cũ.r.poſt.d.& ante.o.atq;.ch.aſpirato ſcribit: unde cõponit ex andros.i.hoĩs: & mache hoc ẽ pugna: q̃ſi hoĩs pugna fuit Hectoris dilectiſſima cõiunx filia Eetiõis thebaꝝ in cilitia regis: ut oſtendit Homerus lib. ilia. vi. Ná íducens illã cũ Hectore loquẽtẽ lamẽtariq; miſerabiliter rettulit de Achille q patriã ſuã thebas (in qua orta fuerat) euerterat: & patrẽ regẽ ſeptẽ ſuos fratres occiderat traxeratq; captiuã matrẽ quã deinde imenſa ſumma redemptã. Diana apud ædes paternas cõmorantem ſagittis interfecit.

A ndria cum.i.latino ſcribitur: dicta ſic quoq; fuit fœmina quædam terentiana: quia ex andro inſula maris ægæi athenas uenerat.

A ndron cũ.r.poſt.d.ſcribit: locus ẽ domicilii ãguſtior lõgitudĩe i quo uiri plurimũ morabãt: ut gynæciũ i quo mulieres queadmodũ in ſua dictiõe uidebimus

A ndruare cum.r. poſt.d. & ante.u.ſcribitur: apud nos dicitur recurrere: & a uerbo græco dicitur: quod eſt ἀνδραυειν.

A ntheum cum.th. aſpirato ſcribitur: herba eſt boni odoris.

A nger cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur: fluuius eſt ex illiricis uerſus boream fluens: & primo teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iiii. in campũ triballicũ: deinde i fluuium brongum: & brongus ultimo in iſtrum defluit.

A nyſis penultima cum.y.græco & ultia cũ.i.latino ſcribit: fuit teſte Herodoto li. hiſtoriarum.ii. ægypti rex: q poſt Aſchyn in ægypto regnauit: & cũ cæcus eſſet fugatus fuit a Sabaco æthiopum rege: ut idem auctor oſtendit.

A nytus cum.y.græco & non aſpirato ſcribitur: fuit athenienſis uir locuples: & factioſus: hic cum ob ſuas ineptias nõnunq̃ a Socrate rideretur: nõ potuit id modeſte ferre: ſed ita excandeſcens primum in Socratis maledicta cum nonnullos prouocauit: tum Ariſtophanem poetam comicum doctuz quidam ſed hominẽ

parũ ꝓbrũ qui accæpta ab illo grandi pecunia contra Socratẽ comœdiã ſcripſit
cuius titulus eſt νεφέλαι.i.nebulæ:quin & agendam illam in ſcæna ſpectãdã
ꝙ curauit:in qua cũ plura in Socratem tum illud confingit eum nebulas cole
re:& athenienſium religionibus detractare: & præter hæc iuuenum mentes ſic
imbuere:ut parentibus manus inferre pie & occioſe poſſent.Quæ res cum uni
uerſum populum in ea ipſa recitatione a Socratis charitate & reuerentia auer-
teret.Anytus ipſe cũ duobus aliis poſtridie adhuc calẽtibus auribus populi ab
ipſa recitatione Socratẽ in iudiciũ traxit.Nam ut dixit Plato in apologia tres il
lum accuſauerunt Anytus:Lycon & Melitus:quæ ſane cõiuratio hoc modo ge
ſta eſt Melitus cuius nomĩe accuſatio ſcripta fuit:Meliti filius Socratẽ Sophro
niſci filium de his crimĩbus impetit: iura uiolat Socrates quæ ex maiorũ inſti-
tuto ſuſcæpit ciuitas deos eſſe non æſtimans.alia noua demonia inducit cõtra
ius item & fas.Iuuenes corrũpit:pœna illi mors.Ab cuius defẽſione cũ diſcipu-
lus Plato ſurrexiſſe:orationẽ illam exorſus eſſet:cuius initiũ eſt ὅτι ὑμεῖς ὦ ἄν
δρες ἀθηναῖοι tantus a iudicibus clamor obiectus ẽ ut diſcederet: & cunctis
aliis dicẽdi ac deferẽdi facultas p̃cepta fuerit.Quare furore quodã & ira morte
dãnatus eſt Socrates.nec multis diebus poſt dato illi ueneno ex publico ĩ carce
re mortuus ẽ:ſed poſt paucos dies ductus pœnitẽtia populus q̃uis ſero interfe-
ctum luget Socratẽ p̃dicãt oẽs illũ ſanctitate ac clariſſimarũ omniũ uirtutum
uenerabilẽ extitiſſe.indicit̃ publicus mœror: claudunt̃ officinæ: & gymnaſia
fit impetus ĩ accuſatores qui oẽs & ſupplicio affecti & fugati fuerũt.Socrati ue
ro ab athenienſibus ærea ſtatus Lyſippi opus in celeberrimo loca ſita fuit.

A nius cum.i.latino ſcribitur:rex fuit in delo:dicẽte Virg.lib.æneí.ii. Rex anius
rex idem hominuȝ phœbiq; ſacerdos.de quo Ouidius metamor.xiiii.plura ſcri-
pſit.hic filium habuit andrum:a quo andros inſula in qua regnauit denoĩata
fuit:ut oſtendit Ouidius præfato loco.

A nnus cũ duplici.n.ſcribit̃ & idẽ ẽ teſte Feſto qđ græce ἔννον dicit̃ unde quod
nos triẽniũ illi τριέννον uocauere.aliq uero non græcũ ſed latinũ eẽ dixerunt
ut Atteius Capito teſte Macrobio libro primo ſaturnalium q annũ ipſum a cir
cuitu tp̃is dictum putat:eo ꝙ ueteres an ꝓ circum ponere ſolebant: ut Cato in
originibus oratorũ inq̃t anterminũ ꝓ circum terminum:& ambire quaſi circũ
ire dicit̃:ſic annus quaſi circũ nunc dicit̃:ueꝝ ipſius anni diuerſæ apud anti-
quos cõputationes fuere: quas Macro. præfato lib.recẽſuit:ſed poſt oẽs Iulius
Cæſar imitatus egyptios ſolos ut dixit Macrobius diuinarũ rerũ omniũ conſci
os ad noſtrum ſolis qui trecentis ſexagintaq; & quadrante curſum conficit an-
num redegit.de quo Ouidius libro faſtorum.iii.ait

Is decies ſenos:trecentum & quinq; diebus.
Iungit:& e pleno tempore iuncta die.

Quare cæſar ipſe in conuiuio Cleopatræ apud Lucanum libro.x. dicebat ad
Cnorebum:Non meus eudoxi uincatur faſtibus annus.nam ſicut lunaris an-
nus menſis eſt:quia a luna paulo minus q̃ menſem in zodiaci circuitione con-
ſumit:ita ſolis annus eorum dierum numero colligendus fuit: quo zodaicum
ipſum ſua circuitione conficit.hoc eſt dum ad id ſignũ ſe denuo uertat ex quo
digreſſus eſt.unde annus uertens ab antiquis uocabatur:& dicebatur magnus
cum lunæ annus breuis uideretur: dicente Virgilio libro æneidos.iii. Interea
magnum ſol circũuoluitur annum.& ab anno annona deducitur quod anni ẽ

alimonia:& cum duplici.n.ſimiliter ſcribitur:habetq; accentum in penultima.
nec tantũ ẽ frumẽtaria ſed etiã aliaꝝ rerum: ut Cicero libr.ii.de diuinatione:ſi
Epicuri de uoluptate roſus eſſet:putarẽ annonam in macello cariorẽ fore: licet
forte macellum non tantum pro loco ubi caro uendi conſueuit accipitur: ſed
ubi & frumenta.Annales ſimiliter ac anno deducuntur:in quibus res geſtæ ꝑ
annum ſcribebantur:quæ etiã penultimam producit ſecundum eam grãmati-
cæ regulam: qua dicitur omnia denominatiua quæ in ſingulari nominatiuo
terminantur in alis ut annalis liberalis & ſimilia penultimam produci compe-
riuntur:atq; per unicum.l.ſcribi cõſueuerunt.ſimiliter & ab ãnuo anniculus
puer & annicula puella:& anniculum iumentum deducitur:hoc eſt unius an
ni ſicut bimus bima bimum duorum annorum:trimus trima trimum triũ an
norum:quadrimus quadrima quadrimum quattuor annorum:& nõ amplius
cõperitur:quæ ſane diminutiua non ſunt.Nec de animabus modo: ſed de ina-
nimatis idem dicere poſſumus:ut anniculuȝ uinum:bimum oleum: de pueris
tamen magis loquimur per diminutiuum bimulus trimulus quadrimulus:qa
intra hos annos adhuc parui ſunt.Reperimus etiam apud iuriſconſultos bima
trima quadrima die pro tempore biennii triennii quadriennii.Nam diem in fœ
minino pro tempore accipiunt:ut ipſa dies fecit hominem prudentem: & mul-
ta dies dat magnam hominibus experientiam. unde Pedianus dieculã ꝓ parto
tempore uult fieri:quod noſtri temporis iuriſperiti non intelligunt:dicimus ta
men in maſculino externo die:craſtino die:non heſterna die & craſtina. ad diẽ
non uenit:ad diem non affuit id eſt die præſtituto.

A nonymus cum.y.græco ſcribitur:dici poteſt a noſtris abſq; nomine.

A ntæus cũ.t.nõ aſpirato &.æ.diph.in emẽdatiſſimis græcoꝝ codicibus ſcriptũ
cõperi.at eoꝝ nõnulli cũ.ch.aſpirato &.e.ſimplici ſcribendũ uolunt: dicẽtes cõ
poſitum uocabulũ eſſe ex anti præpoſitiõe græca: quæ in cõpoſitione plærũq;
apud nos cõtra deſignat:& heos dictione aſpirata & ſine diphthongo quæ ſoleȝ
indicat:quaſi contra ſolẽ fuiſſe dicatur. Nam fuit gigas libicus ex mauritania
ab Hercule uictus:queãdmodũ plura de eo ſcripſit Lucanus li.iiii.

A ntagoras cũ.t.exili ſcribitur:nomẽ fuit uiri ꝓprium: de quo ſæpe Plutarchus.

A ntalcides abſq; aliqua aſpiratione:&.i.latino ſcribitur:nomen fuit propriuȝ ui-
ri ſpartani:ut oſtendit Plutarchus.

A ntandrum cum.t.exili ſcribitur:ſaxum eſt magis q̃ inſula. ut Plinius libro q̃r-
to naturalis hiſtoriæ:& Solinus itidem ferunt:dicentes inter tenedum & chiuȝ
qua æheus ſinus panditur a dextra nauigantibus ſaxum eſt:quod antandrum
dicimus.hoc enim uerius q̃ inſulæ nomen meruit.Et quoniam uiſentibus pro
cul capræ ſimilitudineȝ repreſentat quã græci ægam nuncupant. ab eo ægæũ
ſinum dictum nõnulli putauere ut ſupra uidimus.eſt etiam eiuſdem nominis
ciuitas in phrygia dicta antandros:teſte Seruio ſup.iii.æneidos:uel ꝙ de antan
dro inſula eam condiderunt coloni. uel ꝙ græci uenientes per thraciã cæpere
Polydoꝝ:pro cuius præcio hanc habuere ciuitatem:quæ ex facto nomen accæ
pit:hoc eſt ἀντιάνδρος.id eſt pro homine quem poſt accæptum preciũ occi
diſſe lapidibus ferũt.Euripides uero aliter dixit: quẽ Virgilius ipſe nõ ſequit̃.
Sub ciuitate igitur phrygiæ magis q̃ ſub inſula ſe ad diſceſſum præpaſſe æneã
ex Seruii expoſitione oſtendere uidetur Virgilius cũ ait:Claſſemq; ſub ipſa An-
tandro & phrygiæ molimur montibus idæ.

Antapodoſis cũ.t.non aſpirato ſcribitur:dici pōt a noſtris retributio.Nam cōponitur ex anti & apo p̄poſitionibus quæ re indicant:& doſis datio: ponit̃ figura cum media primis & ultimis cōueniunt:ut ueſtrũ iam hoc factum repræhēdo p.c.non meuꝫ ac pulcherrimũ quidem factum:uerũ ut pixi nō meũ ſed ueſtrũ

Anteas cum.t.non aſpirato &.e. ſine diphthongo ſcribitur : fuit teſte Plutarcho ſcytharum rex.

Antemũta cum.a.nō aſpirato utrobiq; ſcribitur:urbs fuit in aſia ad litora ponti. nunc teſte Plinio lib.vi.naturalis hiſtoriæ deſerta:ſed quondā adeo glorioſa:ut Timoſthenes in eam trecentas nationes:quæ diſſimilibus linguis uterentur deſcendere p̄diderit & p̄git:ſunt qui conditam eam ab Amphito:& Telchio caſtoris ac Pollucis aurigis putant.

Antenor cũ.t.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit troianus nobilis qui teſte Homero lib.iii.ilia.tēpore belli troiani a re militari ob ſenium olim deſueuerat. Sed in curia ſenatuq; & dicenda ſententia erat utiliſſimus. hũc cum Aenea patriam græcis prodidiſſe creditum eſt.ſed ad partes uenetiæ inde deueniens pataujum urbem edificaſſe dicitur.

Anthedon cum.th.aſpirato ſcribitur :;fuit teſte Homero libro.ii. iliados boetiorum urbs.

Anthemion cum.th.aſpirato ſcribitur &.i.latino. fuit troianus pater Simoeſii ut in ea dictione uidebimus.

Anti cum.t.exili ut ſupra uidimus &.i.latino ſcribitur:præpoſitio græca eſt quæ in compoſitione apud nos plærunq; cōtradicit.extra compoſitionē uero apud illos conſtruitur cum genitiuo.& tunc apud nos deſignat id quod pro.nōnũq̄ etiam in compoſitione idem efficit.

Antias cum.t.non aſpirato &.i.latino ſcribitur: fuit uxor Proeti ex qua proetides genuit.ut uidebimus in dictione Proetus.

Antibacchius cum.i.latino utrobiq; & geminato.c.ac ſecundo aſpirato ſcribitur: pes eſt contrarius bacchio.nam conſtat ex duabus longis & una breui\temporum quinq;:ut natura Pompeius.

Anticyra abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino in antepenultima:in penultima uero cũ.y.græco ſcribit̃:inſula ē ad regionē phocaicā p̄tinens in corinthũ uerſa. & portũ habens amplũ multarũq; nauiũ capacē : habetq; oppidũ eiuſdē nomis ut monſtrat Liuius libro.ii.de bello macedonico.in hac elleborum naſci ab auctoribus omnibus profitetur.unde ait Ouidiuis libro.iiii.de ponto:Ibibe dixiſſem purgantes pectora ſuccos.Quicquid & in tota naſcitur anticyra.

Anticlea abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur:fuit Vlyxis mater:quæ cuꝫ duceretur ad Laertæ nuptias ab Siſypho latrone Aeoli filio capitur & adulteratur.Alii dicunt cum Laertæ iam nupſiſſet: & ad oraculum p̄geret conſultura: captā a Siſypho latrōe:& ut multi putant ex eo Vlyxem cōcæpiſſe.Quod Aiax apud Ouidium.xiii.metamor.impropauit Vlyxi cum dixit:Et ſanguine cretus Siſyphio.alii putant Vlyxis matrem Auſtoliam cognominatam fuiſſe.

Antidotum abſq; aliqua aſpiratione & cum.i.latino ſcribit̃:apud nos dici pōt ex contrario datum:cum contraria contrariis curari dicantur.

Antigonus cũ.t.exili &.i.latino ſcribitur:quo nomine uiri plures clari uocitati ſunt. Vnus fuit theſei & Phedræ filius maior natu Demophoonte qui poſt fugatum ab athenīēſibus patrem rex creat̃:& mutato nomine Mneſtheus dictus eſt. Alius fuit macedoniæ rex & unus ex principibus Alexādri:poſt cuius mortem plurima bella geſſit.Alius fuit rex iudeorum:& ab Herode aſcolonita ī carcere obtrũcatus. Alius fuit philoſophus cynicus de agricultura ſcribens:ut dixit Varro libro primo de agricultura.

Antigone ſimili mō ſcribitur:quo nomine plures etiā fuerunt illuſtres fœmimæ una Laomedōtis filia & Priami ſoror:quæ cũ Iunoni in pulchritudine ſe præferret auulſa illi lingua cōuertitur in ciconiā.Alia fuit Oedipi regis thebarum filia:quæ patri cæco & a Creonte in exilium miſſo ducatum preſtabat:ut Seneca in œdipo:& Statius in thebaide atteſtantur. Et cũ inde ad exhibendas ultimas lachrymas fratribus aduerſus Creontis imperia nocturno tēpore in cāpuꝫ martium p̄ueniſſet:& ſororē Argiā Polynicis coniugē ad ſimile officiũ cōperiſſet:cremarentq; ambæ p̄emptoꝝ fratrũ cadauera iuſſu Creontis capta:& occiſa fuit.de qua Iuuenalis in ſatyra Stēmata quid faciunt meminit: cum cōtra Neronem qui tragœdias canendo p̄ p̄egrina pulpita pergebat inquit: Ante pedes domiti longum tu pone thyeſte Syrma uel antigones.

Antilogia cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:dici pōt cōtradictio ſeu refragatio.

Anthylla cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:atq; duplicato.l.fuit teſte Herodoto urbs in ægypto.

Anthia cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribit̃: fuit ciuitas in argo p̄pinqua pylo: & ſub dominio Agamēnonis:ut oſtendit Homerus li.ilia.ix.

Antimus cum.t.non aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero lib.iiii. iliad. Priami regis filius & bello ſtrenuus.

Antimachus cũ.a.exili &.i.latino atq;.ch.aſpirato ſcribitur:fuit græcus poeta: q cum dolorem ſuum quē e morte chariſſimæ uxoris Lyſidices cōceperat lenire uellet:elegiā ſcripſit:in qua calamitates oēs heroũ altius repentes enumerauit. Alius fuit troianus q teſte Homero li.xi.ilia.donis Alexandri auroq; corruptus impedimento fuit quo ſecius Helena Menelao redderetur:immo pro concione troianos hortatus eſt ne Menelaum dum ad eos cum dio Vlyxe legatus iret redire ſinerent:ſed intra urbem atq; illic ſtatim trucidarent.

Antiopa cũ.t.non aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero libro.xi.odiſſeæ Aſopi filia.ait enim ſic ἀντιόπην ἰδον ἀσώπιο θύγατρα:hoc eſt antiopam uidi aſopi filiam.nōnulli uero ex noſtris Nyctei regis in leſbo filiam fuiſſe dicunt hæc Lyco thebarum regi nupſit:qua ut dixit Ouidius libro metamor.vi.Satyri cælatus imagine pulchra Iuppiter impleuit gemino nyſteida fœtu.Nam teſte Homero eodem libro.xi.odiſſeæ peperit illi duos filios Amphionem ſcilicet & zetum οἱ πρῶτοι θήβης ἕδος ἔκτισαν:hoc eſt qui primi ſacrarium thebarum ædificauere:hoc eſt ante Cadmum.Sed de hac antiopa reliqua plene uidimus in dictione Dirce.Alia fuit amazonum regina.

Anthiochia cũ.t.ſine aſpiratiōe &.ch.aſpirato atq;.i.latino ſcribit̃:fuit teſte Plini. li.vi.natu.hiſto.urbs in ſyria epiphane olim cognominata quā Seleucus Nicanor Antiochi filius ob ſuæ originis memoriā cōdidit.hanc fluuius horontes diuidit.Alia eſt iuxta p̄ſicum ſinum quā Antiochus rex olim condidit.

Antonomaſia cũ.t.nō aſpirato &.i.latio ſcribit̃:dici pōt latine pro nomine.i.uice nominis poſitio:ut Maia genitus pro Mercurio:magnanimus anchiſiades pro Aenea.Virgi.iii.æneidos.Infœlix puer atq; īpar cōgreſſus achilli:Quin & hæc figura melius dicendo poetam intelligimus Virgilium & græci Homerum

Saturniam pro Iunone ut dixit Seruius & cõſimilia: & hoc melius eſt exemplũ q̃ ſuperiora:ubi proprie eſt piſraſis.i.circuitio.

A nthores cũ.th.aſpirato ſcribit̃: nomẽ eſt uiri propriũ de quo Virgi.lib.æneí.x. Egregiũ anthorẽ latus inter & ilia fugit Herculis anthorẽ comitẽ.eſtq; compoſitum nomen ex ανϑῶν quod eſt florẽ & uiros atq; ρεῶ uerbo quod eſt fluo qa tunc quoq; florens ĩ morteʒ defluxit: unde more homerico Virgilius noſter ut plurimũ nomina cõfinxit.Nec põt dici in nominatiuo anthor: cũ penultima ĩ accuſatiuo longa ſit & nomina terminata in or in obliquis caſibus penultimaʒ corripiant:ut Hector hectoris:Neſtor neſtoris:Caſtor caſtoris.

A ntho cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit Amulii albanorum regis filia.

A ntipha cum.a.non aſpirato utrobiq;.i.latino ſcribitur:fuit Melampi medici filius ex Iphianaſſa filia Prœti & fuit pater Oiclei.

A ntiphona cũ.t.exili &.i.latino ſcribit̃:põt latine interpretari uox reciproca.

A ntiphraſis cum.t.nõ aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribit̃:ſermo dicitur p contrarium intelligendus ut lucus quia luce careat: Manes quia ĩmites: Eumenides quia furiæ:parce quia nemini parcant.Qua figura nõnunq̃ quos nanos cõſpicimus:Atlãtes uocamus:æthiopes argenteos & ſimilia. Nam componitur ex anti quod eſt contra:& φρασισ locutio.

A ntiphus cum.t.non aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero libro.ii.ilia. Theſſali filius & nepos Herculis qui cum fratre Phidippo dux tringinta nauiũ cum aliis græcis ad troiam cõmigrauit.

A ntiptoſis cum.t.exili utrobiq; &.i.latino ſcribitur:dici poteſt latine pro caſu:figura eſt quando caſus pro altero caſu ponitur. Virgi.lib.æneí.i. Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt.Terentius in prologo:fabulas quas feciſſet populo placerẽt p fabulæ Virgi.in.x.Hæret pede pes:Denſuſq; uiro uir:hoc eſt pedi pes. Et componitur antiptoſis ex anti quod eſt pro:& πτῶσισ caſus.

A ntiſigma cum.t.non aſpirato &.i.latino utrobiq; atq; unico.m.ſcribit̃: ante qd̃ in euphoniæ cauſa hoc eſt plenioris ſoni a noſtris interponitur.g.Nam ea littera cognominatur quæ inuerſa ad ipſum ſigma græcum deſcribitur uidelicet.ς Ex qua & ſigma formaui Claudius Cæſar alterius litteræ figuram: quam p.ψ græco ſcribendam ſtatuit uidelicet & a parte totam litteram antiſigma cognominauit:ut ſupra uidimus cum de ea tractauimus.

A ntiſmos cum.t.non.aſpirato &.i.latino ſcribitur:figura eſt qua aliquid ſimplicitate ruſtica expolitur:& ad urbanitatẽ quandã reducitur ut Virg.ĩ palemõe
Qui bauium non odit amet tua carmina meui:
Atq; idem iungat uulpes:& mulgeat hircos.

A ntiſthenes antepenultima cũ.t.exili &.i.latino penultima cũ.th.aſpirato ſcribitur:fuit philoſophus Antiſthenis athenĩẽſis filius. hic initio Gorgiam audiuit oratorem:deinde Socrati ſe ſe addixit.Et cum habitaret in pyræo:quotidie quadraginta ſtadiis emenſus audiebat Socratem:a quo tolletantiam addiſcens:trãquillitatiſq; illius imitator effectus : cynicam prior ſectam incohauit pricepſq; in ea fuit:Platonem inſimulabat faſtu turgidum. Et cum audiſſet aliquando Platonem ſibi maledicere: Regium(inquit)eſt male audire cũ benefeceris: libros multos : & diuerſarum rerum ſcripſit.fuerunt & alii antiſthenes tres. unus de ſchola Heracliti alius epheſius.tertius rhodius hiſtoricus.

A ntiſtœchon antepenultima cũ.i.non aſpirato &.i.latino: penultima cum.t.ſimplici &.œ.dipththongo:ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur: dici põt prolittera. Nam anti dicit pro & ϛοιχὸν littera.unde tropus eſt cũ littera ponitur p littera.Virgi.li.æneí.i.Miratur molem æneas magalia quondã: ubi magalia pro magaria dixit: ponens.l.pro.r.Nam megaron pœnorum lingua uilla deſignat. Item ſella pro ſedda:meditor pro melitor.

A ntiſtoche eadem figura eſt cum ſuperiori:& eandem habet cõpoſitionem:ſed q̃ſdam litteras amouemus:ut patet ex ſuperiori.

A ntitheſis penultima cum.th.aſpirato ſcribitur:põt dici pro altero poſito. Nã cõponitur ab anti quod eſt pro:& ϑέσισ poſitio Alii uero anti pro cõtra accipiẽtes obiectum traduxerunt:ut Olli ſurridens pro illi.

A ntitheus ſecunda cũ.t.nõ aſpirato &.i.latino ſequens cum.th.aſpirato ſcribitur fuit teſte Homero li.i.ilia.in oratione Neſtoris uir fortiſſimus: q nunq̃ cum centauris belligerans aliquando uictus:aliquando uictor fuit.

A ntithera ſola penultima cũ.th.aſpirato ſcribitur:dici poſſunt a noſtris contrapoſita.Nam figura eſt cũ cõtraria cõtrariis opponunt̃ & ſententiæ pulchritudinem reddunt:ut apud Ouidium li.i.metamor.Frigida pugnabant calidis:humentia ſiccis:Mollia cum duris:ſine pondere habentia pondus.

A nthropophagi cum.th.aſpirato ſcribitur: dicuntur latine illi q humane carne ueſcuntur.Nam ανθρώπος a noſtris homo dicitur:& φαγῶ comedo. panphagi omnia mandentes:πᾶν enim omnia deſignat.

A ntrum cum.t.ſine aſpiratione ſcribitur.

A nubis cũ.i.latino ſcribit̃:uocabulũ eſt ægyptium quod apud nos canẽ indicat In cuius forma Mercurius ipſe colebatur.unde Virg.li.viii.æneí.Omnigenũq; deum monſtra ac latrator anubis:& facit in genitiuo anubidis: ut Ouidius li.i.de ſine titulo.Per tua ſacra precor per anubidis ora uerendi.

A nus cũ unico.n.ſcribi iam cõſueuit:& nõ cum duplicato: ut antiq cõſueuerũt q teſte Feſto ob annoꝝ multitudine dictã putabant.At moderniores ex a quod eſt ſine & νοῦσ intellectus cõpoſitã putant:ideo cum unico.n.ſcribunt.

A nxyrus cum.y.græco ſcribitur:uocatus eſt Iuppiter a campanis:componit̃ ab ἄνευ quod eſt ſine:& ξυρῶ rado:quaſi abſq; raſura ſit & imberbis. Nam ſic quoq; apud illos colebatur.Vnde ait Virgi.lib.vii.æneí.Circæũq; iugum quis Iuppiter anxyrus aruis Præſidet:& uiridi gaudens feronia luco.Et inde tractũ anxur puto cõuerſione.y.græci in.u.noſtrum.Nam olim teſte Liuio lib.iiii.ab urbe dicebatur anxur quod nunc tarrhacina dicitur.

A nxus cum.x.cõſonante ſcribitur:oppidũ fuit uulcæ gentis quod nunc tarrhacina dicitur:ut Ennius.Vulſculus perdidit anxur:& facit in genitiuo anxuris ut Lucanus lib.iii.Iãq; & præcipites ſupauerat anxuris arces.

A onia cũ.i.latino ſcribit̃:eſt boetiæ ps montana ab Aone rege dicta. Virgi.ĩ ſilẽo Aonas in mõtes:ut dixerit una ſoroꝝ.Nã & alio noĩe phocis dicta fuit in q̃ ſub monte parnaſo ciuitas delphis Apollinis oraculo clariſſima fuit.

A onides cum.i.latino ſcribitur:dictæ ſunt muſæ a fonte Anoe in aonia regione boetiæ illis conſecratos:unde Iuuenalis:Cupidus ſiluarum aptuſq; bibendis fõtibus aonidum.

A pamia cum.i.latino ſcribitur:urbs eſt minoris aſiæ quæ prius dicta ſuit celene ut in ea dictione uidebimus.hanc Seleucus Nicanor conſtruxit: quam marſias fluuius circũfluit.Quin & ex eius arce meãder fluuius caput attollere ſcribit̃.ĩ

eadem Marſias natus & ſepultus eſt.ut ſuis dictionibus hæc omnia uidebimus

A pamea cum unico.p.& unico.m.ante.e.abſq; diphthongo ſcribitur:inſula ē te-
ſte Plinio a trigridis fluuio circũſuſa:cui Antiochus id nomen a ſuæ matris no
mine impoſuit.

A parytae cum.y.græco ſcribitur:populi ſunt aſiæ ſcythicæ:ut oſtendit Herodo-
tus lib.hiſtoriarum.iiii.

A phæreſis cum.ph.aſpirato &.æ.diphthõgo in antepenultima ſcribitur: dici po
teſt abſciſio.Nam ab ἀφαιρῶ uerbo quod eſt abſcindo deſcẽdit.unde figura di-
citur quæ a principio dictionis litteram uel ſyllabã aufert:ut pone metũ cythe
rea pro depone.temno pro temno,capiere pro decipere. Virg.lib.georgi.primo.
·Neq; inſidiis noctis capiere ſerenæ. pro [illegible]

A pelles cum unico.p.& geminato.l.ſcribitur:fuit pictor eximius patria cous & te
ſte Quintiliano lib.xii.de inſtitutione oratoria ingenio,& gratia quam in ſe ma
xime iactabat præſtantiſſimus.Nam ut ait Plinius libro.xxxv.naturalis hiſto-
riæ omnes prius genitos futuroſq; poſtea ſuperauit.& picturæ plura ſolus pro-
pe q̃ cæteri omnes contulit.Voluminibus etiam ad Perſeum diſcipulum ſuum
editis quæ doctrinam eam continerent. fuitq; Olympiade centeſima duodeci-
ma.huius quæ ſint nobiliſſimæ picturæ dixit Plinius non eſſe facile dici : ſed
ſũme laudauit Venerem ab eo pictam exeuntem e mari:quam poſtea romã ad-
ductam Diuus Auguſtus dicauit ĩ delubro patris Cæſaris:quæ ἀναδυομένη
uocatur uerſibus græcis cuius inferiorem partem corruptam: qui reficeret nõ
potuit reperiri.conſenuit hæc tabula carie & aliam pro ea ſubſtituit Nero prin-
cipatu ſuo de Rhotæ manu:de qua puto locutus eſt Ouidius libro.iii.de arte:
cum dixit.Si Venerem cous nũq̃ pinxiſſet apelles.Merſa ſub æquore is illa late
ret equis.Verum & aliam Venerem eodem Plinio incohauerat cui ſuperaturo
etiam illam ſuã priorem inuidit mors pacta parte : nec qui ſuccederet operi ad
præſcripta liniamenta inuentus eſt.Pinxit & Alexandrũ magnũ fulmen tenen
tem in templo epheſiæ Dianæ:& fulmen extra tabulam uideri ſcribentes memi
nerint.& infra ſubdit idem auctor pinxit quæ pingi nõ poſſunt.tonitrua:ful-
getra fulgura & ſimilia.Quare ut nonnulli ferunt Alexander magnus a nullo
alio poſſe pingi edicto poſito capitali edixit.fuit ei æqualis Ariſtides thebanus
ut in ea dictione uidebimus.

A pes cũ unico.p.ſcribit̃:uolatile notũ eſt:ſed cõponit̃.dictio ex a quod eſt ſine &
pes:qa ſine pedibus naſcit̃: dicẽte Virg.lib.geor.iiii. Trũca pedũ primo mox &
ſtridentia pennis Miſcent̃ tenueq; magis magis aera carpũt. Repitur & apis in
nominatiuo cũ.i.latino:ut apud Ouidiũ lib.metamor.xiiii. Nõ apis inde tulit
collectos ſedula flores. Et libro de ponte: Melle quod ĩ cæteris attica punit apis
ſed hoc pq̃ rarũ ẽ.Quare ĩ genitiuo plurali facit apiũ uel apum.& ab apis ut di
xit Priſcian⁹ in.vi.fit diminutiuũ apicula.alii nõ ab apis : ſed ab apes magis de
duci uolũt.ut ædicula ab ædes:ſedicula a ſedes:cædicula a cædes:non apecula
ædecula ſedecula cædecula.ſimiliter a fides teſte Seruio & Feſto non fit fidecu-
la uel fidicula.Quare nõ uerum eſſe uidetur quod contra Seruiũ dixit Priſcia-
nus in.iiii.fidicula a fidis deriuatur quod a nominatiuo ab antiqs inauditũ ẽ.
unde ſic ſcribit Feſtus Pompeius : fides genus citharæ dictæ ꝙ tantum inter ſe
chorde eius q̃tũ inter hoĩes fides cõcordet.nõ ergo fidis ſed fides dicẽdũ eſt : &
ab eo fidicula quæ parua eſt cithara uel chordula ubi pars totum deſignat.

Quin & cõponitur cum cano:& dicitur fidicen: ſicut cornicen ex cornu & ca-
no:tibicen ex tibia & cano:tubicen ex tuba ſimiliter & cano.quæ omnia habent
penultimam correptam:excæpto tibicen:in quo ſolo per ſynæreſim duo.ii.bre-
uia in unum.i.longum ſunt cõuerſa.Nãq; debuerat geminari.i. & dici tibiicen
cum tibia habeat.i.ante.a.& ipſum.a.ſemp in huiuſmodi cõpoſitionibus cõuer
tatur in.i.ut cado ĩcido:facio inficio:tuba tubicen:iacio iniicio abiicio:qa remã
ſit primum.i.&.a.quod ſequebatur in ſecundum.i.fuit conuerſum. ſic tibia ti-
bicen cum geminato.i.facere debuerat:ſed per ſynæreſim duarum.ii.breuiũ in
unam longam fecit tibiicen.At de fidicula id rurſus aduertendum eſt ꝙ in plu
rali non eandem ſignificationem detinet:ſed fidiculæ in plurali tortorium qd̃
dam inſtrumentum eſt:ex duobus ut reor & obliquatis lignis cõpactuꝫ uel ab
extorquenda fide ac ueritate:uel a nerueis funibus uinculiſq;:quibus ad illum
modum homines torquendi alligabantur.Et huiuſcemodi diminutionem for-
mæ tam penultimã q̃ antepenultimã corripiunt: excæpta cuticula quæ ante-
penultimam ꝓducit:ut Iuuenalis.Cũlibet æſtiuum cõtracta cuticula ſolẽ: qd̃
enim facere metri neceſſitas cõpulit.nam quattuor breues habens dictio in he-
roico poni aliter non poterat: q̃uis Virgilius in hiſce nominibus quattuor bre-
ues habentibus ſolet proceleumaticon ponere.

A pia cum.i. latino ſcribitur: dicitur teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto a
ſcythis terra.

A pidanus cum.i.latino & unico.n.ſcribitur:fluuius eſt unus ex quĩq; principa-
libus theſſaliæ:ut refert Herodotus libro hiſtoriarum.vii.& tarde fluere dicitur
quouſq; illi cõmiſcetur enipheus:dicente Lucano lib.i.It gurgite rapto apida-
nus nũquãq; celer niſi mixtus enipheos.

A pion cũ.i.latino ſcribit̃: fuit unus græcus hiſtoricus:qui teſte Gellio Alexãdri
geſta deſcripſit.alter teſte Pli.in ꝓœmio natu.hiſto.fuit grãmaticus: quẽ Tiberi
u Cæſar cymbalum mundi uocabat.quoniã publicæ famæ tympanum potius
uideri poſſet:quã ĩmortalitate donari:hunc eundẽ dixit idẽ Pli.li.xxx.eiuſdem
uoluminis umbras euocaſſe ad ꝑcunctandũ Homerũ:qua in patria qbuſq; pa-
rentibus genitus eſſet.Nõ tamen auſum profiteri quid ſibi reſponſi ediceret.

A piſcion cum.i.latino ſcribitur:& habet accentum in penultima: nomen eſt pro
prium uiri troiani.

A pluſtre cum unico.p.&.t non aſpirato ſcribitur:uocabulum eſt græcũ:cõpoſi-
tum ex.a.quod eſt ſine:& πλέω nauigo:ac ſi nauigationi neceſſaria non ſint.
Nam ornamenta ſunt nauium:quæ ultra indigentiã nauigationis naui adhi-
bebantur:unde a quibuſdam deriuatione latina ampluſtra cũ.m.ante.p. uocã
tur:quaſi teſte feſto amplius eſſent:q̃ neceſſario uſui euenirent:& ſic primã lõ-
gam neceſſario habet.ut Iuuena.in ſatyra Omnibus in terris.Victeq; triremis
ampluſtre.Cicero uero abſq;.m.ſcripſit:& primam poſuit breuẽ cum ait:Naui-
bus aſſumptis fluitãtia quærere apluſtra.Germani uero Cæſar ſimiliter in ara-
to apluſtria cum prima longa &.i.in penultima ſcripſit:cum ait Fulgent argo-
æ ſtellis apluſtria puppis.Nam licet faciat ablatiuum ſingularem in hoc ãplu-
ſtri:nominatiuum tamen pluralem nõ ſolũ in.a.ſed etiã in.ia. terminat.

A pocalypſis cũ unico.l.ſequente.y.græco & in fine cum.i.latino ſcribitur. dicit̃
a noſtris reuelatio.Nam componitur ex ἀπὸ præpoſitione:quæ in compoſitiõe
dicit re:& καλύπτω uerbo:quod uelo operio uel tego.

eadem Marſias natus & ſepultus eſt.ut ſuis dictionibus hæc omnia uidebimus

A pamea cum unico.p.& unico.m.ante.e.abſq; diphthongo ſcribitur:inſula ē teſte Plinio a trigridis fluuio circūſuſa:cui Antiochus id nomen a ſuæ matris nomine impoſuit.

A parytae cum.y.græco ſcribitur:populi ſunt aſiæ ſcythicæ:ut oſtendit Herodotus lib.hiſtoriarum.iiii.

A phæreſis cum.ph.aſpirato &.æ.diphthōgo in antepenultima ſcribitur: dici poteſt abſciſio.Nam ab αφαιρῶ uerbo quod eſt abſcindo deſcēdit.unde figura dicitur quæ a principio dictionis litteram uel ſyllabā aufert:ut pone metū cytherea pro depone.temno pro contemno,capiere pro decipere. Virg.lib.georgi.primo. Neq; inſidiis noctis capiere ſerenæ. pro decipere

A pelles cum unico.p.& geminato.l.ſcribitur:fuit pictor eximius patria cous & teſte Quintiliano lib.xii.de inſtitutione oratoria ingenio,& gratia quam in ſe maxime iactabat præſtantiſſimus.Nam ut ait Plinius libro.xxxv.naturalis hiſtoriæ omnes prius genitos futuroſq; poſtea ſuperauit.& picturæ plura ſolus prope q̄ cæteri omnes contulit.Voluminibus etiam ad Perſeum diſcipulum ſuum editis quæ doctrinam eam continerent. fuitq; Olympiade centeſima duodecima.huius quæ ſint nobiliſſimæ picturæ dixit Plinius non eſſe facile dici : ſed ſūme laudauit Venerem ab eo pictam exeuntem e mari:quam poſtea romā adductam Diuus Auguſtus dicauit ī delubro patris Cæſaris:quæ ἀναδυομένη uocatur uerſibus græcis cuius inferiorem partem corruptam: qui reficeret nō potuit reperiri.conſenuit hæc tabula carie & aliam pro ea ſubſtituit Nero principatu ſuo de Rhotæ manu:de qua puto locutus eſt Ouidius libro.iii.de arte: cum dixit.Si Venerem cous nūq̄ pinxiſſet apelles.Merſa ſub æquore is illa lateret equis.Verum & aliam Venerem eodem Plinio incohauerat cui ſuperaturo etiam illam ſuā priorem inuidit mors pacta parte : nec qui ſuccederet operi ad præſcripta liniamenta inuentus eſt.Pinxit & Alexandrū magnū fulmen tenentem in templo epheſiæ Dianæ:& fulmen extra tabulam uideri ſcribentes meminerint.& infra ſubdit idem auctor pinxit quæ pingi nō poſſunt.tonitrua:fulgetra fulgura & ſimilia.Quare ut nonnulli ferunt Alexander magnus a nullo alio poſſe pingi edicto poſito capitali edixit.fuit ei æqualis Ariſtides thebanus ut in ea dictione uidebimus.

A pes cū unico.p.ſcribit᷑:uolatile notū eſt:ſed cōponit᷑.dictio ex a quod eſt ſine & pes:qa ſine pedibus naſcit᷑: dicēte Virg.lib.geor.iiii. Trūca pedū primo mox & ſtridentia pennis Miſcent᷑ tenuēq; magis magis aera carpūt. Repitur & apis in nominatiuo cū.i.latino:ut apud Ouidiū lib.metamor.xiiii. Nō apis inde tulit collectos ſedula flores. Et libro de ponte: Melle quod ī cæteris attica punit apis ſed hoc pq̄ rarū ē.Quare ī genitiuo plurali facit apiū uel apum.& ab apis ut dixit Priſcianꝰ in.vi.fit diminutiuū apicula.alii nō ab apis : ſed ab apes magis deduci uolūt.ut ædicula ab ædes:ſedicula a ſedes:cædicula a cædes:non apecula ædecula ſedecula cædecula.ſimiliter a fides teſte Seruio & Feſto non fit fidecula uel fidicula.Quare nō uerum eſſe uidetur quod contra Seruiū dixit Priſcianus in.iiii.fidicula a fidis deriuatur quod a nominatiuo ab antiqs inauditū ē. unde ſic ſcribit Feſtus Pompeius : fides genus citharæ dictæ ꝙ tantum inter ſe chorde eius q̄tū inter hoīes fides cōcordet.nō ergo fidis ſed fides dicēdū eſt : & ab eo fidicula quæ parua eſt cithara uel chordula ubi pars totum deſignat.

Quin & cōponitur cum cano:& dicitur fidicen: ſicut cornicen ex cornu & cano:tibicen ex tibia & cano:tubicen ex tuba ſimiliter & cano.quæ omnia habent penultimam correptam:excæpto tibicen:in quo ſolo per ſynæreſim duo.ii.breuia in unum.i.longum ſunt cōuerſa.Nāq; debuerat geminari.i. & dici tibiicen cum tibia habeat.i.ante.a.& ipſum.a.ſemp in huiuſmodi cōpoſitionibus cōuertatur in.i.ut cado īcido:facio inficio:tuba tubicen:iacio iniicio abiicio:qa remāſit primum.i.&.a.quod ſequebatur in ſecundum.i.fuit conuerſum. ſic tibia tibicen cum geminato.i.facere debuerat:ſed per ſynæreſim duarum.ii.breuiū in unam longam fecit tibiicen.At de fidicula id ruſus aduertendum eſt ꝙ in plurali non eandem ſignificationem detinet:ſed fidiculæ in plurali tortorium qddam inſtrumentum eſt:ex duobus ut reor & obliquatis lignis cōpactuꝫ uel ab extorquenda fide ac ueritate:uel a nerueis funibus uinculiſq;:quibus ad illum modum homines torquendi alligabantur.Et huiuſcemodi diminutionem formæ tam penultimā q̄ antepenultimā corripiunt: excæpta cuticula quæ antepenultimam ꝓducit:ut Iuuenalis.Cūlibet æſtiuum cōtracta cuticula ſolē: qd enim facere metri neceſſitas cōpulit.nam quattuor breues habens dictio in heroico poni aliter non poterat: q̄uis Virgilius in hiſce nominibus quattuor breues habentibus ſolet proceleumaticon ponere.

A pia cum.i. latino ſcribitur: dicitur teſte Herodoto libro hiſtoriarum quatto a ſcythis terra.

A pidanus cum.i.latino & unico.n.ſcribitur:fluuius eſt unus ex quīq; principalibus theſſaliæ:ut refert Herodotus libro hiſtoriarum.vii.& tarde fluere dicitur quouſq; illi cōmiſcetur enipheus:dicente Lucano lib.i.It gurgite rapto apidanus nūquāq; celer niſi mixtus enipheos.

A pion cū.i.latino ſcribit᷑: fuit unus græcus hiſtoricus:qui teſte Gellio Alexādri geſta deſcripſit.alter teſte Pli.in ꝓœmio natu.hiſto.fuit grāmaticus: quē Tiberiu Cæſar cymbalum mundi uocabat.quoniā publicæ famæ tympanum potius uideri poſſet:quā īmortalitate donari:hunc eundē dixit idē Pli.li.xxx.eiuſdem uoluminis umbras euocaſſe ad ꝑcunctandū Homerū:qua in patria qbuſq; parentibus genitus eſſet.Nō tamen auſum profiteri quid ſibi reſponſi ediceret.

A piſcion cum.i.latino ſcribitur:& habet accentum in penultima: nomen eſt proprium uiri troiani.

A pluſtre cum unico.p.&.t non aſpirato ſcribitur:uocabulum eſt græcū:cōpoſitum ex.a.quod eſt ſine:& πλέω nauigo:ac ſi nauigationi neceſſaria non ſint. Nam ornamenta ſunt nauium:quæ ultra indigentiā nauigationis naui adhibebantur:unde a quibuſdam deriuatione latina ampluſtra cū.m.ante.p. uocātur:quaſi teſte feſto amplius eſſent:q̄ neceſſario uſui euenirent:& ſic primā lōgam neceſſario habet.ut Iuuena.in ſatyra Omnibus in terris.Victeq; triremis ampluſtre.Cicero uero abſq;.m.ſcripſit:& primam poſuit breuē cum ait:Nauibus aſſumptis fluitātia quærere apluſtra.Germani uero Cæſar ſimiliter in arato apluſtria cum prima longa &.i.in penultima ſcripſit:cum ait Fulgent argoæ ſtellis apluſtria puppis.Nam licet faciat ablatiuum ſingularem in hoc āpluſtri:nominatiuum tamen pluralem nō ſolū in.a.ſed etiā in.ia. terminat.

A pocalypſis cū unico.l.ſequente.y.græco & in fine cum.i.latino ſcribitur. dicit᷑ a noſtris reuelatio.Nam componitur ex ἀπὸ præpoſitione:quæ in compoſitiōe dicit re:& καλύπτω uerbo:quod uelo operio uel tego.

A pophaſis cũ.ph.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dici poteſt latine abnuentia. Nam
ex ἀπὸ præpoſitione.i.re:& φάσις quod eſt locutio:quaſi reſpõſio cõponitur.

A pocope cum.c.non aſpirato ſcribitur:dici poteſt latine abſciſio.Nam componi-
tur ex απο præpoſitione:quæ in compoſitione dicit ab uel re:& κόπτω ſcindo.
& tunc quoq; fit cum littera uel ſyllaba de fine dictionis aufertur:ut Virgilius
libro georgi.primo.Libra die ſomniq; pares ubi fecerit horas:dixit die pro diei.
Et libro æneidos primo.Troas reliquias danaum atq; imitis achilli pro achillis.
Ouidius ſimiliter.affuit:& ſertis tempora uinctus hymẽ pro hymenæus.ſimili
ter ſat pro ſatis:& multa alia.

A pocryphus penultima cum.c.ſimplici &.y.græco ſcribitur.dici poteſt latĩe ab-
ſconditus abditus.Nam ex apo præpoſitione quæ rem exagerat : & κρύφος qui
eſt abſconditus componitur.

A pocriſarius cũ.c.non aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribit̃:dici poteſt a noſtris re-
ſpõſalis.ná ꝓficiſcit̃ ab ἀποκρίνομαι ꝙ eſt reſpõdeo:& ἀπόκρισις reſponſum

A poenius cum.œ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:mons eſt qui ab alpibus profi
ciſcens uniuerſam italiam uſq; in ſiciliam diuidit.dictus ab Hánibale poeno ut
ſupra uidimus in dictione alpes.

A podixis cum.i.latino utrobiq; &.x.conſonante ſcribitur:traduciturq; a Quin-
tiliano euidens probatio.alii demonſtrationẽ tranſferunt.& deſcendit a δείκω
ꝙ eſt demonſtro.

A pologia cum unico.l.&.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris reſponſio.uel ex-
cuſatio.& inde apologeticon:quod idem deſignat.

A pollonia cum duplici.l.&.i.latino ſcribitur:fuit nomen plurium urbium.qua-
rum una fuit in epiro quattuor milibus paſſuum a mari diſtans.ut teſtis ẽ Pli.
lib.iiii.naturalis hiſtoriæ alia eodem teſte fuit in creta alia in ſyria.ut idem lib.
v.mõſtrauit.alia teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto.fuit in thracia.

A pollo cum duplicato.l.ſcribitur.fuit Iouis filius ex Latona eodeȝ partu cũ Dia
na natus.qui mox ut inſula delos exiit. & ad phocenſes adiit.phythoné ſerpen-
tẽ qui matrẽ Latoná ꝑſecutus fuerat ſagittis confecit.diuinationis & ſapientiæ
deus a poetis appellatur.medicinæq; artis & herbarũ uiriuȝ compertor ab Oui
dio aſſerit̃.Quáq̃ Plinius libro.vii.naturalis hiſtoriæ Chironem eius artis com
pertoré dixit.ut late in dictione Hippocrates uidebimus.citharam pulſans qua
a mercurio donatus fuerat.muſis canentibus præerat. Quare citharam tenens
mitis dicebatur.ut Hora. Condito mitis placidoque telo ſupplicet audi pueros
apollo. Náq; ſagittis armatus nocuus putabatur.ut oſtendit Homerus lib.i.ilia
dos amauit primo Daphné.poſt illã Hiacynthũ puerum.quẽ cum ſecum diſco
luderet agente ex inuidia Borea interfecit.Viciauit etiam Cyrenem Penei filiá.
ex qua ariſteum ſuſcæpit.& plura quæ de illo loquuntur poetæ Hunc pro ſole
accæptum ab antiquis oſtendit Macrobius in primo ſaturnalium ex plurium
auctorum teſtimonio.ut ſecundum Platonem dicatur ἐπάλλειν τὰς ἀκτῖ-
νας.i.a iactu radiorum ſecundum Chryſippum uero ὅτι μόνος ἐϛὶ καὶ οὐκὶ
πολλοί.hoc eſt quia ſolus eſt.& nõ multi.Nam πολλοὶ apud græcos multos
indicat.&. a.quæ eſt prima apollinis littera negationem facit a multis.unde &
ſolẽ latini dicunt ut dixit Macrobius.quia tantá claritudinẽ ſolus obtinuit. Si
qui alias interprætationes uidere cupiunt.in Macrobio legant.

A pollodorus cũ duplicato.l.ſcribitur.habetque accentũ ĩ penultima. fuit pictor
ſua ætate maximus.hoc eſt nonageſimatertia olympiade. hic teſte Plinio libro
xxxv.naturalis hiſtoriæ primus ſpecies exprimere inſtituit:primuſq; gloriá pē-
nicillo iure contulit.

A poplexia cum.x.conſonante &.i.latio ſcribitur:dicitur ſubita percuſſio ex qua
ſequitur mors.Nam a πληκτῶ deducit quod eſt percutio.

A poplecticus abſq; aliqua aſpiratione & cum.c.ante.t. ſcribitur.traductum com-
peri enecatum ob ea quæ ſupra diximus.

A poria cũ unico.r.&.i.latino ſcribitur:dicit apud latinos inopiá ſeu penuriam.

A poſtaſia cum.t.non aſpirato &.i.latino ſcribitur: dicitur a noſtrisr refugiũ uel
rebellio.& inde apoſtata rebellis.

A poſtema cũ.t.nõ aſpirato ſcribit̃:dicitur a noſtris uomica ſiue pannicula:hẽtq;
accentum in antepenultima apud græcos ἀπόϛημα:id eſt recollectio.

A poſtolus cum.t.non aſpirato & unico.l.ſcribitur: dicitur a noſtris miſſus.Náq;
deſcendit a ſecundo aoriſto uerbi ἀποϛέλλω:quod eſt mitto.ubi uerbum per-
dit unum.l.ut uidebimus in dictione epiſtola.

A potheoſis cum.th.aſpirato ſcribitur:traductum ab antiquis quibuſdam compe
ri conſecratio:ita ut componi uelint ex ἀπὸ præpoſitione:quæ aliquando ab ĩ-
dicat:& θεόσις diuinitas:quaſi a diuinitate procedens: unde dixit Seruius in
Daphnim.Apotheoſim idem eſſe quod relationem in deos:cum ſcilicet hominẽ
inter deos connumeramus.

A poſtrophe cum.t.exili &.ph.aſpirato ſcribitur:dici poteſt latine conuerſio.Nam
figura locutionis eſt:cum ad aliquem per ſecundam perſonam fit conuerſio.ut
te non alloquor aphricane:cuius mortui nomen ſplendori ac decori eſt ciuita-
ti.tui clariſſimi nepotes ſuo ſanguine abluerunt inimicorum crudelitatem: ut
oſtendit Cicero in dignitatibus.

A poſiopiſis cũ.i.latino ubiq; ſcribitur:& cõponit̃ ex apo præpoſitione:& σιωπῶ:
quod eſt ſileo.Ná eſt quaſi intercæptum ſilentiũ:ut Neptunus ad uentos apud
Virgi.li.i.ænei.Quos ego ſed motos præſtat cõponere fluctus. Ná ſublietur pu
niam uel quid ſimile.Similiter Terentius in eunucho:Ego ne illam quæ illum
quæ me quæ non.hoc eſt ego ne illam digner aduentu meo: quæ illum præpo
ſuit mihi:quæ me ſpreuit:quæ me non ſuſcæpit heri.

A potheca cũ.th.aſpirato &.c.ſimplici ſcribitur:dici põt repoſitoriũ uel recondi-
toriũ:unde apud iuriſconſultos obligationis genus quoddá exprimit.

A pollydes cum duplicato.l. &.y. gcæco ſcribitur: latine deperditi dici poſſunt.
Nam ab ἀπολλύω: quod eſt deperdo deſcendit:quo Vocabulo uſus eſt Vlpia-
nus de legatis tertio cum ait:Deperditi quibus aqua & igni interdictum eſt fi-
dei commiſſum relinquere non poſſunt:quia nec teſtamentum faciendi ius ha
bent cum ſint apollydes.

A pulia cum unico.p.& unico.l.atq;.i.latino ſcribitur:habetq; primam breuem:
liccet appulus appula appulum primam producat:& ob id per duplex.p.ſcriba
tur:quod oſtendit Horatius in duobus uerſiculis lib.iii.carminũ cũ ait.
Me fabuloſe uultur in appullo.
Nutricis extra limẽ apuliæ.Sicq; fere ſemp obſeruatũ ãnotaui. Náq; Iuuena.me-
tri neceſſitate ꝓduxiſſe uidet̃:cũ ait ꝓuincia táti uẽdit agros: ſed maiores apu
lia uẽdit.& Hora.in.i.ſermonũ.Incipit ex illo montes apulia notos Oſtentare mi
hi.Et eſt apulia prouincia italiæ mari adriatico contermina: inter dauniam.ſ.

& calabryam ſequentibus deinde ex eo latere ſalẽtinis. Quā̄q nõnulli & dauniā cū apulia eſſe uolū̄t. a Dauno. ſ. Pilūni filio cognoĩata: dicẽte Pli. lib. iii. natu. hiſto. apulia dauniorū cognomine a Dauno Diomedis ſocero dicta eſt. Quod de apuliæ pte ĩtellexiſſe exiſtimo: quæ uerſus forẽtanos extẽditur: habetq; loca ut dicūt aquarū indigia: quod Perſius ſenſiſſe uidetur: cū ait in ſecūda ſatyra: nec linguæ tantū ſitiat: canis appula quantū: ubi penultima breuis eſt.

A pricus cum. i. latino &. c. exili ſcribitur: dici poteſt latine ſolanus. Nā dictio græca eſt compoſita ex a: quod eſt ſine & φρικησ quod eſt frigus ſeu horror. Nam apud poetas & locus dicitur gaudẽs ſole: unde & homines aprici dicuntur. Vir gi. libro georgi. iii. Mitis in apricis coquitur uindemia ſaxis. Perſius: aprici meminiſſe ſenes. & inde aphricam dictam uoluit Feſtus.

A phrica cum. ph. aſpirato &. i. latino atq;. c. exili ſcribitur: interpraetari poteſt ſine frigore. Nam teſte Feſto deſcendit ab a quod eſt ſine & φρικης frigus: ut in p̄cedenti dictione uidimus.

A pries cum. i. latino ſcribitur: fuit Pſanimis regis ægypti filius cui in regno ſucceſſit. hic conſpirantibus cum amaſi ægyptus: ut ſcripſit Herodotus libro hiſto. ii. & regno & uita priuatus eſt. poſt quem amaſis regnauit: ille uidelicet contra quem Cambyſes Cyri filius pugnauit. Nam amaſis alius: de quo ſupra diximus longe ante regnauerat.

A phros cum. ph. aſpirato ſequente. t. ſcribitur: dicitur a noſtris ſpuma. Et inde aphrodita Venus uocatur: quia de maris ſpuma a poetis cõcæpta fertur. Similiter aphronitrum ſpuma nitri uocatur. Martia. in ultimo: Spuma uocor nitri: dicor & & aphronitrum.

A ptotus abſq; aſpiratione ſcribitur: dicitur a noſtris ſine caſu: ab a quod eſt ſine: & πτῶσισ caſus.

A ra ſine aſpiratione & unico. r. ſcribitur: habetq; apud græcos accentum in ultima: & ſignificat obſecrationẽ: uel ſm̃ ſeruiū p̄ces. unde κατάρα imp̄catõ dicit̃.

A rabus cum unico. r. ſcribitur: fuit teſte Pli. lib. vii. natu. hiſto. Apollinis ex Babylone filius: quẽ quidam ut ait medicinam adinueniſſe uolunt.

A rabia cum unico. r. &. i. latino ſcribit̃: regio eſt in aſia iudæam ab ægypto diſterminans: ſic quoq; cognominata ut aliqui uolunt ab arabo Babylonis: & Apollinis filio. at uero Solinus arabiam. i. ſacram interpretari dixit. hanc apud Ptolemeum in geographia triplicem eſſe comperio. fœlicem. ſ. quæ ea eſſe uidet̃. quā Pli. libro. vii. natu. hiſto. planam eſſe dixit inter Tigrim & Euphratem. Aliā uero dixit Ptolemæus petream. aliam deſertam ab arabia arabs & arabus gentilia nomina deducunrur ut Virgi. vii. æneĩ. Siue geris inferre manu lachrymabile bellum hyrcanis ue arabis ue parāt. Quod ab eo quod eſt arabus: & ab eo quod eſt arabs: & ab hoc arabe facit arabus.

A rabarches cum. ch. aſpirato ſcribit̃: & dicitur quaſi arabum arches. i. princeps: hoc eſt ex primis arabiæ. Iuuena. in prima ſatyra: atq; triūphales inter quas auſus habere Neſcio quis titulos ægiptius atq; arabarches.

A ræthyree cum. æ. diphthongo &. th. aſpirato: ſequente. y. græco ſcribit̃: urbs fuit in pelopõneſo: quam amœnam eſſe dixit Homerus libro iliados. ii.

A rachne cum unico. r. &. ch. aſpirato ante. n. ſcribit̃. Nam ſic quoq; a græcis & ab antiquis noſtris ſcriptum comperi. At uero moderni illud. ch. in. g. ob litterarū affirmitatem conuerterunt: & aragne iam ſcribunt: cum. g. ut ſupra uidimus medium ſit inter. c. exili &. ch. aſpiratū: & eſt uermis quidam qui telam intexere: & ſuper eam aſcendere deſcendereque conſueuit: unde ab ἀραρῶ quod eſt aſcendo: ut græci dicunt deducitur. Et ut dicunt poetæ fuerat uirgo e lydia lanificii peritiſſima. quæ cum Mineruæ in artificio ſe præponeret. ab illa in eiuſmodi beſtiolam conuerſa fuit de qua Ouidius lib. metamor. vi. plene omnia p̄tractauit. Eſt etiam arachne urbs theſſaliæ: quā teſte Liuio libro. ii. de bello macedonico peneus fluuius alluit.

A ragne cum. g. ante. n. conſueuit iam noſtris ſcribi. ſed a græcis cum. ch. aſpirato ſcribitur: & ſic ab antiquis latinis ſcriptum ſemper comperimus ut a græcis ἀράχνη: a latinis arachne: ut in præcedenti dictione uidimus: & dicitur latine aranea. Virgilius libro. iiii. geor. In foribus ſuſpẽdit aranea caſſes. & ut dixit Seruius araneus etiam antiquis in maſculino dicebatur.

A raris cum unico. r. in prima & altero in ultima atq;. i. latino a græcis ſcribitur: fluuius eſt galliæ narbonenſis. qui cum a monte uogeſo effluat. & per eduorum ac ſequanorum fines tranſeat. tanta ſegnicie defluit. ut quonam pergat uix dignoſci poſſit. Itaq; ſtagno ſimilis per lugdunenſem coloniæ burgundiā ciuitatem egreſſus. ante urbis muros commiſcetur rhodano. qui teſte Luca. Raptum uelocibus undis In mare fert ararim.

A rar idem eſt cum ſuperiori fluuio: ſed per apocopam teſte Priſciano in. vii. ſic dicitur ut Lucanus libro. vi. Rhodanūq; morantẽ præcipitauit arar.

A rarus cum. u. uocali in fine. ſcytharum eſt fluuius. ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum quarto.

A racynthus cū. c. exili ſequente. y. græco &. th. aſpirato ſcribitur: mons eſt Mineruæ ſaces quẽ quidam in attica regione eſſe dicunt. quod Virgilium tetigiſſe aſſerunt cū ait. amphion dircæus in acteo aracyntho. alii uero nõ attica: ſed ĩ boetia eſſe dicunt. & more paſtorali Virgilium fuiſſe locutum: qui locum unum pro altero ſæpe ponunt. ut ſimiliter apud Theocritum ſæpe cõſpicit̃. Nõnulli uero in arcadia eſſe dixerunt. Solinus uero & Pli. lib. iiii. natu. hiſto. acarnaniæ montem dicunt. Quare puto & in attica & in boetia: & in arcadia. & in acarnania eiuſdem nominis montes fuiſſe. & Virgiliū in actæo dixiſſe ut alios excluderet. Vel ut alii uolunt legendū eſt in actæo cū. c. ante. t. atq;. æ. diphthongo: & non cum duplicato. t. quod ſic quoq; littoralem ſignificat ab ακτη: quod eſt litus: quaſi dicere uelit Virgilius in litorali aracyntho.

A ratrum cum. t. non aſpirato ſcribitur: at ubi nos in ſecunda habemus. a. græci o. ponunt dicentes αροτρον.

A ratus cū. t. exili ſcribit̃: fuit ex aſia cilix poeta clariſſimus: filius Athenodori ex Litophyle uxore: ut Caryſtius ſcripſit. didicitq; a Zenone philoſopho ſtoico odyſſeā Homeri. & apud Antigo. regẽ macedonū poſt Alexan. morā traxit. Et cū aſtrologiæ ignarus eſſet. de aſtrologia librū elegātiſſimū ſcripſit. dicẽte Ciceröe li. i. de oratore. cõſtat ĩter doctos hoĩes ignarū aſtrologiæ ornatiſſimis atq; optĩs uerſibus Aratū de cælo ſtelliſq; dixiſſe: & cõſcripſiſſe: cuius librū Cicero ipſe & Germanicus Cæſar atq;. T. Claudius Cæſar ſic. n. inſcriptū compi hexametris uerbibus in latinū traduxerūt. Iō dicebat Oui. Cū ſole & luna ſemp aratus erit. Putoq; illū in tẽpore Theocriti extitiſſe. Cum aratum in quadā ſua ægloga inducat Philinum adoleſcentẽ ardenter amare: & aliqua pro reditu Philini e chio deos præcari: quæ ad aſtrologiam ſpectare uidentur.

Araxes cum.x.conſonante ſcribitur.Eſt armeniæ fluuius:dicente Lucano lib.vii Armeniūq; bibit romanus araxem.ſup quo teſte Seruio alexaner magnus pontem fecit:quē fluminis incrementa nō multo poſt ruperunt.at auguſtus firmiori ponte eū ligauit:quapropter in ipſius auguſti laudem dixit Virgi.lib æneidos.viii. Et pōtē idignatus araxes ἐξ οὗ θερμώδων φᾶσις Τάναϊς τε ῥέουσιν ut dixit Orpheus in argonautica. hoc eſt ex quo thermodoon phaſis thanaiſq; fluunt.quod ſane ab aliis qui loca poſtea diligentius pſcrutati ſunt:non eē uerum compertū fuit.Nam ut oſtendit Ptolemæus araxes ex monte periardes armeniæ pfluit:& in mare caſpium uerſus orientē decurrit. at fiumina quæ numerauit Orphæus ex aliis locis etiā non paruo ſpatio diſtantibus oriuntur.

Arcadia cū.c.exili &.i.latino ſcribitur:regio eſt in pelopōneſo : & ps achaiæ inter mare Ioniū:& ægæū diſpoſita ab arcade Iouis ex Caliſtione filio cognominata. dicta prius teſte Seruio parrhaſia ut tetigit Virgi.lib.æneidos.viii.cum ait.Parrhaſio dictum panos de morte licæi.i.more arcadico:quod cognomen a ciuitate parrhaſia aſſumpſiſſe puto:de qua meminit Homerus libro iliados ſecundo ī hac comperta fiſtula diſparibus cicutis:& foraminibus creditur.In eadem ſunt aſini aliis maiores & præſtantiores.Ideo ait Iuuenalis in ſatyra Et ſpes.& ratio. Quod leua in parte mamillæ nil ſalit arcadico iuueni.i.aſinino:& pauci ſenſus In eadem palus eſt lernæa ubi ab Hercule fuit hydra mactata:ut in dictione hydra uidebimus.Fuit etiā in eadē regio ac ſilua nemea:ut uidebimus in dictione Cleone.Item & Plinio teſte libro.iiii.naturalis hiſtoriæ.Sunt in ea montes plurimi:ut Pholoe cū oppido. Itē Cyllene lycæus:in quo licæi Iouis delubrū:Mænalus artemiſius Parthenius Nonacris Erymanthus:& alii non ignobiles.

Archander cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſecūdo Danai ſocer.

Arceſilaus cum.c.non aſpirato & unico.s.atq;.i.latino: & ſine aliquo diphthōgo ſcribitur:fuit unus ex qūinq; ducibus boeriorum:qui ad troiam cum quīquaginta nauibus aduenerunt:ut oſtendit Homerus lib.iliados.ii.alius fuit Philoſophus patria pitanæus Scythi filius.audiuit primo auctolicum mathematicū ciuem ſuum:cum quo Sardis prexit.Deinde Xanthum athenienſem muſicum Poſt quem Theophraſti auditor fuit.Tum demum in academiam ſe ad Cratorem contulit.Et cum in dicendo grauiſſimus eſſet:& in ſcribendo ſatis exercitatus:poeticæ quoq; operam dedit.Amplectebaturq; Homerum maxime ex omnibus:cuius adeo ſtudeoſus erat:ut ſemp ante ſomnum eius aliquid legeret.Pindarum quoq; dicebat eſſe in primis idoneum implere uocem.Verborum quoq; ac nominum copiam præbere.Et multa de illo locutus eſt Laertius.Obiit tādē teſte Hermippo cum merum īmodice hauſiſſet:ac per id offendiſſet ætatis ſuæ anno ſeptuageſimoquinto.Fuerunt & alii Arceſilai.Vnus poeta priſcæ comœdiæ:alius elegiæ itidem poeta:alius ſculptor.

Arceſius cū.c.exili & unico.s.atq;.i.latino ſcribitur:nomen eſt uiri proprium:cū quo Vlyxes nōnulla tractauit.ut oſtendit Home.lib.xi.odyſſeæ.

Archemolus cum.ch.aſpirato & unico.l.ſcribitur:fuit Rhœti filius Marubiorū regis in italia:qui cum teſte Seruio ſup.x.æneι.filio nouercam Caſperiam ſup induxiſſet:ſtuprauit illam priuignus.Quo cognito cum eum pater perſequeretur:& ad pœnam nexaret:fugientes ille ſe ad Turnum contulit:ut eodem libro oſtendit Virgilius.

Archemorus cū.ch.aſpirato ſcribit:fuit Lycurgi Nemeæ regis filius.hic Hypſiphilem nutricē habuit:quæ cū ſitiētibus græcis ad expeditionē thebanā euntibus fontē langiā mōſtraret:& ſup uiridati herba puerum Archemorum reliqſſet: a ſerpente morſu affectus occubuit.unde fons ille archemorus dictus fuit:& annuus agon iuxta illum ī eius honorē exercebatur. de quo Iuue. in fine ſatyræ. Et ſpes & rō meminit cum ait.Dicat patriā nomēq; nouercæ Archemori.hoc ē Hypſipyles:quæ nouercali ritu puerum ſine cuſtodia dereliquit.

Archelaus cū.ch.aſpirato ſcribit:fuit unus Antenoris troiani filius. quē Home. lib.ilia.ii.rei militaris pitiſſimū dixit. Alius fuit Athenienſis philoſophus:ſeu ut alii dicunt mileſius.habuitq; patrē Apollodorum.Et fuit auditor atq; ſucceſſor Anaxagoræ.hic primus ex Ionia phyſicā philoſophiā athenas inuexit: & appellatus eſt phyſicus:Socrate Aethicē introducente:q̄q̄ hic æthices rudis non fuit. Nanq; de legibus philoſophatus eſt:& de honeſto & æquo porro Socrates quod ſumpta ab eo ppagauerit:inueniſſe putatus eſt. Alius fuit geographus: q omnem ab Alexandro pagratā terrā deſcripſit. Alius teſte Laertio naturæ propria uerſu tradidit. Alius etiam q oratoriam artem ſcripſit.

Archeptolemus cum.ch. aſpirato &.t.ſimplici: hoc eſt ſine aſpiratione ſcribitur: fuit filius Iphiti:& auriga Hectoris ſuffectus Enipeo interfecto a Diomede ut ī ea dictione uidebimus.

Archetypus cum.ch.aſpirato &.t.ſimplici atq;.y. græco ſcribitur: apud nos dici poteſt exemplaris:ut Iuuenalis in ſecunda ſatyra.Et iubet archetypos pluteum ſeruare cleantes:Nam componitur ex arche:quæ eſt principalis:& typos figura quaſi ex principali & naturali figura trahantur.ut Virgi.lib.vi. Viuos ducent de marmore uultus.Martia.in.xii.ſic tanq̄ tabulas ſcyphoſq; paule.Omnes archetipos habens amicos.

Archia cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dicitur apud nos principatus. & inde archos princeps.Quin & nomen proprium ut pro archia poeta.

Archigenes cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:interpretari poteſt princeps generationis.& licet nomen proprium ſit medici.contra quem Galienus ſæpiſſime in libris ſuis inuexit:cōmuniter pro græculis:aut ſimilibus accipere conſueuimus:qui ſe præ omnibus ſui generis ſciolos oſtendebant: ut in dictione protogenes quæ idem fere deſignat apparebit.Sed de eo medico : aut ſimili ītellexit Iuuenalis cum in ſatyra Credo pudicitiam de mulieribus romanis locutus ait. Tunc corpore ſano aduocat archigenem.

Archilochus cum.ch. aſpirato tam in antepenultima q̄ in ultima ſcribitur: fuit unus Neſtoris & Eurydices filius:ut oſtendit Homerus in odyſſæa.hic patrē in expeditiōe troiana ſecutus:& uiriliter pugnās a Mēnone:ut qdaʒ uolunt: interfectus fuit. Alii aſſerunt eū cū Achille in templo Thymbræi Apollinis a Paride obtruncatum.de quo Iuuena.i.ſatyra Omnibus ī terris de Neſtore cū loqueret̄ ait.De legibus ipſe quæratur Fatorꝝ.& nimio de ſtamine.cū uidet acris Archilochi barbā ardentē:& reliqua. Alius fuit ſiculus:q ariciā urbē cōdidit. ut teſtat̄ Solinus. Alius fuit poeta lacedæmonius romæ regnāte Tullo Hoſtilo. ut dixit Cornelius nepos.in quo teſte Quintiliano lib.x. de inſtilutione oratoria. ſūma uis elocutionis fuit.tū breues uibranteſq; ſententiæ plurimuʒ ſanguinis ac neruorum.Huic Lycamber deſponſare Neobolem natam promiſerat. Quam cum alteri nuptum daret:adeo moleſte poeta tulit.ut metrum adinuenit iambicum

quo Lycambri opprobria omnibus decantaret.dicente Horatio ĩ poetria.Archi-
lochum ,pprio rabies armauit iambo.Hunc ſocci cœpe pedẽ grandeſq; chotur-
ni.Quibus uulgatiſſime decantatis.Lytamber & filia atq; uxor ſe laqueo ſuſpẽ
derunt. Quos ſane libros teſte Valerio de ſeueritate ob impudiciam lectionem
iuſſerunt lacedæmones ex urbe tolli. & in ipſe in exiliũ miſſus eſt.dicente Oui
dio in Ibin.Vtq; reptori nocuit pugnantis iambi.
Sic ſit in exilium lingua ,pterua tuum.Et ut oſtendere uidetur Pli.lib.vii.natu
ralis hiſtoriæ fuit deinde interfectus.eius uerba ſunt. archilochi poetæ interfe-
ctores apollo arguit delphis.

A rchimedes cũ.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit̃: fuit ſyracuſanus ĩ omni geometria
ante alios mira ſubtilitate laudatus. ut teſtat̃ apulegius lib.i.de Magia. Cuius
mortẽ late deſcripſit Pli.lib.ii.natu.hiſto.Nã captis ſyracuſis p ,pditionẽ.quam
cõtra uim Marcelli romani diu defẽſarat.cũ oĩa euerterẽt hoſtes.ipſe diametros
ſuos in puluere obſignans.a prætereunte milite incognitus.occiſus eſt.hic teſte
Cicerone lib.tuſculanarũ.i.fuit primus ſperæ fabricator.Quod Laertius anaxi
mandro attribuit.hic cylindro opus eximium ſcripſit quod nuper compertum
Nicolaus quintus ſũmus pontifex in ſtilũ latinũ traduci fecit.

A rchytas cũ.ch.aſpirato &.y.græco atq;.t.ſimplici ſcribitur:fuit Mneſagoræ ſiue
ut Ariſtoxenus ait Eſtiei filius Tarentinus patria & philoſophus pythagoricus
nobiliſſimus.hic Platonem cum a Dionyſio necandus eſſet.p epiſtolam eripuit
admirationi ſummæ apud plurimos habitus eſt in omni uirtutis genere.Preter
hunc teſte Laertio alii tres ſuere unus mitylenæus muſicus.Alius qui de aggri
cultura ſcripſit.Tertius epigrãmatum poeta.quartum plæriq; addunt archite
ctum.cuius proferunt librum de machina.

A rchitriclinus ſecunda tantũmodo aſpiratur:& cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:
dicitur is qui in aula diſcumbentium principalis habetur:& componitur ex di
ctionibus tribus:prima archi quæ principalem indicat:ſecunda eſt tris:quæ in
dicat tres:tertia eſt κλινη: quæ lectos ſignificat ſeu toros. Nam in aula tres to-
ros in tribus aule dimenſionibus collocabant:ubi cõuiuantes diſcumbere con-
ſueuerunt.unde ait iuuena.in ſatyra Si te ,ppoſiti.Tertia ne uacuo ceſſaret cul
citra lecto.Vna ſimus ait.& reliqua.Et in primo ſatyra idem poeta ait.Optima
ſiluarum interea pelagitq; uorabit Rex horum:uacuiſq; toris tantum ipſe iace-
bit.ſed quonã pacto tricliniũ ab antiqs traductũ ſit:in ipſa dictione uidebimus

A rchimagirus cum.ch.aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribitur:dici poteſt a noſtris
principalis cocus.Nam componitur ex archi quod eſt principale:& μάγειρος
cocus.

A rchitectus ſola antepenultima cum aſpiratione atq;.i.latino ſcribitur:dicitur q
p̃eſt ſtructuris ædificiorum:quaſi principalis τέκτων.i.faber.

A rctos cum.ct.exilius ſcribitur:dicitur a noſtris urſa.& inde arctous borealis.Sta
tius Nec arctos auſim ſperare triumphos.Arcticus polus ſimiliter borealis dicit̃
de quo locutus Cicero libro.ii.de natura deorum ait.Huuc circum arctoæ due
feruntur nunquam occidentes. Ex his altera apud graios cynoſura uocatur :
altera elice:ut in illis nos dictionibus oſtendemus.Nam elice maior ẽ urſa:quæ
& Caliſto uocata fuit:ut in dictione Caliſto uidebimus.hanc teſte Igino pelopõ
neſii ueluti ſuam nauigando obſeruant.Cynoſuram uero Aglaſtones unam de
Iouis nutricibus.ex idæis nymphis fuiſſe dixit:quæ minor arctos a quodã phœ
nice primitus appellata fuit:ut teſtis eſt Iginus.Quãobrem phœnices nauigan
do magis illam q̃ alteram obſeruare rettulit:quia a ſuo inuentore comperta fu-
it.unde Leander apud Ouidium.xvii.epiſtolarum heroidum ait . Non ſequar
aut elicen:aut qua tyrus utitur arcton.Bublica non curat ſidera noſter amor.
Et libro.iiii.de faſtis ait.
Eſſe duas arctos quarum cynoſura petatur.
Sidoniis:elicen graia carina notet.Et ut ait Parmeniſcus tẽporibus Homeri eli-
ce arcti nomen accæpit:cũ prius plauſtrũ diceret̃:quã utroq; nomine & arctõ
& plauſtrum nominauit.Home.quod græce ἅμαξα dicitur. Cuius ſane cauſa
hæc prodita ẽ.Nã cũ ſeptẽ conſpiciantur ſtellæ duæ quæ pariles:& maxime in
uno loco uidentur:pro bobus habitæ ſunt. Reliquæ uero quinq; plauſtrum
ipſum ſimulare dicuntur.Ita & quod proximum huic eſt ſignum booten nomi
nare uoluerunt:ut.T.Claudius Cæſar in phœnomia arati:Tardus in occaſu ſe
quitur ſua plauſtra bootes.Id eſt boum agitator.Alii arctophylaca uocauerũt:
quaſi urſam ſit obſeruans:& cuſtodiens.hunc filium ipſius urſæ Caliſtonis poe
tæ noſtri dixeruut:& ad cælum cũ illa tractũ:ut uidebimus in dictione Caliſto

A rctophylax cum.ct.exilibus &.y.græco ſcribitur:dicitur arctoæ ſiue urſæ phy-
lax.i.cuſtos:ut libro.ii.de natura deorum uerſus referens arateos ait:Arctophy
lax uulgo qui dicitur eſſe bootes:ut in dictione bootes uidebimus.

A rcturus cum.ct.non aſpiratis ſcribitur.Stella eſt quam urſæ caudam interpre
rari libet:eo quod in cauda ipſius urſæ locata dicatur.De qua Cicero libro.ii.
de natura deorum uerſus referens arateos inquit.
Stella micans radiis acturus nomine claro.

A rdiſcos cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:fuit teſte Ariſtarcho in theogoniã Heſio
di fluuius in ſcythia:quem Herodotus libro hiſtoriarũ.iiii.per odyrſos populos
ſcythiæ profluere dixit.

A rdys cuʒ.y.græco ſcribitur:fuit Gygis lydorum regis filius:poſt quem teſte He-
rodoto libro hiſtoriarum primo:& ipſe regnauit.

A reopagus cum unico.r.ſcribitur:dictio eſt compoſita ab αρεοσ quod eſt Mar-
tis:& παγοσ uicus.Nam uicus erat athenis: a templo Martis ſic cognomina-
tus.primum iudicium capitis actum fuiſſe dixit Plinius circa finem libri ſepti-
ini naturalis hiſtoriæ.Et inde areopagitæ illi dicebãtur:q athenis in tẽplo Mar
tis.quod erat in areopago iudicabant:quod iudicium exquiſitiſſimũ habebat̃.

A rete huius aretes:uel areta huius aretæ utrũq; comperitur.& recte dicit̃ ac cum
unico.r.&.t.non aſpirato ſcribitur:fuit uxor Alcinoi regis phæacum:ut pluri-
bus in locis oſtendit Homerus in odyſſæa.Quare cum eſſet Vlyxes apud corcy
ram in conuiuio alcinoi:& cum aliis aliiſq; phæacum populis enarraret Poly-
phemum quoſdam ex ſociis eius deuoraſſe:ac ſi deriſoria locutus fuiſſet uerba
& mendacia ipſi aretæ uideri poterant.dicente Iuuenale in ſatyra Quis neſcit
uoluſi attonito cum Tale ſup cœnam facinus narraret Vlyxes. alcinoo.bilem
aut riſum fortaſſe quibuſdam.
Mouerat ut mendax aretæ logus.id eſt uelut mendax eſſet.logus id eſt ſermo q
aretæ uxori Alcinoi dirigebatur.fuit & eodem nomine altera filia ſuperioris Di
onyſii & ex Ariſtomache ſorore Dionis:& interpretatur ἀρετη.i.uirtus.

A rethuſa cum.th.aſpirato & unico.ſ.ſcribitur:fuit.uirgo uenatrix Dianæ comes
ut dixit Oui.l .meta.v.Quod Virgi.tetigiſſe uidetur libro georgic.iiii. cum ait

E tandem poſitis uelox arethuſa ſagittis. Quæ cum forte in alpheu fluuio ſe lauaret a deo fluminis alpheo conſpecta adamat̃. quã ille detinere canatus eſt: ſed diffugientem illã deus ſui fluminis circuitiõibus inſequitur. Sed ipſa implorato Dianæ ſubſidio: in fontem ſui nominis cõuerſa eſt. Cuius undis cũ alphe⁹ cõmiſcere ſe uellet. illa uero ꝑ ſubterraneos meatus diffugeret. uſq; i ſiciliam ꝓſecutus eſt. Quod fidẽ fabulæ experientia præſtaſſe uidet̃. Qua depræhenſum eſt expurgaměta hoſtiarũ. quæ apud helidem in ludis olympiacis mactabãtur cũ in alpheũ delapſa eſſent in ſiciliam uſq; ad fontem arethuſam ſcaturire cõſpiciebantur. Sane in gloſulis ariſtarchi ſup. xiii. odyſſeæ Homeri librũ cõperi. q̃ttuor in diuerſis mundi ptibus fuiſſe arethuſios fontes. Vnũ apud ſyracuſas. alterum apud ſmyrnam. Tertiũ in chalcidia. & quartum in ithaca. Et ab arethuſa arethuſis patronymicum fœmininũ deductum eſt. ut Oui. lib. faſtorum. iiii. Vtq; ſyracuſas arethuſidas abſtulit armis Claudius.

Arethous cũ. th. aſpirato ſcribitur: fuit rex in arna ciuitate boetie. & pater Meneſthii. ut in ea dictione uidebimus.

Arganthonius cum. th. aſpirato ſcribitur: &. i. latino: fuit teſte Herodoto lib. hiſtoriarum. i. tarteſſiorum tyrannus.

Argia cum. i. latino ſcribitur: fuit Adraſti regis argiuorum filia: & Polynicis thebani uxor de ſtatius lib. i. &. iiii. thebaidos plura locutus eſt. Altera eiuſdẽ noĩs fuit argiuis ueneranda ſacerdos: ut uidebimus in dictione Bito.

Argilus cum. i. latino & unico. l. ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſto. vii. urbs emathiæ: non longe ab hoſtiis ſtrimonis uerſus occidentem.

Argippei cum. i. latino & geminato. p. ſcribitur: populi ſunt ultra ſauromatas & budinos & hiros: ut oſtendit Herodotus lib. hiſto. ii.

Argyrondes cum. y. græco ſcribitur: fuit teſte Ariſtarcho ſup Heſiodum fluuius ĩ ætolia: quaſi argyros. i. argenteũ Δέινόσ. i. periculoſum.

Argos cum. o. apud noſtros ſeruata litteratura græca ſcribitur: & in ſingulari generis eſt neutri: ut Hora. Aptum dicet equis argos diteſq; mycenas. In plurali uero numero maſculini ut hi argi: nomen eſt urbis unius quidem in attica nõ longa ab athenis: de qua in dictione attis uidebimus. Alterius uero in theſſalia ſiue pelaſgia: quod argos pelaſgicum Homerus uocat. conditum teſte Plinius libro. vii. naturalis hiſtoriæ a phoroneo. de quo Luca. in. vi. Vbi nobile quondam Nunc ſuper argos arant. Aliud eſt teſte eodem Plini. libro. iiii. in achaia hippiũ cognominatum: ſupra locum lernæ: a mari octo milibus paſſuum diſtans: & nouem additus a mycenis: a quo regiuncula argos: & græci ipſi argiui cognominati ſunt. Nam ab argos argiuus deducitur: quod cum. i. latino ſcribitur: q̃q̃ apud græcos ſit. ei diphthongus. & ſcribatur ἀργεῖος: ſed nos diphthõgũ ipſa in. i. longam cõmutamus. Addentes inſup. u. conſonans loco æolici digammæ: quod antiqui æoles interponebant inter diphthongum & ſequentem uocalem ut ſupra uidimus cum de. u. littera tractaremus. Nõ nulli uero ex latinis diphthongum ipſam in. e. cõuerterunt. nec. u. conſonans addere uoluerunt: ſed dixerunt argeus: ut Hora. libro carminum quarto. Tybur argeo poſitum colono. Profertur etiam pro aduerbio in plurali: ut Pli. circa finem libri. xvi. naturalis hiſtoriæ argis inquit olea etiam nunc durare dicitur: ad quam ideo In uaccam mutatam Argus alligauerat. hæc ille. ob quod puto dixiſſe Virgi. libro georgicorum. ii. Viuacis oliuæ.

Argonautæ cũ. t. exili ſcribitur: dicti ſunt heroes illi q cũ Iaſone ad expeditionẽ ĩ colchos ſunt profecti: ſic quoq; cogminati ab naue: quã ĩnauigauerunt: quæ argo dicta fuit. Nauis uero teſte Diodoro ſiculo lib. hiſto. v. argo dicta erat: ut quidam aſſerunt ſcriptores ab arpo eius architecto q etiã inter nauigandũ eius reſarciendæ curã cæperat. Alii ab eius uelocitate: quã antiqui argon appellabãt. fuitq; eodem Diodoro teſte iuxta pelion ædificata magnitudine atq; apparatu lõge maiori: q̃ quæ ad eã diem fiere cõſueuerant. Erat enim antea paruarũ nauicularum uſus. at huius eximiã magnitudinẽ ſtupentibus omnibus diffuſa ꝑ græciẽ eius rei ſama multos egregios adoleſcentes ultro ad certamen. & eius belli cõmunionẽ allexit Iaſon in aquã deductam nauẽ cum neceſſariis ad nauigãdum rebus fulſiſſet: optimos eorum qui ſecũ irent elegit numero quattuor & q̃draginta. Ex eis uero clariſſimi erant Caſtor: & Pollux: Hercules: Telamon: Orpheus: Atlantes: Schinei. præterea Teſpei filii: & ipſe nauigii auctor Iaſon. Sane argonautarum hiſtoriam quam plures deſcripſere: & poetæ maxime ex græcis quidem quos legi: Orpheus ipſe qui interfuit: q̃q̃ nõ illius opus dicat Ariſtote. Itẽ Appollinius late materiam ipſam proſecutus eſt. Ex latinis uero Ouidius in libro metamorph. Et clariſſime ille poeta Valerius Flaccus: qui diuino carmine rem omnem ipſorum argonautarum explicuit. Ex hiſtoricis Diodorus ſiculus & Trogus Pompeius. quem imitatus eſt Iuſtinus.

Argiripa cum. i. latino utrobiq;. & unico. p. ſcribitur. Nec ab ἄργυρος: quod eſt argentum deducitur. Sed ab argoripo oppido apuliæ a Diomede condito: hoc ẽ argos ῥιπτόν: id eſt actum ſiue fundatum. Sed poſtea teſte Seruio ſuper. x. æneidos: nomẽ uetuſtate corruptum eſt: & factũ ut ciuitas argiripa diceretur. Et ſic illam uocauit Virgi. cum ait: Ille urbẽ argiripã patriæ cognomĩe gentis Victor gargani cõdebat iapygis aruis. Sed rurſus corrupto uerbo arpos dicta fuit. Virgil. lib. x. Quæ cauſa attraxerit arpos. Dicitur etiã a Virgi. arpi in plurali: ut eodem libro. x. Atq; iterum in teucros ætolis ſurgit ab arpis Tydides & lib. xi. Non erit auxilio nobis ætolus & arpi.

Arpos & arpi ſine aſpiratione principii ſcribuntur. nã nõ ab harpazo uerbo græco & aſpirato: quod eſt apud nos rapio deſcendunt. Sed ab hargos & argiripæ ut in præcedenti dictione uidimus deducta ſunt.

Argiſſa cum. i. latino & duplicato. ſ. ſcribitur: fuit teſte Homero libro. ii. iliados urbs in theſſalia.

Ariæus cum. i. latino &. æ. diphthongo in penultima ſcribitur: nomen fuit excellentis uiri proprium.

Aatriannes cum. i. latino & duplicato. n. ſcribit̃: fuit nobiliſſima armeniæ ciuitas

Ariathis cũ. i. latino utrobiq; &. th. aſpirato ſcribitur. nomen eſt propriũ hominis

Ariabignes cum. i. latino utrobiq;: fuit Darii filius ex filia Gobryæ: qui una cum praxaſpe & Megazabo præpoſitus fuit claſſi Xerxis.

Ariapithes cum. i. latino utrobiq; &. th. aſpirato ſcribitur: fuit ſcytharum rex: cui filius Scylla in regno ſucceſſit.

Ariadne cum. i. latino &. d. ante. n. in eadẽ ſyllaba ſcribitur: & a noſtris & græcis auctoribus dicit̃: quã iſcii quidã moderni Adrianã uocant: qđ uocabulũ apud nullos auctores compertum eſt. Sed Aradne a Priſciano ponitur. Et a Seruio nõnullis in locis declinari docet̃. fuit Minois cræte regis filia ex Paſyphæ cõiuge: dicente Homero libr. xi. odyſſeæ καλην Ταριαδνην κούρην μινωος: hoc

eſt formoſanq; Ariadnen filiam Minois.hæc Theſeum Aegæi athenarum regis
filium cretam miſſum deuorandũ a Minotauro amauit ꝑdere. Et cũ iuuante
Dædalo eius cõtuberino fugeret:ſuſcæpta fide quod ab illo reciperetur in con
iugê:& una Phædrá ſororẽ ꝓ Hippolyto filio tranſportaret:ſuo cõſilio ducto fi
lio in labyrinthum intrauit.ubi mactato Minotauro noctu clam Ariadnen &
Phædram ſup nauim impoſitis uictor aufugit. Ariadnen deinde a ſe corruptaꝫ
aſportata Phædra dormientem reliquis in chio inſula maris ægæi: ut Oui.lib.
viii.meta.placuit.Vel,in naxo eiuſdem maris inſula:ut ſcripſit Seneca in Oedi
po.ex ꝑ̃ecta tandem Ariadne cum ſe cognoſceret derelictam:ululatu maximo
litora cuncta replebat:Sed cum tunc Bacchus ſecus inſulam nauigaret : uiſam
iuuenculam recæpit:& uxorem ſibi coniunx:dicente Seneca in Oedipo:Naxos
ægæo redimita ponto.
Tradidit thalamis uirginem relictam:
Meliore penſans damna marito.Ex hac Bacchus Thoantem inſulæ lemni regẽ
genuit.Danauitq; illaꝫ Venus corona a Vulcano fabricata:quam Bacchus no
uem ſtellis ornatam in cælo locauit.De qua plura alia Oui.in præfato lib.viii.
& plura in libro faſtorum ſcripſit.

A ryandes cũ.y.græco ſcribitur:fuit ægypti pro cambyſe præfectus: qui teſte He-
rodoto lib.hiſto.iiii.a Dario poſtea interfectus fuit.

A ricia cum.i.latino utrobiq; &.c.abſq; aſpiratione ſcribitur:fuit ex attica regione
puella:quæ primum ab Hippolyto dilecta:cum poſtmodum ab Diana in Itali-
am tranſlatus ille fuiſſet eius uxor facta fuit:qui ea loca inhabitauerunt : quæ
ab urbe roma ad eius uſq; nominis urbem ab archilo poſtea ſiculo conditam ne
moribus:ut plurimũ intercæpta erat.dicente Oui.lib.iii.faſtorum.
Vallis aricinæ ſilua præcinctus opaca.
Eſt locus.antiqua religione ſacer.
Hic iacet hippolytus furiis diſtractus equorum.
Vnde nemus nullis illud additur equis.At in ea ciuitate quæ decem tantũmõ
milibus paſſuũ diſtat ab excelſa nemoralis aricia roma:ut dixit Luca. ĩ quinto
Oreſtes oraculo monitus.ſimulachrũ ſcythicæ Dianæ.quod de taurica regio-
ne extulerat:priuſq̃ argos peteret conſecrauit.ab aricia autem aricinus deriua-
tur.& Iuuena.Dignus aricinos qui mendicaret ad axes.

A rii cum.i.latino ſcribitur:ſunt aſiæ ſcythicæ populi.ut oſtendit Hero.libro hi-
ſtoriarum quarto.

A rimaſpi cũ.i.latino ſcribitur:populi ſunt teſte Hero.lib.hiſto.quarto in ſcythia
aſie uerſus ſeptẽtrionem unicũ tantũmodo oculũ in media frõte tenẽtes. Et ut
idem auctor ꝓſequitur:Arimaſpi dicunt̃ ab arimo.quod ſcytharũ lingua unũ
dicit:& ſpu oculũ quaſi unũ oculum habentes.Et ut ꝑgit hi cũ gryphibus aliti
bus ferociſſimis cõtinua bella gerũt.Nam eruũt gryphes ex cuniculis ſmarag-
dos & aurum quod ui capiunt arimaſpi.dicente etiam Luca.libro.iiii.
Auroq; ligatas ſubſtringens ariſmape comas.

A riomardus cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto Darii filius.

A rion cũ.i.latino & unico.r.ſcribitur. fuit citharœdus optimus ex inſula leſbe &
artis ſuæ gratia Periandri corinthiorum tyrãni amicus de quo Herodotus lib.
hiſto.i.Plini.libro.ix.ſuæ natu.hiſtori. Gellius libro.xvi.noctium atticarum hi
ſtoriam late rettulere:quæ breuiter compræhenſa talis eſt. Hic ob diuitias quas
in ſicilia & italia ſua arte conquiſiuerat.a nautis eũ corinthũ reportantibus . ſe
præcipitare in mare coactus eſt.& a delphine excæptus in laconiá ante nautas
ipſos deportatus corinthum adiit.ubi re cognita & illis ad ſupplicium traditis:
bona ſua quæq; recuꝑauit.Quare dixit Virgi.in Damone. Orpheus in ſiluis ĩ-
ter delphinas arion.cuius prima ſemꝑ breuis eſt.At in Orione quandoq; quidẽ
longa eſt.& quandoq; breuis.ut Virgi.libro ænei.iii.Armatumq; auro circũſpi
cit oriona.ubi ſpondeus quintum detinet locum . Breuis uero ab eodem ponit̃
libro.i.cum ait.Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus orion in uada cæca tu-
lit.& Lucanus libro.i.Enſi feri nimium fulget latus orionis.

A riobarzanes cum.i.latino &.z. conſonante ſcribitur: fuit cappadocum rex qui
Pompeio magno in pharſalico bello fauit.

A riſbe cum unico.r. &.i. latino ſcribitur: fuit teſte Homero libro iliados.ii. urbs
phrygiæ iuxta pontum.Et alibi dicit illam ab Achille funditus euerſam fuiſſe.
quia troianis auxilia miſerat.de qua Virgi.lib.æneid.viii.Pocula deuicta geni-
tor quæ cæpit aryſbe.fuit etiá eodem nomine cõcubina quædam Priami.

A riſtæus cum.i.latino &.t.exili ſequente.æ.diphthongo ſcribit̃:fuit Apollinis ex
Cyrene filia Penei regis arcadiæ filius: hic deíde in arcadia regnauit.& primus
apiuꝫ ac mellis uſum lactiſq; coagulum demonſtrauit.Vſumq; olei & alia q̃plu
ra adinueniſſe rettulit.Iuſtinus libro.xiii.ſui epitomatis.

A riſtagoras cum.i.latino &.t.exili ſcribit̃:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaruꝫ.v.
præfectus exercitus Darii contra græcos.

A riſtomynus penultima cum.y.græco ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

A riſtippus cum.i.latino utrobique ſcribitur:&.t. non aſpirato atque duplicato
p.Verum ſecundum communes græcorum regulas cum.th.aſpirato ſcribi de-
beret:ſed ne aliunde q̃ ab ariſtos compoſitum credatur:præualuit conſuetudo
ut cum.t.exili ſcriberetur:fuit philoſophus cyræneus & Socratis diſcipulus. Is
teſte Creſio Phanio peripatetico primus ſocraticorum philoſophiam deduxit in
quæſtum:habuitque ingenium ad omnia facile & paratum:ob quam maxime
a Dionyſio probabat̃ . Cuius plurima dicta:& q̃promptiſſima & uaria rettulit
Laertius.Contra quem Plato librum in uoluptatem ſcripſit.Cuius ille aſſertor
erat.Quare Timon illum ut nimium delicatum arguitur: a Diogene uero regi
us canis dicebatur. Quorum diſceptationem Horatius poſuit in epiſtola deci-
maoctaua.Alius fuit Ariſtippus teſte Laertio qui arcadiæ hiſtoriaꝫ ſcripſit.Ter
tius qui eo ꝙ a matre doctus fuerat:Matrodidactus dictus fuit. Quartus ex no
ua academia profectus.

A riſtides cũ.i.latino utrobiq; &.t.exili ſcribit̃ : fuit athenienſis Lyſimachi filius:
æqualis fere Themiſtocli. Quare cũ eo de principatu cõtendit obtrectaruntq;
inter ſe:ĩ q̃bus duobus cognitũ eſt quáto anteſtaret eloquẽtia innocẽtiæ.Ná cũ
teſte æmilio Probo ariſtides abſtinentia & uirtutibus:unus poſt hominum me-
moriá:quẽ q̃dem audiemus cognomine iuſtus ſit appellatus.a Themiſtocis ta
mẽ eloquentia adeo collabefactus eſt:ut exilio decẽ annorũ mulctaretur. Verũ
poſtq̃ Xerxes in græciá deſcendit:ſexto fere anno quá erat expulſus: plebiſcito ĩ
patriam reſtitutus eſt.Hic qua fuerit abſtinentia nullũ eſt certius iudiciũ.quã
cũ maximis rebus præfuiſſet in tanta pauꝑtate deceſſit:ut quo efferret̃ uix re-
liquerit.Fuit & alter Ariſtides thebanas pictor inſignis: & quem æqualẽ appelli
dixit Pli.libro.xxxv.natu.hiſto.Is ut inq̃t omniũ primus animũ pinxit: & ſen-

ſus hoīs expreſſit quos græci πάθη:hoc eſt ꝑturbationes uocant. Durior pau
lo in coloribus. Cuius unā tabulā Attalus rex centum talētis emiſſe traditur.

A riſto cum.i.latino &.t.nō aſpirato ſcribitur:pater fuit Platonis a codro Melāthi
filio:q a Neptuno itidē ſanguinē trahere Traſilo teſte memorat̃ ducēs originē.

A riſtomache cum.i.latino &.t.exili &.ch.aſpirato ſcribitur:fuit uxor Dionyſii.

A riſtonichus cum.i.latino utrobiq;:&.t.ac.c.exilibus ſcribit̃:fuit enenis ex ephe-
ſia pellice filius.

A riſtophorum cū.i.latino &.t.nō aſpirato ſcribit̃. Vas ē in quo prādiū defertur.
Nam componitur ex αριϛον quod prandium indicat: & φορῶ porto diciturq;
latine diſcus:ut quidam uolunt:quod eſſe etiam græcum oſtendit Iulius pol-
lux:ut in ea dictione uidebimus.

A riſtoteles cum.i.latino &.t.exili utrobiq; ſequēte.e.ī penultima ſcribit̃ fuit phi
loſophus ſūmus ex oppido ſtragyra:obſcuro quidē ꝑ ſe nili quod uiri claritate
refulſit. patrem habuit Nichomachum medicinæ artis ꝓfeſſorem. Referaturq;
genus paternum in Machaonem Aeſculapii filium continuata atq; certiſſima
ſucceſſione Quin & ipſe Nichomachus apud amyntam macedonie regem Phi-
lippi patrem magno loco poſitus eſt. Matrem habuit pheſtiada non obſcuri ge-
neris. hic prima ætate in macedonia enutritus eſt. Sed cū adoleuit āno ut perhi
bent ætatis ſuæ.xvii.athenas ſe contulit Platonem.xx.ānis audiuit. Nullam ſci-
entiam reliquit:quā nō ꝑfecte attingeret. Quare nō ſolū poeta:& orator ſūmus
ſed philoſophus maximus euaſit. Mortuo Platone ad Hermiam atarnei tyrānū
ꝓfectus:triennio fere apud illum deſedit. Inde in macedoniā a Philippo euoca-
tus:decem ferme annos circa diſciplinā alexandri fuiſſe traditur. Sed alexādro
in aſiam cū exercitu ꝓfecto: ipſe athenas rediit & tredecim ānis in lycio floren-
tiſſime docuit. Tandem cōmuni illa philoſophorum inuidia accuſatus: ꝙ non
recte de diis ſentiret. Metuens ne ut quondam Socrati: ſic etiam ſibi in iudicio
ꝑeundum foret:deſerta ſui defenſione calcidem abiit. ubiq; de cætero fuit quo-
ad uita diſceſſit:ut omnia copioſe & eloquentiſſime rettulit cōterraneus meus
Leonardus arretinus in uita quā de illo edidit. hic idem ut ait Hieronymus pſ̃-
byter ſcribens ad Euſtochium de uita monacharum:abſq; dubitatione prodigi
um fuit grandeq; miraculum in tota natura. Cui ut ꝑgit pene uidetur infuſu;
quicquid naturaliter capax eſt genus hominū. Sane teſte Laertio octo fuerunt
ariſtoteles. primus hic ipſe:quē teſte Gellio in.iii. noctium atticarum traditum
eſt libros pauculos Speuſippi philoſophi poſt mortem eius emiſſe talētis atticis
tribus. Ea ſūma inquit Gellius fit nūmi noſtri ſextertia duo & ſeptuaginta mi-
lia. Secundus qui athenis rempub.āminiſtrauit. Huius ut ait adhuc extāt ora-
tiones elegantiſſime. Tertius qui in iliadē Homeri ſcripſit. Quartus orator ſicu
lus:qui ad panegyricū Socratis reſcripſit. Quintus qui dictus ē Mythus aeſchi
nis ſocratici neceſſarius. Sextus cyrenaicus qui poetica ſcripſit. Septimus pædo
triba:cuius meminit ariſtoxenus in uita Platonis. Octauus grāmaticus obſcu
rus & ignobilis:cuius de pleonaſmo ars legitur.

A riſtoxenus cum.i.latino &.t.ſine aſpiratione atq;.x.conſonante ſcribit̃:fuit mu
ſicus.& teſte Gellio in quarto noctium atticarū uir litterarum ueterum diligē
tiſſimus ariſtotelis philoſophi auditor. idem teſte Cicerone animā nil aliud atq;
hermoniam eſſe dixit.

A rtachæas cum.t.exili &.ch.aſpirato ſequente.æ.diphtpongo ſcribitur:fuit teſte
Herodoto lib.hiſtoriarum.vii.dux magnus in exercitu Xerxis: quin & ſummē
ab illo dilectus.ſed apud acanthum urbē emathiæ moriens maxima cū pompa
& honore tumulatus fuit. Cui deinde acanthii:ut heroi ſacrificauerunt.

A rtanes cum.t.exili & unico.n.ſcribitur: fluuius eſt teſte Herodoto libro hiſtori.
iiii.ſcythicæ thraciæ in iſtrum defluens.

A rimethica cū.i.latino utrobiq;:& aſpiratiōe in primo.t.reliqua ſine aſpiratione
ſcribuntur. dici poteſt numeralis. Nam ea ſcientia eſt quæ de numeris tractat.
deriuaturq; ab αριθμοσ quod eſt numerus. Et a numero ſæpenumero dicitur
quod ē rationabiliter. Virgilius libro.xi. Hetruſciq; duces equitumq; exercitus
omnis. Compoſiti numero in turmas:id eſt rationabiliter. hinc eſt quod in Sile
no ait idem Virgilius. Tum uero in numerū faunos ſiluaſq; uideres id eſt in ra-
tionem & rhithmum. Quin & metra numeros dicimus. ut idem in Moeri: Nu-
meros memini ſi ueaba tenerem.

A romata cum.t.exili hoc eſt ſine aſpiratione ſcribitur.

A rſaces cū.c.nō aſpirato ſcribit̃:fuit perſaꝝ rex.a quo omnes pſidis reges poſtea
Arſacide dicti ſunt. Nā ut ait Seruius ī ſextum æneī. Reges omnes albani ab Sil
uio filio Aeneæ & Lauiniæ Siluii dicti ſunt.ſicut romani imꝑatores Augusti
uocantur ægyptii Ptolomæi pſe arſacidæ.latini Murani:ut Muranum hic ata
uos & auorum antiqua ſonantē Nomina ꝑ regeſq; actum genus omne latinum

A rſinoe cum.i.latino &.o.atq;.e.diuiſis ſyllabis ſcribitur:fuit filia Ptolemæi Lagi
filii:q ægyptum poſt Alexandrum tenuit:& fuit uxor Lyſimachi regis macedo
niæ forma preſtantiſſima: quæ ex uiro duos peperit filios Lyſimachum ſcilicet
& Philippum forma & preſtantia ſimiles:ſed tandem inter omnis miſeras ipſa
miſerrima fuit huius nominis Ptolemæus philadelphus eius frater teſte Plinio
libr.v.naturalis hiſtoriæ urbē cōdidit in cyrenaica regione:quæ & ſimiliter arſi
noe dicta eſt.& fluuium qui eam præterfluit ptolemæum uocauit.

A rmenia cum.i.latino ſcribitur:nec aſpiratur in primo ut inſcii quidam uolue-
runt:ꝓuincia ē aſiæ inter taurū & caucaſum mōtes ſita & a cappadocia ad caſ-
pium uſq; mare protenſa:ut deſcripſit Iuſtinus lib.xlii.ſic quidem ut aſſerit co-
gnominata ab armenio Iaſonis comite. diuiditurq; in maiorem armeniā & mi-
norem:quod Lucanus tetigit in oratione Pompei cum ait libr.iii. Nec tu popu
los utraq; uagantes armenia. unde teſte Plinio lib.xv.natur.hiſto.deducta fue-
runt pruna quæ ſola odore cōmendant̃ peculiari:habetq; deriuatiuum patriū
armenius quod eqſyllabum eſt primitiuo. Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitia;
Inſtantē regi armenio parthoq; cometem.

A rne abſq; aſpipatione ſcribitur:fuit teſte Homero libro.ii. Boetiorum urbs.

A rſis cum.i.latino ſcribitur:dici poteſt eleuatio ſicut θέσισ poſitio: quæ in uoce
obſeruantur.

A rtabanus cum.t.nō aſpirato ſcribitur:fuit Hyſtaſpis filius & frater Darii perſa-
rum regis. hic teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vii.graui oratiōe diſſuaſit Xer-
xi nepoti ſuo bellum cōtra græcos arripere. tandem Xerxem in regia obtruuca-
uit:de quo Iuſtinus libro.iii.tractauit. alter fuit Tigranis armeniæ regis filius.
quem.M.Antonius dolo cæpit.

A rtaphrenes cum.t.exili:&.ph. aſpirato ſequente.r.ſcribitur: fuit teſte Herodoto
libro hiſtoriam ſeptimo:unus ex ducibus Darii: & primus ſardium prefectus.
idē cum Date apud cāpum marathona debellatus fuit: ut latius uidebimus in

dictione marathon.

A rtaxerxes cum.t.non aſpirato &.x.cõſonante tam in ultima quã in penultima
ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vi.perſarum rex'filius Xerxis fi-
lii Darii filii Hyſtaſpis.

A rteatæ cum.t.exili utrobiq; ſcribitur:fuerunt teſte Herodoto libro hiſtoriarum
primo gẽtes perſicæ:ut ſimiliter parſagadæ maramphii maſpii:& alii qui eo no
mine dicuntur perſæ.

A rtembares cũ.t.exili ſcribit̃:fuit uir clarus apud medos ut dixit Herodotus.

A rtemiſia cũ.t.exili &.i.latino utrobiq; ſcribit̃.fuit teſte Herodoto lib.hiſtoriarũ.
vii.filia Ligdamii alicarnaſſei ex matre Cretica & coniunx Mauſoli regis cariæ:
quæ uirum ſuũ ultra humanæ affectionis fidẽ amaſſe ſcribitur a Gellio lib.x.q
etiam multa de illa rettulit:quæ ſiquis legere cupit ibidem legat. Quin & ĩ lib.
ii.de architectura Vitruuius iucunda quædam & gratiſſima nobis rettulit &
ultimo addit de memoratiſſimo ſepulchro:quod ĩ memoriam uiri ſui apud ali-
carnaſſum ſtruxit:adeo ut inter ſeptem mundi ſpectacula numeretur:ut in di
ctione mauſolus uidebimus. Nãq; poſt mortem mariti teſte Herodoto regnum
cariæ & coi.tenuit & rhodũ mirabili arte cæpit:ut præfato loco oſtendit Vitru
uius.de eadẽ miranda narrat Herodotus & qualiter ſecuta partes Xerxis cõtra
græcos ſuo conſilio & inuicto animo talia ſuadebat regi:quæ ſi pſuaſiſſet firmũ
græcorum regnum obtinuiſſet.Sed inuidia aliorum principũ adeo eius conſi
lium neglecto fuit:ut cogeret̃ rex turpiter aufugere & exercitũ omnẽ pdere.

A rtemiſius cum.t.ſine aſpiratione &.i.latino utrobiq; ſcribitur:mõs eſt Arcadiæ
teſte Plinio.lib.iiii.naturalis hiſtoriæ.& ut græci putant ab artemiſia herba ibi-
dem abundante.& ab Chirone comperta denominatur.

A rtemis cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:dicitur apud nos Diana.

A rtaxata cũ.t.exili utrobiq; &.x.cõſonante in penultima ſcribitur : declinaturq;
tantũ in plurali ut cythera ſolemna & ſimilia:urbs eſt teſte Plinio lib.vi.natura-
lis hiſtoriæ maioris armeniæ in campis ſita iuxta araxem.hanc ferunt Artaxan
Tigrani patrem Hannibalis pœni conſilio qui ad eum deuicto Antiocho cõceſ
ſerat omnibus rebus belliq; pacis opportunam condidiſſe:ſuoq; eã nomine ap
pellaſſe:eratq; Luculli tempore Tigranis regia.

A rteria cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris uena uitalis.

A rtocrea cũ.t.&.c.exilibus ſcribit̃:ut puto epulũ erat qđ populo ex pane & carne
dabat̃.Perſius in ultima ſatyra.Oleũ artocreaſq; popello Largitor hoc ẽ oleum
ad ungendũ ſe dũ lauabantur:& epulum ex pane & carne ad comedendũ. Nã
componitur ab ἀρτοσ quod eſt panis:& κρέασ quod eſt caro.

A rtocopus cum.c.&.t.non aſpiratis ſcribitur:dicitur a noſtris piſtor. Nam cõpo-
nitur ex αρτοσ quod ẽ panis:& κόποσ labor:quaſi is eſſe dicatur qui circa cõ-
ficiendum panem laborat.Sed nõnunq̃ etiã p illo qui quouis modo in ſeruan
do uel diſtribuendo pane occupatur accipi poſſe uidetur: ut Iuuenalis ĩ ſatyra
Si te propoſiti ſeruatorem panis inducit ad improbulũ dicentem:Salua ſit arto
copi reuerentia quæ tunc quoq; ſalua eſſe uidebatur quãdo a nullo alio panis
pro domino factus tangitur q̃ ab ipſo.

A rtopraſia abſq; aliqua aſpiratione & cum.i.latino ſcribitur:teſte Plinio lib.xviii
naturalis hiſtoriæ toſtom panem deſignat.Nam componitur ex ἀρτοσ quod ẽ
panis:& ὀπτάσια:quod eſt toſtatio.

A rochmes cum.t.exili &.ch.aſpirato ſequẽte.m.ſcribit̃: fuit teſte Herodoto libro
hiſtoriaꝝ.vii.unus ex Xerxis ducibus qui Darii filiam in uxorem duxit.

A rſium cũ.i.latino utrobiq; ſcribit̃:pmõtorium ẽ inſulæ chii:a quo teſte Pli.lib.
xiiii.naturalis hiſtoriæ optima deducebãtur uina.unde aruiſius aruiſia aruiſi-
um deriuatur.Virgi.in Daphni.Vina nouum fundã calathis aruiſia nectar.

A ſæus cum.æ.diphthongo ſcribitur:fuit teſte Homero lib.xi.iliados:unus ex prĩ
cipibus græcorum interfectus ab Hectore.

A ſarus cum unico.ſ.ſcribitur:fluuius eſt teſte Liuio libro.v.de bello macedonico
alluens heracleam ciuitatem poſitam ad radices montes oetæ.

A ſbeſton cum.t.exili ſcribitur:ſed ab inſciis corrupte albeſton dicitur:a noſtris i-
extinguile.Vnde lapis ille qui igni facile accenditur & extingui nõ poteſt aſbe
ſton ſimiliter uocatur.

A ſbyde cum.y.græco &.t.exili ſcribitur:populi erãt teſte Herodoto libr. hiſtoriaꝝ
iiii.circa cyrenem:& tiligãmas remotiores a mari.

A ſcalon cum.t.exili ſcribitur:urbs fuit ſyriæ.unde aſcolonita quis dicitur.

A ſcanius cum.c.exili &.i.latino ſcribitur: fuit teſte Virgilio non ſolum Aeneæ
filius ex Creuſa regis Priami filia:ſed & fugæ laborũq; in querendo regno perpe
tuus ſocius.Liuius uero libro.i.ab urbe dubitat an Creuſæ uel Lauiniæ filius
fuerit.Sed poetæ cæteri omnes & hiſtorici cum Virgilio Creuſæ filium fuiſſe af
firmant.Et pluribus nominibus cognominatum afferunt.Nam Aſcanium pri
mum ab aſcanio phrygiæ fluuio dictum putant. de quo fluuio meminit Virgi
lius libro georgicoꝝ.iii.cũ ait:Illas ducit amor trans gargara tranſq; ſonantem
Aſcanium.fuit etiã dictus Ilus ab ilo filio Troi & fratre Aſſarici aui Anchiſæ.
Deinde Iulus a prima barbæ lanugine:quo tẽpore Mezentiũ ſingulari certami
ne deuiciſſe rettulit Cato in li.originũ:& ob hoc dictũ Iulum: ut teſtis Seruius
ſup primum æneidos.Nã ἴουλος græce latine lanugo dicitur.Quem ut ait Li
uius Iulum eundem iulia gens auctorem nomine ſuo nuncupat:Quãq̃ & ante
id tẽpus uocauit eũ Iulum Virgilius cum dixit in oratione Iouis ad Venerem:
At puer Aſcanius cui nunc cognomen iulo Additur.ilus erat dũ res ſtetit ilia
regno.Quin & teſte eodem Seruio ſup.iiii.Virgilii ænei.librũ.Dardanius etiã
& leondamas ad extinctoꝝ fratrum ſolatiũ dictus fuit:per quod oſtẽdere uide-
tur Aeneam plures ex Creuſa filios ſuſcæpiſſe. ideo dicebat Virgilius in eo lib.
Dardaniuſq; nepos Veneris:& ſubdit de Aſcanio Liuius poſt mortẽ Aeneæ a-
bundante lauinii multitudine florentem iam ut tum res erant:atq; opulentam
urbem matri ſeu nouercæ reliquit.Nouam ipſe aliam ſub albano monte condi-
dit:quæ ad ſitum porrectæ in dorſo urbis longa alba appellata eſt. Et ſubdit in
ter lauium & albam longam deductam coloniam triginta ferma interfuere an-
ni.De reliquis Virgi.libro.viii.ænei.pſecutus eſt.

A ſcalapus cum.c.abſq; aſpiratione ſcribit̃:fuit teſte Homero libro.ii. iliados Mar
tis ex Aſtioche filius quem & fratrem Ialmenum regnaſſe dixit apud aſpledonã
orchomenũq; & minores ciuitates:ueniſſeq; ad troiã cum triginta nauibus. Al
ter dicitur Aſcalaphus ab Ouidio.libro.v.metamorp. Acherontis & Ornæ filia
natus.Seruius uero ſup.i.geor.dixit Stygis filium:q Proſerpinam prodidit gra-
na punici mali edidiſſe:ob quod ad ſuperos redire nequiunt.

A ſcra cum.c.non aſpirato ſcribitur:fuit uicus in boetia ad radices montis Helico
nis : patria Heſiodi poetæ clariſſimi dicente Ouidio libro quarto de ponto

Intumuit nati.nec tamen aſcra ſuo.a quo deriuatur aſcræus cum.æ.diphthõgo in penultima.Nam ea quæ a uocalibus in.a.aut in.e.productam exeunt nomina in æus ut plurimũ p.æ.diphthongo ſcribuntur:ut athenæ athenæus.thebæ thebæus:circæ circæus:aſcra aſcræus.Virgi.libro georg.i.Aeſcræũ cano romana p oppida carmen.Ouidius libro drimo de ſine titulo.

Viuet & aſcræus dum muſtis uua tumebit.

A ſculum cum.a.abſq; diphthongo uel aſpiratione aliqua ſcribitur: ubi poſt.c.& ante.l.nos.u.iterponimus:cũ apud græcos dicaẽ ασκλος:ut ſimiliter αλκμηνη Alcumena:ηρακλης Hercules:ut ſupra uidimus. Oppidum eſt apuliæ memorandum clade illata Pyrrho a Curio & Fabritio romanis conſulibus:ut late oſtendit Plutarchus in uita Pyrrhi.

A ſia cum.i.latino ſcribitur:regio duplex dicitur: maior ſcilicet & minor. Minor mediterraneo mari noſtro cingitur:& phrygia ac lycia concluſis terminatur ſic quoq; ab Aſia nympha filia Oecani & Tethios ut teſtis eſt Heſiodus in theogõia & Iapethi coniuge cognominata:quæ imperiũ circa ea loca tenuit:ut dixit Varro de origine linguæ latinæ.Herodotus uero libro hiſtoriarũ tertio dixit eã Promethei uxorem fuiſſe:& ſubdit.At uero lydi dicũt aſiam ab Aſio Cotyi filio denominatam fuiſſe.Maior uero aſia a paleſtina incipit & ſyria:ac in indiam terminatur quæ a minori nomen ad ſe traxit.

A ſychis penultima cum.y.græco & ultima cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur: fuit teſte Herodoto lib.hiſtoriarũ.ii.rex ægypti qui poſt Mycerinũ regnauit.

A ſilas cum.i.latino & unico.l.ſcribitur:latinum dicunt: & ab affectu eius uolatilis:qui ut uidebimus aſilus dicitur deductum uolunt.Nã ardentis in arma puellæ nomen proprium fuit Camillæ comitis:ut Virgilius lib.xi.æneidos: Princeps turmas inducit aſilas.

A ſylum cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:apud nos indicat intemeratum. Nam componitur ex.a.quod eſt ſine:& συρω traho.eo quod locus fuit a quo neminem p uim trahere licebat:ubi græcum.r.in.l.noſtrum conuerſum fuit: & ut monſtrat Statius lib.xii.thebaidos apud athenienſes primo a deſcendẽtibus Herculis conſtructum fuit:ut ait

Fama eſt defeſſos acie poſt buſta paterni
Numinis:herculeos ſedem fundaſſe nepotes.
Sic ſacraſſe loco cõmune animantibus ægris.
Confugium:& reliqua.

Poſt hæc longo deinde tempore Romulus conditurus urbem paſtores inter quos adoleuit conuocauit.Cũq; is numerus ad tutandam urbem parum idoneus uideretur:conſtituit teſte Liuio primo ab urbe aſylum quo quiſquis proficiſceretur:ab omni noxa liberatus eſſet:dicẽte Ouidio libro faſtorum tertio.

Romulus ut ſaxo lucum circũdedit alto:
Quilibet huc inquit confuge tutus eris:

unde Virgilius libro ænei.viii.inquit: Hinc lucum ingentem quem Romulus acer aſylum Rettulit.ubi exponit Seruius id eſt fecit ad imitationem athenienſis aſyli. Per hunc ergo modum ciuiũ numerum adauxit Romulus. Verum & nonnunq̃ pro ipſo mere templo poni aſylum legimus:ut Virgi.libro.ii.ænei.Et iam porticibus uacuis Iunonis aſylo Prædam obſeruabant.

A ſilus cum.i.latino & unico.l.ſcribitur:quidam cum duplicato.l.& non recte ut puto.Nam uolatile quoddam paruum eſt armentis & maxime bobus infeſtum quod a uocis ſono nomen traxiſſe uidetur:quod magis ſine.l. q̃ quod duplicet l.auditur:& eſt latinum teſte Virgilio libro georg.iii.qui ait:

Eſt lucos ſilari circa ilicibuſq; uirentem
Plurimus alburnum uolitans:cui nomen aſylo
Romanum eſt:œſtrum graii uertere uocantes.& ſubdit:
Aſper acerba ſonans.& reliqua quæ ſequuntur.

A ſine cum.i.latino ſcribitur:oppidum eſt teſte Plinio lib:iiii.naturalis hiſtoriæ i achaia:a quo aſinæus ſinus cum.æ.diphthongo cognominatus eſt. de quo Lucanus libro.viii. Quas aſines cautes: & quas chios aſſerat unde.unde hanc urbem dixit Homerus in reducto admodum ſinu poſitam eſſe.

A ſyntheton antepenultima cũ.y.græco:penultima cũ.th.aſpirato:ultima cum.t ſimplici ſcribitur:dici poteſt latine incõpoſitum.Nã cõponitur ab.a. quod ẽ ſine:& συνθετον cõpoſitum:& tunc quoq; figura dicitur:cũ aliqua abſq; coniunctiõibus abſolute & ſimpliciter proferuntur.ut uenimus:uidimus:placuit. hæc eadem alio nomine dialyton dicitur:ut in ea dictione uidebimur.

A ſymphonia cum.y.græco &.ph.aſoirato ſcribitur:dici poteſt inconſonantia ab a quod eſt ſine συμφωνια conſonantia.

A ſius cum.i.latino ſcribitur: fuit Hecubæ Priami regis uxoris frater: occiſus ab Aiace telamio in prælio ut oſtendit Homerus.

A ſparagus cum unico.r.ſcribitur:græcum ponitur a Iulio Polluce:á Feſto ſecũdo latinum dicitur:herba eſt ſic quoq; cognominata:quia aſpero uirgulto naſcitur.unde ait Martialis in ultimo epigrámatum:Mollis in æquorea quæ creuit ſpina rauenna:Non erit incultis gratior aſparagis.& Pli.in.xxi. natur.hiſt. inquit:In totum ſpina eſt aſparagus :ea cõmode cũ piſcibus & carnibus lixa comeditur.ideo ait Iuuenalis in ſatyra Si te propoſiti:Quæ fertur domino ſquilla & quibus undiq; ſepta Aſparagis & reliqua.

A ſphaltus cuʒ.ph. aſpirato &.t.exili ſcribitur:dici poteſt latine tutamen:a uerbo ασφαλιζομαι:quod eſt tueor deductum. lacus eſt ſyriæ in prouincia quæ hactenus pentapolis dicta fuit:ideo ſic cognominatum (ut puto) quia nihil uiuuʒ in eo ſubmergitur:unde mortuũ mare ab hiſtoricis noiatur dicente Solino cuʒ de iudæa tractaret:mare mortuũ nihil præter bitumen gignit animal nullũ hʒ nec in eo aliquod uiuum mergi poteſt.Quare tauri & cameli impune illud trãſeunt.unde Ioſephus lib.v.captiuitatis iudaicæ:Veſpaſianus (inquit) cum iudæos uiciſſet quoſdã iuſſit natandi inſcios manibus poſt terga ligatis in eũ proiici:qui & ſi iacti merſiq; ſint tanq̃ a uehementi ſpiritu ad ſuperiora uenientes: ſtatimq; repulſi euaſerunt.Nec (teſte Iuſtino libro.xxxvi) nauigari poteſt.Cum ĩ eo protinus cuncta uita carentia ſubmergantur.

A ſpithines cũ.i.latino utrobiq; &.th.aſpirato ſcribiẽ:fuit teſte Herodoto lib.hiſtoriaꝝ.iiii.ex pſis unus q in Magũ & Smerdim una cũ Dario coniurarunt.

A ſphodelós cũ.ph.aſpirato & unico.l.ſcribiẽ:herba ẽ. de qua mẽtionem fecit Homerus.cuius caulẽ Theophraſtus & princeps Pythagoras cubitalẽ & ſæpe duorum cubitoꝝ:ut refert Plinius libro.xxi.naturalis hiſtoriæ dixere foliaq; habet porri ſilueſtris:quam noſtri (ut ait) haſtulam regiam uocauere.

A ſopus cũ unico.ſ.&.p.quandoq; ſimplici.quandoq; aſpirato ſcribitur : ſimplici quidem:ut Statius libro thebaidos.vii.Aſopus genuiſſe datur dignuſq; uideri

tunc pater:abruptis qum torrentiſſimus exit pontibus. Aſpirato uero:ut Oui.
libro quarto de ſine titulo. Quid referam Aſophon : quem cæpit martia Thebe
Natorum Thebe quinqꝫ futura partum:fluuius eſt achaiæ ut oſtendit Ptoleme
us in geographia qui Aeginæ pater a poetis dictus eſt: & in ſinum corinthium
cadit:de quo plura Statius rettulit. Sane teſte Heſiodo in theogonia ex Oceano
ac Tethy orti ſunt filii plures:a quibus flumina cognominata fuerunt: inter q̄
peneus & Aſopus fuere. Nam Peneus in theſſalia ſedem eligens fluuio nomen
indidit. Aſopus cū philiuntem ad habitandum eligiſſet ſumpta uxore Mētope
Ladonis filia:duos teſte Diodoro ſiculo libro hiſtoriarum.v.ex ea filios ſuſcæpit
Pelaſgum ſcilicet & Iſmeum:quin & filias duodecim Iſmenus in boetia habita-
uit iuxta fluuium:quem a ſuo nomine Iſmenū cognominauerunt:Ex filiabus
uero Sypone ab Apolline rapta in eum locum delata eſt : ubi nunc eſt urbs ab
ea ſynopes dicta. horum filius Syrus his imperauit:qui ab eo ſyri ſunt appellati
Alia uero filia Corcyra a Neptuno in eam inſulam delata eſt:quam ab ea dixere
corcyram.& his natus eſt Phæacus: a quo phæacum genus eſt ī corcyra nomē
accæpit. Phæaco filius extitit Alcinous:ut hic noſter Diodorus ait. Homerus
uero aliter ſentit:ut uidebimus ī dictione Nauſithous.& ut ſequitur Diodorus
Salamis a Neptuno ſimiliter rapta in inſulam aduecta fuit : quæ ab ea ſalamia
uocata fuit.ex quibus genitus eſt Cenchreus uir clarus qui inſulæ imperauit:
& ſerpentem in ea mire magnitudinis:qui incolas uexabat occidit. Iuppiter ſi-
militer ex phliunte Aeginam rapuit.inqꝫ inſula adnexit:quæ ab ea ægina dicta
fuit:ex qua Aeacum genuit:qui in ea inſula regnauit.ab Aeaco geniti ſunt Pe
leus Telamō & Phocus. Horum Peleus diſcoiacto licet inuitus Phocum fratreꝫ
interemit:ob quam cædeꝫ a patre pulſus:inqꝫ ththiā theſſaliæ fugiens:ab Acto-
ro rege purificatus in regnum atticus eſt:cum rex ille liberis careret. Ex Peleo
uero & Thetide ortus eſt Achilles. At uero Telamon ex ægina abiens ſalaminaꝫ
adiit.ubi ſumpta uxore Glauca Cenchrei ſalaminorum regis filia inſulæ impa
uit. Sed Glauca defuncta Tribiam Alcati athenieuſis deſpondit:ex qua ortus ē
Aiax:qui bello troiano interfuit. Et hæc ut reliqua quæ in diuerſis dictionibus
enarrabimus intelligi poſſint placuit explicare.

A ſſaracus cum duplici.s.&.c.exili ſcribitur:fuit Aeneæ proauus.de quo in dicti
one Priamus uidebimus.

A ſſyria cum duplicato.s.ſequente.y.græco & in penultima cum.i.latino ſcribit̄:
regio eſt maioris aſiæ:habens ab ortu indiam:& ab occaſu tigrim fluuium a me
ridie uero mediam & a ſeptētrione montem cacauſum. Sed ut ait Iuſtinus libro
primo aſſyrii poſtea ſyrii dicti ſunt.

A ſtages cum.t.exili ſcribitur: fluuius eſt teſte Plinio libro naturalis hiſtoriæ.ii.q
in pontum defluit.

A ſter cum.t.exili ſcribitur:latine ſtella dicitur uel iubar.

A ſtericus ſine aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribit̄:dici poteſt a noſtris p̱ua ſtella
Nam ἀϛηρ græce latine ſtella.unde diminutiuū aſtericus deductum eſt.

A ſterion cum.t.exili &.i.latino ſcribitur: fluuius eſt achaiæ in nemea ſilua placi
de fluens:& fructuū iuxta ripas abundatiſſimus:ut teſtis eſt Lactantius gram
maticus.fuit etiam urbs:ut oſtendit Homerus libro iliados ſecundo.

A ſteria cum.t.exili &.i.latino ſcribit̄:fuit Titani Cæi filia & Latone ſoror: quam
Iuppiter ardenter amauit.& in cæa inſula uitiauit.

A ſtyages cū.t.exili &.y.græco ſcribit̄:fuit Cyaxaris medoꝝ regis filius:& Manda
næ pater:quā in ſomniis tantū minxiſſe uidit: ut omnē eius ciuitatem repleret
queādmodū ī ea dictiōe uidebimus:fuitqꝫ ultimus aſſyrioꝝ & medoruꝫ rex: de
quo apud græcos Herodotus libro hiſtoriaꝝ.i.& apud noſtros Iuſtinus ſimili-
ter libro.i.q̄plura ſcripſere:& ἄϛτυ:quod eſt urbs:& ago cōponitur.

A ſtyalus cum.t.exile &.y.græco ſcribitur:fuit uir troianus qui teſte Homero lib
vi.iliados in bello a Neuptolemo interemptus eſt.

A ſtyanax cū.t.exili &.y.græco ſcribitur:fuit Hectoris ex Andromache filius: cui
teſte Homero libr.vi. iliados pater Scamandrio impoſuerat nomen. Sed eū cæte
ri Aſtanactē uocare maluerunt:quod ſolus illius pater urbem tutaretur. Nam
ἀστυ græce latine urbs dicitur:ἄναξ uero tutator uel defenſor.

A 'ſtycraria ſecunda cum.y.græco:penultima cum.i.latino & ſine aliqua aſpirati
one ſcribitur:fuit teſte Homero in.x.odyſſeæ filia Aeoli ex Læpatra uxore qua-
ſi urbana poteſtas. Nam κρατόσ potentiam deſignat.

A ſtymones cum.t.exili &.y.græco ſcribitur:fuit Hippotis coniunx: & mater bel
laciſſimi Capanei.

A ſtynous cum.t.exili &.y.græco ſcribitur:fuit princeps q̄dam troianus quem te
ſte Homero libro.v.iliados Diomedes in bello interemit.

A ſtyochia cū.t.exili ſequēte.y.græco & in penultima cū.ch.aſpirato: &.i. latino
ſcribit̄:fuit Actoris Ezidæ filia.hæc teſte Homero li.ii.ilia.cū adhuc uirgo ī cœ
naculū paternæ domus aſcendiſſet:clā ibi a Marte cōpreſſa ē:cui peperit Aſca-
laphū & Ialmenū. Eandē Hercules expugnatis cōpluribus oppidis ab ephyra &
fluuio ſedente abduxit:cui pepiſſe Tlipolemū dixit Homerus.

A ſtypale cū.t.exili &.y.græco ſcribit̄:urbs fuit ī Inſula aſtypalæa quaſi ἀστυὸσ
id eſt urbis:παλη luctatio:ea teſte Plinio libera fuit a romanis.

A ſtypalæa cum.t.exili &.y.græco: penultima cum.æ. diphthongo ſcribitur: eſt
inſula in mari ægæo una ex cycladibus ab Aſtypale urbe cognominata: de qua
Ouidius libro ſecūdo de arte ait:
Cinctaqꝫ piſcoſis aſtypalæa uadis.

A ſtrea cū.t.exili ſcribitur:fuit teſte Arato in phenomia Aſtrei filii Titani ex Au-
rora filia quam ob diligentiſſimā æq̄tatē iuſticiā appellatā dixit. Nā tūc quoqꝫ
cū terras habitabat. Nondū ueſanos rabies nudauerat enſet: Nec cōſanguineis
fuerat diſcordia nota. Et alia plura p̱ multa carmina ſ̄m eā quam habeo tradu-
ctionem.T.Claudii cæſaris. Nā Germanici cæſaris traductionē. quā olim uidi
iam nō teneo. Eā uero quæ fuit Ciceronis nunq̄ uidi. Sed græcum ipſius Ara-
ti codicē habeo:& ſubdit Aratus illā deinde ob hominum ſcelera ad cælum euo
laſſe. Et cæli ſortitā locū qua p̱ximus illi tardus ī occaſu ſequitur ſua plauſtra
bootes. At uero Heſiodus in theogonia dixit illā Iouis & Themidos fuiſſe filiam
Alii nōnulli Erigonem Icari filiam dixere.

A ſtreus cum.t.exili & eu.diphthongo in fine ſcribitur: fuit teſte Seruio ſup.i. æ-
nei.unus de Titanibus:qui contra deos arma ſumpſere.hic teſte Heſiodo in the
ogonia cum Aurora concūbens uentos genuit.

A ſtron cum.t. exili ſcribitur & græcum eſt: quod teſte Macrobio ſup ſomnium
Scipionis ſidus apud nos dicitur: quod proprie ex pluribus ſtellis cōſtari dixit
ita ut ſtella unica ſit. Quæ ſane differentia ab auctoribus quandoqꝫ confundi
tur:ut late uidebimus in dictione ſidus.

A ſtronomia cum.t.exili &.i.latio ſcribitur:dici poteſt aſtrorũ regula. Ná νόμοσ græce latine lex & norma dicitur.

A ſtrologia cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:dici poteſt aſtrorum ſermo uel ratio.

A ſtu cũ.t.exili ſcribitur:apud poetas aſtutiam deſignat:cuius origo ut ait Feſtus ex græco uocabulo ἄστύ deducitur:quod oppidũ ſeu urbem indicat:in qua q conuerſati aſſidue ſunt: cauti atq; acuti eſſe uidebantur.

A talanta cũ.t.exili utrobiq; &.a.poſt utrũq;.t.atq; cũ unico.l.ſcribitur: fuit uenatrix ex arcadia filia Iaſii filii Abantis argiuorũ regis:ut græci oẽs & latini pariter atteſtantur:hanc ardẽter amauit Meleager ut Ouidius in quarto epiſtolarũ heroidũ. Arſit & œnides ĩ menalia atalẽta. Et Muſeus amorem tractans Leádri & Heros de illa ĩquit παρθενος οὐ σέ λέληθεν ἀπάρηά δίησ ἀταλάντη Náq; cum uirgo eſſet ſpecioſiſſima & una ex Dianæ comitibus ad aprum calydoniæ pimendum una cum cætera nobilitate achaiæ a Meleagro uocata uenit Sed tamen quia prima aprum ſagitta pſtrinxit:tũ etiá ratione ſuæ formæ a Meleagro amata capite monſtri in teſtimoniũ magnæ uirtutis fuit donata. Ex quo in eius amplexus deuenit:q̃ ſibi deĩde Parrhonopeũ pepit. Alia fuit Cenei regis in ſcyro inſula filia curſu nobilis:& a poetis cantatiſſima cuius omnem fabulá Ouidius ipſe rettulit libro metamorph.x.ubi dicit:Talia dicentem molli ceneia uultu. Et in eadem fabula:Gaudeat an uirgo magis his ceneia dictis.

A talantis cum.t.exili utrobiq; ſequente.a.uocali in ſecunda &.i.latino ĩ fine ſcribitur:luſcinia a nobis dicitur & carduelis:de qua Virgi.libro georgicorũ tertio Litoraq; halcyonem reſonant atalantida dumi.

A thamas cũ.th.aſpirato ſcribitur:fuit Aeoli filius & Cadmi gener ac thebarũ rex paterq; Phryxi & Helles cãtatiſſimus quidem carminibus poetaꝝ:de quo Ouius libro metamorphoſeos.iiii.& faſtorum.vi.plura dixit:a quo patronymicum athamantis pro Helle filia ponitur: ut Ouidius.xvii.heroidum: Fluctibus immodicis athamantidos æquora caneut.

A thanaſius cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribitur: fuit epiſcopus alexãdrinus uir admirandus in omni ætate:cuius nobilem uitam e græco in latinum tranſtuli ad Eugenium potificem maximum.

A thanatos ſecunda cum.th.aſpirato & ultima cum.t.ſimplici ſcribitur:dicitur a noſtris immortalis.

A tarnes cũ.t.exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarũ.vii.Darii pſarum regis frater:quo locus quidá myſiæ contra leſbum atarnes dictus fuit.

A thax cum.th.aſpirato ſcribitur:fluuius eſt epyreneo mõte ſcutariens:qui curſu lenis narbonam uſq; progreditur. Vbi nauigabilis effectus adeo imbribus turgeſcit ꝙ intra ripas ſe continere nõ poſſit:deĩde in rubreſum lacum defluit. unde tenuis exiens in tyrrhenũ mare demergitur.de quo Lucanus libro primo ait Mithis athax latias gaudes non ferre carinas.

A tella cum.t.exili & duplicato.l.ſcribitur:fuit cãpaniæ oppidũ: a quo ludi atellani dicuntur:fuitq; in illo amphitheatrum egregium.

A thene cũ.th.aſpirato ſcribit̃:ciuitas fuit præclariſſima in attica regione: cuius adhuc ueſtigia quædá manẽt. hãc primo ab Alabãdo conditá dixit Cicero li.iii de natura deorũ. Plato uero in rimeo dixit Amaſim regẽ ægyptiũ eius urbis cõditorem fuiſſe:eáq; uocabulo ægyptio cognoĩaſſe:quod lingua græca athenam ſonat. Alii Cicropẽ illá cõdidiſſe dicũt: & eam ſubita apparitione arboris oliuæ Mineruá cognoĩaſſe quá ea arbor deſignat & lĩgua græca atheoa dicit̃. Alii nõ a Cerope cõditá:ſed iſtauratá putat:quo tpe athena apud illos ꝑ dea colebatur Poetæ uero dicũt Neptunũ & Mineruá athenas cõdidiſſe:ſ; cũ de nõis ĩpoſitio ne inter eos fieret diſſenſio:diis reliq̃s p̄ſentibus fit ĩter eos cõuẽtio. Vt q pcuſſa terra laudabiliorẽ ꝑduceret effectũ urbi nomen ĩponeret. Neptunus cum tridẽte pcuſſa terra equũ ꝑduxit belli omen. Minerua autẽ haſta ꝓiecta oliuam produxit pacis arborẽ. Quæ quoniá utilior deoꝝ iudicio uiſa fuit: ex ſuo nomine athenas dixit. Nam Minerua athene græce dicitur:de quo Lucanus libro.vi.ait

Primus ab æquorea percuſſis cuſpide ſaxis
Theſſalicus ſonipes bellis ferialibus omen
Exilit.& Virgilius georgicorum primo:
Tuq; o cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridente Neptune.

A thenodorus cũ.th.aſpirato ſcribit̃:fuit teſte Pli.lib.xxxvi.natu.hiſto. marmorarius ſculptor eximius;diciturq; q̃ſi ἀθηνᾶσ:hoc eſt Mineruæ. δῶρον: donum

A thenion cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Plinio lib.xxxv.naturalis hiſtoriæ pictor Maronites Glaucionis corinthi diſcipulus: auſterior colore & ĩ auſteritate iucundior:ut in ipſa pictura eruditio eluceret:cui ut ſcribit ide; auctor niſi iuuenta obiſſet nemo compararetur.

A theos cum.th.aſpirato ſcribitur:is eſt q deos negat:ut Diagoras fertur cognoĩatus. Nam cõponitur ex.a.quod negatiooem importat:& theos deus.

A theſis cũ.th.aſpirato &.i.latino ſcribitur:fluuius ẽ galliæ ciſalpinæ:q in montibus tridentinis oritur:& curſu rapidus tridentũ radit. Inde ueroná cõtingens urbẽ in duas ptes diuidit. Et deinde p latus padi paludes gradiẽs nõ lõge a brũdulo in adriaticũ mare fluit:de quo Virgi.meminit lib.ænei.ix. cũ ait: Siue padi ripis atheſim ſeu ꝑpter amœnũ Conſurgunt gemine quercus.

A timetus ſecunda cũ.t.exili &.i.latino:penultima cum.e.abſq; diphthongo:& ultima ſcribitur abſq; aſpiratiõe:fuit libertus Cæſaris Pamphiliti:ut ipſemet teſtat̃ in marmore ab eo dicato cineribus uxoris Homonoeæ cum epitaphio pulcherrimo:quod romæ legi in ſacello Michaelis archangeli.

A tys cum.t.exili &.y.græco ſcribit̃:fuit puer phrygius:ut ſcripſit Ouidius lib. faſtoꝝ.iiii.quẽ ſpectabilẽ facie:ut idẽ ait Cybele deoꝝ mater caſto ſibi amore deuinxit:iuſſitq; ut purus perſeueraret:& ſua tẽpla tueretur. Et ſubdit Ouidius Ille fidẽ iuſſis dedit: & ſi mentiar inq̃t. Vltima qua fallá ſit uenus illa mihi. Sed deinde uel præceptoꝝ oblitus:uel libidine aut amore deuictus fallit & in nympha Sarathide deſinit eſſe quod fuit. Quare cum ea nympha pœnas dediſſet ac periſſet:puer in furias cõuerſus putans domos ruere tectum omne defuit: & p ſumma dindymi montis phrygiæ qui deæ ſacer eſt furioſe diſcurrens: arrepto lapideo cultro ſeipſum excaſtrauit:dicente Ouidio:

Ille etiam ſaxo corpus laniauit acuto:
Longaq; non mundo puluere tracta coma eſt:
Voxq; fuit merui meritas do ſanguine pœnas.
Ah pereant partes quæ nocuere mihi:
Ah pereant dicebat adhuc onus inguinis aufert.

Nullaq; ſunt ſubito ſigna relicta uiri: Verum Catulus aliter hiſtoriam retexens dixit illum per mare phrygiam contendiſſe. Et cum ad phrygiæ fluuium qui

gallus dicebatur aduenifſet:bibiſſetqꝫ ex illius aqua in furorem ex aquæ natu-
ra compulſus ſilice ſe caſtrauit.ait enim:

Super alta uectus atys celere rate maria.
Phrygium ut nemus citato cupidine pede tetigit:
Adiitqꝫ opaca ſiluis redimita loca deæ
Stimulatus ubi furenti rabie uagus amnis
Deuoluit:exectus acuto ſibi pondere ſilicis.
Itaqꝫ ut relicta ſenſit ſibi membra ſine uiro
Niueis citata cæpit manibus leue tympanum.& reliqua.Nam de eo flumine te
ſtatur Plinius libro.v.naturalis hiſtoriæ dicens:Gallus phrygiæ flumen eſt: de
cuius aqua potantes redduntur inſani.Et Martianus libro ſexto dixit ab eo mi
niſtros matris deum gallos dictos eſſe. Quod Ouidius ipſe eodem quo rettuli-
mus libro prius teſtatus eſt cum ait:

Cur igitur gallos qui ſe excidere uocamus:
Cum tantũ aphrygia gallica diſtet humus:
Inter ait uiridem cybelen altaſqꝫ celenas
Amnis it inſana nomine gallus aqua:
Qui bibit inde furit procul hinc diſcedite quis eſt
Cura bonæ mentis:qui bibit inde furit.Cum ergo Atys per eum modum ſe exe
cuiſſet:uenit id in exemplum ut omnes qui matri deum miniſtrare cupiunt ſe
ipſos excaſtrare debeant.dicente Ouidio in præfato libro: Venit in exemplum
furor hic molleſqꝫ miniſtri.

Cædunt iactatis uilia membra comis Nec ſe ferro excidere ſed lapideo cultro de
monſtrát.qđ etiá Iuuenalis cõfirmare uidet̃.cũ ait in ſatyra Credo pudicitiam
Ecce furentis Bellonæ matris deũ chorus intrat. & ingẽs Semiuir obſcœno faci
es reuerenda minori:Mollia qui rapta ſecuit genitalia teſta:& reliqua. In qbus
oſtendere forte uidet̃ non oẽs ſibi teſta genitalia execuiſſe:ſed ille ſolũ qui inter
illos eſt maior. Verũ hic cũ matri deũ ſacra litabant: ꝓprio ſibi ſanguine crines
inungebát:& caput inde rotantes futura præſagire credebant̃. unde ait Luca-
nus lib.i.Crineſqꝫ rotantes Sanguineũ populis ululabant triſtia galli.

A tys alius Crœſi lydorũ regis maior natu filius fuit: qui nulla arte cuſtodiri po-
tuit quin ferro necaret̃.Nam teſte Herodoto libro hiſtoriarũ prino ab Adraſtro
uenando fortuitu interfectus fuit. Alius eodem nomine eius frater fuit qui cũ
natus diuqꝫ elinguis educatus eſſet:ui timoris paternæ necis uocalis euaſit:cu-
ius hæc fuerunt uerba teſte Herodoto lib.hiſtoriarũ primo ὤνθρωπε μὴ κτεῖνε
τὸν κροῖσον:hoc eſt o homo ne interfice Crœſum.

A tina cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Seruio ſuper.vii.æneí.urbs iuxta
pontinas paludes campaniæ:quæ ciuitati erũnas inferebant.unde ſic quoqꝫ co
gnominata fuit.Nam ἄτη:græce latine erumna dicitur. Virgilius tamen dixit
Atina potens:tyburqꝫ ſuperbum.

A tlas cũ.t.exili ĩmediate ſequente.l.ſcribitur:mõs eſt mauritaniæ ſic quoqꝫ nomi
natus ab Atlante rege filio Libyæ a quo teſte Plinio libro.vii.naturalis hiſtoriæ
aſtrologia primũ cõperta fuit. Sed duo montes eiuſdem nominis ĩ mauritania
ab Herodoto & aliis nõnullis hiſtoricis deſcribuntur. Vnus quidẽ propinquior
colũnis Herculis. Alter uero in interiora libyæ remotior: quem rotundũ eſſe di
cit & altiſſimũ.cuius ſũmitas nunq̃ uideri poteſt: quia nubes ab illo nec æſtate

nec hyeme diuelluntur.Quem incolæ (ut ille refert) unam cæli columnã eſſe
aſſerunt.Et ut ferunt poetæ fuit in illum Atlas mauritaniæ rex cõuerſus.Qua
re in formam uiri Virgilius eum deſcripſit cum ait libro æneidos quarto.

Atlantis cinctum aſſidue cui nubibus atris:
Piniferũqꝫ caput uento pulſatur & imbri.
Nix hmmeros infuſa tegit:tum flumina mento
Præcipitat ſenis:& glacie riget horrida barba. Similiter & eadẽ ſcriptura. hoc ẽ
cum.t.ſimplici ĩmediate ſubſequãte.l.ponitur ab Herodoto præfato lib.hiſtori.
iiii.atlas fluuius qdã magnus a ſũmo mõtis æmi uerſus ſeptẽtrionem iſtrum de
fluens:quẽ ſic quoqꝫ cognominatum ab Atlante arcadiæ rege exiſtimo.Nã teſte
Seruio ſup.viii.æneidos.tres fuerunt Atlantes.unus rex italiæ & pater Electræ
uxoris Coriti.Alter arcadiæ & pater Miſiæ:ex qua Mercurius natus ẽ.Et terti-
us maurus q maximus ẽ dictus.Et cui pene reliq̃ oĩa attribuunt̃.ab Atlãte At-
lãtides patronymicũ licẽtia poetica deducitur:ut Ouidius lib. metamorpho.i.
Sedit atlantiades ꝓ atlãtides.a quo etiã atlãtes populi & atlanticum mare.

A thleta penultima cum.th.aſpirato ĩmediate ſubſequente.l.& ultima cum.t.ſim
plici ſcribitur:dicitur a noſtris pugil & luctator.

A tomus cum.t.exili ſcribitur:dicitur apud nos indiuiſibilis & indiuidua.Naꝫ ex
a cõponitur & τομή:quod ẽ inciſio.Lucretius uero atomos minutiões uocauit

A thochari cũ.th.&.ch. aſpiratis ſcribit̃:ſunt teſte Herodoto populi ſcythici ĩ aſia
hi teſte Pli.lib.vi.natu.hiſto.apricis ab omni noxio afflatu ſecluſi collibus eadẽ
qua hyperborei deiunguntur tẽperie.Et ſubdit de his priuatim condidit uolu-
mina Homerus ſicut Echatus de hyperboreis.

A thos cũ.th.aſpirato ſcribitur:mons ẽ ĩter macedoniã & thraciã.Quare nõnunq̃
mons thraciæ dicitur:ut Homerus in hymno Apollinis θρηΐκιος τ' ἄθως. Nõnũ
q̃ macedoniæ & aliquãdo æmoniæ mons dicitur:quæ ſub nomine macedoniæ
ut in ea dictione uidebimus nõnunq̃ uenit.unde Seneca in Medea: Aemonius
illas cõtulit peſtes athos.Seruius uero ſup.xii.ænei.Non athos cum.ſ. conſonã-
te in fine:ſed athon cum.n.ut apollon ſcribendũ dixit. Quod auctoritate Vir-
gilii cõprobauit q ibidẽ dixit:Quantus athon aut quantus eryx. Nam ut ait ſi
athos cum.s legeretur cũ.os. breuis ſit:minime ſtaret uerſus.Quin & ex alio cõ
probat:qa athona in accuſatiuo facit.Quod ut ſane ipſe fatetur ab Herodoto &
Homero obſeruatum nõ fuit.Nec etiã utputo a noſtris cõperitur. Nã Virgilius
libro georgicoꝝ.i.ait:Aut athon aut rhodopen aut alta ceraunia telo Deiicit.
Niſi qs dicat eclipſim fieri uel athona rhodopen ſcribendũ eſſe.Eſtqꝫ altitudiniſ
admirãdæ:ut hiſtorici atteſtant̃:ita ut uſqꝫ ad lemnũ inſulã umbrã protendere
affirment:quæ octogintaſex milibus paſſuum a macedonia ſeparatur: de quo
Statius libro.v.thebaidos ait:Ingenti tellurem proximus umbra Veſtit athon
nemorumqꝫ obſcurat imagine pontum.Et cum ſic arduus fuerit. teſte tamen
Herodoto libro hiſtoriarum quinto nauigatus fuit claſſibus perſicis:& a conti-
nenti iuſſu Xerxis mille quingentis paſſibus abſciſſus eſt: quin & pontem ſub
ſtrymone fluuio derelictum:hoc eſt adeo ſubcauatum dixit: ut flumen ipſum
curſum ſupra pontem conficeret & ſub ponte mare inundaret:de quo in dicti-
one Xerxes uidebimus.

A toſſa cum.t.exili hoc eſt ſine aſpiratione & duplicato.ſ.ſcribitur: fuit teſte Hero
doto libro hiſtoriarum quarto filia Cyri:quam & Artyſtonem ſororem Darius

poſtq̃ ad regnum perſarum ſublimatus eſt uxores accæpit.& ex Atoſſa ut idem
auctor circa initium libri ſeptimi dixit Darius Ipſe Xerxem progenuit:qui dein
de poſt illum regnauit.

Atrax cum.t.exili ſcribitur:fluuius eſt ætoliæ:a quo teſte Plinio libro.iiii.natura
lis hiſtoriæ atraces quidam populi cognominati ſunt.

Atreus cum.t.exili &.eu.diphthongo in fine ſcribitur:fuit filius Pelopis : & Hip-
podamiæ:nepos Tantali myçenarum regis & frater Thyeſtis: de quibus multa
narrantur a poetis:ut a Seneca in Thyeſte & Statio in diuerſis locis ſuæ thebai
dos. Qui ſane oſtendunt eos fuiſſe inter ſe ſæuos adeo ut Thyeſtes cū Europe
fratris uxore concumberet:quod dolens Atreus liberos ei epulandos appoſuit.
Cuius facinoris cū Thyeſtes exquireret ultionē a diis:reſpondit illi Apollo poſ-
ſe alio ſcelere eius facinoris uindicem naſci ſcilicet ſi cum Pelopia filia ſua cōcū
beret.Quo facto natus eſt Aegiſtbus qui Arreum interfecit & Agamēnonem ſi
militer a bello troiano redeuntem interemit.Seruius uero ſup primum æneı.di
xit Atreum apud mycenas primū ſolis eclipſim inueniſſe:cui īuidens frater ex
urbe diſceſſit tempore quo eius probata ſunt dicta:& ab atreo atrides deducit̃ :
unde atridæ Agamēnon & Menelaus a poetis dicti ſunt:quod uſurpatū fuiſſe
dixit Seruius ſup primū ænei.quia Pliſtonis fuerunt filii.

Athrys cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarū
iii.thraciæ fluuius in iſtrum defluens.

Atropos cum.t.exili ſcribitur:una dicitur ex parcis quæ filum frangit.unde cō
ponitur ab a quod eſt ſine:& Τροπη conuerſio quaſi ad nullius preces cōuerta
tur.Nam ut uoluit Homerus tres ſunt ſorores:quarū una dicitur Clotho quæ
ſcilicet baiulat.alia Lacheſis quæ filat.& tertiam Atropos q̃ filum frangit ita ut
cum alicuius fila dila diruperit morte moriatur:dicente Martiale in primo.
Lanificas nulli tres exorare puellas
Cōtingit:obſeruant quē ſtatuere diē.Has Martianus dixit ſuperum librarias &
ſcriptrices q̃ ſcilet ſententias Iouis ſtudio ueritatis excipiūt:unde & nōnunq̃ ab
auctoribus noſtris ꝑ diſpoſitione ſuperū capiunt̃ :iuxta quod ait Iuuenalis ī ſa
tyra Neuole:Hæc exempla para fœlicibus at mea clotho: Et lacheſis gaudent ſi
paſcitur īguine uenter. Vnde illas quoꝗ dixit Heſiodus in theogonia naſcenti-
bus hoībus bonū & malū cōferret Quare latine parte teſte Gellio lib.iii.noctiū
atticarū ex auctoritate Varronis īmutata littera una a partu nominatur

Attalus cum duplicato.t.exili & unico.l.ſcribitur:fuit pergamenorum rex:qui ī
minori aſia contra Philippum romanis fauit:de quo Liuius diuerſis in locis:&
Iuſtinus libro.xxxvi.plura ſcripſere. Alter eodem nomine fuerat Neo ptolemi fi
lius frater olympiæ coniugis Philippi patris Alexandri magni qui deinde cau-
ſa fuit mortis Philippi.

Attagen cum duplicato.t.exili ſcribitur:auis eſt teſte Plinio libro.x. naturalis hi
ſtoriæ celebris & uocalis alias:ſed capta obmuteſcens.hæc ut ait primū in ionia
cōperta fuit.poſtmodū in gallia & in hiſpania capta.

Attais cum duplici.t.non aſpirato &.i.latino ſcribitur.Sane teſte Seruio ſup pri-
mum georgicorum non ſolum attis cum.s.conſonante in fine : ſed etiam attin
cum.n.ſcribi poteſt.ut delphis & delphin:eluſis & eluſin. Et ut pergit uerius ī
.n.deſinunt : quia illud in obliquis habent q̃ in.s. ut attinos delphinos eleuſi
nos : & eſt attin regio inter achaiam & macedoniam: quæ maxime græciæ no-
men retinet.Nam ab Iſthion corinthio ſiue ſtructura in quam deſinit achaia
incipiens & ꝑ mare ægæū porrecta uſq; in macedoniā & theſſaliā: quā ut multi
uolunt cū omni boetia intra ſuum nomē iucludit extēditur:dicta primū attis
ab Atti filia Græci ſucceſſoris.a quo & græci ſic quoq; cognominati fuerunt.de
inde ab Hellene Pyrræ & Deucalionis filio dicta fuit hellas:q teſte Solino ī theſ-
ſalia natus ē:quo rege ipſi græci hellenes dicti fuerunt.Nā teſte Ariſtotele in.ii
meteoroꝝ hellenes nunc ſunt q priùs græci a græco rege dicti fuerunt. In hac
regione fuit inclyta athenaꝝ ciuitas.cāpus marathon cū oppido eiuſdē nomīs
athenis ſatis ꝓpinquo:memorandus quoq; cruentiſſimis præliis:ut in ea dictio
ne uidebimus:montes teſte Plinio bryleſus ægialeus icarius hymettus.Quin &
ſunium ꝓmontorium:duriſcos:polypoſter.ebrauronion.Saxa ſcyronia athenis
propinqua:& ut multi ferunt mons aracynthus:ut in ea dictiōe uidimus. nec
longe ab athenis argos oppidū quod Bacchus ipſe condidit:& plura alia quæ lō
gum eſſet enumerare. At uero ab atti regio ipſa attica dicta ē: & atticus incola
qn & attius:quæ omnia cū duplicato.t.ſcribenda ſunt. Virgi.lib.geor.iiii.Atti-
as orythia:& ſimiliter oīa deſcendentia cū geminato.t.ſcribi debent:& nō cū.c.
ante.t.ut attæus.Virgi.in Alexi:Amphion dircæus in attæo aracyntho.Simili
ter Leander ad Boreā q rapuit Orithyam dixit apud Ouidiū decimaſeptima he
roidū:Tā gelidus cū ſis nō te tamen īprobe quondā Ignibū attæis incaluiſſe ne
gas.Nam ſi cū.c.ante.t.ſcribatur:denotat montē leucadiū q actius dicitur: ut
Sappho:Actæū populi leucadiūq; uocant.& in eadē epiſtola: Cur non actiacas
miſerā me mittis ad oras:quod cum.c.ante.t.ſcribitur.Similiter Virgili. libr. æ-
nei.iii. Actiaq; iliacis celebramus littora palmis.Et circa finē libri octaui : Acti-
us hæc cernens arcū intendebat apollo . At uerbum atticiſſo: quia ab atti deſcē
dit cum duplici.t.ſcribitur ut Plautus:Non atticiſſat ſed ſiliciſſat:& īde atticiſ-
mus:ut Quintilianus in primo de oratoria inſtitutione:In prīs inquit copiam
uerborum:quoꝝ in tragœdiis grauitas:in comœdiis elegantia:& quidam uelut
atticiſmus inueniri poteſt.Et ut quidam putant etiam attilius inde deducitur
quod ſi ſic eſſet:cum duplici.t.ſcribendum erit.

Auctor cum.au.diphthongo &.ct. exilibus ſcribitur ab uerbo græco: quod eſt
ποίω originem per ſignificationem ducere uoluerunt:ita ut poeta:ſeu ut dicā
factor ſit.nam factor in uſu non eſt:niſi in quibuſdam e græco tranſlatis:ut fa
ctorem cæli & terræ:ubi habetur ποιητηω:hoc eſt poetam. At nos poetas cæte-
roſque operum cōditores auctores uocamus.Et ille qui fecit aliquod opus qui
ægit bellum aut pacem aut auctorem operis & auctorē belli aut pacis dicimus.
Item & hominem in quo eſt ius:poteſtas & dignitas. Vnde auctoritas dicta eſt.
Liuius:Decreuerunt enim ut cum populus regem iuſſiſſet: Id ſic ratum eſſet
ſi patres auctores fierent hoc eſt auctoritatem: ut aiunt ſuam & decretum in-
terponerent:ratum haberent:atque ratificarent ſiue comprobarent.Et alibi ma
iores noſtri nulllam ne priuatam quidem rem agere fœminas ſine auctore uolu
erūt. Vocanturque etiam auctores pupillorum in quorum adminiſtratione in
firma ætas reſq; eius ſunt.Ideoque filios regum pupillos ſub auctoribus fuiſſe
legimus. Paulus iuriſconſultus.Etiam ſi non interrogatus tutor auctor fiat ua
let auctoritas eius:cum ſe probare dicit id quod agitur.hoc eſt enim auctorem
fieri.Quare auctores ſententiæ aliuſq; conſilii uocantur hi: quorū ſententiam
conſiliūq; ſecuti ſumus.Et duces militum auctores uocabant̃.Vnde auctorare

obligare ẽ & ſubiectũ facere. Sed quærit Seruius ſup Donati artẽ auctor utrũ p
ſe an de uerbo oriat᷑. Et reſpondit in hæc uerba dicens. Sed eſt ſciendũ ꝙ a ſe na-
ſcitur. Nã illud qđ ẽ augeo ne nos deducat quod inde ueniat. Aliud eſt enĩ au-
gere: aliud auctorẽ eſſe. hæc ille. Quid qđ auctorẽ nullo pacto dicere poſſum⁹
actorẽ. Nã actor ſine. u. littera ab ago deſcẽdit: & dicitur orator q agit cãm qui-
cꝫ geſtũ uultus & corpis agit: unde oratio ab ipſa ꝓnũciatione dicta ẽ. Quin &
oratio ſcripta actio ẽ appellata. Itẽ comœdus & tragœdus ideſt hiſtrio q agit ge-
ſtus in ſcæna: & quod huic generi ſimillimum eſt qui agit attellanas & mimus
omnis actor uocari poteſt. Et partes comœdiæ actus dicuntur.

Auctoratum cum. au. diphthongo &. ct. exilibus ſcribitur: ab auctorare deſcẽdit
ſignificatcꝫ obligatũ & ſubiectum. Liuius libro. xlvi. ab urbe: Signo inquit ſuo
impreſſas tabellas miſit: & uero pignore uelut auctoratum ſibi proditorẽ ratus
eſt: ideſt obligatum & ſubiectum. Valerius maximus libro. ix. Auctorato inquit
ſociis officio. Suetonius libro. iii. de legendo uel auctorando milite ac legionũ:
& auxiliorum deſcriptione.

Auctoramentum ſimiliter ſcribitur: & ab auctorando militem deducitur. nam q̃
ſi obligationem nexũcꝫ: uel quaſi ſtipendium quoddam & precium cuiuſdam
militiæ ac pugnæ actioniſcꝫ deſignare uidetur. Quintilianus. Nec difficilem ſa-
ne ſub illo præſertim auctoramento habuiſſet miſſionem: ſed noluit gladiator
uiuere. Cicero: Quorum ipſam merces auctoramentum ſeruitutis eſt. Seneca li-
bro ſeptimo epiſtolarum. Nullum ſine auctoramento malum eſt. Auaricia pecu-
niam ꝓmittit: luxuria uarias uoluptates: ambitio purpuram & plauſum: & ex
hoc potentiam: & quicquid potentia poteſt: mercede te uitia ſollicitant.

Auctio cũ. ct. exilibus &. i. latino ſcribitur & latinaꝫ habere deriuationẽ. ac magis
ab augeo q̃ ab auctorando deduci exiſtimo. Nam uenditio quædam eſt ĩ publi-
co ac loco celebri: quæ p incrementum precii hoc eſt plus offerentis fieri uide-
batur. Et hinc auctionari uendere diceba᷑: quod publice & ſub haſta p augmẽ-
tum precii uendebatur. Nec hoc modo ea uendi dicebãtur quæ ad eſum ſpecta-
re uideban᷑: ſed quæ ad alios uſus. Nec fere niſi quæ penes aliũ in uſu fuerũt.

Augias cum. i. latino ſcribitur: in quod. ei. diphthongus conuerſa fuit: & fuit te-
ſte Homero libro. xi. iliados epiorum rex ſiue elidenſium qui bellum geſſit cum
Neleo pyliorum rege.

Aula cum. au. diphthongo ſcribitur: tranſfertur a noſtris atrium. at aulã pro olla
Plauto uetuſtiſſimiſcꝫ relinquimus.

Aulæa cum. æ. diphthongo in penultima ſcribitur: uelamina ſunt picturis inte-
xta: quæ primũ in aula Attali regis aſiæ qui populum romanum heredem ſcri-
pſit inuenta ſunt. Virgi. libro georgi. iii. Purpura intexti tollant aulæa britãni.
Vnde ab ἄυλη: quod eſt aula nomen aſſumpſere.

Aulis cum. au. diphthongo &. i. latino ſcribitur: non eſt inſula ut ignari quidam
putant. Sed teſte Strabone approbatiſſimo hiſtorico inter græcos regiuncula ẽ
boetiæ petroſa: & ciuitas eiuſdem nominis iuxta quam portus eſt quingentarũ
nauium capax. Euripo Chalcidico proximus. Idem ĩnuere uidetur Homerus li-
bro iliados. ii. Plinius etiam libro quarto naturalis hiſtoriæ ubi de inſulis maris
ægæi atcꝫ ipſa euboia pertractat: inquit ex aduerſo in continenti aulis eſt: &
agendo de boetia: In ipſis inquit faucibus Euripi: quem facit euboica obiecta
inſula: aulis nobilis eſt portus quem boetii antiquitus dixere hyamas. Idem

Pomponius confirmauit dicens: Aulis agamemnoniæ graiorũcꝫ claſſis in tro-
iam coniurantium ſtatio. Vnde boetiæ portus dicitur: in quibus detentæ fue-
runt graiorum naues: dicente Ouidio libro metamorphoſeos. xii.

Nec dilata foret uindicta niſi æquora ſæui
Inuia feciſſent uenti: boetacꝫ tellus.
Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras. in eo loco cõiurauerunt græci nõ ante
reuerſuri q̃ ilion caperetur: ut Dido ad Aeneã apud Virgilium libro æneid. iiii.
Non ego cum danais troianaꝫ excidere gentẽ Aulide iuraui.

Auras cum. au. diphthongo ſequẽte. r. ſcribitur: fluuius eſt teſte Herodoto lib. hi-
ſtoriaꝝ. iiii. grandis ab æmo deſcendens: & in iſtrum defluens.

Aurum cum au diphthongo ſcribitur: græcũ eſſe quidã putant. Nam teſte Feſto
Hippocrates medicus ab inuentore cognominatum illud putauit: quẽ uocita-
tum dixit αὖριον: & inde theſaurus. Qui uero latinum uolunt a ſimilitudine
coloris auroræ nomen traxiſſe exiſtimant. alii uero ab aura. i. ſplendore teſte Ser-
uio ſup. vi. ænei. dictũ putant: dicente Virgilio: Diſcolor unde auri p ramos. au-
ra refulſit. i. ſplendor. Et Horatius. tua ne retardet aura maritos hoc eſt ſplẽdor
Nonnulli uero quia mentem hominum auertat.

Auſchiſæ cum. ch. aſpirato &. i. latino ſcribitur: populi ſunt in lybia ultra barca-
eos: iuxta quo uerſus mare ſunt bacales: ut oſtendit Herodotus libro hiſtoria-
rum quarto.

Autocanes abſcꝫ aliqua aſpiratione ſcribit᷑: mons ponitur ab Homero in hymnis.

Autonoe cum. t. exili &. oe. diuiſis litteris in fine ſcribitur: fuit Cadmi thebarum
regis filia ex Hermione coniuge: ut ſcribit Heſiodus in theogonia & Ouidius li-
bro metamorphoſeos. iii.

Automedon cũ au. diphthongo in prima &. t. exili ſequẽte. o. ſcribitur nõnulli ue-
ro ex noſtris loco ipſius. o, ponitur. u. & dicunt Autumedon: fuit Achillis armi-
ger ſeu arriga: ut Virgi. li. ii. ænei. Et equoꝝ agitator Achillis Armiger autome-
don. Idem Ouidi. lib. i. de arte: Nunquid Achilleos inter fera prælia fida Deſer-
uit leuitas: automedontis equos. a quo id quocꝫ tractum eſt ut cum aliquẽ au-
rigam aſſignare cupimus: atcꝫ inſigni arte adnotare: ob illius excellentiã Auto-
medontis nomine uocitemus. Quare Iuuenalis in prima ſatyra cum de illo lo-
queretur: Qui bona donauit præſepibus: & caret omni maiorum cenſu ait: duꝫ
puolat axe citato: Flaminiam: puer automedon nam lora tenebat: hoc eſt equa-
lem automedonti oſtendebat ſe habere aurigam.

Autolyeus abſcꝫ aliqua aſpiratione & unico. l. atcꝫ. y. græco cribitur: fuit uir græ-
cus ex eleone urbe boetiæ: de quo Homerus lib. x. iliados meminit.

Axylus cũ. y. græco & unico. l. ſcribit᷑: habetcꝫ apud græcos accentũ in prima. fu-
it prhyx ex ciuitate ariſbe filius Teutranidis. hic teſte Homero libro. vi. ilia. fuit
homo: perq̃ beatus omnibus quæ ad uictũ mortalium ptinent: & in inſigni ariſ-
be agens omnes qui illac iter ingrediebantur qua erat beniuolentia humanitate
clæmentia excipiebat hoſpicio: qui cum a Diomede in bello troiano interficere-
tur: nemo ſuccurrens ab attroci eum morte potuit eripere.

Axiochus cum. i. latino &. ch. aſpirato ſcribitur: nomen fuit philoſophi: cui Plato
librum de morte inſcripſit.

Axis cum. i. latino a nobis ſcribitur: a græcis uero ἄξον dicitur: & proprie ea li-
nea quæ ab uno mundi polo in alterum tendit. Ad cuius ſimilitudinem ſtipes

ille teres circa quem rota currus uertitur axis dicitur. Virgi.lib.georg.iii. Poſt ualido nitens ſub pondere faginus axis. Nõnunq̃ uero & ꝑ rota rheda uel curru poſitum cõperitur:ut Iuuenalis in ſatyra Criſpini:Dignus aricinos q mẽdicaret ad axes id eſt ad currus aritiam uel aricina nemora adeũtes. Aliquãdo autem & ꝑ ſeptẽtrionali polo poſitũ fuit:uel ut ait Feſtus ꝑ ſeptẽtrionali parte celi. Virgi.lib.georg.ii.Quæ terga obuerterit axi:ideſt ſeptẽtrioni.Quin & ꝑ ipſo cælo abſolute idem poeta nõnunq̃ poſuit:ut lib.iiii. æneidos cum ait: Vltimus æthiopum locus eſt ubi maximus atlas Axem humero torquet.ideſt cæluꝫ ſubſtinet.quin & teſte Feſto tabula ſectilis axis appellatur.

A xius cum.i.latino ſcribitur : dicitur ab Homero libro iliados ſecundo fluuius ουκάλλιστον ὕδωρ:hoc eſt cuius pulcherrima eſt aqua.Nam ut ait licet ſpacioſus ſit:tamen uſq; ad imũ eſt lucidiſſimus : ut nullus in toto orbe terrarum ſit ſpecioſior.hic teſte Herodoto libro hiſtoriarũ.vii.ꝑ regioneꝫ mygdoniã : quæ pars eſt macedoniæ ꝓfluens:iuxta caleſtrã urbem in mare ægæum cadit.

A zymus cum.z.conſonante &.y.græco ſcribitur:id apud nos dicitur quod eſt ſine fermento.Nam componitur ex a quod eſt ſine:& ζύμη fermentum.

A ziris cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:palus eſt in libya.

A zotus cum.t.exili ſcribitur:urbs fuit ſyriæ.

Abylon cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:nomen ẽ urbis in chaldæa.de qua Lucanus: Cũq; ſuperba foret babylon ſpolianda trophæis:hæc adeo nobilis fuit ut chaldeam totam:& meſopotamiam a ſe babyloniam dixerit: quæ ſimili modo & ĩ penultima cum.i.latino ſcribitur hãc omnes græci & latini hiſtorici pariter & poetæ a Semiramide regina conditam referunt:dicente Ouidio libro metamerpho.iiii.Vbi dicitur altam Coctilibus muris cinxiſſe ſemiramis urbem. de quo in dictione Semiramis plene uidebimus. huius muri igitur teſte Philoſtrato in uita Apollini tyanei trecentorum & octoginta ſtadiorum circuitum detinebãt. Plinius uero libro hiſtoriæ naturalis ſexto murorum dixit amplitudinem fuiſſe ſexagintaquattuor milium paſſuum : croſſitudinem quinquaginta cubitorum. Altitudinem uero quater tantũ.Itaq; fuit mœnibus achortis penſilibus temploq; & arce maxime admirabilis.

B acchus prima definit in.c.exile & ultima in.ch.aſpirato ſcribitur:fuit Iouis filius ex Semele Cadmi filia:ut poetæ omnes atteſtantur:de quo Ouidius lib.metamorpho.iii.plene omnia pertractauit & ut græci quidam grãmatici dicunt deriuatur a βακχεύω quod eſt furo uel inſanio : hic primus indiam ſubiecit : & primus apud græcos docuit uini uſum ut teſtis eſt Capella libro de nuptiis Mercurii. Quãobrem teſte Feſto illi a poetis cornua dantur eo quod homines nimio uino truces fiant. Vnde Sappho ad Phaonem ait. Accedãt capiti cornua bacchus eris Quin & pro haſta thyrſum ferratum tecta cuſpide pampino illuꝫ ferre dicebant:ut Seneca in Hercule furente.
Adſit lycurgi domitor & rubri maris.
Tectam uirẽti cuſpidem thyrſo gerens.de quibus latius in dictione Dionyſius uidebimus.Quin & illius currum trahi a tigribus dicunt: dicente Statio
Promouet effrenæ dextra leuaq; ſequuntur
Lynces:& uda mero lambunt retinacula tigres.Nõnunq̃ uero & muliebri habitu ornaſſe ſe illi ferunt:dicente Seneca:
Non erubeſcit bacchus effuſos tener
Sperſiſſe crines:nec manu molli leuem
Vibrare thyrſum cum parum forti gradu
Auro decorum ſyrma barbaricum trahit.
Poſt multa uiotus opa laxari ſolet.Et ut teſtis eſt Plinius li.vii.natur.hiſtoriæ: emere ac uendere inſtituit Liber pater. Omnia igit̃ deſcendentia a Baccho ſimiliter cũ duplici.c.& ſecundo aſpirato ſcribunt̃:ut bacchicus. Ouidius.lib.i.triſtium:Deme meis hederas bacchica ſerta comis.Eodem mõ bacchiades: qđ etiã cũ.i.latino ſcribitur::ut idẽ lib.v.eiuſdem opis:Et me bacchaides iudice falſus erat.Simili mõ bacchides & bacchilides ſcribunt̃:a baccho.at bacca pro granulo ut ſupra uidimus latinũ eſt:& cũ duplici.c.abſq; aliqua aſpiratiõe ſcribitur: & inde baccatum ſine aſpiratiõe quod diuerſas habet baccas. Virgili.lib.ænei.i. Colloq; monile baccatum.Quod ſi a baccho trahatur:cum.ch.aſpirato ſcribendum eſt:ut eſt id Virgilii lib.ænei.iii.Bacchatãq; iugis naxon uiridẽq; donyſaꝫ & uerbum bacchor:ut idem libro.iiii.eiuſdem poematis:Sæuit inops animi totãq; incenſa per urbem Bacchatur.

B acchanalia cum duplici.c.& ſecundo aſpirato ſcribitur:& a Baccho deducitur. Nam ſacra quædaꝫ Bacchi dicta fuerunt:quæ teſte Liuio libro.viii.de bello macedonico huiuſcemodi fuere:Græcus ignobilis in herruriam primum uenit ſacrificulus & uates.Sed occultorum ſacrorum initia primo paucis fuerunt tradita uiris & mulieribus:& fuerunt additæ uoluptates meri & epularuꝫ:ut multorum animi illicerentur.Cũq; uinum animos:nox.& mixtæ uiris fœminæ ætatis teneræ omnẽ pudorem extinxiſſet:corruptelæ omnis generis fiebant.Sicq; ſtupra ingenioruq; & fœminaꝝ promiſcua in his ſacris erant.multa dolo: ſed ꝑ uim plurima parabantur. hæc religio uerius morbus peſtifer romam ab herruria penetrauit:cuius facinora fuerunt aliquandiu tacita.Tandem noticia eius facinoris ad Poſtumum conſulem per.P.Ebutium adoleſcẽtem & Ebutiam fœminam hiſpanam deuenit per modum qui late a Liuio in prefato libro narrat̃ Vnde dixit Iuuenalis:Qui curios ſimulant:& bacchanalia uiuunt. fuerũt nãq; ſacra bacchi orgia & trieterica. de quibus in ſuis dictionibus uidebimus. Sacrificabatur Baccho caper:quia maxime uitibus capra nocet:ut late mõſtrauit Virgilius libro georgicorum ſecundo.Erat etiam illi uannus cõſecrata:ut Virgilius libro georgicorum primo.Et myſtica uannus Iaccho.eo q̃ illius ſacra teſte Seruio ad animarum purgationem pertinebant:quod per uannum deſignabatur.quo fruges purgantur.

B acchiade cum duplicato.c.& ſecundo aſpirato atq;.i.latino ſcribitur: dicti fuerunt qui e corintho effecti exules in ſiciliam deuenerunt:& urbẽ inter epachynnum & pelorum ædificantes ſiculi facti ſunt:de quibus dixit Ouidius lib. metamorpho.v.cum Plutonis iter deſcriberet Proſerpinam deferentis.
Et qua bacchiade bimari gens orta corintho
Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

B acchius eodẽ mõ ſcribitur:genu: ẽ pedis quo in carminibus ſacroꝝ Bacchi utebãtur: cõſtatq; ex prima breui & duabus ſequẽtibus lõgis:ut Horatius ĩ primo carminũ:Lydia dic ꝑ oẽs:q uarſiculus cõſtat ex choriãbo & bacchio.

B actrius cum.ct.exilibus &.i.latino ſcribitur:fluuius eſt ſcytharum:a quo popu li quidam circa illum inhabitantes teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vii. bactri ani dicuntur.& inde bactra in plurali numero ꝓuincia dicitur.

B actra cum.ct.ſimplicibus ſcribitur : prouincia eſt ſcythiæ ultra aſſyriam a flu mine bactrio cognominata.eſtq; generis neutri & numeri pluralis:ut Virg.lib. georgi.ii.Neq; bactra neq; indi Laudibus italiæ certent.

B actriani cū.ct.exilibus ſcribit̃: populi ſūt teſte Herodoto lib. hiſtoriarū quarto aſiæ ſcythis ꝓpinqui.Quos Curtius dixit bellicoſos plurimū & aſſuetos uiuere rapto:quare perſarū ludus abominantes ſemꝑ uerſabantur in armis.

B acales cum unico.c.exili & unico.l.ſcribitur:populi ſunt teſte Herodoto lib.hi ſtoriarū.iiii.parui in libya auſchiſis cōtermini iuxta mare habitantes:

B ænacus cū.æ.diphthōgo &.c.exili a græcis ſcribitur: lacus eſt galliæ ciſalpinæ in agro ueronenſi inter arctas montiū fauces poſitus adeo ut inter illos impetu coacti uenti lacum more maris exagitent: dicente Virgilio lib.georgic.ſecundo Fluctibus & fremitu aſſurgens bænace marino.Cuius maior longitudo in tri gintaduo miliaria extēditur: latitudo ad plus in ſexdecim & ad ſex minus pro tenſa eſt.Ex hoc mantuanus lacus exoritur ex quo mincius fluuius uirgilian⁹ decurrit in padum.

B agæus cum.æ.diphthongo in penultima ſcribitur:nomen fuit uiri cuius aſtu Orœtes ſardiū præfectus trucidatus fuit:ut in ea dictione uidebimus.

B aiæ cum.i.latino ſcribitur:ciuitas fuit campaniæ inter puteolos & montem mi ſeni ſecus campanum mare ſita:ſic quoq; cognominata teſte Seruio ſuꝑ.iiii.&. vi.æneidos a Baio Vlyxis ſocio illic ſepulto:fuitq; olim hæc urbs temperie aeris & romanorum frequentia atq; ornamentis ædificiorum celeberrima : dicente Martiale ad Flaccum:

Vt mille laudem flacce uerſibus baias.
Laudabo digne:non tamen ſatis baias.

B alena cum unico.l.&.e.abſq; diphthongo a nobis ſcribitur : a græcis uero loco; b.ponitur.ph.aſpiratum:ac dicitur phalena quaſi conſpicua. Nam ut uidimus ſæpe.p.in.b. ob uicinitatem litterarum cōmutamus:& aſpirationē nōnūq̃.a.p. abiiciamus:bælua eſt marina quæ ad magnitudinem īmenſam exreſcit.

B aliſta a quibuſdam ex noſtris cū unico.l.ſcribitur:ſed quia prima etiam apud noſtros longa eſt & a græcis ſemꝑ cū duplici.l.ſignatur: uidetur apud nos etiā cum duplicato.l.ſcribi debere.Nam a βάλλω uerbo græco quod latine ē iacio deducitur.& a græcis pro tormento cōcutiente muros accipitur. Quod & poe tæ noſtri obſeruauere.Ouidius libro primo dꝭ triſtibus.Quā graue baliſtæ mœ nia pulſat opus.& libro.xi.metamorphoſeos.

Nec leuius pulſata ſonat:q̃ ferreus olim.
Cum laceras aries:baliſtaq; concutit arces. Lucanus uero pro inſtrumento ha ſtam quandam iaciente accæpiſſe uidetur cum ait:
Neq; enim ſolis excuſſa laertis
Lancea:ſed tenſo baliſtæ turbine rapta
Haud unū cōtēta latus tranſiere quieſcit. Sane græci in ultima.r. unū addūt & dicūt baliſtrā:quod noſtri forte ob dulciorē apud nos ſonū abiecerūt.

B aleares inſulæ cū unico.l.ſcribitur eo quod apud poetas noſtros primā ea dictō corripiat.Virgi.lib.i.georg. Stuppea loquentem balearis uerbera funde. Vnde

putāt nōnulli Virgiliū eius deriuationē traxiſſe magis a Baleo Herculis comitē quæ dictio cū unico.l.ſcribitur:& q teſte Liuio libro.xl.ibidē ab Hercule dereli ctus fuit cum ad Geryonē nauigaſſet q̃ a βάλλω: quod eſt iacio quod primā producit.a quo etiā ut alii uolunt ꝑ ablationē unius.l.deduci potuit. Nā ſunt inſulæ in hiſpanico mari ſitæ quaꝝ incolas primitus fundaꝝ uſum cōperiſſe dixit Vegetius libro.i.de re militari:& ita peite exercuiſſe:ut matres paruos fili os nullum cibum cōtingere ſinerent: niſi quē ex funda ꝓdeſtinato lapide pcuſ ſiſſent.Quo ſolo telo:ut dixit Liuius libro.viii. de ſecundo bello punico ſemper uſi ſunt uſq; ad id bellum.

B alſamū cū unico.m.ſcribitur:arbuſcula ē ſola īter arbores neutri generis uiti ſi milior q̃ myrto:ut dixit Pli.lib.xii.natu.hiſto.nā ut ait malleolis ſerit̃: & implet colles uineaꝝ mō inciditur uitreo lapideo oſſeis ue cutellis: ferro lędunt̃ uita lia.Idē prius dixerat:Omnibus odoribus præfert̃ balſamū uni terrarū iudææ cōceſſum.quōdā in duobus tamē hortis utroq; regio:alteꝝ iugeꝝ uiginti non amplius.Altero paucioꝝ oſtendente arbuſtū.Et ſubdit: Nec hæc arbor tributa pendit cū ſua gēte.Sane huius ſuccus opobalſamū dicit̃ miri odoris & uirtutis quaſi ὀπὸς:id eſt ſuccus balſami.Cuius teſte Plinio ſumma eſt probatio ut lac coagulet:& in ueſte maculas non faciat.Xilobalſamum uero dicitur eius arbo ris lignum.Nā ξύλον græce latine lignum dicitur.At carpobalſamum eius di citur arboris fructus.Nam καρπὸς græce latine fructus dicitur.

B ambacium apud antiquos quoſdam græcos cōperi:quin & bambicium cum c.exili.&.i.utrobiq; quod eſt ex ſono eius inſtrumenti quo conficitur deductū nomen puto.

B aptiſmus & baptiſma utrunq; apud noſtros cōperitur cum.p.&.t. exilibus atq; i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris immerſio uel intinctio. Nam deriuatur a uerbo βαπτίζω:quod eſt mergo.

B arce cum.c.exili ſcribit̃:fuit nutrix Sichæi.dicente Virgilio.ænei.iiii. Tum bre uiter barcen nutricem affata ſichæi.Fuit etiā eodē nomine regina quædam li byæ:qua ciuitas quædam pentapoleos nomen ſortita fuit.

B arcæi cum.c.exili &.æ.diphthongo ſcribitur ī penultima:populi ſunt teſte Ser uio ſuꝑ.iiii.ænei. ꝓpiqui carthagini. Vibius uero dixit illos maurorum eſſe po pulos in aphrica.de qbus Virgilius: Lateq; furentes barcæi. & ut puto a Barce uel nutrice Sichæi:uel alia quæ regina fuit cognomiati.Vnde Hamilcar cartha ginenſis Barca cum.c.ſimplici cognominatur.

B arathrum cum.th.aſpirato ſcribit̃:ponitur ꝓ loco præcipiti & inferno. unde e mergi nō poſſit.Nā deducit̃ ab eo qđ ē βαθὺ.i.ꝓfundum.unde Iuppiter apud Homeꝝ circa initiū libri.viii.ilia.cū cōminaratur illi deoꝝ q ſibi inobediens fue rit inqt illum in atꝝ:& tā ꝓcul hinc poſitum deiciā tartaꝝ.ubi ſubter ima ter rarum cum ferreis porris atq; æreis foribus altiſſimum barathrum eſt tanta in infernum ꝓfunditate demerſum:quanto eſt a cælo in terram.

B arbarus cum.b.tā in ſecunda q̃ in prima ſcribitur:is dicitur q inepte loquitur. Vnde Sophocles in Electra τὴν βάρβαρον στὴν γλῶσσαν ἀνοικεῖται. Et inde barbaricus cum.c.ſimplici ut Virgi.libr.ii.ænei.Barbarico poſtes auro ſpoliiſq; ſuperbi.deducitur etiam inde barbariſmus.

B arbariſmus cū.i.latino ſcribitur:& a barbaro deducitur.Nā uitiuꝫ ē qđ ī ſingu lis uerbis cōmittitur ſcribēdo ſcilicet aut loquēdo.Nā quod male ſcribitur:male

etiam dici neceſſe eſt. Non autem contra quæ uitioſe dixeris & ſcripto peccant
Peccamus enim ſcribendo & loquendo adiectione: detractione: tranſmutatione
litterarum uel ſyllabarū: complexione: diuiſione: aſpiratione: ſono: & ſimilibus.

B arbiton cum.i.latino &.t.exili ſcribitur: genus eſt quoddam inſtrumenti muſi/
cis & præcipue lyricis q̃ aptiſſimum: ut ſcripſit Iulius Pollux ad Cōmodū Cæ/
ſarem in libro de uocabulis rerum quod ſolum ex nominibus deſinentibus in.
on. habemus fœminini generis. Sappho ad Phaonem:
Non facit ad lachrymas barbiton ulla meas.

B arrhus cum duplicato.r.& ſecundo aſpirato ſcribitur: compi apud græcos po/
ſitum pro elephāto: a cuius oſſis ſimilitudine dentes barrhos nōnulli dixere. Ho
ratius: Quid tibi uis mulier nigris digniſſima barrhis: & inde barrhire & ebur
tractum quidam uolunt.

B aſis cum unico.ſ.ſcribitur &.i.latino: dici poteſt a noſtris ſuſtentamentum.

B aſileus cum.i.latino & unico.l.ſcribitur atq;.eu.diphthongo: dicitur a noſtris
quaſi baſis λαοῦ: ideſt ſuſtentamentum populi.

B aſiliſcus cum.i.latino utrobiq; & unico.l.atq;.c.exili ſcribitur: dicitur a noſtris
regulus. Nam diminutiuum eſt eius quod diximus baſileus. Quo ſane nomīe
ſerpentis genus quoddam peſſimum cognominatur: qui teſte Plinio libro. viii.
naturalis hiſtoriæ habitat in ſolitudinibus aphricæ cum candida in capite ma
cula uelut quodā diademate adornatus: acutiſſimum habet caput: rubeos ocu
los: & colorem ad nigredinem uergentem. Eſt malum ſingulare ī terris de quo
multa Lucanus in nono ubi hæc etiam ait:
Sibilaq; effundens cunctas terrentia peſtes:
Ante uenena nocens. late ſibi ſummouet omne
Vulgus. & in nacua regnat baſiliſcus arena.

B aſſarides cum duplicato.s.&.i.latino ſcribitur: ut apud antiquiſſimum quēdā
comperi: dictæ ſunt bacchæ mulſariæ: quæ ſane expoſitio pre cæteris: quas au/
diuerim placuit. & conformis uidetur ei quod dixit Perſius: Et raptum uitulo
caput ablaturo ſuperbo Baſſaris. Nam uinxiſſe uidetur poeta ille Agauem abla
turam caput Pentheo tanq̃ uitulo ſuperbo & faſtidienti ſacra bacchi. lʒ alii etiā
aliter finxerint.

B aſtarnæ cum.t.exili ſcribitur: populi erant ultra danubium: quia Perſe Philip/
pi macedoniæ regis filio ſollicitati tranſire flumen glacie conſtratum inextima
bili equorum agmine hominūq; multitudine una improuide procederēt enor/
mitate ponderis & concuſſione pedum diſſoluta fluminis ſupficie omnes pene
ſūmerſi ſunt: paucis in utraq; ripa teſtantibus. his contermini ſunt rhoxolani.
unde in triumphalibus Ti Plautii apud tybur ſcriptum habetur. Regibus ba/
ſtarnarum & thoxolanorum filios hoſtibus ereptus remiſit.

B athani cum.th.aſpirato ſcribitur: & deriuatur a βαθύ quod apud nos altuʒ ſeu
profundum dicitur: populi ſunt germanorum. de quibus Lucanus: Bathaniq;
truces: quos ære recuruo Stridentes acuere rubæ.

B atrachus cum.th aſpirato ſcribitur: dicitur a noſtris rana: & fuit nomen ſculp/
toris proprium: ut oſtendit Plinius libro. xxxvi.

B atrachomyomachia cum.t.ſimplici &.ch.aſpirato utrobiq; & cum.y.græco ni/
ſi in penultima quæ cum.i.latino ſcribitur: dicitur apud nos nararū murunq;
pugna. Nam componitur ex βατράχων ideſt ranarum. & μυῶν ideſt murum

& μαχία bellum.
Nā diminutiuū
B athyllus cum.th.aſpirato &.y.græco atq; duplicato.l.ſcribitur: 
eſt a βαθύ: quod eſt altum ſeu profundū: fuit nomen adoleſcentis ſamii: quem
Anacreon poeta teius ardenter amauit: ut in dictione Anacreon uidimus: fuit
alter ioculator & ſaltator ut Iuuenalis: Molli ſaltante bathyllo.

B atus cū unico.t.exili ſcribitur: fuit teſte Herodoto lib. hiſtoriaꝝ. iiii. filius Cyrni
regis inſulæ theramni Ariſteus ſuo nomine dictus. ſed natus teſte Iuſtino circa
finem libri. xiii. ꝓpter linguæ obligationē cognominatus. hic poſtea Cyrenē ur
bem ædificauit in libya: ut in dictiōe Cyrene uidebimus. Herodotus uero putat
batum dictū hoc regem: quia ſic ut ait lingua libyca rex cognominatur.

B attus cum duplici.t.exili ſcribitur: fuit hoc nomine uocatus paſtor quidam: q
ut fingit Theocritus cum iuuencos oleas corrodentes fugare uoluiſſet: & paulo
incōſideratius per quendā excurriſſet collē: parua ſpina in eius talum fixa fuit
Quare dolore percitus ſocium: cui Corydon nomen erat acclamauit: ut ſibi ſpi
nam euelleret: quam cum intentis oculis uix ille proſpiceret: ac ſummis ungui
bus elicuiſſet: his uerbis cum admiratione Batto monſtrauit: ὅς ςίχον ἐςι τῶ
τυ νῦ καὶ ἁλίκον ἄνδρα δαμάζει: hoc eſt q̃ parua ſpina tam robuſtū uirū
domat: melius id græce: ſed ſat ſi ſententiam explicaſſe. Nam per id pulchre nos
admirabilis poeta ammonuit: Robuſta corpora ualidaſq; uires habentia q̃par/
uo leuiq; ictu frāgerentur. Qua de re ſapientiſſime Homerus: Nihil homine im/
becilius nutrire terram aſſeuerauit. Alter Battus fuit ſimiliter paſtor. Et ab O/
uidio libro metamorphoſeos. ii. tranſformatur in indicē id eſt lapidem quo diſ
cernuntur gradus auri & argenti.

B dellium cū.d. poſt.b.& duplici.l.ſcribiť: atq;.i.latino. eſt teſte Plinio lib. xii. natu
ru. hiſto. arbor nigra: magnitudine oleæ: folio uero & robore ſimilis fructui ca/
prifici: hæc ut ait in bactrianis nominatiſſima naſcitur.

B ebrycia antepenultima cū.y.græco & penultima cum.c.exili &.i.latino ſcribiť:
regio eſt quæ poſtea dicta fuit bithymia a bithinio rege: ut teſtis eſt Solinus: &
eſt proxima troadi in introitu ad pontum. Et inde bebrycius. Virgilis lib. ænei.
v. locutus de bute ait: Qui ſe bebrycia ueniens de gente ferebat. Et Lucanus lib.
ſexto: Pinguis bebrycio diſceſſit uomere ſulcus.

B ebryacum cū.y.græco &.c.exili ſcribitur: fuit teſte Cornelio Tacito uicus ſitus
inter ueronam & cremonā duabus romanis cladibus notus infauſtuſq; de quo
meminit Iuuenalis: ut uidebimus in dictione pathicus: hodie uero diciť labina

B eliar cum unico.l.&.i.latino ſcribitur: nomen eſt demonis.

B elides cum unico.l.ab aliquibus. A nōnullis uero græcoꝝ & latinoꝝ cuʒ dupli
cato.l.&.i.latino ſcribiť: fuerunt qnquaginta ex diuerſis uxoribus filiæ Danai
filii Beli: unde dictæ ſunt belides. Quas pater Aegiſthus cū parem filiorum nu
merum haberet: filiis ſuis in matrimonium collocare uolebat. Sed Danaus ora/
culi reſponſo exterritus: his prorſus aſſentire nolebat: Nam reſponderat Apollo
Danaum ipſum manibus unius ex filiis Aegiſthi: quem generum haberet occi/
dendum eſſe: ſed pene ad hæc matrimonia conficienda coactus filias in hūc mo
dum ſubornauit: ut cum ad uirorum thalamos accederent: abſconſos gladios
ſecum deportarent: & uiros ſuos ea prima nocte interficerent. Quos utiq; omēs
accæpta minore natu Hipmeſtra interfecerunt: quæ Lino uiro ſuo miſerta pep
cit. A quo tractu temporis Danaus ipſe detruncatus fuit. de quibus Iuuenalis.

L

in ſatyra Credo pudicitiam meminit quando dixit: Occurrent multæ tibi beli des:& ſic ipſam penultimam corripit.

B ellona cum duplicato.l.ſcribitur:dicebatur dea belli & Martis ſoror:quam quidam Palladẽ fuiſſe aſſerunt. Cui ex proprio ſanguine ſacerdotes ſacrificabant ut dixit Lactantius libro primo inſtitutionum. Quod Lucanus ſimiliter libro primo tetigit cum ait.Tum quos ſectis bellona lacertis Sæua monet cecinere deos.Et Iuuenalis in ſatyra Criſpini. Sed ut phanaticus oeſtro Percuſſus bellona tuo diuinat.Ante huius templũ ut dixit Feſtus romæ columella erat quæ bellica dicebatur ſup quã haſtam iaciebãt cum bellum indicebatur.Nam ab illa uocabulũ bellũ deductum quidam putant.Et dicitur bellum teſte Seruio ſup.viii æneidos tempus omne quo uel præparatur aliquid pugnæ neceſſariũ:uel quo pugna geritur.prælium aũt dicitur conflictus ipſe bellorum.

B ellerophontes cum duplicato.l.imediate ſubſequente.e.abſq; diphthõgo atq;.t. exili in fine ſcribitur.hic teſte Homero lib.ilia.vi. fuit Glauci regis ephyræ filius inclyto decore cõſpicuus & uirtutis maximæ.Sed adoleſcens Prœto filio Abantis regno ephyræ priuatus. In uictoris regia iuſſu regis degebat : cuius inclyta forma capta Sthenobœa Prœti regis uxor:quam Homerus ſolus Anteam uocat illũ de libidine requiſiuit:p cuius mercede regnũ cõiugis pmittebat.Quod cũ illa impetrare ab eo non poſſet: uerita ne regi ea ille criminaretur : præueniens Bellerophontem marito accuſauit: aſſerens eũ ſibi uim inferre uoluiſſe. At rex cum bellerophõtem diligeret:nec de illo ſupplicium ipſe ſumere uellet:ad Heuriem lyciorũ regem & Sthenobœæ patrem illũ tranſmiſit cum litteris indicantibus uoluiſſe eũ ſiliæ pudicitiam auferre.Qui cum ſe de illo occulte uindicare uellet:diuerſis eũ piculis:ut chimæræ & aliis uariis bellis obiecit. E quibus ſemper uictor & triumphator euadẽs ultimo aduerſum amazones eius regnum infeſtantes illũ miſit.Quas ille ſupatas in ſuos terminos redire coegit.Quãobrem Heuries tantã Bellerophontis uirtutem conſpiciens:nõ ſolum ipſum miſeratus eſt:ſed Acgymenẽ alterã filiã:& Sthenobœæ ſororem cũ parte regni illi uxorem dedit.Quod poſtq̃ Sthenobœa cognouit ſe ipſam interemit. Quæ omnia Iuuenalis tetigit in ea ſatyra quæ incipit Omnibus in terris cum ait:Sed caſto quid forma nocet qd pfuit imo Hippolyto graue propoſitũ.qd bellerophonti. Erubuit nempe ceu faſtidita repulſa.Nec Sthenobœa minuſq̃ creſſa excanduit : & ſe cõcuſſere ambæ.Similiter Horatius in odis:Vt proetum mulier pfida credulum falſis impulerit Criminibus nimis caſto bellerophonti.

B erecyntus abſq; aliqua aſpiratione &.y. græco ſecundum Seruium in nonum æneidos ſcribitur: mons eſt & oppidum phrygiæ iuxta ſangarim fluuium: ubi magno cultu uenerabatur deorum mater:a quo frequẽter berecynthia ipſa uocata fuit. Et ut ait Seruius annotauerunt antiqui differentiam inter hunc & montem deli per detractionem aſpirationis ab ultima.

B erecyntia cum.c.exili ſubſequẽte.y.græco &.t. ſimiliter non aſpirato ſequẽte.i. latino in penultima ſcribitur:cuius cauſam in præcedẽti in dictione uidimus. fuit deum mater ſic a monte phrygiæ cognominata.Ouidius libro faſtorũ.iiii. Quod bene mutarit ſedem berecyntia dixit. de qua late uidebimus in dictione Cybele. At Cynthia cũ.th.aſpirato ſcribitur:quia a monte deli ſic quoq; cognominatur:ut in ea dictione uidebimus.

B ergonũ cũ.o.in penultima ſcribitur:dictio ẽ nec græca nec latina ; ſed barbara oppidũ ẽ in gallia ciſalpina a gallis ſenonibus militibus brẽni teſte Polycrato cõdita:quorũ linga p id uocabulũ mõtana urbs deſignat̃.unde bergomenſes ciues nuncupatur. Verũ pergamũ cũ.p.i initio &.a.in penultĩa ſcriptũ oppidũ fuit nobiliſſimum ĩ minori aſia regia Attali & patria Galieni. Vnde pgameni & nõ pgamenſes dicti ſunt ab hac ciuitate ob penuriã chartæ ab Attalo rege miſſa eſt membranarũ copia:quæ ab oppido pergamenæ dicta ſunt.

B erillus cum.i.latino & duplicato.l.ſcribitur:genus eſt lapidis coloris palladis & tranſparentis.de quo pocula fieri apud nobiles romanos oſtendit Iuuenalis cũ ait in ſatyra Si te propoſiti.Heliadum cruſtas:& inæquales berillos:uel ob cælaturam uel ob impoſitos lapides precioſos.Nam byrrho ut multi gemmas ad pocula tranſfert:ut idem poeta dixit.

B eronice cum.i.latino &.c.exili ſcribitur: fuit una Ptolemæi Philadelphi mater cui a Philomene præfecto regis teſte Plinio in ultimo natu.hiſto.topathiũ iportatum fuit:quod illi mire placuit.Ex quo facta deinde fuit ſtatua Arſinoe Philadelphi uxori quattuor cubitorũ:& ſacrata in delubro quod aureum cognominabatur.Altera fuit eius Philadelphi filia:& ſoror erat Ptolemæi euergetis: uxorq; Antiochi filii Seuleuci primi.Aliam ſcribit memorandam Ioſephus filiam Herodis alterius Herodis regis iudeorum filii:& ſoror Agrippæ ſimiliter iudeorum regis:quam Titus Veſpaſiani filius teſte Suetonio iucunde amauit. de qua Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiam tetigit cum ait:

Grandia tolluntur cryſtallina maxima rurſus
Myrrhina:deinde adamas notiſſimus:& beronices
In digito factus precioſior.hunc dedit olim
Barbarus inceſtæ. id eſt Ptolemæus Dionyſius Cleopatræ uxori ſuæ qui deĩde ad Agrippã iudeorum regem deuolutus:Beronicæ ſorori datus fuit. unde pgit poeta:Dedit hunc Agrippa ſorori.
Obſeruant ubi feſta mero pede ſabbata reges:
Et uetus indulget ſenibus clæmẽtia porcis.

At eius rei hiſtoriã omnẽ late explicuit Ioſephus de captiuitate iudaica li. Alia ponitur a Valerio de ultione.

B eſſi cum duplici.ſ.ſcribitur:populi ſunt thracuz teſte Solino dextero latere ſtrymonem incolentes uſq; ad meſtum amnem qui pangei radices circũfluit: de quibus Ouidius libro.iiii.de triſtibus ait.

Viuere q̃ miſerum eſt inter belloſq; getaſq;
Illum qui populi ſemper in ore fuit.

Hos ĩ quibuſdam græcis codicibus boſſos cum.o.& non cum.e.ſcriptos comperi.

B eta cũ.t.exili ſcribitur:nomen eſt ſecundæ litteræ alphabeti græcorum:unde Iuuenalis in ſatyra Plurima ſunt fuſcine ait:Hoc diſcunt omẽs ante alpha & beta puellæ.Verũ & ſi hæc littera apud græcos uoce ipſius.u. noſtri dũ cõſonans eſt pfertur:tamẽ cum apud nos tranſfertur:ſemp fere in.b.noſtrum cõmutamus. Nõnunq̃ etiam & in.u.conſonans:ut βίκιον uitia.& alia pauca . Quin & omia nomina litterarum terminata in.a. cũ.t.præcedenti habent ipſum.t.exile hoc ẽ ſine aſpiratione ſignificatum:ut beta ita theta iota zita.

A ethys cũ.æ.abſq; diphthongo &.th.aſpirato atq;.y.græco ſcribit̃: regio eſt hiſpaniæ.quæ a fluuio p illã decurrẽte nomẽ aſſumpſit:dicẽte Seneca in Medea.

Nomenq; terris qui dedit bethys ſuis.
Heſperia pulſans maria languenti uado,

Et fluuius ipſe a βηθύν:qđ ẽ pfundũ

nomẽ aſſũpſıt.ĩ hoc flumĩe lanas pulchro colore tĩgi oſtẽdit Martialis·cũ dixit:
Bethys oliuifera crimen redimite corona
Aurea:qui nitidis uellera tingis aquis.
Quod Iuuenalis etiam tetigit·cum ait in ſatyra Natali coruine die:
Præcipitare uolens etiam pulcherrima ueſtem
Atq; alias:quarum generoſi graminis ipſum
Infecit natura pecus:ſed & egregius fons
Viribus occultis:& bethycus adiuuat aer.
B ethſaida cũ.th.aſpirato ſequente.ſ.&.t.latino ſcribitur:ciuitas fuit in ſyria.
B etulus cum.t.exili & unico.l.ſcribitur:hiſpaniæ eſt fluuius cuius aqua ad ferri
temperamenta dicitur q̃aptiſſima.
B ianor cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero libro.xi.iliados.unus ex troianis
principibus qui cum Oileo auriga ab Agamẽnone in bello interemptus fuit.
Alius fuit Tyberini regis tuſci & Mantonis fatidicæ q̃ Mantuam cõſtruxit. de
quo Virgi.in Moeri Nãq; ſepulchrũ ĩcipit apparere bianoris.Et dicitur bianor
quaſi βία:ideſt uiolentia: ἀνὴρ uir:hic idem dictus fuerat prius Oenus ut ui/
debimus in dictione Manto.
B ias cum.i.latino ſcribıť: fuit prinnenſis philoſophus ex aſia patre Teutomana/
tus:hunc Satyrus ſeptem reliquis ſapientibus prætulit. Idem(teſte Laertio)uir
fuit totus regius:& ciuium ſuorum princeps:quos diu aduerſis periculis tuta/
tus eſt.Sed tandem capta ſemel patria cum fugiẽtibus cunctis onuſtis ſarcinu/
lis precioſarũ rerũ ſuarũ:& ipſe interrogaretur cur ex bonis ſuis ſolus nihil ſe/
cum ferret:reſpondit omnia bona mea mecum porto.Poſt hæc uſq; ad interitũ
ſuum defendendo amicos aduocauit.Et cum iam decrepitus ꝓ cliẽtulo aduo/
caſſet:feſſuſq; caput in nepotis filiæ gremium declinaſſet expirauit.
B yblesia pria cũ.y.græco & penultima cum.i.latino ſcribitur:urbs fuit in aſia.
B ibliotheca cũ.i.latino utrobiq;.&.th.aſpirato ſcribıť atq;.c.exili:dici poteſt a no/
ſtris librorum repoſitorium.ideſt βιβλίων:quod ẽ librorum: θήκη repoſitoriũ
Et(ut ſcribit Gellius lib.noctiũ atticarũ.)vi.libros athenis diſciplinarũ liberaliũ
publice ad legendũ præbendos primus poſuiſſe dicitur Piſiſtratus tyrannus.
Deinceps ſtudioſius accuratiuſq; ipſi athenienſis auxerunt. Sed oẽm illã poſtea
librorum copiam Xerxes athenarũ potius urbe ipſa præter arcẽ incenſa abſtu/
lit.aſportauitq; in pſas.Hos porro libros uniuerſos multis poſt tempibus Seleu
cus rex(qui Nicanor appellatus eſt)referendos athenas curauit. Ingens poſt nu
merus librorũ in ægypto a Ptolemæis regibus uel cõquiſitus uel cõfectus eſt.
Ad milia ferme uolumina ſeptingẽta:ſed ea oĩa bello priore alexandrino dũ di/
ripiť ea ciuitas nõ ſponte neq; opa cõſulta:ſed a militibus forte auxiliariis incẽ
ſa ſunt.Nec id prætereundẽ uidetur quod Plinius circa initiũ.xxxv.libri natu
ralis hiſtoriæ nouitium dixit inuentũ.Siquidẽ nõ ea auro argentoue:aut certe
ex ære in bibliothecis imagines dicatæ fuerunt illis: ſcilicet quorum ĩmortales
animæ in locis iiſdem loquunť. Quin immo etiam & quæ non ſunt finguť
ſicut in Homero euenit.Quo maius ut equidem arbitror nullum eſt fœlicitatis
ſpecimen:q̃ ſemper omnes ſcire & cupere qualis fuerit aliquis. Et ſubdit Aſinii
Pollionis romæ inuentum qui primus bibliothecam dicando ingenia hominũ
rei publice fecit.An priores cœperint alexãdriæ & pergami qui bibliothecas ma
gno certamĩe inſtituere non facile dixerim.Imaginum amore flagraſſe quoſdã

teſtes ſunt:& Atticus Ciceronis edito de ea re in ſua ſenectute uolumine.Et.M.
Varro benigniſſimo inuento inſerens in uoluminibus nõ tantũ ſeptingentoꝝ
illuſtrium nomina:ſed & aliquoꝝ imagines nõ paſſus interire figuras.
B ibliopola cũ.i.latino utrobiq; ſcribıť:dicitur a noſtris liberarius. Nã cõponıť ex
βίβλος:q ẽ liber:& πωλῶ uẽdo cũ ille ſit q libros uẽditat.Martia. in ultimo:
Et faciet bibliopola triphon.Veꝝ(ut ex antiquoꝝ dictis ãnotare ualuimus)liber
duo ſignificat:ipſum opus totum:& certã opis partẽ.Vnde ait Vlpianus:Sicut
centũ libri ſint ligati centum uolumina ei dabimus: nõ centũ quæ quis ĩgenio
ſuo metitus ſit quæ ad libri ſcripturã ſufficerẽt:utputa cũ haberet Homeꝝ totũ
in uno uolumine nõ q̃drag ĩta octo libros cõputamus:ſed hoc unũ Homeri uo/
lumẽ ꝓ libro accipiendũ eſt.Sic noſtro iudicio cõſueuere Cicero ſic Gellius: &
alii fere oẽs.Nõnulli uero putant melius dici totum opus codicẽ & certam opis
partẽ libꝝ:ita ut Virgilius æneis nõ liber ſit:ſed.xii. libri georgica nõ ſit idẽ li/
ber:ſed libri q̃ttuor.bucolica unus liber dicatur:ſitq; idẽ unũ uolumẽ.Georgi/
ca q̃ttuor uolumina:æneis.xii.Ouidius: Sunt mihi mutatæ ter q̃nq; uolumĩa
formæ.Alii uero totum opus libꝝ uocãt:& opis ꝑtem uolumẽ: ut Plinius de li/
bris ſui auunculi loquẽs ait libros tres in ſex uolumina ꝓpter ãplitudinẽ diuiſit
Volumen uero uel a uolo dictũ eſt:eo ꝙ in libris uoluntas appet:uel qđ magis
ſequetur a uoluo:eo ꝙ uolui apud antiquos cõſueuerit:ut duo Cæſaris antica/
tones:Simili mõ hebræi legẽ ſuã uoluere & græci miſſam hoc tẽpore conſueue/
runt:ſic antiq romaniq; in libris arborum.i.corticibus ſcribebant: ut eos libros
comodius ferrent)cõuoluebant:unde forte uolumina appellauerunt.Nanq; ad
huc durat uerbum euoluere libros ꝓ eo quod eſt apꝑire libros lectitãdi gratia q̃
ſi rem conuolutam explicare.Queãdmodum euolare eſt rem uelatam detegere
niſi dicimus euolui libros propter numerum paginarum.Accipitur autẽ nunc
euoluere libros ſiue auctores pro eo quod eſt lectitare.
B io uel ut alii more græco ſcribunt Bion cuꝫ.i.latino ſequente.o.ſcribitur:fuit ge
nere boryſtenites.Quibus autem fuerit parentibus:& quibus ex rebus ad philo
ſophiam ſe tranſtulerit:ipſemet enarrauit in epiſtola ad Antigonum ſic dicens:
Pater meus liberatus fuit cubito ſe tergens.Significabat autem illum ſuccidiã
& laridum uendere:boryſtenites genere habens non faciem ſed in facie ſcriptu/
ram iudicium accerbiſſimi domini.Mater autem quam huiuſmodi ducere po/
tuit.Deinde pater neſcio quid in rem publicanorum cõmittẽs cum tota domo
uenundatus eſt:me adoleſcentulum haud ignauum uel ingratum:orator q̃daꝫ
emit.Is moriens mihi omnia reliquit.Ego tabulas ipſius exurens cunctaſq; diſ/
cidens athenas conceſſi:ibiq; philoſophatus ſum.Fuit hic Bio ingenio uerſatili:
ut dixit Laertius & ſophiſta callidus: fuit auditor Gratis & Theodori ætbei: q̃n
& Theophraſti.& ut dixit Eratoſthenes primus pio philoſophiam uario oratio/
nis flore ueſtiuit.hic Alcibiadem culpans dicebat illum dum eſſet adoleſcens ui
ros ab uxoribus:dum eſſet iuuenis uxores a uiris abduxiſſe.Fuere teſte Laertio
Biones decem.Primus Pherecydi Syro contemporaneus fuit.Secundus rhethor
ſyracuſanus:qui ĩ arte theorica ſcripſit.Tertius hic ipſe.Quartus q attice multa
cõſcripſit & ionice:qui primus oſtendit regiones quaſdam eſſe: ubi ſex menſiuꝫ
eſſet nox & totidem dies.Quintus ſolenſis qui ſcripſit æthiopica. Sextus rheto/
ricus:cuius feruntur nouem libri muſarum inſcripti. Septimus lyricus poeta.
Octauus mileſius ſculptor.Nonus poeta tragicus. Decimus ſculptor clazome/

nius ſiue chius.

B iothanatus prima cum.i.latino: antepenultima cũ.th.aſpirato & ultima cũ.i. ſimplici ſcribitur dicitur ille qui p uiolentiá mortuus eſt:hoc eſt βια: ideſt uiolentia. θάνατοσ mors.Nam ut antiqui gentiliũ thelogi aſſerebant: biothanatorum animæ in originem ſuam nõ recipiebantur: niſi u agantes legitimũ tempus fati compleuerint:quod poetæ ad ſepulturam tranſferunt: ut cẽtum errãt annos:unde occiſura ſe ipſam ante tempus Dido dicebat ad Aeneam:Omibus umbra locis adero:dabis improbe poenas:ſcilicet mihi uaganti.

B yria prima cum.y.græco & penultima cum.i.latino ſcribitur. apud græcos uero additur.s.ĩ fine:& dicitur βυριασ.Sane ex noſtris nõnulli duplicãt.r.quod ſine ratione factum eſt.

B yrrho prima cum.y.græco & duplicato.r.atq; ſecundo aſpirato ſcribitur:& dicitur quaſi pyrrus hoc eſt.ruffus.Quin & ꝓ nomine ꝓprio a Iuuenale ponitur

B yrſa cum.i.græco ſcribitur:uocabulũ eſt tyrium:quod apud nos coriũ uel tergus indicat.a quo carthogo eo nomine prius cognominata fuit:quia ꝓ illa edificanda tantum loci Dido emerat a rege Hiarba:quantum corio tauri tegi poſſet:dicente Virgilio libro æneidos primo:

Mercatiq; ſolum facti de nomine byrſam

Taurino quantum poſſent circũdare tergo:

B iſaltæ cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:populi ſũt ſcythici. de quibus Virgilius libro georgicorum.iii.meminit cum ait:Ciſaltæ quo more ſolẽt acerq; gelonus. Cum fugit in rhodopen:aut in deſerta getarum.

B yſſus cũ.y.græco & duplicato.s.ſcribiť:genus ẽ lini ſubtiliſſimi.Eſt & aliud ꝑcioſius linũ qđ durat ĩ igne:& teſte Pli.lib.xiiii.põdere auri olim ꝑmutabatur.

B iſtonium cum.i.latio utrobiq; &.t.exili ſcribitur: ſtagnum ẽ in thracia abderæ ubi ꝓpinquum:in quo teſte Herodoto libro hiſtoriarũ.vii.duo flumina cadunt ſtranus & compſantus a quo & ipſa thracia ut quidam uolũt dicta eſt biſtonia & nõnunq̃ biſtonis cum.i.latino etiam in ultima:ut Ouidius epiſtolarum heroidum.Et tuta a bello biſtonis ora fuit: ideſt thracia & thraces Solino teſte biſtones.At uero Lactantius grãmaticus ſup ſecundum thebaidos : & ſtagnuȝ & ꝓuinciam a biſtone rege cognominata uoluit.

B itias cũ.i.latino utrobiq; &.t.exili ſcribiť:nomẽ eſt uiri quẽ teſte Seruio Liuius dixit fuiſſe ꝑfectum claſſis punicæ quá ſcilicet Dido carthaginẽ uſq; ꝑduxit:đ quo Virgi.in primo:Tũ bitiæ dedit increpitans. At ĩ .ix.de alio locutꝰ ẽ cũ ait. Pandarus & bitias ideo alcanore creti.

B ithynia prima cum.i.latino ſequẽs cum.th.aſpirato &.y.græco : penultima cũ i.latino ſcribitur licet Parmenides latinus quidam grãmaticus: & qui nũq̃ codicem græcum uidit aliter ſomniet:prouincia eſt minoris aſiæ aduerſa thraciæ & proxima traodi ad introitum ponti:prius bebrytia dicta fuit.poſtea mygdonia:& ultimo a Bithyno rege bithynia cognominata.hæc teſte Solino diues eſt urbium & opulenta rerum a fontibus ſangari fluminis proprios primoſq; fines habet.eadem teſte Seruio phrygia magna fuit : in cuius agro ut idem Solinus refert libyſſa locus eſt nicomediæ proximus ſepulchro Hannibalis inſignitus . Eſt etiam in eadem hylas fluuius:& pruſa urbs.

B iton cũ.i.latino &.t.exili ſcribiť:fuit frater Cleobis q duo matrẽ Argiam in Iunonis templũ curru traxerũt:ut late oſtendit Herodotus lib.hiſtoriarũ primo:

& ex noſtris Cicero:Seruius:Valerius de pietate erga parentes:& alii nõnulli.

B ituri cum.i.latino &.t.exili ſcribitur a græcis:populi ſunt galliæ.

B yzantium prima cum.y.græco ſequente.z.cõſonante:penultima cum.t. exili & i.latino ſcribitur:urbs ẽ thraciæ maritima a Pauſania ſpartanoꝝ rege prius cõdita:ut teſtatur Iuſtinus libro ſuo epitomatis.ix.Nunc uero Conſtantinopolis a Conſtantino imperatore qui eá adauxit & exornanit uocatur.

B lacterare cum.ct.exilibus ſcribitur:uocabulum eſt a græca dictione deductum: quæ dicitur βλάξ huius βλακός:a noſtris uero iactans ſeu iactator dici põt: ideo blacterare eſt ſtulte & præcupide loqui. Nam huiuſmodi homines in uerba proiectos noſtri ueteres teſte Gellio locutuleios & blacterones & linguaces dixerunt:qui etiam a græcis κατάγλωσσοι appellantur. unde Homerus unum ex omnibus Therſiteȝ ἀμετροεπῆ & ἀκριτόμυθον appellabat.Verba illius multa:ἀκόσμα ſtrepentium ſine modo gracchulorum ſimilia eſſe dixit . Sane in libello de philomena:qui Ouidii a nonnullis inſcribitur habetur arietem blacterare cum ait.Blacterat hinc aries:& pia balat ouis.Feſtus uero dixit camelos blacterare cum uoces edunt.

B occhus cũ duplicato.c.& ſecundo aſpirato a græcis ſcribiť: fuit mauritaniæ & getuliæ rex.hic generum ſuum Iugurthaȝ catenis ligatum.L.Syllæ Marii quæſtori tradidit:ut plene oſtendit Saluſtius in Iugurthino.

B œbeis prima cũ.œ. diphthongo:penultĩa abſq; diphthõgo & ultĩa cum.i. latino ſcribiť: fuit teſte Porphyrio in ſecundũ iliados Homeri palus theſſaliæ.

B oetia cum.oe.diuiſis ſyllabis &.t.exili atq;.i.latino ſcribiť:regio eſt europa in cõfinio athenienſi a boue:quam indomitá Cadmus Agenoris filius ibi comperiẽs ĩmolauit:ſic quoq; cognominata fuit.Hanc ſub attica regione comprehendi nõnulli uolunt.Quin & olim ſub macedoniæ nomine nonnulli deueniſſe referũt hæc eadem ut ex quibuſdam Homeri gloſulis accæpti aonia prius ab aoniis ibidem habitantibus uocata fuit.Nouiter uero quoniam ab uuandalis ex aphrica pulſis occupata fuit:uuandalia dicta fuit.

B ootes cum.oo.diuiſis ſyllabis & duplici.o.&.t. exili ſcribitur. hic eſt qui & arctophylax a plurimis cognominatur:quem Arcadem Caliſtonis filium fuiſſe dicunt.ſed Aratus ideo bootem illum dixit:quia arcton quæ plauſtrum dicta fuit:agitare uidetur.

B œotix cum.œ.diphthongo &.i.latino ſequente.x.conſonante ſcribitur: fuit cimbrorum rex a Mario debellatus.

.1. B ombyx cum.y.græco ſcribitur:uermis eſt quo apud æthiopes:indos: & ſeres na-
.2. ſcitur ſericum:quod etiam bombyx uocatur: intra quod (ut ferunt) concluſus uermis emoritur:ex quo in terra ſato iterum produci bombycem dicunt:a quo panniculus rubedine infectus:& aptus mulierum genas inficere bombycinus uocatur:penultima ſcilicet correpta:Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam inquit: Et panniculus bombycinus urit. id eſt ſericeus. Ponitur etiam bombyx a
.3. Theocrito proprium nomen fœminæ.

B omilchar cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribitur: fuit Hamilcharis filius:& in medio carthaginis foro patibulo ſuſpenſus.

B olis cũ unico.l.&.i.latino ſcribiť:dici poteſt latine a ſimilitudie magis q̃ a iaciẽdo iaculum:ad cuius ſimilitudinẽ faces quædá igneæ bolides uocabanť.Vnde Plinius li.ii.duo genera earũ lampades uocát: plane faces alteꝝ bolidas: quale

multimenſibus malum uiſum eſt: diſtant ꝙ faces ueſtigia longa faciunt priore
ardente parte. Bolis uero perpetua ardens in longiora trahit limitem.

Boreas cum unico. r. a noſtris &. e. abſq; diphthongo ſcribitur: eo quod prima a
latinis poetis ſemp breuis ponitur. Ouidius libro metamorphoſeos primo: Hor
rifer inuaſit boreas: contraria tellus Virgilius libro georgicorum primo: At bo-
reæ de parte trucis. Apud græcos uero cōmuniter cum duplici. r. ſcribitur: ut
βόῤῥας quod illorum poete non ſemper obſeruauere: ſed more noſtro cum uni
co. r. ſcribētes breuē protulerūt. Orpheus ī argonautica: πόντου ὑπὲρ βορέην
μέροπες. Aliquando uero & βορέας huius βορέαδος declinant: ut idem
νέρθε ἀπὸ θρησκίοισι βορέαδος ἀντίον ἄρκτου: Et dicitur a noſtris aquilo.
hunc quidam illum eſſe putant qui Homero αἰθρηγενέτης hoc eſt æthere
genitus appellatur. Nam ab æthereo axe deſcendere etiam a noſtris poetis dicit̄
ut Ouidius libro primo de triſtibus. Quantus ab æthereo perſonat axe fragor.
Qua de re a quibuſdam etiam ἐπαρκτίας: hoc eſt ſeptentrionarius appellatur
Nec niſi quattuor principales uētos nominauit Homerus: quos Seneca in Aga
memnone tempeſtatem deſcribens quam paſſus fuerat Agamēnon: pulcherrie
unico uerſu concluſit dicens. Rapiuntq; pelagus in fimo euerſum ſolo. Ad uer
ſus euro zephyrus & boreæ notus. Ouidius uero libro primo de triſtibus quat-
tuor uerſibus hos eoſdem uetnos cū locis ſuis unde perflant recolligens ait:

Nam modo purpureo uires capit eurus ab ortu.
Nunc zephyrus ſero ueſpere miſſus adeſt.
Nunc gelidus ſicca boreas bacchatur ab arcto.
Nunc notus aduerſa prælia fronte gerit.

Boryſtenes cum. y. græco &. t. abſq; aſpiratioue ſcribitur: ſed ut apud antiquores
noſtros diligentiſſime annotauit: illud. y. græcum in. u. noſtrum conuerti con
ſueuerat. Vnde etiam in triumphalibus. Ti. Plautii apud tybur ſcriptum com-
peri VLTRA BORVSTENEN cum. u. noſtro & nō. y. græco ut pulcherrime
litteræ indicant. Et eſt teſte Herodoto libro hiſtoriarum. iiii. fluuius ſcytharum
magnus: & ab inſtro quartus memoria dignus: ita ut ſecundus ſit tyres: tertius
hiſpanis: & hic quartus. Et ut idem auctor ſubdit: ſi in ſe conſideretur: quia in il
lum nulli alii defluunt fluuii principaliſſimus omnium fluuiorum excæpto
nilo uidetur: cum purus & ſimplex abſq; aliorum admixtione deſcendat: nec
illius eodem Herodoto teſte ut neq; nili initium deſignatur. hic cum gentes ſui
nominis: & lætiſſima pabula nauigabilis ſemper alluerit: in euxinum deſcen-
dit pontum.

Bos cum ſimplici. o. hoc eſt abſq; diphthongo ſcriptum etiā græcū uocabulū eſt.
Nā ut cōperi ab Ariſtarcho grāmatico antiquiſſimo in quibuſdā gloſulis ī Ho-
merum deſcēdit a uerbo βόω: quod apud illos ſignificat alo ſeu ueſcor: cuius fu
turum facit βόσω: a quo bos formari p ablationem. ω. magni dixit. Addit & ali
ud cū in fœminino profertur: boum congregationem deſignare. Sane apud no-
ſtros in nominatiuo ac uocatiuo ſingulari: datiuoq; & ablatiuo plurali primaʒ
producit: in reliqs uero caſibus corripit. & a boue reboo uerbum deducit̄: quod
græcū eſſe dixit Seruius ſup. iii. georgicorum. Nam apud latinos ut ait nullum
uerbum eſt quod ante. o. finalem. o. habeat excæpto inchoo: quod tamen maio-
res aliter ſcribebant: ſcilicet auferentes aſpirationem a. c. & duabus uocalibus
interponentes: dicenteſq; incoho: ita ut tria tantummodo haberent nomina in

quibus. c. litteram ſequebatur aſpiratio ſepulchrum Orchus & pulcher: ex qui-
bus ut ait pulcher tantum hodie aſpirationem recipit.

Boſphorus cuʒ. ph. aſpirato ſcribi debet: ut Oenophorus Chriſtophorus & ſimiles
quæ cum græcæ dictiones ſint & a uerbo φορῶ. quod nos cum. f. fero dicimus
compoſitæ cum. ph. ſcribi debent. Et dicitur a tranſitu bouis uel anguſtis mea
tibus boum peruiis: ut uidebimus in dictiōe oceanus. Et ſunt boſphori duo no-
minatiſſimi: unus qui thracius dicitur prope byzantium: ſiue iam conſtantino
polim: quem teſte Herodoto facto ex nauibus ponte Darius ad ſcythas profici-
ſcens cum exercitu pertranſiuit. Cuius rei erectam columnam litteris annota-
tam monumentum reliquit. Alter uero boſphorus in introitu paludis mæoti-
dos habetur: qui cimmericus dicitur: & de quo Ouidius libro triſtinm tertio lo
cutus eſt cum ait: Boſphorus & tanais ſuperant ſcythiæque paludes. Vixque ſa
tis noui nomina pauca loci.

Botrus cum. t. exili ſcribitur: ſed ubi nos. u. illi. y. græcum habent: dici poteſt a no
ſtris racemus. Virgilius libro georgicorum ſecundo. Et turpes auibus prædam
fert uua racemos.

Brabaſthenes cum. th. aſpirato ſcribitur: ponitur ab omnibus mons: queʒ Liuius
libro quarto de bello macedonico decem milibus paſſuum a lacedæmonia lon
ginquum dixit.

Brachæ cum. ch. aſpirato ſcribitur: & a βραχύ: quod ē breue deducitur quaſi bre
uia quædam ſint pudendorum ſubligacula: ut Iuuenalis: Mittentur brachæ.
Quidam uero putant geminandum. c. ac ſcribendum bracchæ cum prima ul-
tra naturam ſui primatiui apud nos longa ſit. Nam βραχύ apud noſtros pri-
mam breuem obtinuit. ut patet in tribracho cuius penultima breuis ponitur.
Sed cum apud græcos duplex illam ſequatur: neceſſario longa eſt. Ego uero ma
gis puto abſq; geminatione ſcribēdum: nec penultimam primitiui apud appro
batos auctores noſtros breuem poni.

Brachycatalecton ſola ſecunda aſpiratur & cum. y. græco ſcribit̄: dici poteſt a no-
bis breuis terminatio uel breuiter terminatum. Nam ex βραχύ quod eſt breue
componitur: & καταλήγω quod eſt termino: unde catalectum terminatum.
unde uerſus ille cui deſunt in fine ſyllabæ brachycatalectos cognominatur.

Brachium cū. ch. aſpirato &. i. latino ab omnibus græcis ſcribitur. quod ſi a βρα
χύ: quod eſt breue: ut dixit Feſtus deduceretur: eo ꝙ ab humeris breue traha-
tur cum. y. græco ſcribendum uideretur: niſi dicamus. y. græcum in. u. noſtrū
conuerſum eſſe & ante ſe. i. latinum ſuſcæpiſſe.

Brachyologia cum. ch. aſpirato ſubſequente. y. græco ſcribitur: dicitur a noſtris
breuiloquuium. Nam ex βραχύ quod eſt breue componitur: & λογία locutio-
ne: uel λόγος locutio.

Brachtea cū. ch. aſpirato &. t. exili ſcribit̄: tenuis eſt lamina & ſua ſponte plicabilis
Nam a βραχύ deducitur quod non minus tenue q̄ breue deſignat. At uero la-
mina quid craſſius eſt: & ex qua armatura conficitur: qua incenſa olim homies
torquebantur: nec compreſſa aut agitata crepitat: ut brachtea præ tenuitate.
Virgilius libro æneidos ſexto. Talis erat ſpecies auri frondentis opaca. Illice ſic
leni crepitabat brachtea uento. Nam laminam tam ferream æream plumbeam
ſtanneam: q̄ auream argenteam electreā orichalceam dicimus. Brachtea uero po
tius ex his poſterioribus: & inde brachteola diminutiuum deducitur ut Iuuena

lis in ſatyra Exemplo quodcūq; malo inquit:Brachreolam de caſtore ducas.
B rachreola cum.ch.aſpirato &.t.exili ſcribitur:dimminutiuum eſt deductum a
brachtea:ut in præcedenti dictione uidimus.
B rachmanæ cum.ch.aſpirato ſcribitur:populi ſunt indorum.
B raſiadas cum.i.latino ſcribitur:fuit uiri athenienſis proprium nomen:
B repium cum.i.latino ſcribitur:promontorium eſt achaiæ teſte Plinio libro.iiii.
naturalis hiſtoriæ.
B riareus cum.i.latino ſcribitur:fuit Titani & Terræ filius deorum cōtemptor &
maxime Iouis:ut noſtri poetæ deſcribunt q̄q̄ aliter in iliade dicat Homerus.He
ſiodus uero in theogonia ipſum Cæli & Terræ filium dixit:fratrēq; Cotti & Gy
gis.Quorum ſingulum centum manus habere dixit : & capita quinquaginta.
iuxta quod dixit Horatius in odis.Nec ſi reſurgat centimanus gyges. Homerus
uero dixit ſolem ipſum centimanum eſſe.
B ryax cū.y.græco ſcribitur:dici poteſt latīe ſulcus: & fuit nomē optimi ſculpto-
ris.de quo uidebimus in dictione mauſolus.Et cum aliquādo apud noſtros le-
gerim in genitiuo declinatum bryſiadis:puto etiam bryaſis dici poſſe.
B riſeis prima cū.i.latino ab oībus græcis ſcribit̄ & ultima ſimiliter.Sed de prima
an cum.y.græco uel.i.latino ſcribi debeat: dubiū facit Ouidii auctoritas : qui
libro ſecundo de remediis Atridem introducit conſolantem ſe de briſeide quam
poſtq̄ ex reſponſo Calchantis & ope Achillis Chryſedia patri reſtituit in ſolatiū
rapti amoris ab Achille auferri iuſſit.unde apud Ouidiū Atrides ait: Et ſi pri
ma ſinat littera nomen idem:quaſi dicere uelit quod ubi eſt.b.ſi ponatur.c.idē
cum Chryſeide nomen erit.Sed cum Chryſeis omnino cum.y.græco ſcribatur:
ſequi uidetur quod briſeis ſimili modo ſcribenda ſit.ſed non intellexit Ouidius
niſi in litterarum numero & ſono uocis:Nam alias cum in Chryſeide ſit aſpira-
tio:& in Briſeide eſſet:quod fieri non poteſt.Et fuit Briſeis puella phrygia ex lyr
neſſo ciuitate:ut in ea dictione uidebimus.
B ryſea cum.y.græco &.e.abſq; diphthongo ſcribitur:licet apud græcos ante ulti
mam ei diphthongus habeatur:ciuitas fuit laconiæ ut dixit Porphyrius in ſe-
cundum iliados Homeri librum:cuius ut ait gentile eſt bryſeates.in hac eodem
teſte Bacchus præcipue colebatur.unde bryſeum dictum illum puto.
B ryſeus cum.y.græco &.e.abſq; diphthongo ſcribitur: unum eſt ex cognomini-
bus Bacchi:dictum uel a bryſea urbe in qua præcipue colebatur:ut uidimus in
dictione præcedenti.uel ut quidā uolūt a uoce bacchantiū.unde & βρυγμὸς
ſtridorem apud noſtros deſignat.
B ritannia cum.i.latino utrobiq; &.t.exili atq; duplicato.n.ſcribit̄:græci uero lo
co.i.ponētes.e.ac duplicātes.t.brettāniā dicūt:qđ i geminatiōe ipſius.t.nōnul
li ex antiq̄s noſtris,in pſa obſeruauere.unde in triumphalibus Ti.Plautii apud
tybur ſcriptū habet̄.Et comiti Claudii Cæſaris in britānia cū duplici.t.& du-
plicato.n.Sed cum prima breuis a poetis noſtris ponat̄: cum unico.t.iam ſcri-
benda uidet̄:inſula ē teſte Plinio lib.iiii.naturalis hiſtoriæ inter ſeptentrionem
& occidentē ſita hoc ē ab omni cōtinēte diuiſa.Nam a germania quæ ſub ſeptē
tione eſt incipiens iuxta galliam & hiſpaniam uerſus occidentem ꝓtendit̄.Ideo
ait Solinus:finis erat orbis ora gallici litoris:niſi britānia iſula nomē pene orbis
alterius mereretur:unde ait Virgi. Et penitus toto diuiſos orbe britannos.hæc
quoq; albina dicta prius fuit a quibuſdam albis montibus q ad eā nauigātibus

primo appent.Et ut nōnulli ferunt a Britone quodā rege Britannia poſtea ap-
pellata fuit:porrigit̄q; in lōgū teſte Solino octigētis:& āplius milibus paſſuum
Metit̄q; uſq; ad calydonicū angulum ad quē apulſum Vlyxē ara & græcis lit-
teris inſcriptū uotum manifeſtāt.In hac tēpore ſolſtitii æſtiui: hoc eſt cū ſol in-
trat cancꝝ fiunt dies lōgiores q̄ i italia & noctes breuiores:& hoc tāto magis q̄to
ad ſeptētrionem ipſa plurimū porrigitur.Nā teſte Plinio lib.hiſto.naru.ii. in ita
lia dies lōgiſſimus cōtinet horas.xv.in britania uero decē & ſeptē: ita ut breuiſ-
ſima nox noſtra nouem reſultat horarum & illorum ſeptem:quare ait Iuuenalis
in ſecunda ſatyra:Et minima cōtentos nocte britannos.
B rixia cum.i.latino utrobiq; &.x.cōſonante ſcribitur:urbs eſt galliæ ciſalpinæ a
germanis tranſeuntibus ad italiam duce Ciconio condita:ut teſtatur Liuius li
bro.v.ab urbe:quorum lingua apud nos ſpeculam deſignat.
B romius cum.i.latino ſcribitur:unū eſt ex nominibus Bacchi dictum a βρομῶ
quod eſt cōſumo:eo quod ut aiunt uinum tēperate ſumptum omnes ſuperfiui
tates cōſumit & digeſtionem adiuuat.Intemperate uero humiditatem bonā de-
ſiccat:& neruorum hebetat uires:ſicq; tremulētos & effoetos ingurgitatores red
dit.Alii a βροντή:quod eſt tonitruum dictum uolunt:quia cum tonitru ad-
ueniente Ioue:mater eſt illum aborſa.
B ronchus cum.ch.aſpirato ſcribitur:a noſtris dicitur guttur:& nonnunq̄ guttu
ris paſſio quæ ex reumate deſcendit.
B rongus cū.g.in finali ſcribit̄:fluuius eſt de quo uidimus in dictiono anger.
B rontes cū.t.exili ſcribitur:fuit unus ex cyclopibus miniſtris Vlcani. q apud no
ſtros interprætari pōt tonitrus.Nā βρωντη græce idē ē quod latine tonitru di
cimus.Alter uero dictus fuit Steropes: qui apud noſtros interpretatur fulgur.
Nam græce ἀστραπή latine fulgur dicitur.Alius autem Pyr acmon uocatur:q̄-
ſi ignita incus.Nam pyr quoq; ignis eſt:& ἀκμῶν incus.unde Virgilius li.ænei
dos.viii.bronteſq; ſteropeſq;:& nudus membra pyracmon .
B ruchus cum.ch.aſpirato ſcribitur:& a βρώσω quod eſt rodo deducitur.
B ruma cum unico.m.ſcribit̄:dicitur quaſi βραχὺ:id eſt breuis ἦμαρ dies.
B ruſa cū unico.ſ.ſcribitur:ſed ubi nos cū.b.græci cum.p.ſcribunt:ē urbs i bithy
nia ab Hānibale teſte Pli.lib.v.natu.hiſto.ſub monte olympo cōdita.
B ulchar cum.ch.aſpirato ſcribitur: fuit Siphacis numidiæ regis præfectus:q Ma
ſaniſſam hoſtiliter perſecutus eſt.
B ucētaurus cū.c.&.t.ſimplicibus ſcribiur.dictio ē cōpoſita ex uoce bu: quæ ma
gnum quiddā enunciat:& centaurus:ut late uidebimus in dictione bulima.
B ubulcus cum.c.ſimplici ſcribitur:& dicitur quaſi bubus cultor.Naꝫ is teſte pau
lo iuriſconſulto de fundo inſtructo dicitur:ſiue qui bobus arat: ſiue qui boues
fundi aratorios paſcit.
B oculicus abſq; aliqua aſpiratioue & unico.l.ſequente.i.latino ſcribitur.dicitur a
noſtris armentarius:ut Virgilius lib.geor.iii.Armentarius afrr Agit:unde teſte
Donato ſuper Virgilium:q expoſitores Theocriti ſecutus eſt: tria ſunt paſtoruꝫ
genera:quæ dignitatē aliquā in bucolicis habent.Minimi ſunt αἰπόλοι:qui a
noſtris caprarii dicuntur.Paulo honoratiores ſunt ποιμένοι:qui apud nos o-
uiliones dicuntur.Honeſtiſſimi autem & maximi βουκόλικοί dicuntur q a no
ſtris armētarii appellantur.A quibus tanq̄ ac excellentiſſimo paſtoꝝ gradu pri
mum ſuū carmen Virgilius bucolicum appellauit & teſte Macrobio ex affectu

quē ad linguā græcā habebat Virg. græco magis uocabulo(quā latio)opa ĩſcri-pſit. Quod ſane carmē qualiter comptum fuerit uidebimus ĩ dictiōe Daphnis.

B ucolion cũ unico.c.exili &.i.latino ſcribiť: fuit maximus filiorũ Laomedōtis dicente Homero libro.vi. iliados βουκόλιον δὴ ἦν ὑιὸσ ἀγλάου λαομέδον-τοσ πρεσβύτατοσ. Hic teſte eodem Homero cũ oues paſceret: ex nympha no-mine Abarbarea furtim filios procreauit Aeſapum & Pædaſum quos Euryalus in bello troiano occidit.

B uccina cũ duplicato.c.&.i.latino ſcribitur a græco uocabulo deducitur βούκ κανισήριον: quod inſtrumentum eſt. ſic quoqꝫ a ſoni ſimilitudine uocitatũ: qđ ſane ſignum datur in hoſtes ad ſollicitudinem & pugnā. Virg. lib. vii. æneidos. Qua buccina ſignum dira dedit. Et lib. xi. bello dat ſignum rauca cruentũ buc cina. Tuba uero ad prælium concitabantur: ut at tuba terribilem ſonitum pro cul ære canoro Increpuit. huius ſonitus clangor. ut Clangor ue tubarum. buc cinæ uero buccinum.

B ucephalus cum.c.exile &.e.abſqꝫ diphthongo ſcribitur: fuit equi Alex. magni nomen: ſic quoqꝫ cognominatus ob ſimilitudinem: quā in capite bubali detine-bat. Vnde cōponitur ex κεφαλή: quod eſt caput. & βοῦσ bos. In cuius honorē Alexander bucephalā conſtruxit in india: ubi equus mortuus eſt.

B udini cum.i.latino ſcribitur: populi ſunt teſte Herodoto lib. hiſto. iiii. ultra ſau romatas pinguem ſane: & omni ſiluarum genere opimā terram incolētes. At ue ro budii populi ſunt medorum.

B ulima cum.i.latino: ſcribitur: dici poteſt quaſi magna fames. Nam componitur ex bu uoce: quæ cũ admiratione apud antiquos noſtros magnum quid indica-bat: & λιμὴ fames. unde Varro in libris: quos de re ruſtica ſcripſit: A magnitu dine inquit boum. qui in italia erant cōſuetudinem factam fuiſſe: ut præpoſi-ta hac uoce bu magnũ quiddā ſemp denuntiareť: inde dici bulimā magnā fa-mē: & bupedes grādes pueros: ſcilicet cũ.æ. diph. in penultia. Nā cũ.e. ſine diph. ſignificat magnos pedes: & ſimiliter uuā bumaminā. quā græci βουμαστον uocant. Virg. lib. georg. ii. Et tumidis bumaſthe racemis. E talia his ſimilia: quæ ſemp ad magnitudinis rationē ptinent: p quē modũ: & bucentaurũ dictā puta mus nauem quādam magnam: quæ centauri ſigno annotabatur. Quod Virg. elegantiſſime illo uerſu expſſit: cum ait Centauro inuehitur magna.

B umaſthos cum.th.aſpirato ſcribitur: dicitur a noſtris bumāma. Nam componi tur ex uoce bu: quæ magnum quid enuntiat: & μαστοσ: quod eſt māma. Naꝫ uua magna eſt: quæ puellarum māma uidetur. & a Virgi. bumaſthe græce enũ tiatur: cum ait libro georgi. ii. Et tumidis bumaſthe racemis.

B ura cum unico.r. ſcribitur: oppidum eſt archiuorum.

B uris cũ unico.r.&.i.latino ſcribiť: dicitur curuamētũ aratri dictũ: quaſi bouis ura: ideſt cauda: cum ſit in ſimilitudinem caudæ bouis. fuit etiam lacedæmo-nii cuiuſdam nomen.

B urrhum cum duplici.r.& ſecũdo aſpirato ſcribitur: ſed græce cum.p.&.y. græ co in prima ſcribitur: hoc eſt pyrrhon quod iam ruffum dicimus.

B uſiris cũ unico.s.&.i.latio utrobiqꝫ ſcribiť: fuit Neptuni filius ex Libya ſuſcæ-ptus: & ægypti tyrānus: q cũ ſuis diis hoſpites imolaret: & ad eũ Hercules diuer tiſſet: & ſimili pfida qua cæteri tentareť: regē ipſum aris ſuis impoſitũ interfe-cit. Cuius itaqꝫ pfidi ritus cauſam poſuit Oui. lib. primo de arte dicens.

Dicitur ægyptus caruiſſe iuuantibus arua:
Imbribus: atqꝫ annos ſicca fuiſſe nouem.
Cum thraſius buſirin adit: monſtratqꝫ piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe iouem:
Illi buſiris fies iouis hoſtia primus.

Inquit: & ægypto tu dabis hoſpes aquas. Sane teſte Seruio huius laudes Iſocra-tes orator eximius elegantiſſime ſcripſit. ob quod Virgiliũ dixiſſe putant. Quis aut euryſtea duꝝ. Aut illaudati neſcit buſiridis aras. exponētes illaudati p ual-de laudati. Alii dicunt participium pro nomine poſitum: ac idem quod illauda bilis deſignare: ita ut ſi ab Iſocrate laudatus fuerit: nō fuerit dignus laudari. Vir gi. lib. ii. ænei. Diues inacceſſos ubi ſolis filia lucos Aſſiduo reſonat cātu. i. inac-ceſſibiles lucos: qa piculoſos acceſſu: cum iā ad eos acceſſiſſent Vlyxis ſocii: & a-lii q̃plures p uarietate tempoꝝ. Fuit etiā in ægypto hoc eodē Buſiridis nomine & litteratura urbs cognominata: in qua teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ. i. tēpluꝫ fuit Iſidis magnum. hanc & ab eodem Buſiride conditam ſcribit Diodorus ſicu lus libro hiſtoriarum ſecundo. & ab ægyptiis ſolis urbem a græcis thebas appel latam: ut uidebimus in dictione thebæ.

B uſſi cum geminato.ſ. ſcribitur: populi ſunt medorum.

B utes cũ.t.exili ſcribiť: fuit filius amici regis bebrycioꝝ: & pater Erycis. Eſt etiam eodē nomine ſcythaꝝ fluuius: cui propinq ſunt agathyrſi: & ſarmatæ.

B utyrum cum.t.exili &.y.græco ſcribitur. dicitur proprie bouis caſæus. Na com ponitur ex βοῦσ: quod bouem dicit: & τυρὸν caſæum.

B utrotum cũ.t.exili utrobiqꝫ ſcribiť: ubi ĩ prima.y.græcũ in.u.noſtꝝ cōuerſum fuit. Nā apud illos bytrotũ diciť: urbs fuit chaoniæ: quæ ps ē alpeſtris epiri ex-celſo ĩ loco ſita: dicēte Virgi. li. ænei. iii. Et celſam buteoti aſcendimus urbē licet nōnulli more græco bytroti legere uelint. In q̃ ut idē poeta oſtēdit troianus He lenus poſt troiæ excidiũ regnauit: dicēte etiā Ouidio libro metamorph. xiii.

Rura petunt epiros ab his regnataqꝫ uati.
Bytrotos phrygio ſimulataqꝫ troia teneret.

B uxus cũ.x.cōſonāte apud græcos ſcribiť: noſtri uero plærũqꝫ.x.in duplicatum s.cōmutare cōſueuerunt: ac dicere buſſus. Quin & ubi primā græci cũ.p.&.y. græco ſcribũt. Nos cōmutātes.p.in.b.&.y.græcũ in.u.noſtruꝫ dicimus buſſus. Et eſt arbor ac lignũ: ex quo buſſola fiunt. quādoqꝫ uero ex more græco buſſo-lum a noſtris pyxis huius pyxidis diciť: ut Iuuen. in. ii. ſatyra. Et cōdita ĩ pyxi de lyde. Sane Seruio teſte ſup. viii. ænei. diciť hæc buxus & hoc buxuꝫ. unde ut ait ſupfluo qdam arborem generis fœmini eſſe uolunt: lignũ uero inciſum neu tri cum eo loco etiā de ligno generis fœmini a Virgi. habeatur exemplum cũ ait Tympana nos buxuſqꝫ uocat berecintia matris Ideæ.

C Abalii cum.c.exili: hoc eſt abſqꝫ aſpiratione & unico.l. ſcri-bitur: ſunt teſte Herodoto libro hiſtoriam tertio: populi a-ſiatici.

Cabrion cũ.c.exili &.i.latino ſcribiť: fuit teſte Homero lib: viii. iliados frater Archeptolemi aurigæ Hectoris: In cuius mortui locum ſuffectus fuit. Apud nonnullos uero græ-cos dicitur cabriones.

C habrias cũ.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit̃:fuit athenienſis & i ſũmis ducibns ha
bitus.reſq; multas memoria dignas geſſit:ut Plutarchus & Aemilius de illo ret
tulerũt.Nãq; illũ iter cetera caſtrametrari.& bellicas artes ſũme nouiſſe oſtẽdũt

C acabus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:uocabulum græcum eſt.quod a ſono
nomen aſſumpſit.quem ſupra ignem poſitus facit a noſtris dicitur olla in qua
pulmentarium coquitur.Paulusiiuriſcõſultus de fundo inſtructo. cacabos in
quit inter & æneum quod ſupra focum pendet nõ multum intereſt.hoc aqua
ad potandum calefit:in illis pulmentarium coquitur.

C acethos cum.c.exili utrobiq; &.e.abſq; diphthongo atq;.th.aſpirato ſcribitur di
ci poteſt a noſtris malus mos ſeu mala cõſuetudo.ut Iuue. in ſatyra quæ ĩcipit
& ſpes & ratio inquit.Scribendi cacethos ægroq; in corde ſeneſcit. Nam compo
nitur ex κακὸσ.quod eſt malus.& ἔθοσ cũ prima breui:quod eſt cõmunis mos
ſeu cõſuetudo:ut in dictione ethos uidebimus.

C acephaton cum.c.utrobiq; &.t.exilibus atq;.ph.aſpirato ſcribitur: dici poteſt a
nobis mala locutio.uel cõſonantia.Nam cõponitur ex κακή quod ẽ mala.& φά
τον locutio.quã figurã tunc eſſe dixit Seruius ſup primũ æneidos:quãdo pre
poſitionem cum littera.n.conſequitur.ut Virgi.Numerũ cum nauibus æquat
Alii uero etiam addunt cum ſequens dictio duas habet ſyllabas præcedentibus
duabus conſimiles ut Cicero in epiſtolis. O fortunatam natam me conſule ro
mam.quod ſane in concinne fieri depræhenſum eſt.Sed ut ait Iuue. Si ſic om
nia dixiſſet Antoni gladios potuit cõtẽnere.

C ecearia abſq; aliqua aſpiratione aut diphthongo ſcribit̃.inſula eſt in ponto quã
quidam græciariam dicunt.ut teſtis eſt Pli.lib.vi.natu.hiſto.Eſtq; Marti ſacra
In qua uolucres cum ad uenis pennarum ictu pugnare uidentur.

C achinnus prima abſq; aſpiratione.ſequens per.ch.aſpiratum ſcribitur: & a uer
bo græco quod eſt καγχάζομαι.ideſt ſolute rideo deducitur.itaq; cachinnus ſo
lutus eſt riſus.Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris. Sed facilis cui uis rigidi
cenſura cachinni.

C acõſyntheton cum.c.exili utrobiq; & antepenultima cum.y.græco penultima
uero cũ.th.aſpirato.& ultima cum.t.exili ſcribit̃.dici poteſt mala cõpoſitio. Nã
componitur ex κακόν.quod eſt malum.& ſintheton compoſitum.

C acus cũ.c.exili utrobiq; ſcribit̃:dici põt a noſtris malus.id enĩ κακοσ apud græ
cos deſignat.ſed apud illos habet accẽtũ in fine.quẽ teſte Seruio apud noſtros
mutat in penultimam cũ ꝓ ꝓprio uiri nomine aſſummitur. Virgi.lib.æneidos.
viii.cum dixit fuiſſe Vulcani filium & ab Hercule interfectuȝ. Seruius uero di
xit illũ fuiſſe Euãdri ſeruũ ac furẽ.qui ideo ignem euomere dictus fuit.quia a
gros populabatur:quẽ ut ait ſoror ſua eiuſdem nominis prodidit:ex quo ſacel
lum ꝓmeruit:in quo ei ꝑ uirgines Veſte ſacrificabatur.

C adytis penultima cum.y.græco:& ultima cum.t.exili &.i.latino ſcribitur : fuit
teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſecundo urbs palæſtinorum non multo mi
nor ꝗ ſardis.

C adus cum.c.exili & unico.d.a noſtris ſcribitur:cum eius prima breuis ponatur
ut Virgilins libro æneidos primo Vina bonus : quæ deinde cadis onerarat ace
ſtes.quod nõnulli poetæ græci obſeruant: ſed cõmuniter cum duplicato.d.ab
illis ſcribitur.Alii uero magis latinum putant.& a cadendo deriuari arbitrant̃.
ac eſſe uas acuti fundi:ita ut ſine adiutorio ſtare non poſſit.

C æa cum.c.exili &.æ. diphthongo ſcribitur: inſula eſt in ægæo mari ſita. a Cæo
Titani filio eius primi incolæ cognominata:qui pater fuit Latonæ & Aſteriæ:
Seruius ſuper primum æneidos aliud ſentire uidetur:uidelicet Ariſteum filiuȝ
Cyrenes matris inſtinctu thebas reliquiſſe:& hanc inſulam primitus habitaſſe
qua relicta cum Dædalo ad ſardiniam poſtea pertranſiuit.Ex hac teſte Plinio li
bro ſecundo naturalis hiſtoriæ amplius trecentorum milium paſſuum ſubito
abrupto hiatu cum pluribus mortalibus mare rapuit.

C æcias cum.c.exili utrobiq; &.æ.diphthongo in prima atq;.i.latino in penultia
ſcribitur:uẽtus eſt quem teſte Gellio Ariſto.ita flare dicit:ut nubes non procul
propellat:ſed ut ad ſe uocet.

C hære cum.ch.aſpirato &.æ.diphthõgo ſcribitur.dicitur apud nos ſalue. Vnde
Perſius.Quis expediuit pſitaco ſuum chære:id eſt ei conſuetum & uſitatũ diſci
ut Virgi. in Palæmone:ſua ſemper apud me Munera ſunt lauri. uel ſuũ dixit
hoc eſt ita expreſſum ut naturale illi uideatur. Quẽadmodum Virgilius libro
georgicorum.ii.Quæq; ſuo uiridi ſemper ſe gramine ueſtit.

C hærippus cum.ch.aſpirato &.æ.diphthongo atq;.i.latino:& duplicato.p.ſcribi
tur:nomen eſt propeium:ſed compoſitum ex chære:quod eſt ſalue.& hippus e
quus.Iuuenalis in ſatyra Stemmata quid faciunt.Præconem chærippe tuis cir
cumſpice pannis.

C ærete prima cũ.c.exili &.æ.diphthõgo ultima ſcribit̃ ſine aſpiratiõe: ciuitas fu
it in tuſcia:quæ prius agilla dicebat̃.Sed ſic quoq; a romanis teſte Seruio ſuper
viii.ænei.uocata:qa cũ romani euntes ꝑ tuſciã interrogarent agillinos quæ di
ceretur ciuitas.Illi utpote græci qd audirent ignorãtes & optimum ducentes ſi
prius eos ſalutarent dixerunt chærete:quod cum.ch.aſpirato &.æ. diphthon
go ſcribitur:uidelicet chærete:hoc ẽ ſaluete.quã ſalutationẽ romani nomẽ ciui
tatis eſſe putauerunt:& detracta aſpiratiõe eã cærete nominauerunt: ut teſtis ẽ
Iginius in urbibus italicis.Et declinatur ſm aliquos hoc cærete huius cæretis.
Liuius tamen libro.i.ab urbe hoc cærete huius cæretis:& nomen patriuȝ hic &
hæc cæres huius cæretis.Virgilius lib.viii.ænei.Eſt ingens gelidũ lucus prope
cæretis amnẽ:q teſte Seruio dicitur:ut idẽ lib.x.Qui cærete domo:qui ſunt mi
nionis in aruis.de quo etiã Priſcianus in.iiii.nõnulla dixit.

C hærea cum.ch.aſpirato:&.æ.diphthongo in prima ſcribitur: nomen eſt ꝓpriũ
quod apud græcos habet in fine.s.litteram:quam noſtri abiiciunt.Nam ſcribi
tur apud illos χαιρέασ.idq; in multis fieri conſueuit.

C ærephon cum.ph.aſpirato &.æ.diphthongo in prima ſcribitur: fuit Socratis di
ſcipulus:& ab eo libidinoſe amatus:ut illi impinxit Ariſtophanes in comœdia:
quam contra Socratẽ ſcripſit:cuius titulus eſt νεφέλαι.

C æculus cum.æ.diphthongo &.c.exili ſcribitur:non deſcendit a græco.ſed latio
fuitq; Vulcani filius:de quo late uidebimus in dictione prænеſte.

C æcuba cum.c.exili utrobiq; &.æ.diphthõgo in prima ſcribitur.Quidam latinũ
putant & ab eo quod eſt cæcum deriuari contenduut.Ita ut uina ſint antiquiſ
ſima:quæ cæco in loco diu condita fuerint. Ego uero & ſi uini genus eſſe dicã
nomen aſſumpſiſſe a loco græco cæcubum uinum comperi. Nam ait Plinius
lib.natu.hiſto.iiii.cũ de cãpania tractat.Hinc ſetini & cæcubi obtẽduntur agri
his iunguntur phalerni caloeni deinde iunguntur maſſici gaurani ſurrhenti
niq; mõtes.de quibus in dictione ſurrhenthum late uidebimus.Iõ dixit Horat.

lib.ii.ſermonum cæcuba uina ferens alchō chiū maris expers.Et Martia.in epi
grāmatibus.cæcuba fundanis generoſa coquūtur amicis.Viris & in media na
ta palude uiret.Et alibi dormiat & tecum qui cum modo cæcuba miſcet. cōui
uas roſeo torſerat ore puer.

C æyx cum.c.exili &.æ.diphthongo atq;.y.græco ſcribitur:fuit rex trachynæ Lu
ciferi filius & frater Dædalionis : habuitq; uxorem formoſiſſimam Halcyonem
Neptuni filiam mutuo ſibi amore deuinctiſſimam:hinc cum ad Apollinem cla
rium conſulturus de ſtatu regni prexiſſet:tempeſtate abſorptus eſt.cuius cada
uer cum a mari ad litus deiectum fuiſſet.& illud uxor conſpiceret:dolore corre
pta in pelagus ſe præcipitem dedit.Sed Neptuni miſeratione & Thetidis:ambo
in halcyones marinas aues conuerſi ſunt:ut Oſtendit Oui.lib.xi.metamorph.
de quibus in dictione halcyones uidebimus.

C æra cum.æ.diphthongo teſte Apuleio grāmatico a noſtris ſcribi conſueuit.Naȝ
licet a græco:quod eſt κηρὸσ traducatur:& ſecundum regulam illud.n. in no
ſtrum.e.productum abſq; diphthongo tranſferri cōſueuerit:tamen quia apud
nos non eſt ipſius.e.producti a correpto in figura diſcretio:placuit ipſo Apule
io teſte in aliquibus dictionibus per diph.hoc ipſum diſcreuiſſe: ut ſimiliter ui
dimus in dictione æthica:& uidebimus in dictione ſcæna.Alii uero cæram lati
num putauerunt:ut in dictione diph.uidebimus.

C æroma cum.æ.diphthongo ſimiliter poſſe ſcribi uidetur:quia a cæra deſcendit
illudq; pro unguento accipimus:ut Iuuenalis in ſecunda ſatyra. Et cæromati
co fert inciteria collo.

C æſæna cum.æ.diphthongo in prima: & ſecunda a græcis ſcribitur : urbs eſt in
gallia ciſalpina.

C æſtus cum.c.exili &.æ.diphthongo atq;.t.ſimplici ſcribitur:non eſt dictio græ
ca:ut quidam putauerunt:ſed latina a cæcendo deducta: arma ſunt pugilum.
Et huius ceſtus in genitiuo declinatur:ſed nonnunq̄ ſine diphthongo ceſtus ſe
cundæ declinationis comperitur:& græcum a nonnullis creditur: ſignificatq;
Veneris cingulum:quo uxor cū maritalis illi fides dabatur:a marito cingi cō
ſueuerat:dicente Phyllide apud Ouidi.in ſencundo heroidum epiſtolarum ad
Demophoonta.

Cui mea uirginitas auibus libata ſiniſtris.
Caſtaq; fallaci zona recincta manu.Quod ſane cigulum,teſte Ser.ſup.v.æneL
balteus dicitur.Quod uocabulum ut ait non tantum quo cingimur:ſed etiam
a quo arma dependent:indicat & numero tantum ſingulari eſt generis maſculi
ni.Iuue.in ultima ſatyra.Aſt illi quos arma tegunt:& balteus ambit. In nume
ro uero plurali neutri tantum generis:ut idem Iuuena.Quotiēs romoribus ul
ciſcuntur baltea.

C aicus cum.c.exili utrobiq; &.i.latino ſcribitur : fluuius eſt phrygiæ teſte Liuio
in.vi.de bello macedonico ueniēs a myſia:ut Plinius ipſe rettulit libro ſexto na
turalis hiſtoriæ.unde ait Virgili. in quarto georgicorum.Myſuſq; caicus.Quī
& prouinciam teutrania irrigat:& antiquum creditur mutaſſe curſum. dicen
te Ouidius libro decimoquinto metamorphoſeos.Emiſſum capitiſq; ſui ripæq;
prioris Pœnituiſſe ferunt : alios nūc ire caicum. fuit etiam nomen uiri troiani
ſocii Aeneæ.

C aiſter abſq; aliqua aſpiratione &.y.græco ſcribitur : fluuius eſt aſiæ in cilbianis

iugis ortus:ut dixit Plinius libro.v.naturalis hiſtoriæ: qui multos amnes defe
rens:& ſtagnum perſagæum:quod pyrrithes amnis expellit.Et præter aſiam pa
ludem labens:ſub pionio monte epheſum alluit.Vnde Virgilius libro georgico
rum primo ait.Iam uarias pelagi uolucres:& quæ aſia circum Dulcibus in ſta
gnis rimātur prata cayſtri.Homerus ſimiliter libro iliados ſecundo.σμαραγέι
Δε Τελειμου ἄσιω εν λειμῶνι καϋςρίον ἀμφι ῥέεθρα

C alais cum.c.exili & unico.l.ſequente.a.atq;.i.latino in ultima ſcribitur:fuit Ze
ti frater:& filius Boreæ ex Orithyia:ut uidebimus in dictione Zetus.

C alamus cum.c.exili & unico.l.ſcribitur:eſt arūdo magis minuta habens inter
nodia longa & recta.Ex qua ſagittæ apud diuerſas gentes fiebant. quod Virgi
lius tetigit in Damoeta cum ait.Cum daphnidis arcum frægiſti:& calamos: id
eſt ſagittas.Nam teſte Plinio libro.xvi.naturalis hiſtoriæ calamis populi orien
tis bellam conficiunt:& ſpicula illis addunt irreuocabili hamo. Et cum fere to
tum orientem & ſeptentrionem calamis ſuperatos oſtenderit ſubdit:præcipuus
hic uſus hic in creta bellatores ſuos præcipitauit. Sed in hoc quoq; ut in cæte
ris rebus uicit italia:quando nullus ſagittis aptior calamus quem in rheno bo
nonienſi amne cui plurima ineſt medulla ponduſq; uolucre . Et contra flatus
quoq; peruicax.Et ſubdit libris quoq; non eadem gratia. Nam ut ſupra paulu
lum dixerat chartis ſeruiūt calami maxime ægyptii:iuxta cuius ſententiā Mar
tialis ait in epigrammatibus:Dat chartis calamos habiles memphitica tellus:Te
xantur reliqua tecta palude tibi.Sed contra hunc pergere uidetur Plinius cum
ait:Probatores tamen cnidi:& qui in aſia cira auenticum lacum naſcuntur no
ſtratibus fungoſior ſub eſt natura.cartilagine bibula fiſſilis:& præacuta ſemper
acie geniculata.Cæterum gracilitas nodiſq; diſtincta leui faſtigio tenuatur in
acumina craſſiora.Et infra ſubdit:calamus uero alius totus concauus eſt: quē
ſyringam uocant utiliſſimus fiſtulis:quoniam nihil eſt cartilaginis atq; carnis
& continuo foramine peruium. hæc ille de quo Virgilius in bucolico locutus
uidetur cum ait.Nec calamis ſolum æquiperas: ſed uoce magiſtrum. Similiter
idem Plinius libro duodecimo eiuſdem uoluminis prius dixerat calamos & iun
cos odoratos in arabia naſci indiaq; & ſyria quibus in unguētis uſos fuiſſe ipſe
idem in ſequenti libro oſtendit.& a calamo calamarium proficiſcitur:quod qui
dam uſurpant pro theca.Calamaria in qua calami recondūtur:ſed quia hoc tē
pore plæriq; penna ſcribunt:poteſt etiam dici pennarium.

C alendæ cum.c.exili& unico.l.ſcribitur.nec illorum admittenda eſt conſuetudo
uel ratio:quæ per.κ.græcam litteram dictionem illam uel aliam quanuis ſcri
bendam contendunt:ut ſupra oſtendimus.Et dicuntur calendæ a Βρύω:quod
apud nos eſt uoco:quia ſolebat romæ minor pontifex noua conſpecta luna plæ
bem uocare:ut audiret quot dies a calendis ad nonas ſupereſſent.hinc(teſte Ma
crobio libro ſaturnalium primo)Et ipſi curiæ ad quam uocabantur)calabre no
men datuȝ eſt:& claſſi q; omnis in eam populus uocaretur.Qua de re(teſte Gel
lio libro ſeptimo noctium atticarum)claſſici dicebantur primæ tantum claſſis
homines:qui centum & uigintiquinq; milia æris ampliuſue cenſi erant. Infra
claſſem autem appellabantur ſecundæ claſſis cæterarumq; omnium claſſium:
qui minore ſumma æris:quam ſupra dixi cenſebantur:unde & claſſicum dedu
ctum dicitur:quod(teſte Seruio ſuper ſeptimum æneidos)& tubā ipſam & ſonū
indicat.Virgilius Claſſica iamq; ſonant quæ ſane flexibilis tuba eſt: ut uidebi

lib.ii.ſermonum cæcuba uina ferens alchō chiū maris expers.Et Martia.in epi
grāmatibus.cæcuba fundanis generoſa coquūtur amicis.Viris & in media na-
ta palude uiret.Et alibi dormiat & tecum qui cum modo cæcuba miſcet. cōui-
uas roſeo torſerat ore puer.

C æyx cum.c.exili &.æ.diphthongo atq;.y.græco ſcribitur:fuit rex trachynæ Lu
ciferi filius & frater Dædalionis : habuitq; uxorem formoſiſſimam Halcyonem
Neptuni filiam mutuo ſibi amore deuinctiſſimam:hinc cum ad Apollinem cla
rium conſulturus de ſtatu regni prexiſſet:tempeſtate abſorptus eſt.cuius cada
uer cum a mari ad litus deiectum fuiſſet.& illud uxor conſpiceret:dolore corre
pta in pelagus ſe præcipitem dedit.Sed Neptuni miſeratione & Thetidis:ambo
in halcyones marinas aues conuerſi ſunt:ut Oſtendit Oui.lib.xi.metamorph.
de quibus in dictione halcyones uidebimus.

C æra cum.æ.diphthongo teſte Apuleio grāmatico a noſtris ſcribi conſueuit.Na;
licet a græco:quod eſt κηρὸς traducatur:& ſecundum regulam illud.n. in no-
ſtrum.e.productum abſq; diphthongo tranſferri cōſueuerit:tamen quia apud
nos non eſt ipſius.e.producti a correpto in figura diſcretio:placuit ipſo.Apule
io teſte in aliquibus dictionibus per diph.hoc ipſum diſcreuiſſe: ut ſimiliter ui
dimus in dictione æthica:& uidebimus in dictione ſcæna.Alii uero cæram lati
num putauerunt:ut in dictione diph.uidebimus.

C æroma cum.æ.diphthongo ſimiliter poſſe ſcribi uidetur:quia a cæra deſcendit
illudq; pro unguento accipimus:ut Iuuenalis in ſecunda ſatyra.Et cæromati-
co fert inciteria collo.

C æſæna cum.æ.diphthongo in prima: & ſecunda a græcis ſcribitur : urbs eſt in
gallia ciſalpina.

C æſtus cum.c.exili &.æ.diphthongo atq;.t.ſimplici ſcribitur:non eſt dictio græ-
ca:ut quidam putauerunt:ſed latina a cæcendo deducta: arma ſunt pugilum.
Et huius ceſtus in genitiuo declinatur:ſed nonnunq̄ ſine diphthongo ceſtus ſe
cundæ declinationis comperitur:& græcum a nonnullis creditur: ſignificatq;
Veneris cingulum:quo uxor cū maritalis illi fides dabatur:a marito cingi cō-
ſueuerat:dicente Phyllide apud Ouidi.in ſencundo heroidum epiſtolarum ad
Demophoonta.

Cui mea uirginitas auibus libata ſiniſtris.

Caſtaq; fallaci zona recincta manu.Quod ſane cigulum teſte Ser.ſup.v.ænei.
balteus dicitur.Quod uocabulum ut ait non tantum quo cingimur:ſed etiam
a quo arma dependent:indicat & numero tantum ſingulari eſt generis maſculi
ni.Iuue.in ultima ſatyra.Aſt illi quos arma tegunt:& balteus ambit. In nume-
ro uero plurali neutri tantum generis:ut idem Iuuena.Quotiēs romoribus ul-
ciſcuntur baltea.

C aicus cum.c.exili utrobiq; &.i.latino ſcribitur : fluuius eſt phrygiæ teſte Liuio
in.vi.de bello macedonico ueniēs a myſia:ut Plinius ipſe rettulit libro ſexto na
turalis hiſtoriæ.unde ait Virgili. in quarto georgicorum.Myſuſq; caicus.Qui
& prouinciam teutrania irrigat:& antiquum creditur mutaſſe curſum. dicen-
te Ouidius libro decimoquinto metamorphoſeos.Emiſſum capitiſq; ſui ripæq;
prioris Pœnituiſſe ferunt : alios nūc ire caicum. fuit etiam nomen uiri troiani
ſocii Aeneæ.

C aiſter abſq; aliqua aſpiratione &.y.græco ſcribitur : fluuius eſt aſiæ in cilbianis
iugis ortus:ut dixit Plinius libro.v.naturalis hiſtoriæ: qui multos amnes defe-
rens:& ſtagnum perſagæum:quod pyrrithes amnis expellit.Et præter aſiam pa
ludem labens:ſub pionio monte epheſum alluit.Vnde Virgilius libro georgico
rum primo ait.Iam uarias pelagi uolucres:& quæ aſia circum Dulcibus in ſta
gnis rimātur prata cayſtri.Homerus ſimiliter libro iliados ſecundo.σμαραγέι-
Δε Τελειμοϋ ἄσιῳ εν λειμῶνι κα̈ϋςρίον ἀμφὶ ρέεθρα

C alais cum.c.exili & unico.l.ſequente.a.atq;.i.latino in ultima ſcribitur:fuit Ze
ti frater:& filius Boreæ ex Orithyia:ut uidebimus in dictione Zetus.

C alamus cum.c.exili & unico.l.ſcribitur:eſt arūdo magis minuta habens inter-
nodia longa & recta.Ex qua ſagittæ apud diuerſas gentes fiebant. quod Virgi-
lius tetigit in Damoeta cum ait.Cum daphnidis arcum frægiſti:& calamos: id
eſt ſagittas.Nam teſte Plinio libro.xvi.naturalis hiſtoriæ calamis populi orien-
tis bellam conficiunt:& ſpicula illis addunt irreuocabili hamo. Et cum fere to-
tum orientem & ſeptentrionem calamis ſuperatos oſtenderit ſubdit:præcipuus
hic uſus hic in creta bellatores ſuos præcipitauit. Sed in hoc quoq; ut in cæte-
ris rebus uicit italia:quando nullus ſagittis aptior calamus quem in rheno bo-
nonienſi amne cui plurima ineſt medulla ponduſq; uolucre . Et contra flatus
quoq; peruicax.Et ſubdit libris quoq; non eadem gratia. Nam ut ſupra paulu-
lum dixerat chartis ſeruiūt calami maxime ægyptii:iuxta cuius ſententiā Mar-
tialis ait in epigrammatibus:Dat chartis calamoſ habiles memphitica tellus:Te
xantur reliqua tecta palude tibi.Sed contra hunc pergere uidetur Plinius cum
ait:Probatores tamen cnidi:& qui in aſia cira auenticum lacum naſcuntur no
ſtratibus fungoſior ſub eſt natura.cartilagine bibula fiſſilis:& præacuta ſemper
acie geniculata.Cæterum gracilitas nodiſq; diſtincta leui faſtigio tenuatur in
acumina craſſiora.Et infra ſubdit:calamus uero alius totus concauus eſt: quē
ſyringam uocant utiliſſimus fiſtulis:quoniam nihil eſt cartilaginis atq; carnis
& continuo foramine peruium. hæc ille de quo Virgilius in bucolico locutus
uidetur cum ait.Nec calamis ſolum æquiperas: ſed uoce magiſtrum. Similiter
idem Plinius libro duodecimo eiuſdem uoluminis prius dixerat calamos & iun
cos odoratos in arabia naſci indiaq; & ſyria quibus in unguētis uſos fuiſſe ipſe
idem in ſequenti libro oſtendit.& a calamo calamarium proficiſcitur:quod qui
dam uſurpant pro theca.Calamaria in qua calami recondūtur:ſed quia hoc tē-
pore plæriq; penna ſcribunt:poteſt etiam dici pennarium.

C alendæ cum.c.exili & unico.l.ſcribitur:nec illorum admittenda eſt conſuetudo
uel ratio:quæ per.κ.græcam litteram dictionem illam uel aliam quanuis ſcri-
bendam contendunt:ut ſupra oſtendimus.Et dicuntur calendæ a βρύω:quod
apud nos eſt uoco:quia ſolebat romæ minor pontifex noua conſpecta luna plæ
bem uocare:ut audiret quot dies a calendis ad nonas ſupereſſent.hinc(teſte Ma
crobio libro ſaturnalium primo)Et ipſi curiæ ad quam uocabantur)calabre no
men datu; eſt:& claſſiſq; omnis in eam populus uocaretur.Qua de re(teſte Gel-
lio libro ſeptimo noctium atticarum)claſſici dicebantur primæ tantum claſſis
homines:qui centum & uigintiquinq; milia æris ampliuſue cenſi erant. Infra
claſſem autem appellabantur ſecundæ claſſis cæterarumq; omnium claſſium:
qui minore ſumma æris:quam ſupra dixi cenſebantur:unde & claſſicum dedu
ctum dicitur:quod(teſte Seruio ſuper ſeptimum æneidos)& tubā ipſam & ſonū
indicat.Virgilius Claſſica iamq; ſonant quæ ſane flexibilis tuba eſt: ut uidebi-

nius in dictione claſſica. Alii uero dictam uolunt claſſem a cale. hoc eſt a fuſte
quia nauis quæ aliquando claſſis dicebatur:de fuſtibus fiebat. Nam de cala in
quit Lucilius:Scinde calam ut caleas.i.o puer frange fuſtem:& fac focum.De
claſſe inquit Horatius.Me uel extremos numidarum in agros Claſſe releget:cũ
de una loqueretur naui.Et Virgilius libro æneidos ſexto.Lyciæ ductorem claſ
ſis horrontem:ubi ait Seruius apertum exemplum claſſe; etiam dici unam na
uem:& hoc quia unius ſolius nauis Horontes ductor fuit.Erantqꝫ calendæ Iu
noni ſacræ:dicente Ouidi.libro faſtorum primo. Vendicat auſonias iunonis
cura calendas.& inde calatores cum unico.l.&.t.non aſpirato dicti ſunt ſerui:
qui ſemper uocari poſſent:ob neceſſitatem ſeruitutis:ut teſtis eſt Feſtus. Quin
& concilium a concalando ideſt conuocando dictum quidam putant.Procala
re ſimiliter prouocare dicitur ipſo Feſto teſte.Et eodem modo calumniam:& ca
lones ex illo dicta uoluit.Sane teſte Paulo iuriſconſulto de uerborum ſignifica
tione ante diem decimum calendarum:& poſt diem decimum calendarum at
qꝫ utroqꝫ ſermone undecimus dies ſignificatur. Similiter Petronio grammati
co teſte intra calendas id fieri dicitur.quod non ante calendas ideſt eo ipſo die.
quo calendæ ſunt agebatur.At Gellius circa finem libri.xii.noctium atticarũ
poſt longam rei huius diſputationem tandem concludit. & ante calendas & in
ipſis calendis iure fieri poſſe.

C alathus cum.c.exili & unico.l.atqꝫ.th.aſpirato ſcribitur: dicitur a quibuſdam
ex noſtris qualus & dimmitiuum quaſillus. Ab aliquibus fiſcella. iuxta quas
ſignificationes ait Virgilius in Alexi.Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ ca
lathis. Aliquando uero & pro calicibus ad ſacrificium aptis poſuit idem cũ ait
in Daphnide.Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar.

C alabrya cum.c.exili & unico.l.atqꝫ.y.græco ſcribitur. pars eſt italiæ poſt luca
niam a græcis ſic cognominata: quia bonis omnibus ſcatet. Nam componitur
ex καλα.quod dicit bona.& βρύω quod eſt ſcaturio.Et idem hic calaber & hec
calabra & hoc calabrum deriuatur.Ouidius libro tertio de arte. Ennius emeru
it calabris in montibus hortos contiguos pene ſcipio magne tibi.

C alchas prima cum.c.exili:ſequens cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit Teſto.troiani
filius:ut teſtis eſt Ditis augur maximus qui cum circa initia belli a troianis ad
Apol.delphicum cum muneribus mitteretur:& reſponſum habuerit:ut dimiſ
ſis troianis græcorum ſequeretur fœlicitatem: ab illis gratiſſime recæptus eſt:
cuius ſane interitũ in dictione gryneum nemus uidebimus.

C alydnæ cum.c.exili & unico.l.atqꝫ.y.græco ſcribitur:inſulæ ſunt quædam par
uæ ex cycladibus:de quibus Home.libro.ii.iliados meminit.

C aliſto cum.c.&.t.exilibus:& unico.l.atqꝫ.i.latino ſcribitur: fuit Lycaonis arca
diæ regis filia:ut dixit Heſiodus:quæ poſt pulſum patrem e regno:Dianam ſe
cuta eſt. Sed ut narrat Ouidius libro metamorphoſeos ſecundo cum Iuppiter
illam conſpiceret:& amaret accæpta dianæ forma:ad illam perrexit:quam com
preſſit & grauidauit.Ex qua ortus eſt arcas:a quo arcadia prouincia cognomi
nata eſt.Sed a Iunone crinibus compræhenſa: & in diuerſum diſtracta: in ur
ſam conuertitur.quam cum filius arcas deinde uenator effectus: ſeſe conſpici
entem matrem urſam ac fixe intuentem forte comperiſſet rei inſcius ſagitta il
lam impetere ſatagebat.Quibus Iuppi.miſeratus ambos in cælum traxit: & iux
ta borealem polum locauit. Quod Iuno ægre ferens Tethyn Oceani uxorem

ſuamqꝫ nutricem adiens. ab illa impetrauit ne Caliſtonem in Oceano lauare
permitteret.Quare cum cætera ſigna occidant & in Oceano ſe lauare dicantur
ſolum urſæ ſignum nunquam occidit.dicente Virgilio libro georgicorum pri
mo.Arctos oceani metuentes equore tingi. Sed cum in terris urſa eſſet: & mæ
nalum erymanthum arcadiæ mõtes incoleret.Menalis ipſa & Erymanthis a po
etis dicitur.Ouidius libro.v.de triſtibus.
Quæ nunc ſuppoſitum ſtellis erymanthidos urſæ.
Iuncta tenet crudis ſarmatis ora getis.Et prius libro.iiii. dixerat. Cunqꝫ ſuo bo
rea mænalis urſa uidet.Verum hæc ipſa ex græcis nõnulli in nonacri arcadiæ
monte geſta narrarunt.

C alipolis cum.c.exili non geminato.l.atqꝫ.i.latino utrobiqꝫ ſcribitur:urbs ẽ thra
ciæ in extremo helleſponti a.C.Calicula ædificata:a quo nomen aſſumpſit hoc
eſt Caliculæ polis.i.ciuitas.Calicula uero a caligis quas margaritis refertas pri
mus portauit nomen aſſumpſiſſe dicitur.

C alinus cum.c.exili & unico.l.atqꝫ.i.latino ſcribitur: fuit ſtatuarius de quo Quĩ
tilianus meminit.

C alon cum.c.exili & unico.l.ſcribitur:fuit teſte Quintiliano uir ſtatuarius:

C alidonia cum.c.exili & unico.l.atqꝫ.y.græco in ſecunda ſcribitur:ciuitas fuit æ
toliæ & regia Oenei patris Meleagri.a quo locum circũſtans eodem nomine co
gnominatus fuit.& penultimam corripit.

C alypſo cum.c.exili & unico.l. atqꝫ.y. græco ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theo
gonia nympha Oceani & Tethyos filia.Homerus uero ſiue eandem ſiue aliam
dixit libro ſeptimo odyſſeæ fuiſſe Atlantis filiam cum ait. ἔνθαμὲν ατλαντος
θυγατὺρ δόλοεσσα καλυψώ.hæc inſulam de ſuo nomine cognominatam
tenuit in ionico mari ſitam propinquam lacinio promontorio: ut ſentire uide
tur Plinius libro tertio naturalis hiſtoriæ.Alii uero dicunt in mari aphrico fere
ex oppoſito ad maiores ſyrtes.quam prius dictam ogyam á rege: qui in illa re
gnauerat ferunt.Et in hoc cum Plinio forte conueniunt:quia mare aphricum
ionio eſt cõterminum.Ad hanc ut dixit Homerus Vlyxes cum diſceſſiſſet a cir
ce naufragus peruenit.Et quia alter fuit alterius amore detentus ſeptem annos
cum illa moram traxit.A qua magna cum difficultate diſcedere ualuit dicente
Ouidio libro.ii.de arte.Non formoſus erat:ſed erat facundus ulyxes. Et tamen
æquoreas torſit amore deas.

C alix cum.c.exili & unico.l.atqꝫ.i.latino ſcribitur:græce uero dicitur κυλιξ. ge
nus eſt poculi:de quo ait Macrobius libro ſaturnalium una littera cõmutata
uidelicet.υ.græcum in.a.dicitur apud noſtros calix.

C alyx cum.y.græco in ultima folliculum id eſt quo fructus arborũ cooperitur
deductum a καλυπτω. quod eſt cooperio.

C allicratidas abſqꝫ ulla aſpiratione & duplicato.l. atqꝫ.i. latino ſcribitur: nomen
eſt uiri proprium.

C allimachus prima cum.c.exili ſequente duplicato.l.&.i.latino atque.ch. aſpira
to in ultima ſcribitur:fuit nomen plurium:ſed præcipuus fuit teſte Solino po
eta cyrenẽſis.Alter fuit hiſtoricus ægyptius de quo uidebimus in dictiõe Oſiris

C alliope cum.c.exili & duplicato.l.atqꝫ.i.latino ſcribitur:fuit una nouem muſa
rum:& aliis excellentior:ut dixit Heſiodus.Cuius cauſam ac illius interpretati
onem uidebimus in dictiõe muſæ.Et dicitur nonnunq̃ Calliopea: ut Ouidius

libro faſtorum quinto. Prima ſui cepit colliopea chori. cuius ratio ē quia apud
illos καλλιόπη cum. η. i fine. καλλιόπεια cum ei. diphthon. in penultia hoc
eſt ſubſequente. a. ſcribitur: quam diph. ſemper ut ſupra uidimus in. e. uel in. i.
productas tranſferimus.

C allistratus abſq; aliqua aſpiratione & duplici. l. atq;. i. latino ſcribitur: nomē fuit
uiri proprium.

C allisthenes cum. c. exili & duplicato. l. atq;. i. latino &. th. aſpirato ſcribitur : fuit
Ariſto. diſcipulus & neceſſitudine quadam ex materna ſtirpe coniunctus excel
lentiſſima diſciplina iuuenis. hic ad Alexan. magnum ab Ariſto. miſſus: cum ī
aſiam illum ſequeretur quaſi Hermolai coniurationis auctor ab Alexandro in-
terfectus eſt. Atqui conſtat falſo obiectum illi coniurationis crimen. de quo la-
te habetur in Iuſtino libro decimoquinto ſui epitomatis.

C alliſphyrus cum. c. exili & duplici. l. ſequente. i. latino & cum. y. græco in penul
tima ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia pater Alcini.

C allippidæ cum duplicato. l. atq; duplicato. p. &. i. latio utrobiq; ſcribitur: popu-
li ſunt ſcythiæ hypannum fluuium incolentes: ut teſtatur Hero.

C alliroe cum. c. exili & duplicato. l. atq;. i. latino ſcribitur: fuit achiloi filia & uxor
Alcmai filii Amphiarei ex Eriphyle coniuge: qui ſane Alcmaus in uindictā pa-
tris matrem occidit ut uidebimus in dictione Eriphyle. Quo ſcelere uti Oreſtes
furore correptus ab Amphilocho fratre in ultionem matris obtruncatus ē. Sed
Calliroe Alcmai uxor Iouem toto corde peccata eſt. ut filios ſuos impuberes : q̄
primum creſcere ſineret: & infantibus adderet annos: ne nec eſt ſinant ſui geni
toris inultam. Iuppiter his annuit. Nam cum primum iuuenes effecti ſūt: Am-
philochum patruum interfecere. de quo Oui. in octauo metamor. ptractauit.

C aloenum cum. c. exili & unico. l. atq;. œ. diphthongo ſcribitur: urbs fuit campa-
niæ. xiiii. milium paſſuum diſtans a capua: in cuius agro uinum optimum na
ſcitur: a quo ciuitas ipſa nomen aſſumpſit. Nam componitur ex καλος: quod
eſt bonum: & οἶνον uinum. unde ait Iuuenalis in prima ſatyra: Occurrit ma-
trona potens quæ molle caloenum. i. dulce uinum: porrectura uiro miſcet ſiti-
ente rubetam. De qua matrona ſi quis plene edoceri cupit: legat Liuium in. viii
ab urbe: & uidebit quemadmodum Inſtituitq; rudes melior locuſta propīquas
per famam & populum nigros efferre maritos. i. mortuos. uel ut alii dicunt ni-
gros ideſt malos: quos ipſæ interficiebant : ſicut per oppoſitum candidus dicit̄
pulcher: & mitis. Virgilius in daphni: Candidus inſuetum miratur limen olym
pi. ſ. Daphnis: quem pulchrum bonum: & mitem eſſe demonſtrat. Idem in co-
rydone Tibi candida nais. i. pulchra. Rubetam uero dixit Plinius libro octauo
naturalis hiſtoriæ ranam eſſe: quæ ī terra & in humore uiuit: & plurimis refer-
re medicaminibus. Et ſubdit illam deponere aſſidue ac reſumere paſtu uenena
ut ſibi tantum reſeruet.

C halcis primaicum. ch. aſpirato & ultima cum. c. exili atq;. i. latino ſcribitur: eſt
metropolitana in euboia inſula: ut atteſtatur Liuius libro octauo de ſecūdo bel
lo punico. Et eſt iuxta euripum: ut dixit Ptolemæus in geographia: unde chal
cidius dicitur.

C halcidius prima cum. ch. aſpirato ſequens cum. c. exili &. i. latino utrobiq; ſcri
bitur. nomen eſt gentile : & philo. proprium: qui innumerabiles libros ſcripſit.
Atq; eodem modo ſcribitur chalcius.

C halcedonia prima cum. ch. aſpirato: ſecunda cum. c. exili: & penultima cum. i. la
tino ſcribitur : urbs fuit in aſia iuxta boſphorum thracium ex oppoſito ad by-
zantium.

C halazias cum. ch. aſpirato & unico. l. atq;. z conſonante ſequente. i. latino ſcribit̄
lapis eſt teſte Plinio libro ultimo naturalis hiſtoriæ: grano gradinis ſimilis. di-
ctus a χαλάζω uerbo quod eſt grandino.

C haldæa prima cum. ch. aſpirato: & penultima cum. æ. diphthongo ſcribitur: re-
gio eſt aſiæ arabiæ contermina longe plana: & fontium indiga in qua babylon
ciuitas magna fuit.

C haleſtra cū. ch. aſpirato & unico. l. atq;. t. exili ſcribitur: urbs fuit litteroralis theſ-
ſaliæ iuxta quam axius fluuius in mare ægæum deſcendit: ut dixit Herodotus
libro hiſtoriarum ſeptimo.

C halybs cum. ch. aſpirato & unico. l. ſequente. y. græco ante. bs: ſcribitur : fluuius
eſt hiſpaniæ: iuxta quem populi inhabitant dicti chalybes: ut dixit Iuſtinus li-
bro. xliiii. apud quos ſunt mineræ ferri optimi: quas nudi illi laborantes effodi-
unt. quod Virgilius libro georgicorum primo tetigiſſe uidetur cum ait.
India mittit ebur: molles ſua rura ſabæi.
At chalybes nudi ferrum. ſimiliter & alii eodem nomine cognominati ſunt po-
puli iuxta paphlagoniam in ponto: & amozonibus contermini: ut oſtendit Or-
pheus in argonautica. Et capitur plærunq; chalybs pro ipſa ferri maſſa: ut Oui
dius libro faſtorum quarto.
Aes erat in precio calybis iam maſſa placebat.
Heu heu perpetuo debuit illa tegi. Nonnunq̄ uero & pro inſtrumento capitur
ex chalybe confecto: ut Virgilius. Vulnificuſq; chalybs. Et Lucanus libro ſexto
Primum chalybem: frænoſq; momordit.

C ambyſes cum. y. græco ſcribitur: fuit ex perſia: quem teſte Iuſtino libro primo:
Neq; paterna neq; materna claritas potuit magnu; facere. Cui Aſtyages rex me
dorum non ſine diuino myſterio filiam Mandanem matrimonio copulauit. ex
quibus natus eſt Cyrus: qui rex perſarum effectus Cambyſem filium hæredem
in regno habuit.

C amæleos prima cum: c. exili ſecunda cum. æ. diphthongo & penultima cum uni
co. l. &. e. abſq; diphthongo ſcribitur: eſt quadrupes a camælea herba: cui aſſimi
lari dicitur cognominatus. Quod Plinius libro. viii. naturalis hiſtoriæ deſcribēs
& Solinus ſimiliter dicunt eſſe facie quaſi lacertæ: habens crura recta & longa:
caudam in uertigine tortā. Armatos ungues inceſſus tardos uelut teſtudinis:
corpus aſperum cum ſquamoſa cute: color eſt uarius: & in momento mutabilis
adeo quod cuicunq; rei hæſerit colorem tribuat : preter rubrum & candidum.
de quo Ouidius libro metamorphoſeos. xi. Id quoq; quod uentis animal nutri-
tur: & aura prutinus aſſimilat tetigit quoſcunq; colores.

C hamæciſſos prima cum. ch. aſpirato ſequens cum. æ. diphthongo: penultima ue
ro cum. c. exili &. y. græco conſequente duplicato. ſ. ſcribitur: genus eſt hederæ
teſte Plinio libro. xvi. naturalis hiſtoriæ quæ nunq̄ niſi humi repit. Nam dictio
eſt compoſita ex χάμαι: quod eſt infinitum: uel humum: & κισσος hedæra.

C amelus cum. c. ſimplici &. e. ſine diphthongo atq; unico. l. ſcribitur: eſt animal
quadrupes turpe aſpectu: habens caudam aſininam: pedes carnoſos & molles:
atq; in geminas partes fiſſos: licet poſteriores ſint parum ſciſſi. caretq; dentibus

in ſuperiori mandibula ut deſcripſit Ariſto. libro de animalibus. u. Et ut refert Solinus bactriani camelos fortiſſimos mittunt: licet arabia plures gignat. Sed hoc ut ait differunt: ꝙ arabici bina tubera in dorſo habent. Singula bactriani. Verum binis tuberibus camelum: cum a longis temporibus italia non uidiſſet anno ab dominica incarnatiõe milleſimoquadringenteſimoquadrageſimoquarto menſe octobris uidit qui a Iuliano cæſarino cardinali ſancti Angeli uiro in toto orbe clariſſimo ad Eugenium quartum pontificem maximum ex turcorũ ſpoliis miſſus in domum meam hic bononiæ declinauit: ubi ab ipſo cardinali pro theologiæ ſtudiis relictus fueram. Et ut deinde noui eum põtifex dono dedit Lodouico patauino cardinali Aquileienſi: & ipſius pontificis quæſtori ſiue ut iam dicimus camerario. Cui etiam ob ſingulare ingenium ſummam pontificatus crediſſe fertur. Sane a cameleo camelaſia deducitur. de quo Martian⁹ iuriſconſultus de muneribus & honoribus camelaſia inquit perſonale munus eſt. Nam ratione habita & alimentorum & calemorum certa pecunia camelariis dari debet: ut ſolo corporis miniſterio obligentur.

C amera cum. c. exili & unico. m. ſcribitur: dicitur a noſtris teſtudo ſeu fornix. Et inde camurus curuatus. Virgilius libro georgicorum tertio. Camuris hirtæ ſub cornibus aures.

C amilla cum. c. exili &. i. latino atq; duplici. l. ſcribitur: fuit filia Metabi regis priuerni ciuitatis uolſcorum: dicente Virgilio libro æneidos ſeptimo Volſca. de gẽte camilla. fuitq; tantæ probitatis: ut in laudes eius Virgi. longa deſcriptione ſeptimum æneidos librum terminauerit. Verum cuȝ teſte Statio Tulliano de uocabulis rerum libro primo Tuſci uocabulo Camili præminiſtrum deorũ ſignificent: unde Mercurium Camillum dicunt: factum eſt teſte Macrobio: ut Virgilius Metabum induxiſſet: apellaſſe filiam Camillam: quaſi Dianæ præminiſtrã. Idem Pacuuius cum de Medea loqueretur: Cælituȝ inquit camilla expectata uenis ſalue hoſpita. Idem Seruius ſup. ix. æneidos late dixit: ubi rettulit Virgilium poetice dixiſſe camillam uolſcam a matre fuiſſe nominatam. Romani etiam teſte eodem Macrobio pueros puellaſq; nobiles & inueſtes Camillos & Camillas appellant:

C aminus cum. c. exili &. i. latino ſcribitur: græcum eſt: & latine dicitur fornax. Virgilius libro æneidos tertio. Ruptis flammam expirare caminis: & Horatius: Oleum adde camino. Apud nõnullos uero eſt ſtructura: quæ fumum excipit: & cum apud græcos ſit generis fœminini: apud noſtros mutauit genus: & eſt maſculini.

C amiros cum. c. exili &. i. latino ſcribitur: urbs fuit in regione dorica. ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum primo. Alia fuit in rhodo: ut dixit Homerus libro iliados ſecundo.

C auchaſmos prima cum. c. exili: & ſequens cum. ch. aſpirato ſcribitur: dicitur riſus ſolutus: & καγχαζουαι: quod eſt diffuſe rideo deriuatur. unde cachinnus ut in ea dictione uidimus.

C andaules cum. c. exili &. au. diphthongo ante unicum. l. ſcribitur: fuit Myrſi filius: & ſardium tyrannus: quem teſte Herodoto græco Myrſilium uocant.

C aniſtrum abſq; aliqua aſpiratione & cum. i. latino ſcribitur: apud græcos uero loco. i. ponitur a: & dicitur canaſtrum quod nos in. i. conuertimus.

C antharus cum. c. exili &. th. aſpirato ſcribitur: uas erat aptũ ad Bacchi ſacra qđ habuiſſe ãſam oſtendit Virgilius in Sileno cum ait: Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. Sunt etiam canthari teſte Vlpiano de legatis primo per quos aquæ ſaliunt.

C antharida cũ. c. exili &. th. aſpirato ſcribitur: græce tamen dicitur cantharis: genus eſt uermis terrei: qui ut quidam ferũt humano corpore ſtatim ut fuerit applicitus ſui aduſtione uiſicas efficit plenas humore.

C anobus cum. c. exili & unico. n. atq;. b. conſonante ſcribitur: fuit gubernator nauis Menelai quo tempore Menelaus ipſe ad ægyptum perrexit: ubi ille mortuus & in quadam nili inſula ſepultus: loco nomen dedit. in qua eiuſdem nominis Alexander urbem condidit: ſed ut ait Seruius ſuper ũdecimũ æneidos: canobus cum. b. ſcribebatur. nunc mutata littera cãnopus cum. p. ſcribitur: quod prius nouerat Quintilianus in primo inſtitutionum a Cicerone dictum canopicarũ exercitum cum. p. & non cum. b. ſcriptum.

C anopus cum. c. exili &. p. conſonante ſcribitur: eſt nili inſula ut in præcedente dictione uidimus: & ciuitas in eadem inſula: quam teſte Seruio ſuper. iiii. georgicorum. Alexander inſtar ciuitatis ſuæ macedonicæ quæ pella dicebatur cõdidit. Vnde eodem libro dixit Virgilius. Nam qua pellæi gens fortunata canopi accolit effuſo ſtagnantem flumine nilum. Et Iuuenalis in prima ſatyra: Cũ ps niliacæ plæbis cum uerna canopi Criſpi.

C anon cũ. c. exili ſcribitur: dicitur a noſtris regula. & inde canonicus. i. regularis.

C haonia cum. ch. aſpirato &. i. latino ſcribitur: proprie pars eſt alpeſtris epiri: quãdoq; uero & pro tota epiro ſumitur: ut in ea dictione uidebimus.

C haos cum. ch. aſpirato ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia confuſa quædã ab initio unitas: quam principium eſſe dixit productionis omnium rerum. unde Ouidius. Vnus erat toto naturæ uulnus in orbe: Quẽ dixere chaos. Ex quo inchoare deductum putauit Feſtus.

C apaneus cum. c. exili &. eu. diphthongo in fine ſcribitur: fuit Statio teſte libro tertio thebaidos unus ex ſeptem regibus: qui thebas obſederunt ſuperbus quoq; & deorum contemptor: qui non contentus uiciſſe homĩes mediis capaneus auditur in aſtris: de quo Vegetius libro quarto de re militari dixit. Qui ſcalis in obſidione urbium utuntur. frequenter periculum ſuſtinent exemplo Capanei. a quo primũ ſcalarũ oppugnatio ꝓhibet̃ inuẽta q tanta mole lapidũ fuit obrutus a thebanis: ꝙ fulminibus dicatur extinctus. inde ait Oui. lib. de triſtibus. Cum cecidit capaneus ſubito temerarius ictu.

C aphareus cum. c. exili &. ph. aſpirato atq;. eu. diphthongo in fine ſcribitur: mons eſt altiſſimus euboiæ inſulæ ad helleſpontum proſpectans. dicẽte Seneca ĩ Herculc œtheo. Euboica tellus uertice immenſo tumens. Pulſatur omni parte phryxeum mare Scindit caphareus. Et ſubdit paulo poſt. Hic rupe celſa nulla quam nubes ferit Annoſa fulgent templa cenei iouis. Ad cuius radices uel ira Mineruæ ut poetæ fingunt uel fraude Naupli regnantis in euboia & cupiẽtes ulciſci mortem Palamedis filii. argiuorum claſſis poſt troianum excidium duris caſibus agitata fuit. Nam nocte laborantibus tempeſtate græcis: facem ſuper caphareo monte ſuccendit: qua illi portum proximum exiſtimantes in aſperrimos ſcopulos delati naufragium multi dedere. dicente Seneca in Medea. Igne fallaci nocturnus angis Nauplus: & reliqua. unde Virgilius libro æneidos. xi. ait. Scit triſte Mineruæ ſidus & euboicæ cautes ultorq; caphareus quaſi Nauplũ nomine

montis cognominet.ſimiliter Ouidi.libro.ii.de pōto. Non tibi caſandius pater
eſt duruſue caphareus.

C appadocia cum.c.exili utrobiq; & duplicato.p.atq;.i.latino ſcribitur:regio ē cō
termina maiori armeniæ:quam ab ea euphrates diſiungit: ut teſtis eſt Solinus.
Et ab eiuſdem nominis fluuio cognominata eſt:ut teſtatur Pli.libro ſexto natu
turalis hiſtoriæ.Ego enim in Ptolemæi geographia proſpexi minorem illam eſ-
ſe armeniam.Et in Appiano clariſſimo hiſtorico græco legi eam partem eſſe mi
noris armeniæ.

C apys cum.c.exili &.y.græco ſcribitur : & in genitiuo huius capyis declinatur :
fuit troiani nomen.de quo ſæpe Virgi.meminit. At capis cum.i.latino lingua
tuſca teſte Seruio in.x.æneidos ſalconem indicabat.

C apua cum.c.exili & unico.p.ſcribitur:urbs eſt cāpaniæ a Capye troiano cogno
minata conuerſione.y.græci in.u.noſtrum:& additione.a.litteræ in fine:dicē-
te Virgilio libro decimo æneidos. Et capys hinc nomen campanæ dicitur urbi
Quare colonos dardanos illam habere dixit Lucanus in ſecundo cum ait: Inte
rea trepido diſcedens agmine magnus:Mœnia dardanii tenuit capuana colonii
Liuius uere libro quarto ab urbe uult eam a locis campeſtribus dictam in qui-
bus ſita eſt.& in eodem libro ait uulturnum hetruſcorum urbem:quæ nūc ca-
pua eſt cæpere ſamnites.unde teſte Seruio conſtat eam a tuſcis conditam uiſo
falconis augurio:qui tuſca lingua capis dicitur:& ſubdit:Tuſcos autē omnem
pene italiam ſubiugaſſe manifeſtum eſt.

C arambi cum.c.exili &.i.latino in fine ſcribitur:mons eſt paphlagoniæ in aſia: q
teſte Plinio libro quarto naturalis hiſtoriæ per medium euxinnum percurrit :
centum ſeptuaginta milium paſſuū interuallo:quæ maxme ratio ſcythici arus
forma efficit.

C haracter prima cum.ch.aſpirato:& ultima cuȝ.ct.exilibus ſcribitur: dici poteſt
a nobis notamen uel lineamentum aut littera.Vnde litteræ characteres ſepiſſi-
me cognominantur.

C haracteriſmos prima cum.ch.aſpirato aliæ ſine aſpiratione & cum.i.latino ſcri-
bitur dici poteſt latine deſignatio: ut Iuuenalis in ſatyra Criſpini. Et caluo ſer-
uiret roma Neroni.i.Domitiano.Naȝ per caluiciem & mores ſimiles Neroni Do
mitianus ipſe deſcribitur ut uidebimus in dictione prologus.

C harandæi prima cum.ch.aſpirato & penultima cum.æ.dipht.ſcribitur:populi
ſunt iuxta pontum:ut dixit Orpheus in argonautica.

C haraxes cū.ch.aſpirato &.x.cōſonāte in penultima ſcribitur:fuit Herodoto lib.
hiſto.ii.mitylenæus patria:& frater ſapphus:qui captus amore rhodopis fœmi
næ ex thracia mire pulchritudinis:& meretricis famoſæ:maxima pecunia illam
redemit:quæ cū Aeſopo captiua fuerat : ut late idem auctor enarrauit. Quare
de illo dicebat Sappho ſoror in epiſtola ad Phaonem.Arſit inops,frater euictus
meretricis amore:Multaq; cum multo dāna pudore tulit.& ſubdit.Gaudet & e
noſtro ſurgit mærore charaxes frater & ante oculos itq; reditq; meos.

C ardamum cum.c.exili ſcribitur:herba eſt ſuauis odoris:quæ a nōnullis græcis
ſcardamus uocitatur.

C ardamyla cum.c.exili &.y.græco.atq; unico.l.ſcribitur: fuit urbs in agro pro-
pinqua pylo:& ſub dominio Agamemnonis : ut teſtatur Homerus libro nono
iliados.Hanc non multum a Lacedæmonia diſtare oſtendit Ptolemæus in geo
graphia.

C areſius cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero circa initium libri.xii
iliados troianus fluuius.

C aria cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:regio eſt in minori aſia inter lyciam & ioni
am a cara rege cognominata qui auguria ex auibus primus comperit. ut dixit
Plinius libro.vii.naturalis hiſtoriæ.Vnde populi cares dicuntur.

C harybdis patria cum.ch.aſpirato:penultima cum.y.græco ante.b.ultima cum
i.latino ſcribitur:locus eſt periculoſus ualde inter calabryam & ſiciliam.Nam a
ſeptentrione in aſtrum:& econtrario fit fluctuum concurſus: & intercæptoruȝ
quorūcunq; colliſio atq; abſorbitio . Nanq; teſte Ouidio libro.ii. de remediis ut
uomit epotas ſæua charybdis aquas.Et Seneca in Thyeſte. Quod rapax hauſit
reuomit charybdis.Similia Virgilius lib.tertio æneidos prius dixerat.Et ut græ
ci quidam ferunt.fuit Charybdis uetula uorociſſima.quæ quia boues Herculis
furata fuerat.ab illo in id mare proiecta loco nomen dedit:quæ ſane nunc etiā
antiquas exercet rapinas.Et deberet declinari huius charybdidis:quod nos mi-
nime ſeruamus.ſed in genitiuo huius charybdis:ut in nominatiuo declinamus
ne alterna.d.in utraq; ſyllaba continua ut dixit Priſcianus in quarto male ſo-
net:quod etiam græci euitare ſolent.Nam dicunt χαρύβδεως:& non χαρυβ
διδος ut exigeret regula.

C aryca cū.c.exili utrobiq; &.y.græco ſcribitur:genus eſt ficuum teſte Iulio Pol-
luce a loco ſic dictarum.Apud nos uero cōmuniter pro ſicca ficu accipitur. At
carex caricis genus eſt fruticis abuti.Virgilius in libro georgicoꝝ.iii. frōdibus
hirſutis & carice paſtus acuta.

C arcinitus abſq; aliqua aſpiratiōe & cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit teſte He-
rodoto libro hiſtoriarum quarto urbs egregia ſcythiæ.

C arcinos cum.c.exili utrobiq; &.i.latino ſcribitur apud nos dicitur cancer : quo
tamen uocabulo Lucanus utitur in nono cum ait.Par geminis chiron:& idem
quod carcinos ardens ubi penultima corripitur.

C ardiacus cū.c.exili utrobiq; &.i.latino ſcribitur dicitur ille q moleſtiam patitur
cordis.Nam a καρδία deducitur quod apud noſtros cor dicitur. Ideo ait Iuue
nalis.Cardiaco nunq̄ cyatum miſſurus amico.Et a cardia dictum cardinem q
dam putant ſuper quo ualuæ hoſtii deuuolnuntur.

C aryſtos abſq; aliqua aſpiratione & cum.y.græco ſcribitur:Inſula eſt una ex cy-
cladibus in euboico mari ſita:imo ut quidā ferunt cum euboia coniuncta quā
uarii marmoris feracem dicunt:ut Seneca in troade.An ferax uarii lapidis cary
ſtos.& Lucanus in quinto loquens de euboia iſula inquit.Qua maris anguſtat
faces ſaxoſa caryſtos.In hac teſte Solino titani regnauerunt.Et inde caryſteus:
ut Ouidius libro faſtorum.iiii.Quaq; caryſteis frangitur unda uadis:& ut qui
dam ferunt eſt etiam urbs in euboia.

C haritas ſi pro amore & dilectiōe ſumitur ſemp prima cū.ch.aſpirato ſ̄m rectam charitas.
ortographiam ſcribi uidet:penultima uero cū.i.latino & ultima cuȝ.t. ſimplici
ſcribitur.Nam a χάρισ quod eſt gratia & amor prorſus deſcendit.Vnde chari-
tas amoris ē ſpecies:& cū amor ad pia ſpectet:charitas ad homines ſolū:& qdem
p dignitate & qualitate pſonarū.Nā maxima charitas debet parentibus:pxima
filiis & deinceps reliquis.At uero caritas abſq; aſpiratiōe latinū ē:& a careo uer- s. Caritas.
bo deſcendit:ſignificatq; inopiā:ut Liuius libro.ii.ab urbe.Obſidio inqt erat ni-

hilominus:& frumenti cum ſūma caritate. & libro. ii. ait Caritas primum erat annonæ ex in cultis p ſeceſſionem plebis agris: unde & carus in ea ſignificatione abſq; aſpiratione ſcribitur. Quod & ſi gratum & amore deuinctum iudicet. cum aſpiratione rationabiliter ſcribendum puto. Nec ſum ignarus prædictorū quodq; ab antiquis noſtris abſq; aliqua aſpiratione ſcribi conſueuiſſe: ut in ſcriptionibus marmoreis quotidie aſpicimus. Sed (ut puto) magis ex dictionum ſimilitudine: q̃ ex aliqua ratione factum fuit. Cum unum a reliquo prorſus deduci non poſſit: immo & in contraria penitus ſignificatione eſſe uidentur. Nam caritas pro inopia priuationem & indigentiam indicat, pro amore uero cum ponitur habitum & adeptionem qualitatis compræhendit. quare rationabilius ea (ut diximus) differenter ſcribi poſſe putamus: ne unum pro reliquo accipi uelit. Vnde & ſi a nonnullis dictionibus quæ apud græcos aſpirantur. nos aſpirationem ſubtrahimus: ut ab Aemilio quod apud illos aſpiratur: nos aſpirationem abiecimus: & ſine aſpiratione in antiquis mormoribus ſemper ſcriptum aſpicimus: hoc tamen nullam confuſionem inducere potuit: cum tam aſpiratum: q̃ non aſpiratum: pro eodem ab omnibus comprænhendi neceſſe ſit. At ea (quæ diximus) diſconuenientiſſimam ſignificationem habere uidentur: & (niſi differentia aliqua efferantur) confuſionem ſignificati magis (q̃ ſignificatum) exprimūt. Vnde & ſimiliter nos cærete (ut in ea dictione uidebimus) ſine aſpiratione ſcribimus: qa ſic quoq; ciuitatis nomen eſſe romani putauerunt. & ut deinde ab aſpirata dictione differret: quæ ſalutationem indicat: priorem ſcripturam ſeruauerunt. ex quo ſane non confuſio: ſed neceſſaria quodāmodo diſtinctio inter ciuitatem. & ſalutationem exprimitur & conſeruatur.

C harites cum. ch. aſpirato &. i. latino atq;. t. ſimplici abſq; dubitatione a nobis etiā ſcribitur: & dici poſſunt gratiæ. Quas Orpheus in hymnis & Pindarus in odis tres eſſe dixerunt. Aglæam: Thaliā & Euphroſynā. unde ait Orpheus: ἀγλαΐη τε θαλεια καὶ εὐφροσύνη πολύολβε quas Iouis filias ex Eunomia ille idem eſſe dixit. Pindarus uero matrem ſubticens ſolum dixit: θεῶν κρατίς οὐ παῖδες: hoc eſt maximi dei filias. eas inſuper dixit in cælo iuxta Apollinis thronū degere patrēq; totius olympi. i. Iouem perpetuo collaudare. Et ſubdunt poetæ alii illas ſe in Acidalio fonte lauare qui eſt in orchomeno boetiæ ciuitate A quo nudas quia ſine fuco eſſe debent: & ſimul cōnexas incedere uolunt: quia inſolubiles eſſe gratias decet. Sed unam auerſam incedere. Aliæ duæ nos reſpicere dicuntur: quia profecta a nobis gratia duplex reuerti ſolet. Vnde ferunt alii illam duabus aureum porrigere pomum & illas recta facie beneficam conſpicientes munera reddere duplicata: dicente Virgilio libro æneidos primo. Nec metus officio: nec te certaſſe priorem Pœniteat. Et inſuper addunt illas hominibus largiri decorem. Quod Atimetus in clariſſimo epitaphio ſuæ coniugis Homonoeæ tetigit cum ait: Cui formam paphiæ charites tribuere decorem. Nanq; illas pediſſecas Veneris eſſe uolunt quaſi Venus & pulchritudo gratiam porrigant: Quod Virgilius tetigiſſe uidetur cum ait libro æneidos quinto: Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus. Nanq; illas dixit Homerus libro iliados quinto elaboraſſe Veneri ambroſium peplum.

C harientiſmos cum. ch. aſpirato &. i. latino utrobiq; atq;. t. exili ſcribitur: dici poteſt a noſtris gratificatio. Nam a χαρίεν quod eſt gratioſum deriuatur. Et ē figura cum dura dictu gratius ſiue mitius proferuntur.

C hariophilon cum. ch. &. ph. aſpiratis &. i. latino atq; unico. l. ſcribitur: & īterpretatur χαρίεν: id eſt gratioſum & φίλον amicum. Naſcitur teſte Plinio libro. xii naturalis hiſtoriæ in india grandius & fragilius granis piperis: cuius arbor fert in ſpinis piperis ſimilitudinem foliis paruis denſiſq; ramis trium cubitorum cortice pallido: radice lata lignoſaq;.

C arithos cum. c. exili &. i. latino atque. th. aſpirato ſcribitur: inſula eſt una ex cycladibus:

C harilaus cum. th. aſpirato &. i. latino atq; unico. l. ſcribitur: fuit frater Meandri: ut in ea dictione uidebimus.

C arneades cum. c. exili ſcribitur: fuit philoſophus cyrenæus Epiconii ut quidam ferunt: ſiue Alexandri teſte Philoconio filius ſtoicorum & Chryſippi diſcipulus modice reluctabatur & uerecunde: ita ut ſæpe diceret. Niſi Chryſippus eſſet ego non eſſem. Aethicæ ſe magis deuouit q̃ phyſicæ. Quo circa cæſariem & ungues nutriebat præcipua intentione ſtudiorum: ad eum quoq; audiendum oratores pergebant. mortuus eſt finitis annis octogintaquinq;.

C armenta abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: & non eſt gæcum: ut quidam male putant: ſed latinum. Nam teſte Plutarcho in uita Romuli: Nonnulli arcadis Euandri matrem fuiſſe arbitrantur rerum futurarum admonitricem: quæ Phœbo dedicata carminibus oracula ſignificabat. unde dicta eſt Carmenta. Nam Nicoſtratæ ei græce nomen fuit. Quidam uero Carmentæ nomen alio pacto īterpretatur: quod quaſi careat mente Carmenta dicta fuerit ut ſolebat his euenire quæ Apollinis numine debacchabantur. Vnde carpentum quidam dictum uolunt. ut in ea dictione uidebimus.

C haropes cum. ch. aſpirato ſcribitur: fuit troianus Hippaſi filius qui teſte Homero libro undecimo iliados: ab Vlyxe in bello interemptus fuit. habetque accentum in prima.

C haropus cum. ch. aſpirato ſcribitur: nomen fuit græci euntis ad troiam: & alterius epirotarum principis: qui Quinto Flamineo romano cōſuli uictoriam præbuiſſe dicitur de Philippo.

C haron cum. ch. aſpirato ſcribitur: hunc poetæ dicunt obſeruare tria inferni flumina ſeu paludes hoc eſt acherontem ſtygem & cocytum: quin & defunctorum animas ad aliam ripam uehere: quem ſqualloris eſſe terribilem fingunt oculos habere igneos: amictum ſordidum: magnam caniciem: remo & uelis ad animas tranſportandas uti.

C arpathus cum. c. exili &. th. aſpirato ſcribitur: inſula eſt teſte Pomponio libro. ii. inter ægyptum & rhodum poſita: regnum uatis Protei: quæ teſte Plinio libro naturalis hiſtoriæ. iiii. &. v. mari charpathio nomen dedit.

C arpophorus prima cum. c. exilili penultima cum. ph. aſpirato ſcribitur: dici pōt latine fructifer. Nam componitur ex καρπὸσ quod eſt fructus & φορῶ porto Ponitur etiam a Iuuenale nomen uiri proprium in ſatyra Credo pudicitiam: Quanquam & carpophoro.

C arpis cum. c. exili &. i. latino ſcribitur: fluuius eſt ſcytharum. ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum quarto.

C arta cum. c. &. t. exilibus: nomen eſt uiri qui ex Darii ducibus unus fuit: qui & illius filiam Artozoſtratam duxit uxorem: ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum quarto. At cum. ch. aſpirato aliud ſignificat: ut uidebimus.

C artha cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur:urbs fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſeptimo inter tyron & biriton.unde teſte Seruio Dido carthaginenſis dicta fuit.

C arthogo cum.c.exili &.th.aſpirato poſſe ſcribi uidetur. tum quia teſte Seruio a cartha oppido nomen aſſumpſit. tum quia apud græcos καρχηδων: cum c.exili in prima &.ch.aſpirato in penultima ſcribitur: ita ut illud.ch.in.th.noſtrum conuerſum fuerit. Vnde teſte Liuio uocabulum punicũ eſt:quod apud nos nouam ciuitatem deſignat. Cicero uero de natura deorum libro ſecundo: poſtq̃ tres Hercules declarauit. Quartus inquit fuit Iouis filius & Aſteries ſororis Latonæ qui Carthaginem filiam genuit. a qua byrſa quam Dido cundidit carthago dicta eſt. Sed undecũq; carthaginis nomen originem habuerit urbs tamen fuit celeberrima in aphrica conſtructa primum a Didone beli regis tyriorum filia annis ſeptuaginta tribus anteq̃ roma ipſa conſtrueretur ut dixit Iuſtinus libro.xviii.quæ prius a bouis corio byrſa dicta fuit: ut in ea dictione uidimus. hæc eadem teſte Plinio libro.xv.naturalis hiſtoriæ centum uiginti annis romanis æmula fuit.

C harta cum.ch.aſpirato &.t.exili ſcribitur: ponitur apud græcos pro eo quod nos librum dicimus. Quod Ouidius obſeruaſſe uidetur libro tertio de triſtibus cũ ait. Nullus in hac charta uerſus amare docet:ſed cõmuniter pro omni folio ſuper quo ſcribitur accipi conſueuit: ut pro papyro membrana ſeu pergameno. Alii uero chartam pro ſolo papyro accipiunt: & a membrana diſtinguunt: ut eos liberos non in membranis ſed in chartis tranſcriptos regi tradidit. Verum ut rettulit Plinius libro.xiii.naturalis hiſtoriæ chartam Alexãdri magni uictoria repertam auctor eſt Marcus Varro condita in ægypto alexandria antea nõ fuiſſe chartarum uſum: palmarum foliis primo ſcriptitarum. deinde quarundam arborum libris. Poſtea publica monumenta plumbeis uoluminibus. Mox & priuata linteis confici coepta aut ſcædis. Et ſubdit: Pugilarium enim uſum fuiſſe etiam ante troiana tempora inuenimus apud Homerum. Et poſt longum progreſſum contra Varronis ſententiam manifeſtiſſima de chartis inducit exempla:quæ longe anteq̃ dixerit Varro fuiſſe comperta demonſtrant: ut libri Numæ in arca comperti:quæ repta fuerat in agro.M. Terentii ſcribæ: quin & libri Sibyllæ.quos illa ad Tarquinium Superbum detulit: & duos combuſſit: quorum tertius uſq; ad Syllæ tempra perdurauit. Præterea Mucianus ter conſul prodidit nuper ſe legiſſe cum præſideret. Lyciæ Sarpedonis a troia ſcriptam in quodam templo epiſtole chartam:quod eo magis miror inquit Plinius:ſi etiam tunc Homero condente ægyptia non erat papyrus:hæc ex Plinio Ex aliis comperi membranas infici conſueuiſſe diuerſis coloribus:ut purpureo uiridi quod græci euchariſteum uocant: lutheo quo unica tantum ĩ parte crocari ſolebat:ut etiam Perſius tetigit cum ait: Iam liber:& poſitis bicolor membrana capillis. Et Iuuenalis. Croceæ membrana tabellæ. Sane charta cuꝫ apud nos generis ſit fœminini:apud græcos uero eſt generis maſculini:ut ὁ χάρτης: ſicut & apud illos dicitur ὁ κοχλίας:apud noſtros dicitur hæc colchlaa:& utrũq; apud nos abiicit s.

C arpentum abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:nec græcum eſt ut quidam putãt ſed latinum & genus uehiculi a Carmenta matre Euandri dictum: quo & illa & auſoniæ fœmininæ uehebantur:dicente Ouidio libro faſtorum primo:

Nam prius auſonias matres carpenta uehebant:
Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor.

C arræ cum.c.exili & duplici.r.ſcribitur.fuerunt teſte Thucydide libro tertio de bello peloponneſiaco populi inſulari piratica famoſi: uicti a Minoe. de quibus meminit Virgilius circa finem libri.viii.cum ait. Hinc lelegas carraſq;.

C aſia cum.c.exili & unico.ſ.atque.i.latino ſcribitur:frutex eſt qui teſte Plinio libro duodecimo naturalis hiſtoriæ iuxta cynnami campos naſcitur: ſed in montibus groſſiori ſarmento tenui cute uerius q̃ cortice:amplitudo fruticis trium cubitorum. Colus cum primum emicat candidus:pedali menſura.deinde rubeſcit addito ſemipede:ultra nigrans. Et infra ſubdit. Alia eſt balſamo de ſaba odore ſimili appellata: ſed amara:ideoque utilior medicis unguentis precia nullis diuerſoria.

C aſiterides abſq; aliqua aſpiratione & cum unico.ſ.atq;.i.latino ſcribitur: inſulæ ſunt complures:quas Plinius circa finem libri.iiii.dixit eſſe ex aduerſo celtiberiæ:ſic quoq; a græcis a fertilitate ſtamni dictas. Nam κασιτερος ab iſtis ſtamnum dicitur. Has ut idem refert aliqui fortunatas uocauere.

C aſpium mare cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:mare illud appellatur:quod inter caſpios montes a quibus nomen accæpit:& hircanos immẽſam occupat ſpaciũ Nec ullum prorſus detinet exitum:ſed ex maximis in eum confluentibus fluminibus confectum dicitur:ut uidebimus in dictione Oceanus.

C aſpii montes eodem modo ſcribuntur:& ſunt in aſia boreales a quibus mare caſpium cognominatum eſt:ſuntque maiori armeniæ contermini ubi portæ ſunt caſpii:hoc eſt uia quædam eoſdem interſecans montes. Quæ teſte Solino panduntur:itinere manu facto longo octo milibus paſſuum:cuius latitudo uix eſt plauſtro permeabilis. In quibus anguſtiis etiam illud aſperum rettulit Solinus: quod precioſorum laterum ſaxa liquentibus inter ſe ſalis uenis exudant humorem affluentiſſimum:qui conſtructus ui caloris uelut in æſtiuam glaciem cõparatur:nec niſi hyeme accæſſum præbet. Etiam loca deſerta ſunt præſidiis: & ſerpentibus conſerta.

C aſius cum.c.exili & unico.ſ.atque.i.latino ſcribitur:mons eſt in ſyria antiochiæ ſoleuciæ ſupereminens:cuius teſte Plinio libro quinto naturalis hiſtoriæ excelſa altitudo quarta uigilia orientem per tenebras Solem aſpicit:breui cirumactu temporis diem noctemque pariter oſtendit. Ambitus ad cacumen octo & deceꝫ milium paſſuum eſt. Altitudo per directum quattuor. Alter ab Herodoto libro hiſtoriarum ſecundo: ponitur ui finibus ægypti iuxta ſelbonidam paludem: quem Plinius ob propiquitatem dixit eſſe in arabia non longe a peluſio nili hoſtio::ubi delubrum Iouis Caſii:& tumulus magni Pompeii habẽtur:de illo Lucanus libro decimo.

Lucifer a caſia proſpexit rupe:diemq;
Miſit in ægyptum primo iam ſole calentem.

C aſſandane cum.c.exili & duplicato.ſ.ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo.filia Pharnaſpis & mater Cambyſæ generi Aſtyagis.

C aſſandra cum.c.exili & duplicato.ſ.ſcribitur.fuit Priami regis filia: quam poſt euerſam troiam ab Agamemnone mycenas ductam κτεῖνε κλυταιμνήστρη δολόμητις: hoc eſt doloſa Clytæmneſtra interemit:ut dixit Homerus in odyſſea.

C aſſiopeia abſq; aſpiratione principii & duplici.ſ.ſcribitur:fuit Cephei regis æti
opum uxor: quæ cum nereidibus de pulchritudine decertauit : ut late poſuit
Sophocles in tragœdia:cuius titulus eſt ἀνδρομέδη

C aſtanea abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: græcum uocabulum eſt: ſed caſtanū
ab illis neutro genere dicitur: quod lopinium ab aliquibus traductum cōperi.

C aſtalius abſq; aſpiratione aliqua & unico.l.atq;.i.latino ſcribitur:fons eſt in ra-
dicibus montis parnaſi:muſis ſacer.Et a uirgine caſtalia nomen aſſumpſit:cui
cum per montem uaganti Apollo uim inferre pararet: ipſaq; fugiens a monte
caderet.in ſui nominis fontem cōuerſa fuit.

C aſtiamira abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino utrobiq; ſcribitur:apud græcos ue
ro in penultima eſt ei diphthongus quam nos in.i. noſtrum commutauimus
fuit teſte Homero libro octauo iliados uxor Priami quam ex æſymo urbe thra-
ciæ duxit ad troiam deabus ipſis forme uenuſtate comparanda.

C aſtor cum.c.&.t.exilibus hoc eſt ſine aſpiratione tam pro bruto q̄ pro homine
ſcribitur.Vnde ſi pro homine accipimus:fuit gemellus frater Pollucis qui filii
fuerunt Tyndari & Ledæ ac Helenæ fratres: quos lacedæmoniæ ſepultos dixit
Homerus Et fuit Caſtor equorum domitor:Pollux uero pugil:dicente Homero
libro tertio iliados κάστορα θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα. Idē
Ouidius libro faſtorum quinto.Tyndaridæ fratres hic eques:ille pugil.At Vir
gilius libro georgicorum tertio unum pro reliquo more poetico poſuit: cū ait:
Talis amyclæi domitus Pollucis habenis. Cyllarus:& quorum graii meminere
poetæ.Si uero pro bruto caſtor accipitur.eſt etiam dictio græca:q̄q̄ nōnulli la-
tinam contendant & a caſtrando deriuatam uelint:quod prorſus fieri non po-
teſt:cum facit accuſatiuum in a:quod lingua latina in maſculinis aut fœmini
nis penitus abhorret.Vnde Iuuenalis in ſatyra Natali coruine die ait: Imitatus
caſtora qui ſe Eunuchum ipſe facit cupiens euadere damno Teſticuli:adeo me
dicatum intelligit inguem.

C atabathynon prima & ſecunda abſq; aſpiratione:penultima cum.th.aſpirato:&
y.græco ſcribitur : dici poteſt demerſum aut decliue.Saluſtius: Ea fines habet
ab occidente fretum noſtri maris & oceani:ab ortu ſolis decliuem latitudinem:
quem locum catabathynon incolæ appellant. Nam ex κατά & βαθύνον quod
eſt profundum componitur.

C atacriſis quod ſine aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur : dici poteſt a noſtris
cōdemnatio uel diiudicatio.Nam componitur a κατά:& κρίσις:quod ſic quo-
q; ſcriptum iudicium dicit.

C atachreſis prima & ſecunda abſq; aſpiratione:penultima cum.ch.aſpirato: &.e.
abſq; diphthōgo ſcribitur:dici poteſt a nobis abuſio uel uſurpatio.Nā cōponit
ex κατα:quod aliquādo dicit cōtra:& χρησις uſus:quaſi ſit cōtra uſum:& di-
citur figura cū uſurpat aliud nomē quādo ꝓpriū deeſt: ut patricida ille dicit
q patrē occidit.Virg.lib.georg.ii.Facieq; ſimillima lauro: dixit de arbore cū ſo-
li homini facies cōpetat.Piſcina etiā ꝑ hanc figuram dicit quæ piſces nō habet
Vnde opportune ait Quintilianus:Multa ſunt græce & latine nō denominata
Nā & q iaculū emittit iaculari dicit q pilā aut ſudem appellatione priuatim ſi-
bi aſſignata caret. Et ut lapidare qd ſit manifeſtum eſt:ita glebarum teſtarūq;
iactus non habet nomen.unde abuſio quæ καταχρησις dicitur neceſſaria eſt
Et ſic ad hanc Quintiliani formulam non aliter nauem uelociter euntem &

auem uelociter uollantem currere dicimus:q̄ iaculari ſudem. Vnde inepte iudi
cio meo expoſuiſſe Virgilium uidetur Nonius quando ait : Curſuſq; per auras
Dirigite in lucum:id eſt uolatus. Naꝫ tot ſignificata eidem dat nomini Nonius
ut ſi ad illum modum exponere uelimus īfinita pene exempla erunt. Vnde nō
eſt credendum auctores uni dictioni tot ſignificata:& quidam pro ſe quenque
noua dicere uoluiſſe tanq̄ linguam ipſam confundere cuperent.

C atachreſticos ſola ātepenultima cum.ch.aſpirato ſcribitur:dici poteſt latine ab-
uſiue Virgilius libro æneidos.x. An ſeſe mucrone ob tātum dedecus amens In-
duat:proferiat abuſiue dixit.

C ataclyſmos abſq; aliqua aſpiratione & cum.y. græco ſcribitur: dici poteſt apud
nos diluuium uel inundatio.

C atarytus abſq; aliqua aſpiratione & unico.r.atque.y.græco ſcribitur:dici poteſt
latine irriguus.Nam ut ait Plinius libro quinto naturalis hiſtoriæ Hipponem
oppidum aphrycæ catarytum a græcis dictum propter aquarum irrigua.Nam
componitur ex κατά:quod eſt ſecundum: & ῥύαξ riuus: quaſi ſecundum uel
iuxta riuos eſſe dicatur.

C ataracta abſq; aliqua aſpiratione & cum.c.ante.t.ſcribitur: quidā cæli feneſtras
aliqui nubes:& alii ſubterraneas ſpecus uocant.Nonnunq̄ uero ſecundum uim
uocabuli quod a deſcendendo deducitur:pro pēdulis portis ponuntur Liuius:
pendulas & recidentes portas cataractas.

C atarrus abſq; aliqua aſpiratione & cum duplicato.r.ſcribitur:dici poteſt a nobis
diſtillatio.Nam deſcendit a uerbo καταρέω:quod eſt diſtillo:quod ſane compo
nitur ex κατά præpoſitione:& ῥέω:quod eſt defluo:itaque cum humores a ca
pite indigeſti ad inferiora deſcendunt ſi ad nares perueniunt uocari conſueue
runt reuma.ſi ad fauces bronchon:ad thoracem uero uel pulmonem ptyſis
dicitur.

C atalogus abſq; aliqua aſpiratione & unico.l.ſcribitur:dicitur a noſtris ſermo il
le aut ſcriptura:quæ ordinem & numerum monſtrat.

C athartica ſola antepenultima cum.th.aſpirato ſcribitur:nec antepenultimam.c
ponitur:dicuntur a noſtris purgatoria.deducta ſcilicet a καθαρω:qđ eſt purgo.

C ataphrattus ſola penultima cum aſpitatione ipſius.ph. ſcribitur: atque in fine
ipſum.t.duplicat.interprætari poteſt undiq; munitus . Nam κατα præpoſitio-
num augmentum indicat pro undique ſumi poteſt & phrattus munitus dici-
tur. Vnde a φραττω uerbo græco: quod eſt munio deſcendit. Ideo dixit Serui
us in undecimo æneidos libro.Cataphratti equites dicuntur qui & ferro muni
ti ſunt:& equos ſimiliter munitos habent.Saluſtius: Et ſequebantur inquit eq
tes cataphratti.

C atatypoſis abſque aliqua aſpiratione & in antepenultima cum.y.græco ſcribit
dici poteſt ſecūdum figuram. Et dicitur tropus cum aliquid iuxta alterius for-
mam deſcribitur:ut Virgilius libro.iiii.æneidos.
Omnia mercurio ſimilis uocemq; coloremq;
Et crines flauos:& membra decora iuuentam.

C ataſcopium abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:genus eſt nauiculæ.

C athedra cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur:dicitur latine ſedile:cuius ſane com
poſitionem omnem in præcæptis quibuſdam explicauimus.

C athegoria cū.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur: dicitur a noſtris prædicamentum:

& deriuatur a καθηγορω.quod eſt prædico.

C atexochen prima & ſecunda ſine aſpiratione:ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur dici poteſt latine per excellentia:ut Virgilius libro georgicorum primo : boues per excellentiam nominauit cum dixit:Quæ cura boum:quis cultus habendo ſit pecori.Et in eodem libro : Victum dodona negaret: ut in dictione dodona uidebimus.

C atholicus cum.th.aſpirato ſcribitur: interpretari ualet uniueſalis:cuius compoſitionem ſupra in quibuſdam præcæptis oſtendimus.

C aucaſus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:mons eſt indiæ ex eo latere quo ad ſeptentrionem eſt contermina ſcythiæ:ut teſtis eſt Plinius libro.vi. naturalis hiſtoriæ. Ob quod dixit Seruius montem eſſe ſcytharum:quia ſcythis eſt ex latere ſeptentrionali conterminus:hunc dixit Herodotus libro hiſtoriarum primo eſſe omnium montium altiſſimum.

C aula cum.c.exili ac unico.l.ſcribitur:dicitur latine ſtabulum. Sane apud græcos abſq;.c.ſcribitur:uidelicet ἀυλη : quod non ſolum atrium uel aulam : ſed etiam ſtabulum & ouium ſepta deſignat : & in numero ſingulari & plurali pro eodem ponitur.

C aulon cum.c.exili & unico.l.ſcribitur : mons eſt teſte Seruio ſuper.iii.æneidos calabryæ.unde dixit Virgilius: Caulonîſq; arces.In quo teſte Igino de ſitu urbium italicarum olim oppidum fuit . Et id idem eſſe putant quod ab Horatio in odis ratione metri aulon dicitur cum dixit: Et amicus aulon fertili Baccho minimum phalernis Inuidet uuis. nam non ſtaret uerſus caulon.eſt enim ſapphicus.

C aunii cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:populi fuerunt ex creta.

C eadus cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit teſte Homero libro ſecũdo iliados uir.thrax & Troezeni pater:ex his ſcilicet qui auxilia troianis miſerũt

C ebes cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit Thebanus philoſophus & Socratis diſcipulus:& ut refert Laertius dialogos tres ſcripſit.quorũ unus pulcherrimus & eloquẽtiſſimus apud me eſt.In quo per modum tabulæ:& cuiuſdam picturæ uniuerſam hominum uitam depinxit.

C ebriones cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero libro iliados undecimo Priami filius.

C ecrops cum.c.exili utrobiq; ſcribitur. hic teſte Euſebio de temporibus primus athenienſium rex regnauit in attica: a quo uſq; ad troiæ captiuitatem fluxiſſe dixit annos trecentos ſeptuagintaquinq;. Et inde cecropius quaſi atticus dicitur. Virgilius libro georgicorum quarto. Cecropias innatus apes amor urget habendi:ideſt atticas.ut Ouidius libro de põto:O mihi dulcior illo melle:quod in cæris attica ponit apis.Inde etiam Cecropis patronycum fœmininum: ut Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiam: De ſulmonenſi mera cecropis. Inde etiam cecropide athenienſes dicti ſunt.Virgilius in ſexto: Tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi.Sic theſidæ iidem a Theſeo dicuntur : ut idem tertio georgicorum : Et compita circum Theſidæ poſuere.ut ſimili modo romani æneadæ: & romulidæ ab Aenea & Romulo ſunt uocitati.Virgilius libro æneidos primo Defeſſi æneadæ:quæ proxima litora curſu Contendunt petere.Et libro octauo.
Subitoq; nouum conſurgere bellum Romulidis.

C edrus cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitur : lignum eſt quod Homerus non eo nomine:ſed thyon appellat.Quod ſane in delitiis Circes odoratum eſſe demonſtrat.Ob quod Neuius de bello punico ait teſte Macrobio cedroſam ueſtem.Vnde & ex cedro teſte Vitruuio libro ſecundo de architectura oleum naſcitur:quod cedreum dicitur quo reliquæ res cum ſint unctæ: uti etiam libri a tineis & carte non læduntur:iuxta quem ſenſum dixiſſe uidetur Perſius: Et cedro digna locutus Linquere.Et alibi in eadem ſatyra:Quicqd deniq; lectis Scribitur in cedris.Sane nonnulli per id capſulam cedrinam intelligere uoluerunt in qua precioſiores libri conſueuiſſe recondi fabulantur.Alii coopercula cedrina.inducuntq; Martialem dicentem in quinto. Nunq̃ grandia nec moleſta poſcit.Quæ cedro decorata purpuraq; Nigris pagina creuit umbelicis . Nonnulli uero cedrinas tabellas in morem membranarum intelligi uolunt. ex quibus ut aiunt nobiliores conficiebantur libri:iuxta quod forte locutus uidetur Iuuenalis dum ait.Atq; ideo croceæ membrana tabellæ Implet.Nam ut ait Plinius lib.xiii.naturalis hiſtoriæ materiæ ipſius cedri eſt æternitas.Itaq; & ſimulachra deorum ex ea factitauerunt.Cedrinus eſt romæ in delubro Apollo Soſianus ſeleucia aduectus.Macrobius autem in libro ſaturnalium dixit Virgilium de cedro intellexiſſe:cum ait:Media fert triſtes ſuccos tardũq; ſaporem Fœlicis mali quo non præſtantius ullum. & reliqua.

C hela cum.ch.aſpirato & unico.l.ſcribitur:ideʒ etiam a græcis dicitur quod brachium.ſed proprie cancrorum aut ſcorpionum.Virgilius in georgicis . Qua locus erigonen inter chelaſq; ſequentes.

C elenæ abſq; aliqua aſpiratione uel diphthongo in prima aut ſecunda & cum unico.l.ſcribitur:ac in plurali numero effertur:urbs fuit teſte Liuio libro.vii. de bello macedonico hactenus phrygiæ caput:quæ quia lydiæ contermina eſt: dixerunt aliqui oppidum eſſe lydiæ.in hac Marſya ortus & ſepultus fuit. Vnde iuxta illam fluuius marſya cognomiatus oritur:ubi a Phœbo uictus marſya & decoriatus extitit.dicente Lucano libro.iii.Quæ tua munera pallas Lugent damnatæ phœbo uictore celenæ:huic urbi ꝓpinquus eſt fluuius gallus:de quo qui bibit inſanit:dicente Ouidio libro faſtorum quarto.
Inter ait uiridem cybelen altaſq; celena:
Amnis it inſana nomine gallus aqua:
Qui bibit inde furit:& reliqua:ut uidimus in dictione Atys.

C eleno cum.c.exili & unico.l. ac ſine diphthongo ſcribitur: una fuit ex harpyis ut Virgi.Quas dira celeno:ſignificatq; apud nos atrum & tenebroſum.

C eltæ abſq; aliqua aſpiratione uel diphthõgo primæ ſcribitur: fuerũt teſte Liuio libro quinto ab urbe tertia pars galliæ qui uenientes ad iberum fluuium hiſpaniarum:ibiq; conſidentes retenta primi nominis parte:& aſſumpta parte fluminis iuxta quod conſiderant celtiberi dicti ſunt:quod Lucanus li.iii. tetigit cũ ait:Profugiq; a gente uetuſta
Callorum celtæ miſcentes nomen ibris.

C helidonia cum.ch. aſpirato & unico.l.atq;.i.latino ſcribitur:herba eſt quam teſte Plinio libro.xxv.natnralis hiſtoriæ uiſui ſaluberrimam hirundines mõſtrauere:dum uexatis pullorum occulis illa medentur.Vnde quod a græcis χελιδὼν a noſtris hirundo dicitur.

C helonophogi cum.ch.aſpirato & unico.l.ſcribitur: dicuntur latine teſtudinum comeſtores: Nam χελώνη a noſtris teſtudo dicitur: & φάγοι comeſtores hos

eſſe dixit Plinius libro ſexto naturalis hiſtoriæ populos in ſinu perſico iuxta litus carnaniæ.

Celtiberi abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: quod indicat ſecūdum ea quæ ſupra diximus iberum fluuium neutiq; aſpirari deberet: ut in ea dictione uidebimus.

Chemmis cum.ch.& duplicato.m.ſcribitur atq;.i.latino: fuit ægypti rex: qui pyramidem admirabilem ſtruxit: longe a memphi uerſus libyam ſtadiis centū uiginti.a nilo autem quinq; & quadraginta: quæ teſte Diodoro ſiculo libro hiſtoriarum ſecundo & artificio & operis magnitudine mirabilem ſtuporem præbet aſpicientibus: ad quam ædificandam ut idem auctor refert trecenta & ſexaginta hominum milia deputata fuerunt: quam uiginti ferme annis abſoluerunt. Pecunia uero omnis ad opus impenſa in olera tātum herbaſq;: is enim cibis opificum fuit: ad mille & ſexcenta talenta exceſſiſſe ſcribit.

Cenchris prima cum.c.exili & ultima cum.ch.aſpirato atq;.i.latino ſcribitur: genus eſt ſerpentis inflexuoſi & ſemper in rectum iter facientis: quem latine traductum tituiunculum comperi. ſed græco uocabulo uſus fuit Lucanus libro nono cum ait. Et ſemper recto lapſurus limite cenchris.

Cenodoxia cum.c.exili ſemper ſcribitur: ſed ratione ſequentis litteræ ſignificatū mutat. Nam ſi per.e.abſq; diphthōgo ſcribitur: inanem gloriam deſignat: & tūc quoq; componitur ex κερòν quod eſt uanum: & Δόξα gloria. ſimili modo cenotaphion uacuum dicitur ſepulchrum. At ſi cum.æ.diphthongo ſcribantur: nouam gloriam unum: & alterum nouum ſepulchrum dicit. Nam καινòν græce nouum latine dicitur. Si uero cum.œ.cōmunem gloriam unum: & alterum cōmune ſepulchrum indicat cum κοινòν cum quo tunc componuntur commune apud nos ſignificet.

Cenotaphium cum.c.&.t.exilibus &.e.abſq; diphthongo ſcribitur: ſignificat uacuum ſepulchrum ut in præcedenti dictione uidimus.

Cæneus prima cum.c.exili &.æ.diphthongo ultima cum.eu.diphthongo ſcribitur: fuit uir quandoq; & fœmina. immo ut dicit Virgilius libro æneidos ſexto. Et iuuenis quondam nunc fœmina cæneus. Rurſus & in ueterem fato reuoluta figuram. Vltimo teſte Ouidio libro duodecimo metamorphoſeos in phœnicē auem conuerſus eſt. Vnde concludens ait: Maxime uir quondam: ſed auis nunc unica cæneus. Similia dicunt poetæ de Iphi & Tireſia: quod ſcilicet quādoq; uiri quandoq; fœminæ niſi fuerint.

Centaurus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: & fuerunt centauri theſſaliæ populi ſecus montem pelium habitantes: qui media parte uiri & media equi dicti ſūt hos a laphithis ſiue lapithis originem traxiſſe dicunt poetæ: hoc eſt ex Ixione filio Phlegyæ regis pelectronii: & nube quadam detinente formam Iunonis progenitos. Nam cum Ixion Iouis & Iunonis ſecretarius eſſet elatus officio auſus ē Iunonem de concubitu attentare. Cui Iuno ex conſilio Iouis nubem in forma ſua obiecit: cum qua concubens Ixion centauros progenuit. ſed cum ob id a Ioue e cælo pulſus in terras iaceretur: iactaretq; ſe concubuiſſe cum Iunone a Ioue itidem fulminatur & ad inferos truditur. Vbi ſuper rota ſerpentibus circū fuſa ligatus perpetua uolutione deuoluitur: dicente Tibullo

Illic Iunonem tentare Ixionis auſi.

Verſantur celeri noxia membra rota. Sane ut teſtis eſt Plinius libro ſeptimo naturalis hiſtoriæ centauri primi cum equis pugnare docuerūt. Et fræna ac ſtrata Pelectronius comperit. Quod Virgilius libro georgicorum quarto prius tetigiſſe uidetur cum ait. Fræna pelectronii lapithæ gyroſq; dedere. ubi ait Seruius pelectronium oppidum eſt theſſaliæ. ubi primo domandorum equorum uſus compertus eſt. Idem ſuper.xii. æneidos dixit cū Pirithous rex laphitarum uxorem duceret centauros ſibi uicinos populos: & deos omnes excæpto Marte uocauit ad nuptias. Quare numen iratum immiſſo in illos furore paſſum eſt lapitharum gentem fugari. cædi atq; deleri. Vnde dixit Virgilius: Mars perdere gentem Immanem lapithum ualuit. Et niſi exponamus laphitum id eſt centaurorum qui originem duxerunt a laphithis diſcordaret. Ouidius libro duodecimo metamorphoſeos: qui dixit centauros ipſos die nuptiarum Pirithoi a Theſeo fuiſſe deuictos.

Centrum abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: id proprie eſt quod nos ſtimulum uel aculeum dicimus: ſed communiter pro puncto alicuius corporis medio & maxime circulati ſumitur.

Cheops cum.ch.aſpirato ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.ii. ægypti rex poſt Rampſinitum qui pyramidem egregiam ſtruxit.

Cephalus cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo atq; unico.l.ſcribitur: a κεφαγη qd eſt caput deducitur. Et quia in caput excreſcit cepholus græce uocatur: latine uero mugil ſeu mugilis dicit̄. Iuuenalis in ſatyra Omnibus interris. Necat hic ferro: ſecat ille cruentis Verberibus quoſdam mœchos & mugilis intrat id eſt capitoſa mentula in formam mugilis ignominioſe podicem mœchi formoſi penetrat. fuit etiam hoc nomine uir athenienſis uenator maximus qui Procrim Erithei athenarum regis filiam uxorem duxit: ut omnia plene monſtrauit Ouidius libro metamophoſeos ſexto.

Cephalonia cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitur: inſula eſt ionio in mari: quæ teſte Plinio libro quarto naturalis hiſtoriæ menela quondam dicebatur. fuitq; ſub Vlyxis imperio: ut per totam odyſſeam oſtendit Homerus. & Seneca in troade de Vlyxe locutus inqt: Greſſus nephandos dux cephalonū admonet.

Cepheus prima cum.c.exili &.e. abſq; diphthongo. ultima cum eu. diphthongo ſcribitur: fuit teſte Euripide rex æthiopū Phœnicis filius & pater Andromede ex Caſſiopeia: ſocerque Perſei: ut etiam omnia monſtrauit Ouidius libro quarto metamorphoſeos.

Cephiſus prima cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo: penultima cum.i.latino ſcribitur: fluuius eſt boetiæ: dicente Lucano libro tertio Boeti coiere duces: quos impiger ambit Fatidica cephiſus aqua. hunc iuxta lilæam urbem naſci dixit Homerus libro ſecundo iliados: & Plinius libro naturalis hiſtoriæ quarto. Quin & delphos præterfluere dic tur: in cuius ripis fuit templum fatidicæ deæ Themidos a qua Deucalion reſponſa ſuſcæpit de reparando humano genere: Vnde & teſte Homero phocenſium fluuius ponitur: ita ut utrūq; uerum eſſe habeatur.

Chephren cum.ch.aſpirato ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.ii. Cheopis frater qui poſt illum in ægypto regnauit.

Ceramium cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo atque.i.latino ſcribitur: dici poteſt latine tegularium uel fuginarium. Nam deriuatur a κεραμις: quod eſt tegula: erat locus athenis: de quo Plinius libro trigeſimoſexto naturalis hiſtoriæ ſic inquit. Opera Praxitelis ſunt athenis in ceramico: de quo etiam uidebimus in dictione plaſtico.

C eraſtes ſine aſpiratione aliqua &.e.abſq; diphthongo ſcribitur:genus eſt ſerpentis quod teſte Plinio lib.viii.naturalis hiſtoriæ quadrigemina cornicula prefert ſimillima arietum.Nam κέρας græce:dicitur latine cornu. de quo Statius lib.xi.thebaidos inquit: Crinalem attollit longo ſtridore ceraſtem & a κέρας ſimili modo ceruus deducitur.

C eraſus cum.c.exili & unico.s.ſcribitur : fuit teſte Seruio ſuper.ii. georgicorum urbs ponti quam cum deleſſet Lucullus genus pomi inde aduexit : quod a ciuitate ceraſium appellauit.Nam arbor quidam ceraſus:pomum uero ceraſium appellatur.Ego uero uocabula eſſe græca magis q̃ ex inſtitutione Luculli comperi:ut ex Aeſchylo qui lõge ante Lucullum fuit in ſequenti dictione mõſtrabimus.Quare & pomum cum ſuo nomine deductum a Lucullo putamus : ut & Plinius innuere uidetur.

C eraſium cum.c.exili &.i.latino ſcribitur : uocabulum eſt græcum : ut oſtendit Aeſchylus tragicus cum ait:Τὰχα Λάντις καὶ κεράσια φάτη fructus eſt arboris:quæ teſte Plinio libro decimoquinto naturalis hiſtoriæ ante uictoriam mithridaticam.L.Luculli non fuit in italia:ſed urbis anno ſexcenteſimo octogeſimo is primum uexit e ponto.

C eraunus cum.c.exili &.au.diphthongo ſcribitur: dicitur apud nos fulmen : & Ptolemæi cuiuſdam cognomen extitit.

C eraunia cum.c.exili &.au.diphthongo atq;.i.latino ſcribitur:ſunt altiſſimi mõtes epiri ſic quoq; a crebris fulmibus dicti.Nam κέραυνοσ græce:a noſtris fulmen nuncupatur.diuiduntq; mare ionium ab adriatico.a quibus ex epiro ſumitur nauigatio uerſus italiam:ut Virgilius libro æneidos tertio. Prouehitur pelago uicina ceraunia iuxta.Vnde iter italiam curſuſq; breuiſſimus nudis.de quibus Lucanus libro quarto.Scopuloſa ceraunia nautæ ſumma timent.

C erberus abſq; aſpiratione ſcribitur:hunc canem eſſe tricipitem inauditæ feritatis cuncta uorantem : & regni Plutonis cuſtodem poetæ omnes aſſeruerunt. Quem maxime Seneca in Hercule furente deſcripſit.Et dictus eſt cerberus quaſi creoborus hoc eſt carnem uorans.Nam κρέας caro eſt:& βορυς uorans.Alterum epiroticum canem fuiſſe Alexandri qui leonibus congrediebatur atteſtatur Iulius Pollux de uocabulis rerum ad Cõmodum imperatorem.

C ercaſorus abſq; aliqua aſpiratione & unico.s.ſcribitur : urbs eſt teſte Herodoto iuxta quam diuiditur nilus in peluſium fluens & canobum.

C erceis cum.c.exili utrobiq; & abſq; diphthongo atq;.i.latino in fine ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Oceani & Tethyos filia.

C ercyra cum.c.exili utrobiq; &.y.græco ſcribitur:fuit olim corinthi nomen quo ſæpe utitur Homerus.

C ercyon cum.c.exili utrobiq; &.y.græco ſcribitur:fuit rex i parte theſſaliæ : qui filiam habuit Alopen a qua ciuitatem cognominauit

C ercophihecus cum.c.exili utrobiq; & prima cum.e.abſq; diphthongo ſecundu; orthographiam:licet nonnulli ex noſtris.i.latinum apponant antepenultima cum.y.græco & penultima cum.th.&.e.abſq; diphthongo ſcribitur:nomen eſt compoſitum ex κερκόσ:quæ apud poeras græcos dicitur cauda:πιθηκος ſimia quaſi ſimia caudata.& id eſſe puto quod maimonem uulgo dicimus. Vnde Plinius libro octauo hiſtoriæ naturalis de ſimiis loquens cercopythecos inquit nigris capitibus pilo aſinino & diſſimiles cæteris uoce ſunt. Martialis in epigrammate ad Simium ait.

Callidus enixas elidere ſimius haſtas.
Si mihi cauda foret cercopythecus eram:Idem in alia epigrammate.
Publius eximie ſi flagrat amore catellæ:
Sicromius ſimile cercopythecon amat.Hunc ægyptii ut alia portenta complura inter deos poſuerunt:dicente Iuuenale in ſatyra
Quis neſcit uoluſi:quæ ultima eſſe debet.
Effigies ſacri nitet aurea cercopytheci.

C erinthus cum.c.exili &.i.latino atq;.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Homero lib.ii.iliados oppidum in euboia.

C erinthe cum.c:exili &.i.latino atque.th.aſpirato ſcribitur:herba eſt quam Plin. lib.uigeſimoprimo naturalis hiſtoriæ cerinthiam uocauit. Virgilius uero ait libro georgicorum quarto.
Cerinthæ ignobile gramen.Et eſt teſte Plinio herba cubitalis folio candido icuruo:capite concauo mellis ſuccum habens.

C errus cum.c.exili & duplicato.r.ſcribitur:genus eſt arboris.

C herroneſus cum.ch.aſpirato &.e.abſq; diphthongo atq; duplicato.r. & unico.ſ. ſcribitur:terra eſt fere undique mari cincta:quæ niſi paruo contineretur: inſula dici potuiſſet.Nam componitur ex χέρρόσ:quod apud antiquos terram dicit:& νήσος inſulam:& ob excellentiam nõnunq̃ pro peloponneſo ponitur.

C herſoneſus cum.ch.aſpirato & unico.r.ſequente.ſ.quod nullibi duplicatur etiã ſcribitur:& idem ſignificat quod in præcedenti dictione uidebimus:ſed componitur ex χέρσος:quod ſimiliter terram dicit:νήσός inſulam.

C herſidamas cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero libro iliados xi.uir troianus quem Vlyxes in bello interemit.

C herſydros cum.ch.aſpirato &.y.græco ſcribitur.genus eſt ſerpentis terram & aquam incolentis:& componitur ex χέρσος:quod apud nos terram dicit: & hydros aquam.quibus ſane ſerpentibus teſte Solino calabrya abundat. de quibus intellexiſſe uidetur Virgilium libro georgicorum.iii.
Eſt etiam ille malus calabris in ſaltibus anguis:
Squamea conuoluens ſublato pectore terga.Et hoc quia paulum ſupra dixerat ad paſtorem.
Calbaneoque agitare graues nidore chelydros:ubi expoſuit Seruius quaſi cherſydros.

C herſius cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:nomen fuit uiri proprium.

C etus abſque aliqua aſpiratione uel diphthongo ſcribitur: uidelicet cum pro piſce ponitur.at ſi pro conuentu ponatur.cum.œ. diphthongo ſcribi debet : hoc eſt cœtus.

C ethegus cum.c. exili &.th. aſpirato ſcribitur: uir fuit romanus. de quo late per Saluſtium habetur.

C yamos cum.c.exili &.y.græco ſcribitur:dicitur a noſtris faba.ſed ſic quoq; græce a nonnullis latinis prolatum fuit:& a faba fabata deductum fuit. Plinius libro decimooctauo naturalis hiſtoriæ:Fabata ſuæ religionis diis in ſacro eſt:preualens pulmentari cibo:& hebetare ſenſus exiſtimata:inſomnia quoq; facere:ob hoc pythagorica ſententia damnata.Vel ut alii tradicere quoniam mortuoru; animæ ſunt in ea:qua de cauſa parentando utique abſumitur.Varro & ob hoc

flaminem ea non ueſci tradidit:& quoniam in flore eius litteræ lugubres repe-
riantur.

Cyane cum.c.exili &.y.græco ſcribitur:fuit nympha ſicula Proſerpiæ ſocia quæ
cum rapinæ Plutonis de Proſerpina factæ obſiſtere non poſſet:flens in fontem
ſui nominis mutata fuit:ut rettulit Ouidius libro metamorphoſeos quinto qui
deinde fons anapo fluuio non longe a ſyracuſis cõmixto:iuxta ortygiam inſu-
lam in mare concidit:dicente Ouidio libro ſecundo de ponto:Quanq; ſuis cya
nem miſcet anapus aquis.Et ſubdit:Nec procul hinc nymphe quæ dum fugit
helidis amnem: Tecta ſub æquorea nunc quoq; currit aqua. Altera eiuſdem
nominis fuit meandri fluuii filia: quæ Caunum & Biblidem Mileto filio Solis
peperit.

Cyneæ cum.c. exili &.y.græco atq;.e. ſine diphthongo in penultima ſcribitur:
inſulæ ſunt in ponto ſeu magis ſcopuli contra thracium boſphorum mille qui
gentis paſſibus ab europa diſtantes:ut teſtis eſt Pomponius.de quibus Lucan⁹
circa finem libri ſecundi ait:Vt pagaſea ratis peteret cum phaſidos undas: Cya
neus tellus emiſit in æquora cautes. Similiter Orpheus i argonautica ἀγχοῦ
κυανέας πέτρας.quas olim fuiſſe inſtabiles dicunt: quod Ouidius libro prio
triſtium tetigit:cum ait:Tranſeat inſtabiles ſtrenua cyaneas.hæ a nõnullis au-
ctoribus græcis & noſtris ſymphlegades hoc eſt concurrentes etiam nominan-
tur:ut in ea dictione uidebimus.Et declinatur etiam in ſubſtantiuo pro omni
bus his cautibus hæc cyane huius cyanes.ut Iuuenalis i ſatyra Quis neſcit uo-
luſi oſtendit cum ait.Nam citius ſcyllam:uel concurrentia ſaxa Cyanes:plenos
& tempeſtatibus utres crediderim hoc eſt potius crederẽ hæc omnia quæ Vlyx
es in conuiuio Alcinoi de cyaneis inſulis quæ inuicem concurrebãt enarrabat.
deq; ſcylla monſtro marino & E penore Vlyxis ſocio aliiſq; remigibus uerbere
Cyrces conuerſos in porcos:q̃ Polyphemum hominem: alium hominem come-
diſſe.Quod autem dixit plenos tempeſtatibus utres : rettulit aliud miraculum
quod narrabat Vlyxes ſe ab Aelo utrem plenum uentis accæpiſſe: quorum be-
neficio proſpere nauigaret:ſed cum iam propinquus patriæ eſſet:caſuq; dormi
ret:ſocii theſaurum eſſe credentes utrem diſſoluerunt.Vnde efflantes uẽti na-
uem cum omnibus uſq; in æoliam reduxerunt:ut late narrauit Homerus libro
duodecimo odyſſeæ.& Ouidius tetigit libro decimoquarto metamorphoſeos.

Cyaraxes cum.c.exili &.y.græco atq;.x.conſonante in ultima ſcribitur:fuit Phra
ortis regis medorum & perſarum filius: cui ſucceſſit in regno: & habuit filium
Aſtyagem qui poſt illum regnauit:ut late monſtrauit Herodoto libro hiſtoria-
rum primo.

Cyathus prima cum.c.exili &.y.græco:ultima cum.th.aſpirato ſcribitur:eſt par-
uum poculum:ut Iuuenalis in ſatyra Si te propoſiti inquit:Cardiaco unq̃ cya-
thum miſſurus amico.Martialis in ultimo:Non habilis cyathis:& inutilis uua
lyæo.Horatius i tertio carminum qui muſas amat impares ternos tibi cyathos
attonitus bibet uates:ubi notatur recte dici cyathum uini bibi ſicut modium ſa
lis comedi.

Cybele cum.c.exili &.y.græco atq;.e.in penultima ſequente unico.l.ab omnibus
græcis ſcribitur qui penultimam illius corripiũt.Quod noſtri fere omnes poe-
tæ obſeruauerunt Virgilius libro æneidos tertio.Hinc mater cultrix Cybele co-
rybantiaq; æra.Ouidius libro faſtorum quarto.Da dea quam ſcite doctas Cy-
te doctas Cybeleia nepotes.Iuuenalis in ſatyra ſecunda. Hic turbis cybele. Sane
Propertius & Lucanus qum illam produxerunt neceſſario per duplex.l.ſcribe-
re habuerunt.Vnde ait Propertius li.ultio.Vel tu quæ tardo mouiſti fune Cy-
bellen.Lucanus ſimiliter ipſe qum dixit:Et lotam paruo reuocant Almone Cy-
bellen.Hanc Seruius ſuper quartum æneidos dixit Saturni fuiſſe uxorẽ: & pri
us dictam opem.Sed a Cybele monte phrygiæ Cybelen cognominatam.Nam i
eo monte illius ſacra primitus fuerunt inſtituta & ſucceſſiue plurimum hono-
rata.de quo meminit Ouidius libro faſtorum quarto qum ait:

Inter ait uiridem Cybelen altaſq; celenas.
Amnis it inſana nomine gallus aqua.

Et in eodem libro Dyndimon & Cybelen & amœnam fontibus Iden ſemper &
iliacas mater amauit opes .Alii dicunt Cebylen ſacerdotem primum eiuſcemo
di ſacrorum inuentorem fuiſſe.a quo Cybelen ipſam cognominatam.Alii a κυ-
λιῶ quod eſt roto dictam uolunt:quia ſacerdotum eius proprium eſt caput ro
tare.Vnde Iuuenalis Crinemq; rotant ululante priapo:& a Cybele dicta eſt Cy
beleia:ut Ouidius præallegato libro faſtorum quarto.

Da dea quam ſcite doctas cybeleia neptes. Fuit & teſte eodem Seruio pluribus
aliis nominibus cognominata:ut Berecynthia: Rhea: Bona dea. huius ſimula-
chrum quemadmodum & peſſimũte ciuitate phrygiæ Romam delatum fuerit
oſtendit plane Liuius de ſecundo bello punico. Ouidius uero libro quarto fa-
ſtorum.Quando uero illi Romæ ædes constructa fuit.Idem Liuius de bello ma-
cedonico libro quinto monſtrauit.

Cicones cum.c.exili utrobiq; &.i.latino ſcribitur:populi ſunt Thracum iuxta E-
brum fluuium inhabitantes:ut teſtes ſunt Solinus & Pomponius . A quorum
ſpretis fœminis Orpheus uates cantatiſſimus membratim cæſus atq; laniatus
eſt:& ut rettulit Ouidius libro.xv.metamorphoſeos.Flumẽ habent cicones qđ
potum ſaxea reddit uiſcera quod tactis inducit marmora rebus.

Cichesus prima cum.c.exili &.i.latino:ſecunda cum.ch.aſpirato ſcribitur:ponit
fluuius ab Homero in hymno Apollinis.

Cyclades cum.c.exili utrobiq; &.y.græco ſcribuntur:inſulæ ſunt in mari ægæo
ſic quoq; dictæ:quia in morem cycli hoc eſt rotundi diſponuntur:ut dixit Soli
nus.Seruius uero.iii.æneidos contradicere uidetur cum dixit:cyclades nõ ideo
dicuntur:quia in rotunditate ſunt:ſed ꝙ longe ordine circuiri eas neceſſe eſt:
uel ꝓpter promontoria:uel quia naturale eſt ut concitatiora ſint maria uicini
tate terrarum.Quod ſi uerum diceret non cum.y.græco ſed.i.latino ſcriberet:
cuius oppoſitum græci omnes obſeruant.Inter has ſunt breuiores quædam:ut
mycone:gyarus:& aliæ nonnullæ ad quas ſceleſti homines relegati conſueuerãt
Iuuenalis in prima ſatyra Audi aliquid breuibus gyaris & carcere dignum Si
uis eſſe aliquid.Et in ſatyra Credo pudicitiam.Sed qui pene perit:cui uix in cy
clada mitti Contigit.

Cyclas cum.c.exili utrobique &.y.græco ſcribitur:Et ſi idem cum ſuperiori ſigni
ficet:eſt etiam genus ueſtis a rotunditate dictæ: de qua meminit Iuuenalis in
ſatyra Credo pudicitiam cum ait:

Hæ ſunt quæ tenui ſudant in cyclade.

Cyceon cum.c.exili utrobiq; &.y.græco atq;.e.ſine diphthongo ſcribitur:habetq;
apud illos accentum in ultima:genus fuit potionis:quo in bello troiano heroes

illi utebantur:ut oſtendit Homerus libro undecimo iliados.

Cyclius prima cum.c.exili &.y.græco:ſecunda ſimiliter ſine aſpiratione &.i.latino ſcribitur:fuit pictor eximius tempore Euphranoris hoc eſt lib. Olympiade huius tabulam in qua picti erant argonautæ talentis centum. xliiii. Hortẽſius orator teſte Plinio libro.xxxv.naturalis hiſtoriæ mercatus eſt : eiq; ædem fecit ĩ tuſculano ſuo.

Cyclops cum.c.exili utrobiq; &.y.græco ſcribitur : poteſt interprætari circularis oculus.Nam componitur ex κύκλοσ quod latine circulum & rotundum dicit &.ωψ.quod oculum denotat.Et dicti ſunt cyclopes uiri gigantes qui in ſicilia iuxta ætnam degentes:unicum tantũmodo oculum in medio frontis habebãt. unde ait Heſiodus in theogonia μούνοσ δὀφθαλμοσ μέσωεπέ κειτο μετωπω.hoc eſt unicus autem oculus mediæ iniectus eſt fronti.Et inde ciclopes:ut Virgilius in prío æneidos.Vos & cyclopea ſaxa:habetq; cyclops in genitiuo plurali accẽtum in penultima more græco:ut Virgilius libro tertio æneidos. Ignariq; uiæ cyclopum allabimur oris:in accuſatiuo uero plurali ſi terminatio ſit latina uidelicet in es ut cyclopes: habet accentum in prima. Si uero more græco terminetur in as ſeruat græcum accentum ĩ penultima ut cyclopas. Virgilius libro undecimo æneidos:Exulat ætneos uidit cyclopas ulyxes. nam aliter uerſus minime ſtare poſſet.

Cycnus prima cũ.c.exili &.y.græco ſequẽs cũ.c.ſimiliter exili ſequẽte.n. in eadẽ ſyllaba ſcribitur:quã litteraturam in antiquis codicibus ſemp a noſtris obſeruari cõſpeximus:licet iã cygnns cũ.g.ſcribant:ut in ea dictione uidebimus.

Cydarum cum.y.græco & ſine aſpiratione ſcribitur:genus eſt nauiculæ.

Cydnus cũ.c.exili.&.y.græco ſcribitur: fluuius eſt ciliciæ: qui teſte Solino originem certam.non habet.Alii uero dicunt ipſum oriri a mõte tauro,alii ex alueo coaſpidis-quia dulcedine ac ſuauitate ſaporis illi ſit omnino ſimilis.Et ut refert Iuſtinus lib.xi.tarſum inſignem urbem ciliciæ curſu diuidit:ubi amœnitate captus Alexander magnus morbum loetalem traxit,Cuius fluminis aquam dixit Plinius lib.xxxi.naturalis hiſtoriæ contra podagras conferre.

Cydippe prima cum.c.exili &.y.græco:ſequeus cum.i.latino & duplicato.p. ſcribitur:fuit nympharum una dicente Virgilio libro georgicorum quarto.Cydippe & flaua licorias altera uirgo : ,Altera tum primum lucinæ experta labores. De alia uero & cum eadem ſcriptura loquitur Ouid. libro de arte cum ait : Littera cydippem pomo prolata fefellit:Inſciaque eſt uerbis capta puella ſuis.

Chidnæi cum.th.aſpirato &.i.latino : penultima cum.æ.diphthongo ſcribitur : populi ſunt iuxta pontum:ut ſcripſit Orpheus in argonautica.

Cydon cum.c.exili &.y.græco ſcribitur.fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iii & Plinio libro quarto naturalis hiſtoriæ ciuitas in creta famoſiſſima quam a ſamiis ædificatam dixit Herodotus: in cuius agro arundineta ſpicula increſcebant dicente Virgilio in ultima ægloga. Libet partho torquere cydonia cornu Spicula. & etiam proprium nomen uiri ut Virgilius libro æneidos decimo.Dum ſequeris clytium infoelix noua gaudia cydon : Sed cum proprium eſt uel hominis uel ciuitatis habet primam longam . cum uero appellatiuum habet eam breuem : ut dixit Seruius. Sane Statius licentia abutens pro nomine proprio aliquãdo corripuit:ut hæc regi promiſſa cydon:& ab urbe cydonia mala dixerut græci teſte Plinio libro decimoquĩto naturalis hiſtoriæ : quæ nos ut ait cothonia uocamus.

Cydonia mala litteraturam præcedentis dictionis:& denominationẽ ab urbe habere oſtendimns:quæ teſte Plinio a noſtris cothonia dicuntur.

Chidorus cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur.fluuius eſt qui teſte Herodoto li. hiſtoriarum.vii.a creſtonæa regione macedoniæ incipiens:& per mygdoniã fluens in axium mygdoniæ fluuium intrat.

Cygnus cum.c.exili &.y.græco ſequente.g.a noſtris iam ſcribitur:licet antiq more græco non.g.ſed loco eius.c.ponerent ac ſcriberent cycnus.Quod ob litterarum affinitatem iam fieri exiſtimo:ut ſimiliter κώβιοσ græce latine gobius dicitur:ſed in antiquis inſcriptionibus & codicibus cycnus cum.c.ſequente.n.in eadem ſyllaba ſcriptum aſpexi.quod etiam noſtri temporis accuratiſſimi obſeruant:& dicitur latine holor.Nam eſt auis undique plumis albis conferta.& dulce canens.de qua gratiſſima quædam Cicero libro primo de queſtionibus tuſculanis ſcripſit Virgilius in bucolicis.Inter ſtrepere anſer holores. Ouidius in heroidibus.Ad uada mæandri cõcinit albus holor.In hanc auem Cycnus quidem Phaethontis amator ſiue pie ut putat Seruius:ſiue libidinoſe ut alii uolũt: poſt illius interitum ex longo ploratu conuerſus fuit: ut oſtendit Virgilius libro decimo æneidos.

Cilicia cum.c.exili &.i.latino utrobiq; ſcribitur:regio eſt teſte Plinio libro quinto naturalis hiſtoriæ in minori aſia ſyriæ proxima: plurima iacens campo: tauro monti ſubiecta:quæ a Cilice Agenoris filio nomen ſortita eſt.

Chiliarchus cum.ch.aſpirato utrobique &.i.latino ſcribitur: dicitur ille qui mille hominibus in exercitu præeſt. Nam χίλια græce a noſtris mille dicitur: & ἄρχοσ princeps.

Cylicranes prima cum.c.exili &.y. græco ſequens cum.i. latino: & penultima ſimiliter ſine aſpiratione ſcribitur:fuerunt teſte Macrobio libro ſaturnaliorum ſecundo populi prope heracleam ab Hercule conſtituti: compoſito ſcilicet nomine a κύλικος:quod eſt poculi genus:nos eodem teſte una littera commutata calicem dicimus:argumentans Herculem dictum fuiſſe multiboium heroa.

Cylydrus cum.c.exili &.y.græco tam in prima quam in ſecunda ſcribirur: ſerpẽtem eſſe in codicibus græcis legimus. Vnde compoſitionem habere uidetur ex κυλίω:quod eſt uoluo:& ὕδρος ſerpens:quaſi uolubilis ſit ſerpens:& ambulãdo ſæpiſſime ſe conuoluat.Quod tetigiſſe uidetur Virgilius libro georgicorum tertio cum ait.

Squamea conuoluens ſublato pectore terga.

Et huc quia parum ſupra dixerat ad paſtorem galbaneoque agitare graues nidore cylydros.quod Seruius legit cylydros cum.ch.aſpirato &.e.uocali in prima & in ſecunda cum.y.græco:& exponit quaſi cherſydros:ut in ea dictione uidimus. Sed nos putamus differentes ſpecies eſſe : quod Lucanus libro nono monſtrare uidetur cum ait:

Natus & ambiguæ coleret qui ſyrtidos arua
Cherſydros:tractuq; uia fumante cylydri.

Cylindrus prima cum.c.exili &.y.græco:ſecunda cum.i. latino ſequente.n. ante d.ſcribitur:lapis eſt precioſus tereſque & oblongus atque coloris uarii: de quo meminit Iuuenalis in ſecunda ſatyra cum ait: Donant arcana cylindros: & a κυλιῶ:quod eſt uoluo nomen aſſumpſit.Vnde & modo conſimili ea colum na

quæ ad coæquãdam aream ab agricolis aſſumitur cylindrus uocatur:ſed differentiam annotauit Virgilius cum dixit libro georgi.primo. Area tum primũ ẽ ingenti æquanda cylindro:quaſi precioſis ille paruus ſit:hic ingens.

C illa cum.c.exili &.i.latino atq; duplicato.l.ſcribitur:fuit urbs in ætolia.

C yllarus cum.c.exili &.y.græco atq; duplicato.l.ſcribitur:nomen eſt equi quem fuiſſe Pollucis hoc eſt caſtoris fratris eius: qui equorum fuit domitor oſtendit Virgilius libro georgico.quarto & nos ſupra in dictione Caſtor mõſtrauimus.

C yllene cum.y.græco & duplicato.l.ſcribitur:mons eſt in arcadia:ut monſtrauit Homerus libro iliados ſecundo.

C yllenius cum.c.exili &.y.græco ſequẽte duplicato.l.atq;.i.latino in penultima ſcribitur:nomen eſt Mercurii a cyllene monte arcadiæ cognominati:ĩ quo Maiam pepiſſe illum dicunt poetæ:ut Virgilius libro æneidos octauo.Vobis mercurius pater eſt quem candida maia Cyllene gelido concæptum uertice fudit. Et Ouidius libro faſtorum quinto loquens de Maia ait:Hæc enixa iugo cupſſi feræ cyllenes Aethereum uolucri qui pede carpit iter.& inde cyllenis patronymicum græcum & in genitiuo cyllenidos atq; in accuſatiuo cyllenida. Luca.i viii.Et ſubitus præpes cyllenida ſuſtulit harpen.

C ymba cum.c.exili &.i.græco ſcribitur:Apud antiquos noſtros ſcribebatur cũ.u.& dicebatur cumba:ut de Sylla diximus:& eſt nauiculæ genus.

C ymbala cum.c.exili &.y.græco ſcribitur: inſtrumenta ſunt quæ ĩ ſacris matris deum cum tympanis haberi conſueuerant:quia cum ſonitu clypeorum & ĩanium galeaꝝ fuiſſet Iuppiter in creta tutatus.Quare loco illoꝝ ĩ illius ſacris cymbalis & tympanis poſtea utebantur:ut oſtendit Ouidius libro faſtorum quarto cum ait : Cymbala pro galeis: pro ſcutis tympana pulſant : & a cymbala cymbaliſtria dicitur quæ cymbalum pulſat.

C ymbium prima cum.c.exili &.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:ẽ poculi genus ad ſimilitudinem cymbæ:a qua ſic quoq; denominatur:de quo Virgilius lib.æneidos.iii.Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.

C imbri cũ.c.exili &.i.latino ſcribiť:populi ſunt germanorũ q lingua gallica teſte Feſto latrones dicũtur.Hodie flãmingos dicimus.hos ſoli inundans oceanus fugauit:& cũ romanorũ fines ĩuaderent. ac magna clade primũ romanos affeciſſent:tandẽ incredibili incæde a Mario in italia cãpo ĩ raudio deleti ſunt:ut Florus lib.ſuarũ hiſtoriarũ.iii.& Plinius de uiris illuſtribus monſtrauerunt.

C himæra prima cum.ch.aſpirato &.i.latino:penultima cũ.æ.diphthongo ſcribitur:mons eſt in lycia qui fumum & flãmam ad modum ætne in ſicilia & ueſuuii in campania eructare uidetur:quod utiq; dedit cauſam fabulæ: quæ illum dixit monſtrum eſſe chimæræ:quam Heſiodus in theogonia deſignans tria habere capita dixit.unum leonis. aliud ipſius chimæræ. & aliud draconis quĩn & alterius quidem leonem: poſterius uero draconem. medio autem capram eſſe : idem Homerus atq; eundem uerſum libro quinto iliados.& per eadeʒ uerba expreſſit cum ait ϖροσθὲ λέων ὄπισθε δράκων μέσσα δὲ χίμαιρα.,Et Ouidius libro metamorphoſeos decimo inquit.,Quoq; chimæra iugo mediis in partibus hircum:Pectus & ora leæ caudam ſerpentis habebat.Addit ulterius Heſiodus illam per ſingula capita ignem efflare:quod Virgilius libro quinto æneidos tetigit cum ait:Flammiſq; armata chimæra.Immo dixit Homerus terribiles illam flãmarum globos cum ſpiritu eructare.

C himerinos prima cum.ch.aſpirato &.i.latino in quod ei diphthongus conuerſa fuit:&.e.abſq; diphthongo ſcribitur:dici poteſt latine hyemalis. Nam circulus unus eſt cæli qui capricornum contingit in quo cum ſol eſt: breuiſſimos dies habemus.

C yminum prima cum.c.exili &.y.græco:ſequens cum.i.latino ſcribitur:& corripit primam atq; producit penultimam ut Perſius.Et pallentis grana cymini. a nonnullis uero cum.u.ſcribitur cuminum.

C yminus prima cum.c.exili &.y.græco ſequens cum.i.latino ſcribitur: lacus eſt hetruriæ cymino mõti ſuppoſitus:ut Appianus clariſſimus hiſtoricus græcus oſtendit.quem quidam eſſe putãt qui nunc uici lacus dicitur:de quo teſte Seruio ſuper ſeptimum æneidos talis habetur fabula.Aliquando Hercules ad circũiacentes populos uenit:qui cum a ſingulis probaretur ad oſtendendam uirtutem deieciſſe dicitur uectem ferreum quo illi exercebantur: qui cum terræ eſſet affixus & a nullo potuiſſet aufferri : eum rogatus ille ſuſtulit . Vnde immenſa uis aquæ ſecuta eſt quæ cyminum lacum fecit. unde a κυμαίνομαι: quod eſt fluctuo & ex æſtuo dictum puto:& corripit taʒ primam q̃ penultimam:Virgilius libro ſeptimo.

Hi ſocratis habent arces flamminiaq; arua:
Et cymini cum monte lacum.

C immerii cum.c.exili &.i.latino atq; duplicato.m.ſcribitur.populi ſunt teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto in aſia amazonibus proximi: quos ex ultimo occidentali oceano aduenitſſe dixit Homerus circa initium libri decimi odyſſeæ & alia q̃plura de illis loquitur.

C ymolia cum.c.exili:&.y.græco & unico.m. atq; unico.l.&.i.latino poſt.l.ſcribitur:genus eſt cretæ quæ & ueſtibus & medicamentis eſt apta: ut uidebimns in dictictione creta.& a κύμη:id eſt cumæ nomen aſſumpſit.

C ymodoce cum.c.exili utrobique &.y.græco ſcribitur: fuit teſte Heſiodo nympharum una filia Oceani & Tethyos:de qua etiam Virgilius libro georgicoruʒ quarto meminit.

C imon cum.c.exili &.i.latino ſcribitur : fuit athenienſis filius Miltiadis:de quo Herodotus libro hiſtoriarum ſexto & Iuſtinus libro ſecundo plura ſcripſerunt: habuitq; duos filios Steſagoram & Miltiadem.

C ymothe prima cum:c.exili &.y.græco.penultima cum.th.aſpirato ſcribitur: poteſt interpretari curſus fluctuum.Nam componitur ex κῦμα:quod eſt fluctus: & θοῶ curro dicitur a poetis filia Nerei & uxor Neptuni. Vnde Virgilius libro æneidos.i.Cymothe ſimul & triton adnixus acuto Detrudũt naues ſcopulo.

C inabari apud græcos : apud noſtros uero cinabaris & cinaber:ut ſimili modo quo illi pipari nos piper dicimus: licet non græca ea ſed barbara uocabula putem cum.c.exili &.i.latino utrobique ſcribitur: dicitur ab aliquibus minium tantum in ſingulari.Quod teſte Plinio libro.xxxiii.naturalis hiſtoriæ reperitur in argentariis metallis.Vnde ait minium quoque & nunc inter pigmenta magnæ auctoritatis & quondam apud romanos fuit:& ut ſacri auctores tradunt: quibus ut ait idem auctor uerius credi neceſſe eſt Iouis ipſius ſimulachri faciem diebus feſtis minio illiniri ſolitaʒ : triumphantiumq; corpora:& ſic Camillũ triumphaſſe.Cuius rei cauſam magis admiratur Plinius q̃ reddat: Iuxta quod ait Virgilius in ægloga quæ inſcribitur gallus:Pan deus arcadiæ uenit: quem

uidimus ipſi Sanguineis ebuli baccis minioq; rubẽtem. Quod propter ætheris ſimilitudinem qui Iuppiter eſt fieri dixit Seruius. Vnde ut ait triumphantes qui omnia Iouis ferebant inſignia minio tingebantur. Plinius etiam ad ea quæ diximus ſubdit conſtare æthiopum proceres totos illo tingi:& hunc ibi deoruꝫ ſimulachris colorem eſſe. Sed aliud uult eſſe cinabaris:aliud minium. Nanq; ut ait libro trigeſimoquinto ſunt autem colores auſteri aut floridi. Vtrũq; natura aut mixtura euenit. Floridi ſunt quos dominus fingendi præſtat: ut minium: armenium. cinabaris: chryſocolla: inclytum purpuriſſum. Cæteri auſteri: & ex omnibus his aliis: de quibus uidebimus in dictione ſinopis.

C inædus cum.c.exili &.i.latino atq;.æ.diphthongo ſcribitur: puer eſt qui & ætate & forma ad patiendum eſt aptus. Nam componitur ex κινῶ uerbo quod mouere indicat atq; experiri: & αἰδοῖα uerenda: ut Martialis in duodecimo Addixti labiane tres agellos: emiſti labiane tres cinædo: pedicas labiane tres agellos. Iuuenalis in ſatyra Neuoli: Dat eiſdem ferre cinædis. Et in ſecũda ſatyra. Inter ſocraticos notiſſima foſſa cinædos. Quod ideo dixit quia cum apud Socratem elegantis formæ adoleſcentes bonis moribus litteriſq; & philoſophia inſtituerentur. Eo modo pædicones & ſceleſtos uiros uitare inſtructi erant quo uiatores intercedentes foſſas uitare procurant. & quanto notius eſt præcipitium: tanto magis illud deuitant: quare inuehens Iuuenalis contra pædiconem illum qui triſtibus abundat obſcoenis: & merito notus a modeſtis adoleſcentibus ut illum euitarent ait: Caſtigas turpia cum ſis inter ſocraticos notiſſima foſſa cinædos.

C ynægirus prima cum.c.exili &.y.græco: ſecunda cum.æ.diphthongo: & penultima cum.i.latino ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaruꝫ ſexto uir atheníenſis Euphorionis filius.

C ymætha prima cum.c.exili &.y.græco: penultima cum.æ.diphthongo & ultima cum.th.aſpirato ſcribitur: ponitur a Theocrito nomen capræ & aliquando buculæ.

C inyras prima cum.c.exili &.i.latino: ſequens cum.y.græco ſcribitur: fuit Paphi filius & rex cypri: ut oſtendit Ouidius: habuitq; filiam Myrrham ex qua Adonem genuit: ut uidimus in dictione adonis. de quo Clemens in ſtromatiis Nunꝗ enim cyprius ille Cinyras mihi perſuadere potuerit auſus luxorioſas cærimonias Veneris ex nocte diei tradere: ciui ſuæ meretrici diuinum honorem deferre contendens. Aliter fuit aſſyriorum rex in lapidem uerſus ob filiorum infortunia.

C yneas cum.c.exili &.i.latino atq; unico.n.ſcribitur: licet a nonnullis græcis etiam cum duplicato.n.ſcriptum comperẽrim: fuit teſte Plutarcho ĩ uita Pyrrhi uir theſſalus & Pyrrhi amiciſſimus. Quem admirandæ memoriæ fuiſſe oſtendit Solinus.

C inyps prima cum.c.exili &.i.latino: ultima cum.y.græco ſequente.ps.ſcribitur: fluuius eſt garamantum ut teſtis eſt Herodotus libro hiſtoriarum quarto. nam ut ait a Charitone colle profluit: & in libycum mare inter duas ſyrtes cadit: paſcitq; ut ſubdit hircos maximos qui ab illi cinyphei dicuntur: dicente etiam Virgilio libro georgicorum tertio:

Nec minus interea barbas incanaque menta:
Cinyphei tondent hirci ſetaſq; comantes
Vſum in caſtrorum & miſeris uelamina nautis. Quin & iuxta illum largas inſurgere ſegetes monſtrare uidetur Ouidius libro.ii.de ponto cum ait:

Cinyphiæ ſegetis citius numerabilis ariſtas:
Quam tibi noſtrorum ſtatuatur ſumma laborum.

C inyphei prima cum.c.exili &.i.latino: ſequẽs cum.y.græco ſcribitur: cognomẽ eſt hircorum in aphrica: ut in ſuperiori dictione uidimus.

C innamomum cum.c.exili &.i.latino atque duplicato.n. ſcribitur: frutetum eſt in æthiopia. Quod teſte Solino ſitu breui naſcitur: ramo humili & depreſſo cuꝫ nunquam ultra duas ulnas aſcendat. Et quod gracilius prouenit eximium magis dicitur. Eius radicem ait Plinius libro duodecimo naturalis hiſtoriæ magni ponderis uidimus in palatii templo quod fecerat diuo Auguſto coniunx Auguſta aureæ pateræ impoſitam annis omnibus in grana durabatur: donec id delubrum incendio conſumptum eſt. Nec eodem teſte cinnamomum & caſia ſunt arabum ſed cinnamomum idemque cinnamomum naſcitur in æthiopia trogodytis cõnubio permixta.

C innamum cum.c.exili &.i.latino atq; duplicato.n.ſcribitur: ſimilis eſt arbuſcula cum cinnamomo: de qua Ouidius libro faſtoꝝ.iii.dum Baccho loqueret̃ meminit cum ait: Cinnama tu primus captiuaq; tura dediſti.

C ynomyia prima cum.c.exili &.y.græco: penultima cum diphthongo compacta ex.y.græco &.i.latino ſcribitur: ut ſupra cum de ea diphthongo loqueremur oſtendimus. Et interpretari poteſt canina muſca. Naꝫ componitur ex κύνος qđ eſt canis & μυῖα muſca.

C ynocephali cum.c.exili utrobiq; &.y.græco in prima ſcribitur: beſtiæ quædam ſunt ex ſimiarum genere in omnibus præterꝗ in capite quod caninum habent: humanam ſpeciem deferentes. Nãq; dictio eſt compoſita ex κύνος quod ut diximus canem indicat: & κέφαλη caput: quaſi caninum caput habentes. Suntque teſte Solino in partibus æthiopii frequentiſſimi: uiolenti ad ſaltum: feri morſu: nunquam ita manſueti ut non ſint magis rabidi: & de his ſenſiſſe Ouidium in prima metamorrhoſeos arbitror. potius quam de ſimiis cum dicit ex ſanguine fulminatorum gigantũ nata eſſe animalia his uerſibus. Perfuſam multo natorum ſanguine terram: Immaduiſſe ferunt calidumq; animaſſe cruorem. Et ne nulla ſuæ ſtirpis monumenta manerent: In faciem uertiſſe hominum ſæuæq; auidiſſima cædis.

C ynocephalæa cum.c. exili utrobique &.y. græco in prima atq;.æ. diphthongo in penultima ſcribitur: herba eſt caput canis repræſentans. hanc dixit Apion grammaticus teſte Plinio libro.xxx.naturalis hiſtoriæ ab ægyptiis Oſiritem uocari: diuinamq; eſſe contra omnia ueneficia: ſed tota erueretur ſtatim qui eruiſſet mori.

C ynogloſſa cum.c.exili &.y.græco ſcribitur: herba eſt ſimilitudinem habens linguæ canis: uidelicet cynos.i.canis γλῶσσα lingua.

C ynorhodos prima cum.c.exili &.y.græco: penultima cum.rh.aſpirato ſcribitur dicitur a noſtris teſte Plinio.xxv.naturalis hiſtoriæ roſa ſilueſtris: ſed propria dictionis litteratura interpretatur canis roſa. Nam cynos quod eſt canis componitur cum ῥόδος: quod eſt roſa: quæ ſane ſic quoq; uocata eſt: quia ut ait Plinius libr.viii.naturalis hiſto.eius radix ad morſum canis rabidi unicũ remedium oraculo quodaꝫ compertũ fuit. Idẽ totius herbæ ſuccũ cũ lacte exhibitũ

afficere dixit.

C ynoſura cũ.c.exili &.y.græco atq; unico.s.ſcribitur:dici poteſt canis ura.i.cauda.Nam teſte Agloſthene qui naxicam ſcripſit:fuit una ex Iouis nutricibus de nymphis ideis:a cuius nomine urbs in arcadia:& portus qui ibidem eſt: & agri maior pars cynoſura appellata fuit quam Iuppiter ob ſuſcæpta beneficia i cælum locauit.& ob ſimilitudinẽ cum arcto Caliſtonis:& ipſa arctos licet minor dicta fuit:ut in ea dictione uidimus. eſt ergo cynoſura minor urſa de qua Lucanus libro nono ait:

Te ſegnis cynoſura ſubit:tu ſicca profundo Mergi plauſtra putas:

C ynicus cum.c.exili utrobiq; &.y.græco in prima:atq;.i.latino i penultima ſcribitur:fuit philoſophorum quorundã agnomen:cuius ſectæ princeps Antiſthenes athenienſis fuit:qui(teſte Laertio)cũ diſſereret in gymnaſio quod κυνόσαργες appellabatur:non longe a ianuis cynicum cognomen ſue ſectæ dedit.Alii uero ex noſtris quidam cognomen id canibus accæptum fuiſſe dicunt. Quia ſicut canes natura mordaces ſunt:ſic philoſophi illi in ſectandis uitiis mordaces eſſe dicerẽtur.Nam(ut refert Laertius in uita Diogenis cynici) interrogatus Diogenes quare canis diceretur:reſpondit quia in eos qui dant blandior:in eos qui non dant ob latro:malos autem mordeo. Quin & cum ſepultus eſſet apud corinthum iuxta portam quæ in Aeſchinum fert:ſuper illius tumulo erecta fuit colũna:ſuper qua canem ex pario lapide exſculpſere.Alii uero cynicos ex eo dictos fuiſſe arbitrantur:quia eorum nõnulli uelut canes abſq; uerecundia pudenda exercere uiſi fuerint: ut Crates thebanus cum uxore Hipparchia: & alii nõnulli.Ego uero gymnaſii cognomen illis primitus cynicorum nomen dediſſe exiſtimo.& cauſas alias ex conſequentibus etiam illis ſuccæſſiſſe: hi(Diocle teſte)philoſophiam naturalem & rationalem tollebant:ſoliq; morali innitebãtur. Repudiabant liberales artes maxime geometriam & muſicam:placebat eis finẽ eſſe ſecundum uirtutem uiuere,Stoici hoc idem dixerũt. plerũq; herbis & aqua tantũmodo utebantur,cynici nobilitatem & diuitias abiiciebant:quam ſane ſectam plures putauere non eſſe uitæ conſentaneam.

C ynthos cum.c.exili &.y.græco atq;.th.aſpirato ſcribitur: mons eſt in delo inſula decorus natiuitate Apollinis & Dianæ:tãtæq; celſitudinis teſte Seruio & umbra ſua totius inſulæ ambitum tegat: a quo & Apollo cynthius:& Diana cynthia nominantur.

C ynthius prima cum.c.exili &.y.græco:penultima cum.th.aſpirato ſcribitur: & i.latino:cognomen eſt Apollinis a cyntho monte accæpto. unde ait Ouidius libro primo de arte:Cynthius admoti uaccas pauiſſe phareas Fertur: & i parua delituiſſe caſa.Quin & figurate a Virgilio pro Octauiano ponitur in ſileno:cũ ait:Cum canerem reges & prædia cynthius aurem Vellit.i.Octauianus.

C ynthia prima cum.c.exili &.y.græco:penultima cũ.th.aſpirato &.i.latino ſcribitur:& pro Diana a poetis poni conſueuit:ut Horatius in tertio carminum. Tu curua recines lyra latonam & celeris ſpicula cynthiæ. Ad cuius ſimilitudinem & Propertius amatam ſuam cynthiam uocauit : quæ hoſtilia proprio nomine dicebatur:cum in primo ſui operis carmine ait:

Cynthia prima ſuis miſerum me cæpit ocellis:

Contractũ nullis ante cupidinibus. Cuius meminit Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiam cum ait:Haud ſimilis tibi cynthia:nec tibi cuius Turbauit nitidos extinctus paſſer ocellos:hoc eſt tunc credo pudicitiam moratam in terris cum montana uxor ſternebat torum frondibus:& culmo.id eſt palleis: uicinarumq; ferarum pellibus:quæ ſane tibi o cynthia Propertii amica haud quaq̃ ſimilis erat.Nec tibi o Leſbia amica Catulli quæ ita delicata fuiſti.ut cum paſſerem haberes quo delectabaris:& is moreretur tantum fleuiſti: quod tumore tibi oculi deturbati fuerint:ipſo dicente Catullo in libro primo.

Lugete o ueneres cupidineſq;
Et quantum eſt hominum uenuſtiorum
Paſſer mortuus eſt meæ puellæ:
Quem plus illa oculis ſuis amabat.
Nam mellitus erat:ſuamq; norat
Ipſam tam bene q̃ puella matrem:
Nec ſeſe a gremio illius mouebat:
Sed circũſiliens modo huc modo illuc
Ad ſolam dominam uſq; pipillabat. Et in fine ſubdit.
Tua nunc opera meæ puellæ:
Flendo turgiduli tument ocelli.

C ypariſſus prima cum.c.exili &.y.græco.reliqua uero cum.i. latino & duplicato ſ.ſcribitur.Sed quandoq; ſic:quandoque uero.y.græcum in.u.noſtrum cõuertimus:ac dicitur cupreſſus.nam cypariſſus primum:ut Virgilius libro æneid. tertio.Aeriæ quercus aut coniferi cypariſſi.Ouidius libro metamorphoſeos decimo.Sed tamen ante alios ceæ pulcherrimæ gentis:Gratus erat cypariſſi tibi. Cupreſſus uero etiam ſcribitur:ut Virgilius libro geogicorum primo.Et tenerã a radice ferens ſiluane cupreſſum. Nanq; fuit cupreſſus ſiue Cypariſſus puer formoſus a Siluano amatus:de quo Ouidius in.x.omnem fabulam explicauit. Et quia lachrymis diſſolutus puer ob dolorem interfectæ ceruæ in eam arborẽ conuerſus fuit:dicunt illam inferis conſecratam:hoc eſt lachrymis & luctibus. Seruius uero dixit illam inferis conſecratam:quia cæſa nunq̃ reuireſcit. Vnde moris eſſe romani rettulit:ramum cupreſſi ante domum funeſtam poni funere:hoc eſt cadauere pollutam.Ne quiſq̃ per ignorantiam ingrediẽs pollueretur. Quare ab Horatio inuiſa cupreſſus eſt & a Virgilio atra:hoc eſt funeſta nuncupatur. Verum de qualitate ligni locutus Plinius libro decimoſexto naturalis hiſtoriæ inquit.Cariem uetuſtatemq; non ſentiunt cupreſſus:cedrus:hebenus:lotus:buxus:taxus:iuniperus:oleaſter & olea:tardiſſime larix:robur:ſuber: caſtanea iuglans rimã fixurãq; non capit ſponte cedrus cupreſſus olea & buxus maxime æternã putant hebenum & cupreſſum cedrũq; claro de omnibus indicio Nam in templo epheſiano Dianæ utpote tota aſia extruente cum quadringentis annis peractum ſit:conuenit tectum eius eſſe cedrinis trabibus de ipſo ſimulachro deæ ambigit.Cæteri ex hebeno eſſe tradunt.Mutianus ter conſul ex his qui proxime uiſo eo ſcripſere uitigineum:& nunq̃ mutatum ſepties reſtituto tẽplo:ualuas eſſe e cupreſſo:& iam quadringentis prope annis durare. Materiem omnẽ nouæ ſimilẽ:Et ſubdit. Nonne ſimulachrum Iouis in arce e cupreſſo durat conditum ſexcenteſimoſexageſimo primo anno dicatum.Memorabile etiam uticæ templum Apollinis:ubi cedrorum trabes durant: ita ut poſita fuere prima urbis eius originie annis ſexcentiſſeptuagintaocto.Et in hiſpaniis aiunt tẽplum Dianæ a Zacyntho aduectæ cum conditoribus anno ducenteſimo ante

excidium troiæ:ut auctor eſt Bochus. fuit etiam cypariſſus teſte eodem Plinio
lbiro.iiii.naturalis hiſtoriæ urbs in achaia:& ſinus circuitus quinq; & ſeptuagi
ta miliarium.Idem oſtendit Homerus libro.ii.iliados.

C yprus cum.c.exili &.y.græco ſcribitur:inſula eſt in carpathio mari ſita:porre
ctaq; inter ciliciam & ſyriam:inter alias orbis inſulas formoſiſſima: ueterum di
uitiis abundans:luxui plurimum dedita.ob quod Veneri ſacram dixit Florus
libro tertio.Eſt cyprus teſte Plinio circa finē libri.xii.naturalis hiſtoriæ arbor
odorata in ægypto foliis & ſemine ſimiles coriandro. Quam ut ait quidam eſſe
dicunt arborem quæ in italia liguſtrum uocatur:

C yprianus prima cum.c.exili &.y.græco ſequens cum.i.latino ſcribitur:nomen
eſt patrium:ac etiam uiri proprium.

C yphus cum.c.exili &.y.græco ſcribitur:genus erat poculi:quo ut plurimū ute
bantur antiqui in ſacri:ut Virgilius libro æneidos ſeptimo.Hoc pater Anchiſes
cypho libabat ad aras: & dicitur etiam ſcyphus cum.ſ.ante.c.ut in ea dictione
uidebimus.

C ypſelus cum.c.exili &.y.græco atq; unico.l.ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro
hiſtoriarum primo pater Periandri corinthiorum tyranni.

C iranus cum.c.exili &.i.latio atq; unico.n.ſcribitur:fuit lycius & Sarpedonis co
mes:quem teſte Homero libro iliados quinto.Vlyxes in bello troiano interfecit.

C irces cum.c.exili utrobiq; &.i.latino ſcribitur:fuit Solis & Perſæ nymphæ filia:
ut poetæ atteſtātur:quam habitaſſe haud longe a caieta urbe campaniæ ferūt:
in monte quodam olim inſula qui ab eo uſq; in hunc diem circæus eſt appella
tus ut teſtis eſt Homerus ī odyſſea:& Virgilius circa initium libri ſeptimi ænei
dos. Nec mons ille teſte Seruio freto maris: ſed paludibus a continenti ſepatus
erat.Quas limus ex albanis montibus defluens tandem compleuit & terræ con
tinuum fecit:ſuper quo grande olim ut aſſerit oppidum fuit: ut circæi ut ga
bii uulſinii:& aliæ q̄plures urbes in plurali dicebantur. Quod Iuuenalis ipſe ī
ſatyra Criſpini oſtendere uidetur cum ait de Nerone qui circæis nata forēt an
luctinum ad ſaxū rutupino ue edita fundo oſtrea cullebat.& Horatius: Oſtrea
circæis:miſeno oriuntur echini.Nec de monte ſane intelligere potuerunt : qui
circæus in ſingulari dictus erat:ſed de oppido magis quod ſic quoq; uocabatˀ :
& in ſingulari circæum ut utrūq; oſtendit Liuius & Horatius in epodo. Nō ut
ſuperni uilla candens tuſculi Circæa tangat mœnia.

C ircus cum.c.abſq; aſpiratione utrobiq; &.i.latino ſcribitur. Quidam uero cum
y.græco ſcribendum:& græcum uocabulū putauerunt: eo quod κύλοσ apud
græcos per.y.græcum ſcribatur:a quo circum ſimili modo cum.y.græco dedu
ci exiſtimarunt.Quod nobis minime uideri poteſt. Nam cyclus quidem ſi apd
nos ſcriberetur:fateremur græcū eſſe.Non autem circus:quia aliam litteraturā
& uocem ſequitur.nam dictio eſt latina & a circumeo nomē traxit. Vnde ſi cū
y.græco ſcriberetur:& ab eo quoq; deſcendentia omnia per.y.græcum ſcriben
da eſſent:ut eius dimminutiuum circulus quin & cyrcuitus & uerbum ipſum
cyrcumeo.Item & præpoſitio circum & ſimilia quod nemo unquam uidit:itaq;
licet recte cyclus cum.y.græco ſcribatur quod apud nos non niſi in compoſiti
one aut deriuatione comperitur.ut hemycyclus.cyclades:cyclops : non tamen
circus cum.y.græco ſcribi poteſt aut ex illis compoſita:ut ſemicircus aut ſemi
circulus cum dictiones ſint latinæ:& a uerbo circumeo deducātur teſte Seruio
a quo circēſes eodē teſte ſup.iii.geor.q̄ſi circū enſes dicti ſunt ludi:ꝓpterea qđ
apud antiqtatē rudem:quæ nōdū ſpectacula in fabricaꝝ ornatum deduxerat
inter enſes & gladios locis uirentibus agebantur.Et medio in loco munera col
locabant:ut Virgi.li.ænei.v.Munera principio ante oculos circoq; locanť In
medio: Erat ludicrū ut equi uinctis curribus a circi carceribus deſcēdentes ex
uno latere circi decurrerent:& cū ad ſummū aduentaſſet: ſe inde diuerterent:
& ex alio latere recurrentes ad primā uſq; circi mætā reducerētur:ut late & pul
cherrime deſcripſit Sophocles in ἡλέκτρα. Quare a græcis ιππολρόμοσ hoc
eſt equoꝝ curſus circus ipſe ιπποδρομιαι circēſes ludi uocitati ſunt:dicēte Iu
uena.ī ſatyra Stēmata qđ faciūt:Sic laudamus equū:facili cū plurima palma
feruet & exultat rauco uictoria circo:ob clamorē.ſ.& applauſum circūſpectātiū
Nā diſponebatur circus in formā ſpacii oblongi:ita ut in ſummitate ſpacii:hoc
eſt in loco ubi equi reuoluebanť ſpecies hemicycli conſtituta uidebatur. In cir
cuitu uero gradus inſurgebant:in quibus ſpectantes ſedere conſueuerant. Vn
de naturalem circum deſcribens Virgilius libro æneidos.v.inquit.

Hoc pius æneas miſſo certamine tendit
Gramineum in campum:quem collibus undiq; curuis
Cingebant ſiluæ:mediaq; in ualle theathri
Circus erat.Habebant ergo prius curuos colles ꝓ ſeſſilibus gradibus:q qđē po
puli cōceſſus teſte Seruio ī eundē libꝝ cauea uocabatˀ.dicēte Virgi:ī eodē libro
Hic totū caueæ cōſeſſum ingētis & ora prima patꝝ magnis clamoribus implet
Et li.viii.Cōſeſſu caueæ magnis circēſibus actis:Qui & id eſſe dixit Seruius qđ
Iuue.ait.Oibus ad podiū ſpectātibus q̄ſi podiū cū cauea:idē eſſe uelit.Mihi ue
ro uideť ex iiſdē auctoritatibus podiū & caueā magis totum circū q̄ tātūmō cō
ſeſſum deſignare:ita ut recte poſſe dicere uideamur gradus ſeſſiles ī podio & ca
uea:hoc ē in circo degere.Quin & ī ipſo circi medio:ut apud cōſtātinopolim &
romæ cōſpeximus:atq; ex approbatis auctoritatibus accæpimus: locabanť obe
liſci:ut in ea dictiōe uidebimus:ſepulchra nobiliū uiroꝝ:& res aliæ ſpectatione
dignæ:circū hoc eſt inter eas res ſic ꝑ ordinē ī medio diſpoſitas eq decurrebant.
Dicebatur etiā circus ſtadium & locus ubi curſus erat equoꝝ.curriculū ſtadii
ut ex multis auctoribus cōſtare pōt.& Gellii ꝑcipue circa initiū noctiū atticaꝝ
At locus ille unde eq ipſi primo mittebantur oppidū teſte Varrone de lingua la
tina Neuius appellauit.poſtea ut ait dicti ſunt carceres:eo ꝙ coerceantur eq ne
inde exeāt anteq̄ magiſtratus ſignū miſit:iuxta quē ſenſū Virg.ī fine.i.geor.ait

Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ
Addunt in ſpacia:& fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga:nec audit currus habenas.& libro.iii.
Ruuntq; effuſi carcere currus.Sane octauianus teſte Suetonio in illius uita:in
circo aurigas curſoreſq; & cōfectores belluaꝝ ea nobiliſſima iuuētute produxit.
Sed & troiæ ludū edidit frequētiſſimum.Maioꝝ minoꝝq; pueroꝝ priſci deco
riſq; moris exiſtimās claræ ſtirpis indolē ſic noteſcere. Similiter.C.Calicula:ut
idē in eius uita rettulit:edidit circēſes plurimos a mane uſq; ad ueſperā interie
cta mō aphricanoꝝ uenatione:mō troiæ decurſione.Nec ullis niſi ex ſenatorio
ordine auriganribus.Ludus uero troiæ q̄lis erat:& unde originē habuit:late &
eloquentiſſime mōſtrauit.Virgi.li.ænei.v.Veꝝ circos in urbe fuiſſe tres & non
plures diuerſis in locis legimus.Et primū circuꝫ maximū cognominatū fuiſſe:

Secũdũ flamineum q & apollinaris ẽ dictus. Terẽtiũ Neronis circũ in uaticano
De maxio loquit Liui. lib. i. ab urbe: cuius locũ a Torqnio deſignatũ oſtẽdit cũ
ait: primũ circo q nũc maximus dicit: deſignatus ẽ locus : diuiſa loca patribus
eqtibuſqȝ urbis: ſpectacula ſibi ut qſqȝ facerẽt fori appellati. Nã eos foros uoca-
uere: quod opus erat maximũ. Vnde romanus populus ſpectabat q̃ ĩ circo mu-
nera edebant. hæc ille. Serui. uero ſup. iiii. æneí. in eũ Virgilii locũ Impleſſenq;
foros flãmis inquit foros eſſe tabulata nauium ab eo quod inceſſus ferant : & ẽ
generis maſculino numero tantum plurali. Nec aliud q̃ tabulata intelligere uo
luit Liuius. nam ut proſequitur ſpectauere furcis duodenos ab terra ſpectacula
alta ſuſtinentibus pedes: ludicrum fuit equi pugilleſqȝ ex hetruria maxime ac-
citi ſolẽnes. Sed ut oſtendit Plinius lib. xxxvi. naturalis hiſtoriæ: fuit poſtea cir-
cus maximus a Cæſare dictatore extructus: longitudine ſtadiorum trium: lati-
tudine unius: ſed cum ædificiis iugerum quattuor: Cornelius uero Tacitus in
cendium id deſcribens quo Neronis tempore romana urbs pene conflagrauit :
initium inquit in ea parte circi ortũ: quæ palatino cælioqȝ montibus contigua
eſt. hæc ille oſtendens eum circum fuiſſe: cuius ueſtigia inter palatinuȝ & auẽ-
tinum etiam nunc conſpiciuntur: habuit circus maximus præclariſſima quæ
dam circa ſe ædificia ĩ primis ædem Veneris: quam teſte Liuio libro ab urbe. x.
Fabius Gurges conſulis filius aliquot matronis ſtupro damnatis ex eo mulcta-
ticio ære conſtruxit: fuit etiam teſte Plinio libro. xxxv. apud circum maximum
ædes Cereris. Liuius item de bello macedonico dixit. Cn. Licinium duumuiruȝ
ædem iuuentutis ĩ circo maximo dedicaſſe. Ouidius etiam libro faſtorum ſcri
bit templum Mercurii circum maximum ſpectaſſe: ubi ad illum dixit: Templa
tibi poſuere patres ſpectantia circum Idibus ex illis eſt tibi feſta dies: Idem libro
ſexto oſtẽdit columnam breuem marmoream poſt ſummum circum fuiſſe. ad
quam romani profecturi ad bella haſtam eam partem uerſus in quã ituri erãt.
proiicere conſueuerant. ait enim.
Proſpicit a tergo ſummum breuis area circum
Eſt tibi non paruæ parua colũna rotæ:
Hinc ſolet haſta manu belli prænuncia mitti
In regem & gentem cum placet arma capi. Erat etiã ĩ parte circũ Herculis quod
dam templum: quod Sylla iuſſu Sibyllæ conſtruxit. Vnde ait Ouidius
Altera pars circi cuſtode ſub Hercule tuta eſt.
Quod deus euboico carmine munus habet. & ſubdit: Si titulos quæris ſylla p-
bauit opus. Nã aliud erat Herculis tẽplũ in foro boario: in quod teſte Plinio li.
x. natu. hiſto. nec canes nec muſcæ intrare poterãt: eo ꝙ poſt primas tem pli ual
uas Herculis claua loca: a fuit cũ q̃ eo in templi loco. Cacũ occiderat cuius odo
re & nõ ĩmerito abſtererent canes. circus flamineus ideo dictus eſt ꝙ in pratis
flamineis cõſtructus fuit. unde Liuius itaqȝ inde cõſules nec criminatiõi locus
eẽt: in prata flaminea ubi nũc ædes Apollinis ẽ: iã tum apollinarẽ appellabant:
aduocauere ſenatum. & in eodẽ libro: Ea inqt oĩa in pratis flamineis cõcilio plæ
bis acta q̃ nũc circum flamineũ appellãt: ex qbus nõnulli certiſſime affirmare
uolunt eũ flamineũ circũ fuiſſe: q nunc quoqȝ agon uocitat: iuxta quẽ teſte Pã
dulpho lateranẽſis eccleſie hoſtiario Hadrianus primus romanus ponti. in æde
Apollinis eccleſiã cõſecrauit Apollinaris martyris & pſulis Rauennatis ut noĩs
ſimilitudine memoriã idolorũ cõfunderet. Nãqȝ ĩ eo circo apollinaria ĩ honorẽ

Apollinis celebrari conſueuerãt: dicẽte Macrobio de ſaturnalibus: bello punico
apollinares ludi ex ſybillinis libris primum ſunt inſtituti: ſuadẽte Cornelio ruf-
fo decẽuiro: & infra ſubdit. Inqȝ eã rem duodeci milia æris pretorii: & duas ho-
ſtias maiores dari decẽuiris precæptum: ut græco ritu hiſce hoſtiis ſacꝝ facerẽt
Apollini boue aurato: & capris duabus albis auratis: Latonæ boue fœmina au-
rata: ludos in circo populus coronatus ſpectare iuſſus. Cornelius etiã nepos te-
ſte Priſciano in. ix. dixit ædes Martis eſt ĩ circo flamineo architectata ab Hermo
doro ſalaminio: circum autem Neronis in uaticano fuiſſe oſtendit Plinins libro
xxxvi. naturalis hiſtoriæ. de quo in dictione obeliſcus uidebimus.
C hiragra cum. ch. aſpirato &. i. latino ſcribitur: dici poteſt manuum dolor. Nã cõ
ponitur ex χειρ quod eſt manus: & ἄγρα dolor atrocitas uel aſpera infirmitas:
Et ſimili modo cõponitur podogra uidelicet a podos. i. pedis & agra dolor: quẽ
incurabilem dixit Ouidius libro primo de ponto cum ait:
Soluere nodoſam neſcit medicina podagram:
Nec formidatis auxiliatur aquis. id eſt rabidis hominibus qui more rabidorum
canum licet acriter ſitiant aqua abhorrent & timent. Vnde Lucanus libro ſexto
Non ſpuma canum quibus unda timori eſt.
C yrene abſqȝ aliqua aſpiratione uel diphthongo & cum. y. græco ſcribitur: fuit
uirgo miræ pulchritudinis filia Penei regis arcadiæ: ſiue ut poetæ dicũt Penei
fluuii. Virgilius libro georgicorum. iiii. ad Cyrenem locutus ait: Triſtis ariſteus
penei genitoris ad undam Stat lachrymãs hanc Apollo e monte pelio theſſaliæ
rapuit. Et illam in finibus libiæ ad iuga montium ægypto adiacentium dedu-
xit: quæ teſte Iuſtino libro. xiii. quattuor illi filios peperit Ariſteum Noniuȝ An
tæum & Argæum: quo in loco batus Cyrni filius exolutis linguæ nodis Apol-
linis reſponſo ciuitatem cyrenem conſtruxit: regnante romæ Anco Martio: a
qua tractu temporis lybia ipſa cyrenæa uocata fuit: & ſcribitur cyrenæus cum
diphthongo in penultima.
C yrnus cum. c. exili &. y. græco ſcribitur: fuit rex therapnes. i. corſicæ a quo inſu
la cognomen cyrne anteq̃ corſica uocaretur accæpit. & fuit pater Bati qui cyre-
nem urbem libyæ conſtruxit: ut in ea dictione uidimus.
C yrne cum. c. exili &. y. græco ſcribitur: inſula eſt in liguſtico mari: quam hodie
corſicam uocamus: dicta primum therapne. deinde a Cyrno rege cyrne cogno-
minata. Vnde cynæus cum. æ. diphthongo. Virgilius ĩ Moeri. Sic tua cyrnæas
fugiant examina taxos.
C yrinus prima cum. c. exili &. y. græco ſequens cum. i. latino ſcribitur: nomen eſt
uiri proprium.
C hirographum prima cũ. ch. aſpirato &. i. latino: q̃q̃ apud græcos ſit. ei. diphthon
gus: & ultima cum. ph. aſpirato ſcribitur: dici poteſt manus inſcriptio.
C hiromantia prima cnm. ch. aſpirato &. i. latino: ultima cum. t. ſimplici &. i. lati-
no ſcribitur: dici poteſt manibus diuinatio. nam componitur ex χειρος: quod
eſt manus: μαντια diuinatio.
C hironomos per. ch. aſpiratum &. i. latinum ſcribitur: eſt cõmunis generis & dici
tur ille uel illa qui quæ ue manibus geſticulatur & ludit. nam componitur ex
χειρος quod eſt manus & νομος lex. Vnde Iuuenalis in ſatyra Credo pudici-
tiam. Chironomon lædam molli ſaltante bacillo: & inde chiromans chiromãtis:
ut idem in ſatyra Si te propoſiti inquit.

Structorem interea nequa indignatio deſit
Saltantem ſpectas:& chironomanta uolanti Cutello.

C hironomia modo cõſimili ſcribitur & cõponitur:quæ ut ait Quintilianus ĩ nomine ipſo declaratur lex geſtus quæ ab temporibus heroicis orta fuit. ea ſũmis græciæ uiris:& ab ipſo etiam Socrate ꝓbata. A Platone quoq; in pte ciuiliũ poſita uirtutum:& Chryſippo in præceptis de liberorum educatione cõpoſitis nõ omiſſa.Nam ut ſubdit Quintilianus lacedæmonios quidem etiam ſaltationem quendam tanq̃ ad bella quoq; utilem habuiſſe inter exercitationes accæpimus. Neq; ut ait id ueteribus romanis dedecori fuit.

C hirodita eodẽ mõ ſcribitur:tunica ẽ teſte Gellio lib.vii. noctiu atticarũ prolixa ultra brachia:manus totas ac ꝓpe digitos opiens.unde nomẽ aſſumpſit:quam ferre romæ atq; in omni loco indecoꝝ fuit. Vnde.P.Aphricanus uerba hæc in P.Sulpitiũ Gallum hominem delicatũ obiectauit.Nam qui quotidie unguẽtatus aduerſus ſpeculũ ornetur:cuius ſupcilia raduntur:qui barba uulſa fœminibuſq; ſubuulſis ambulet q in cõuiuiis adoleſcentulus cũ amatore cũ chirodita tunica inferior accubuerit:qui non modo uinoſus: ſed uiroſus quoq; ſit : eũ ne quiſq̃ dubitet quin idem fecerit:quod cinædi facere ſolent.Simile Virgilius:Et tunicæ inquit manicas:& habent redimicula mitræ.

C hiron cum.ch.aſpirato &.i.latino:licet apud græcos ſit.ei.diphthongus ſcribiť fuit Saturni filius ex Phillyra Oceani filia:cum qua Saturnus cũ cõcumberet & Ops eius uxor aduenirct:in equũ cõuerſus Chironem centaurum genuit: p dimidio hominem:& reliquo dimidio equũ.Vnde ait Virgilius libro georgico. iii.Talis & ipſe iubã ceruice effudit eqna:Cõiugis aduentu pnix ſaturnus.& altum Pelion hinitu fugiẽs impleuit acuto. Aratus uero nil de aduentu uxoris cõmemorans dixit Saturnũ quærẽtem p thraciam filiũ Iouẽ in equũ cõuerſum cũ Phillyre cõcubuiſſe : & chironẽ ut diximus ꝓgenuiſſe qui ab ipſa Phillyre. phillyrides cognominatus ẽ:ut Virgi.lib.georg.iii. Phillyrides chiron amithaoniuſq; melãpus. At ipſe chiron nõ mõ cẽtauros:ſed cunctos hoĩes ſui tẽpis bonitate & iuſticia ſupauit:dicẽte Germanico in arateo:Hic erit ille pius chirõ iuſtiſſimus oẽs Inter nubigenas & magni doctor Achillis.Nauigauitq; teſte Orpheo cũ argonautis dicente ἔνθα δὲ χείρων δικαιότατος κενταύρων Quẽ & iudicẽ illorũ & medicũ fuiſſe dixit.Nam ut uidebimus in dictione Hippocrates:medicinã & herbarum bonitates etiã adinuenit:quẽ poſtea docuit Aeſculapium & Achillem.Idẽ cũ argonautis teſte Orpheo ἄλλοτε δ᾽αὖ φρίβω κιθάρην μετὰ χέρσιν ἀράσσω:hoc eſt nõnunq̃ Phœbo citharã manibus pſonabat quã Achillem ſimiliter pulſare docuit.Ad hunc in pelio mõte cũ ſemel diuerteret Hercules:& ſagittas ipſius Herculis in ſanguine hydræ intinctas Chiron manibus cõtrectaret:admirareturq; quẽadmodũ ĩmania cẽtauroꝝ corpa illis iter feciſſet:una e manibus dilapſa pedẽ feriit:& illũ ĩ maxĩas anguſtias cogit. Sed deoꝝ miſeratiõe poſt.ix.dies ad aſtra ſublimatus ẽ:dicẽte Oui.lib.faſtoꝝ.v.Nona dies aderat cũ tu iuſtiſſime chirõ Bis ſeptẽ ſtellis corpe cinctus eris.

C hirurgia cum.ch.aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribitur:ſed apud græcos in prima eſt.ei.diphthongus quæ ut ſupra uidimus in.i.noſtrũ cõmutata fuit.Nam componiť ex χείρ qď ẽ manus:& ἔργια opatio.ſed in cõpoſitione mutať.r.antepenultia ĩ.οὐ.diph.& diciť χειουργία. Sane ex ei diph.quæ ẽ ĩ prima qdam abiiciũt.e.& detinent.i.ac dicunt chirurgia.quidã uero ecõtrario abiiciunt.i.& detinẽt.e.ac dicunt cheurgia.Itẽ nõnulli ſimiliter ex diph.ãtepenultimæ abiiciunt.o.ac retinent.r.& in.u.noſtrum conuertunt:& dicunt chirurgia.alii uero econtrario abiiciunt.r.& retinent.o.ac dicunt chirogia quæ in omnibus opationem manuum indicat.

C irtiſcus abſq; aliqua aſpiratiõe &.i.latino utrobiq; ſcribitur:fluuius eſt teſte Herodoto memorandus in ſcythia.

C yrus cũ.c.exili &.y.græco atq; unico.r.ſcribiť:fuit rex pſaꝝ potẽtiſſimus & primo ab Aſtyage auo materno expoſitus q a paſtore regii pecoris comptus & enutritus:cum puer effectus iter paſtores impio uteretť Cyri hoc ẽ domini nomen accæpit:ut dixit Iuſtinus li.ſui epitomatis.i. Num κύριος græce latĩe dominus dicitur.ipſe deinde apud maſſagetas in prælio occidit.

C irrha cum.i.latino & duplicato.r.atq; ſecundo aſpirato ſcribiť:eſt mons ſeu collis pernaſi alio nomine helicon uocitatus: fuitq; Apollini ſacer. unde Martialis Quid tibi cum cirrha:qd cũ pmeſſidos unda. Et inde cirrhæus: ut Iuuenalis ĩ ſatyra.Exemplo quodcunq; malo inquit:Et cirrhæi ſpicula uatis.

C yrillus prima cum.c.exili &.y.græco ſequens cum.i.latino & duplicato.l.ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

C hilo cum.ch.aſpirato &.i.latino atq; unico.l.ſcribitur:fuit philoſophus lacedæmonius patre Demageto unus ex ſeptẽ ſapiẽtibus græciæ.hũc Pli.li.vii.natur.hiſto.eius ſentẽtiæ auctorẽ fuiſſe dixit:quæ ĩ tẽplo Apollinis litteris aureis ſcripta fuit γνῶθι σεαυτόν.i.cognoſce teipſuȝ.Idẽ teſte Laertio elegiã ſcripſit aduerſus ferme ducẽtos:in q̃ dicebat futuroꝝ ꝓuidentiã rõe poſſe cõpræhendi ꝑ uirtute uiri.hũc eundẽ Hero.li.hiſto.i.cũ Hippocrate ĩ olympia cõueniſſe oſtẽdit.fuit idẽ in loquẽdo breuis:ob qď Ariſta.mileſius eũ breuiter loquẽdi modũ chilonium appellauit.Senuit circa primã & qnq̃geſimã Olympiadẽ:quo tẽpore uiguit Aeſopus.obiit piſæ amplexus & oſculatus filium:q fuerat in olympia coronatus.Defunctum aiunt ex immodica lætitia & imbecilli ſenio.

C ius cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fluuius eſt thraciæ:qui teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto ex pæonibus & rhodope monte profluens.medium ſcindit æmum:& in iſtrum defluit.

C hius cũ.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:inſula eſt in mari ægæo:habens aruiſiũ ꝓmontoriũ:a quo aruiſia uina deducebantur. Virgi. in daphni. Vina nouum fundã calathis aruiſia nectar.Et hẽt chius ĩ primitiuo penultimã breuẽ:ut Luca.in.viii.Quas aſine cautos.& q̃s chius aſpat undas.at ĩ deriuatiuo ꝓducit us Horatius lib.ii.ſermonũ:Cæcuba uina ferens alchon chium maris expers.

C iſſeus cum.c.exili &.i.latino atq; duplicato.ſ.&.eu.diphthongo ſcribitur:fuit teſte Virgilio libro æneidos.v.rex thraciæ:dicente Aenea cratera ĩpreſſum ſignis: quem thracius olim Anchiſe genitori in magno murmure ciſſeus ferre ſui dederat monumẽtum & pignus amoris.fuit & pater Hecube uxoris Priami:ut oſtẽdit Euripides ἑκάβη: cum ait πολύδωρος ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς κισσέως:Ex quo patronymicum fœmininum proficiſcitur ciſſeis:ut Virgilius libro æneidos.vii.Ciſſeis pregnans ignes enixa iugales.

C yſſus cum.c.exili &.i.græco atq; duplicato.ſ.ſcribitur:genus eſt hederæ:quæ teſte Plinio lib.xvi.natu.hiſto.ſola omnium geneꝝ ſine adminiculo ſtat.

C ithara cum.c.exili &.i.latino atq;.th.aſpirato ſequente.a.uocali ſcribitur:iſtrumentum eſt muſicum:quod etiam lyra dicitur.

Citharœdus prima cum.c.exili &.i.latino:ſequẽs cum.th. aſpirato & penultima cum.œ.diphthongo ſcribitur: Nam componitur ex cithara: & ὠιΔὸς canto: ubi diphthongus ex.ω.mega &:i.puo conuertitur in.œ.dipht.noſtram: quem admodum ſupra uidimus: cum de illa tractauimus. Mulier uero dicitur apud Teren.cithariſtria.ſicut a cymbalo cymbaliſtria: at cantrix ſeu cãtatrix dicitur apud eundem pſaltria a pſallo uerbo græco.quod eſt canto.

Cythera prima cum.c.exili &.y.græco:penultima cũ.th.aſpirato ſequente.e.abſq; diphthõgo ſcribiẗ:fuit teſte Heſiodo in theogonia ciuitas cypri:a qua Venus ipſa cognominatur.Eadem litteratura ſcribitur inſula quæ ultima ex cycladibus ponitur. Laertius uero laconie inſulam dixit:quæ prius porphyris dicta fuit:ut in ea dictione uidebimus:ſed ob celebratum Cythereæ templum: quod in illa erat cythera neutri generis & tantũmodo in plurali cognominata fuit. Vir. in.i.æneidos.Hunc ego ſopitum ſomno ſup alta cythera Recondam: & libro.x. Eſt paphos idaliũq; tibi ſunt alta cythera : ſicut hæc ſolẽnia & hæc artaxata in plurali ſimili modo tantũmodo declinantur:ut Iuuena.Sic p̃texatos referũt artaxata mores.de quibus in ſuis dictionibus uidimus uidebimuſq;.

Cytherea prima cũ.c.exili &.y.græco: ſequẽs cum.th.aſpirato &.e.uocali tam in penultima q̃ antepenultima abſq; diphthongo ſcribitur:ſane apud græcos ĩ penultima eſt.ei.diphthõgus:ob quod dixit Seruius ſup.viii.ænei. dici cythereaꝫ ꝑ citheriã:hoc ẽ uoce græca ubi illa diphthõgus ſic ſonat.Et eſt cytherea Veneris cognomen a cythera urbe cypri:ut in p̃cedenti dictione uidimus. Vnde uocabulum cythereia & cythereius ꝑ diuiſionẽ.ei.diphthongi deducitur:ut Oui. libro metamor.xiii.Fert humeris uenerabile onus cytherius heros.

Cythereis ut ſupior dictio & cũ.i.latio ĩ fine ſcri.nomẽ fuit libertæ Volũnii.Quã Gallus amauit:& licorim ĩ ultĩa ægloga : quæ gallus inſcribitur Virg.noĩauit.

Cithæron prima cum.c.exili &.i.latino. ſequens cum.th.aſpirato &.æ.diph.ſcri. Vnus eſt ex iugis ꝑnaſi montis boetiæ:non longe a thebis quẽ Lactantius dixit libro.i.diuinaꝝ inſtitutionũ.ſic quoq; dici.quia frequenter ſup ipſo cantu citharæ Orpheus ꝑſonaret.Quod Oui.lib.meta.iii.prius cõfirmaſſe uidetur. cũ ait.Vadit ubi electus facienda ad ſacra citheron. Cantibus & clara bacchantuꝫ uoce ſonabat.Nam in eo per ſancte colebatur Bacchus. Quin & in illo Pentheus atq; Orpheus dilaniati fuerunt.

Cytorus prima cum.c.exili.&.y.græco penultima cum.t.exili &.o.uocali ſcribiẗ mõs eſt teſte Solino mĩoris aſiæ in paphlagonia porrectus in ſpatiũ triũ & ſexaginta miliũ buxo fertilis.quæ ut ait uento mota æſtus imitaẗ undarũ. dicente etiam Virg.lib.georg.ii.Et iuuat undantem buxo ſpectare cytoron.

Cytiſus prima cum.c.exili.&.y.græco ſecunda cum.t.ſimplici &.i.latino quin & cum unico.s.ſcribitur frutex eſt teſte Pli.circa finẽ libri.xiii.natu.hiſto. ab Antilomacho athenięſi miris laudibus p̃dicatus pabulo ouiũ quo modico pingueſcũt & q̃drupedia aut iumenta ordeũ ſpernũt.hæc ille.Quare dixit Theocritus

α αιξτον κυτισον ὀ λυχοσ Ταν αιγα Διωκει

α γέρανὸσ Τωρο Τρον ἐγω Δἕτι Τιν μεμάνημαι

Ex quibus ea trãſtulit Virg.quãdo dixit in corydone. Torua leæna lupũ ſequitur lupus ipſe capellã:Florentẽ cytiſum ſequitur laſciua capella.Et ſubdit Pli. ad ea quæ ſupra dixit.Non ex alio pabulo lactis maior copia aut melior.Et ĩfra ſubſeqtur inuẽtus hic frutex ĩ cytiſo inſula:inde trãſlatus in oẽs ciclades : mox in urbes græcas caſei prouentu.hæc ille.ideo diait Seruius ſuper ſecunduꝫ georgicorum ab ea inſula:in qua abundat nomen aſſumpſiſſe. Et pergit Plinius propterea quod maxime miror rarum eſſe in italia non æſtiuum.non frigoruꝫ non grandinum:aut niuis iniuriam expaueſcit. Adiicit Iginus:ne hoſtium quidem propter nullam gratiam ligni:nec formam eius fruticis faciemue declarat ut reliquorum fecit.

Chytrapos prima cum.ch.aſpirato &.y.græco:ſequens cum.t.exili ſcribitur: dicitur ille tripos qui chytram id eſt ollam ſuper ignem detinet.Et ſequitur ultimæ dictionis declinationem quæ eſt pos podis:ut Oedipos & ſimilia.

Cyzicus prima cum.c.exili &.y.græco:ſecunda cum.z.conſonante &.i.latino ultima cum.c.exili ſcribitur:ciuitas fuit aſiæ nobiliſſima ſita in cherroneſo maris propontidis mœnibus arce & turribus marmoreis:quaſi altera roma: ut ſcripſit Florus libro tertio.unde ait Ouidius libro primo de triſtibus.

Hincq; propõtiacis hærentem cyzicon oris.

Cyzicon æmoniæ nobile gentis opus.

Clanius cũ.c.exili &.i.latino ſcribiẗ:fluuius ẽ cãpaniæ prope neapolim fluens: & ac erras dictus a κλάνιον:quod eſt uiola qua illius ripæ abundare dicuntur.

Clarium cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:oppidum eſt teſte Seruio ſuper tertium æneidos in confinio colophoniorum. Vnde Apollo clarius dictus eſt: quod nõ longe ab epheſo quidam eſſe referunt:ubi Iuppiter Neptunus & Plutus mundi imperia ſibi inuicem ſunt ſortito:unde Plinius lib.v.natu.hiſto.cum de epheſo loqueretur:inquit inde Apollinis clarii phanum lebetos fuit.

Claros cum.c. exili ſcribitur: ĩſula eſt una ex cycladibus:a q̃ ut nonnulli putant Apollo clarius dictus ẽ:quod Home.in hymno Apollinis aſſerere uidetur.

Clarius cum.c.exili &.i.latino ſcribitur. cognomen eſt Apollinis:uel ab oppido ĩ confinio colophoniorum. Vel ab inſula claros:in qua ut dicunt claria eſt urbs: in qua religioſiſſime colebatur clarius deus dictus eſt. Ouidius libro ſecũdo de arte:Et clario delos amata deo.idem circa initium libri faſtorum:

Et clario miſſa legenda deo.

Claſſica cuꝫ.c.exili & duplicato.ſ.ſcribitur:ſunt teſte Petronio grãmatio cornua tubæ:quæ conuocandi cauſa facta erant:& ut ait a calando claſſica dicta ſunt de quo in dictione calende uidimus.

Clazomene cũ.c.exili in prima.&.z.cõſonãte ĩ ſecunda ſcribitur: urbs ẽ ĩ cõfinio æoliæ & ioniæ:quã ſub lydia nõnulli hiſtorici quandoq; poſuere.

Clearchus prima cum.c.exili & ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur:quaſi cleos id ẽ gloriæ & archos princeps:fuit philoſophus ſolenſis.

Cleãtes cũ.c.&.t.exilibus ſcribiẗ:fuit aſius philo.& Phanii filius: & teſte Antiſthene primũ pugil:deĩde ꝓfectus athenas cũ q̃ttuor drachmis diſcipulus factus ẽ Zenonis.fama ẽ ipſuꝫ laborioſiſſimũ fuiſſe:adeo ut ĩopia cogẽte ſe mercenariũ faceret:ac noctu qdẽ in hortis hauriret aquas.Interdiu operã ſtudiis liberalibus daret.Pinſebat etiã ſæpe farinas:Ingeniũ obtuſũ diligẽtia uicit.Cõpoſuit libros pulcherrimos de tẽpore:de ſenſu:de arte: de appetitiõe: de antiqtate:de diis: de Hymenæo:de gigãtibus:de arte amatoria:de politicis: de legibus: & alios q̃plures.Tumuit illi gĩgiua ac putriuit.medicoꝝ ſnĩa biduo ſe a cibo abſtinuit: conualeſcẽte ipſo & medicis ſibi cõſueta ꝑmittẽtibus:iteꝝ ſpõte ſua fecit abſtinẽtiã q̃ cõſumptus eſt:& extinctus .alii dicunt amore alterius uitæ manũ ſibi ĩteciſſe

audito a ſe Zenone ãnis.xix.Cuius annos:hoc eſt nonageſimum æquaſſe dicitur.& ille idem eſt qui cloantes cum.o.poſt.l.a Iuuenalis dicitũr:cum ait in.ii. ſatyra.Et iubet archetypos pluteum ſeruare cloantas.At Cloantus cũ.th.aſpirato alius fuit in ea dictione uidebimus.

C leobolus cum.c.exili & unico.l.in ultima ſcribitur : fuit lindius euagore filius unus ex ſeptem ſapientibus græcis.Cuius genus plæriq; ad Her.referũt:dicũtq; illum petiiſſe ægyptum pcipiende philo. gratia. Natáq; illi filioliam cleobolinam:quam ex ametrorum ænigmatum uatem aiunt.fuit hic tempore Solonis. ad quem epiſtolam direxit.obiit annorum.lxx.

C leõbrotus cũ.c.&.t.exi.ſcri.fuit teſte Plutar.uir lacedæ.& Pauſaniæ filius.

C leoſtratus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:fuit nomẽ cuiuſdã uiri atheniẽſis.

C leomenes cum.c.exili & abſq; aliqua diphthongo ſcribitur : fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iii.uir ſua ætate iuſtiſſimus.

C leone cum.c.exili ſcribitur:urbus eſt arcadiæ in nemæa regiuncula.

C leonymus cum.c.exili &.y.græco ſcribitur:nomen fuit uiri proprium.

C lericus abſq; aliqua aſpiratione & cum.i.latino ſcribitur.dici poteſt quaſi ſortitus.Nam a κληροσ.quod eſt ſors deducitur.

C lepſydria prima cum.c.exili ſecunda cum.y.græco & penultima cum.i.latino ſcribitur. Vas eſt quoddam in fundo crebris & minutis foraminibus pforatum: quin & e latere ſuperiori latiori quodem foramine apertum. quod ſane uas cuȝ aqua impletur.& inde ſuperius foramen digito clauditur ne uacuum detur cõtinetur aqua interius nec effundi poteſt. Sed cum aperitur quia aer uices eius quod euacuatur ſupplere poteſt p rimas ipſius fundi ſparſim diffũditur. Sane nõnunq̃ ſimili uaſe deſignabant apud antiquos hore.& a κλέπτω quod eſt furor:& υΔριæ quod eſt uas aqueum cõponitur:quaſi aquam furetur.

C limax cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:dicitur latine ſcala quod tam ĩ plurali q̃ in ſingulari idem ſignificat.& in utroq; numero comperitur. Eſt etiam climax figura cum de uerbo ad uerbum fit gradatio ut Virgilius in Alexi. Torua leæna lupum ſequitur.lupus ipſe capellam.Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella.Et illud Mars uidet hãc uiſáq; cupit poriturq; cupita.Vnde Aphricanus modo conſimili aiebat ex ĩnocentia naſcitur dignitas ex dignitate honor ex honore imperium ex imperio libertas.

C lymene cũ.c.exili &.y.græco & abſq; aliqua diph.ſcri.fuit teſte Heſiodo in theo gonia nympharũ una Oceani & tethyos filia de qua Virgilius lib.georg.iiii. Inter quas curã clymene narrabat inanẽ.fuitq; mater phaethõtis.de qua Oui.li.meta.i.Et tulit ad clymenem epaphi³cõuicia mater. Alter fuit miniſtra Helene decoris oculis redimita ut dixit Home. lib.iliadas.iii.'quã unã & æthrã alteram cõites in patria habuerat.Vnde ait Oui.in epiſtola Helenæ ad Paridem.

Cætera p ſotias clymenem æthrãq; loquamur.
Quæ mihi ſunt comites cõſiliũq; duæ.

C lio cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit muſaruȝ una a cleos quod ẽ gloria cognominata:ut uidebimus in dictione muſæ:de qua Oui.libro faſtorum quinto Clioq; & curuæ ſcita thalia lyræ.

C lytæmneſtra prima cũ.c.exili &.y.græco:ſecunda.cũ.t.exili &.æ.diph.penultĩa cũ.m.ante.n.in eadẽ ſyllaba &.e.abſq; diph.ultima cum.t.exili ſcribitur.Quãq̃ inſcii quidam moderniores ſcripturam eius dictionis prorſus corrumperunt:

fuit Tindari filia ex leda uxorq; Agamemnonis:& mater Horeſtis: quæ cum adulteraſſet cum Aegyſtho Thyeſtis filio. Agamemnonem a bello troiano redeuntem teſte Iuuenale media inter pocula interfecit.

C litomachus prima cum.c.exili &.i. latino ſequens cum.t. ſimiliter exili: ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur: fuit philoſophus carthaginis:& lĩgua patria Haſtrubal uocobatur:in qua etiam philoſophari cœperat:Venit athenas.xl.annos natus:adiuitq; carneadem:qui hominis induſtriam admiratus:eum curauit ſtudioſe doceri:euaſitq; ita clarus ut Carneadi ſucceſſerit:uerſatus eſt in tribus ſectis academica:peripatetica:& ſtoica.

C linias cũ.c.exili &.i.latino utrobiq; ſcribitur:& nõnunq̃ ſine.s.finali.apud græcos uero in prima ẽ.ei.diphthõgus:fuit teſte Plutarcho pater Alcibiadis. Alius fuit cretenſis:de quo Plato in legibus meminit.

C lypeus cum.c.exili &.y.græco ſcribendum eſſe oſtendit Plinius libro.xxxv. naturalis hiſtoriæ oſtendens a γλυφῶ:quod eſt ſculpo deriuari:q̃ſi γλύπτοσ: hoc eſt ſculptus.Ita ut.γ.mutetur in.c. noſtrum ſicut contra ob uicinitatem litterarum:ut in antehabitis oſtendimus.Vnde ait ſic Plinius ſcutis enim qualibus apud troiam pugnatum eſt continebantur imagines.Vnde & nomen habuerunt clypeorum.Non ut peruerſa grammaticorum ſubtilitas uoluit a cluẽdo deduci.hæc ille.cluere enim antiqui pugnare dicebãt.Et ſubdit pœni ex auro factitauere clypeos ſculptis imaginibus:& ſecuȝ ĩ caſtris tulere. Quare nomẽ clypeorum a γλυφω quod eſt ſculpo habere uoluit.

C lyſtrium prima cũ.c.exili &.y.græco ſcribit̃ inſtrumentũ ẽ ad expurgãdũ uẽtrẽ

C lytius prima cum.c.exili &.y.græco :penultima cum.t.ſimpliciter non aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero: filius Laomedontis: & frater Priami: Alterum poſuit Virgilius libro nono æneidos cum ait: Et clytium & lydem & amicum creteam muſis.

C litor abſq; aliq̃ aſpiratiõe & cũ.i.latino ſcribit̃ dici põt ĩuitator : & ĩde clitorius.

C litorius cũ.c.& t.exilibus atq;.i.latino ſcribit̃:eſt arcadiæ fons q ſemel potus odium facit uini:ut uidebimus in dictiõe proetus:de eodẽ Ouidius metamor.xv Clitorio quicunq; ſitim de fonte leuauit uina fugit:& reliqua.

C litumnus prima cum.c.exili &.i.latino:penultima cum.t.exili:& ultima cũ.m. ante.n.ſcribitur:& ut græci quidam ferunt dicitur quaſi clitor:hoc eſt inuitator amnis.Sic enim in hiſtoriis dionis de ſecũdo bello punico pro fonte umbriæ poſitum comperi.Noſtri uero dicant eſſe in ualle ſpoletana apud radices montis:cui treuium oppidum imminet:& fluuium ex ſe effundere apud ueuaniam & ſpoletum:qui tandem topino fluuio iunctus in thybrim cadit. Ex huius aq̃ ſi bos biberit:& concæperit:non ſolum grandes thauros: ſed penitus albos producit.Quod Virgilius libro georgicorũ:ii.tetigit cum ait:

Hinc albi clitumne greges:& maxima tauri
Victima:ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro:
Romanos ad templa deum duxere triumphos.

C loanthus prima cũ.c.exili:ultima cũ.th.aſpirato ſcribitur: nomen fuit troiani cuiuſdã Aeneæ comitis:cõpoſitum ex cleos quod eſt gloria:& ανθος flos: quaſi gloria floris:& ppter altiorem ſonum magis.o.q̃.e in prima retinuit.

C lonus cũ.c.exili ſcribitur:nomen fuit uiri proprium aurifabri: deductũ a κλῶ quod eſt frango:& inde κλωνος, ramus. de quo Virgi.lib.æneid.x.Quæ clonus

euritydes multo cælauerat auro.

C lonius cũ.c.exili ſcribiť &.i.latino.fuit unus ex quinq; ducibus boetiorũ.q cuꝫ quinquaginta nauibus ad troiã nauigarũt.ut oſtẽdit Home.lib.iliados.ii.

C lotho cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribiť.habetq; apud græcos accentum in fine una ẽ ex parcis ut uidimus in dictione atropos. Alter eodem noie fuit nympha marina.una ex filiis Nerei.de qua Virg.lib.æneidos.ix.ait.

Magniq; iubebo Aequoris eſſe deas.quales nereia clotho.
Et galathea ſecant ſpumantem pectore pontum.

C loaca abſq; aliqua aſpiratiõe a noſtris ſcribitur.atq; græcã dictionẽ eſſe nõnulli affirmant.Ita ut a cochlea cõmutatis quibuſdam litteris deriuetur.qa eos ſubtextus cõmeatuſq; habere uideatur.quos habet cochlea. Alii latinã dicunt & a colando deductam eſſe uolunt.dicente Vlpiano de cloacis.cloaca eſt locus canus per quem colluuies quædam fluit.Feſtus uero dixit cloacam a cloacare. quod eſt inquinare deduci.Sed ſubdit Vlpia.clace autem appellatione & tubus & fiſtulæ continentur.Et inde ſequitur ad ſalubritatem ciuitatum & ad tutelam ꝑtinet ut cloacæ purgentur reficiantur.Nam & cælum peſtilens & ruinam minantur immundicie cloacarum.Sane Liuio teſte lib.ii.ab urbe Tarquinius foros in circo faciendos & cloacam quæ maxima receptaculum omnium purgamentorum ſub terra agendam:quibus ut ſubdit operibus uix noua hec magnificentia quicq̃ adequare potuit.Et Plinius libro. xxxvi.naturalis hiſtoriæ cum romana quædam ædificia cõnumeraſſet.ſubdit ꝑterea cloacas operum omniũ maximũ dictu ſuffoſſis mõtibus atq; urbe pẽſili ſubtuſq; nauigata.Et ſubſequitur id.M.Agrippa fecit inædilitate poſt conſulatum: cornicatis ſeptem amnibus curſu precipiti torrentum modo rapere:atq; auferre omni coactis.Et plura admiranda quæ de huiuſcemodi rebus idem auctor proſequitur:

C hlamys prima cum.ch.aſpirato:& ultima cum.y.græco ſcribitur : indumẽtum eſt militare & comicum:ut dixit Iulius Pollux.

C hlœna prima cum.ch.aſpirato ſequente.l.&.æ.diphthongo ſcribitur.Genus eſt ueſtimenti ꝙ deſuper alia portabatur:ut Lucilius libro.xx.a Parthenio inducitur qui ait: chlænam deſuper indutam fœdauit.ſic Ho lib.iliados ſecũdo Vlyxẽ inducit dicentem contra Therſitem ſi offendero te iterum talia facientem præhendam:& denudatum omnibus ueſtibus non modo tibi auferam χλαιναν τηδε χιθωνα:hoc eſt chlænam & tunicam:ſed ut ſubdit etiam ea quæ pudẽda tegunt.Idem libro decimo.ἀμφὶ δ᾽ἄρα χλαῖναν περονήσατο. At Virgilius libro æneidos quarto ſine.ch.tantũmodo lænam dixit cum ait.Ardebat murice læna:ut in ea dictione uidebimus.

C hloris cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur.fuit una Amphiõis Orchomeni regis filia:uxorq; Nelei & mater Neſtoris:atq; aliorum.xi.filioruꝫ. Altera ab Ouidea florum ponitur:quæ cum nympha eſſet non ignobilis: & Zephy.nuberet: quaſi dotis loco id muneris a marito accepit:ut florum omnium poteſtatem haberet:unde inquit ipſa ad Ouidi.libro faſtorum quinto chloris eram quæ flora uocor corrupta latino.nominis eſt noſtri littera græca ſono.huius ſacra floralia dicebãt inſtituta:teſte Plinio libro.xviii.natu. hiſto.urbis anno quingenteſimoſexto decimo ex oraculis ſibyllæ : ut omnia bene defloreſcerent. Nam ut idẽ auctor rettulit.tria tempora fructus metuebant:propter quos inſtituerunt ferias dieſq; feſtos rubiginalia : floralia : uinalia : rubiginalia numa conſtituit anno regni ſui.xi.quæ nunc aguntur ad.vii.kalẽ.maii:quoniam tunc fere ſegetes rubigo occupat.Diem uero floralium Varro determinat. Sole tauri partem xiiii.obtinente.Ita ut ſi in eo quatriduo inciderit plenilunium fruges & omnia quæ florebunt lædi neceſſe erit.Vinalia nono kalẽdas martii deguſtandis uinis inſtituta:quæ nihil ad fructus attinent.

C hloelia cum.ch.aſpirato &.o.atq;.e.ſepatis apud græcos atq; unico.l. ſequente &.i.latino ſcribitur.Virgi.tamẽ.o.&.e.cõiunxit in uerſu:ut ĩfra uidebimus. fuit uirgo romana:de q̃ late Liuius li.ii.ab urbe ſcripſit:hæc Porſenæ hetruſcoruꝫ regi cum pluribus romanis utriuſq; ſexus obſes data fuit: ut ſi Porſena hoſtes a ianiculo remoueret:romani agros dudũ uenientibus ablatos reſtituerent:ſꝫ illa cum liberatum ab hoſtibus ianiculum cõſpexiſſet:dux cateruæ uirginũ effecta inter hoſtiũ tela cũ illis aufugiens natãdo tybrim ꝑtranſiuit:& uirgines oẽs propinqs ſuis reſtituit.de quo Virgi.li.viii.& fluuium uinculis innatet chloelia ruptis:quã ſolã cũ porſena reſtitui ſibi omnino expoſceret:admiratus uirginis uirtutẽ partẽ aliam obſidũ quos impuberes illa elegit ei largitus eſt:& remiſit: ũde Iuue. ꝙ miraretur cuꝫ cocl.mutius:& quæ impii fines tyherinũ uirgo natauit.

C nidos cum.c.exili ſequeute.n.in eadem ſyllaba &.i. latino ſcribitur : una eſt ex quinq; ciuitatibus doricæ græciæ:ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriaꝝ primo in hac teſte Plinio libro natu.hiſto.vii. templum fuit Veneris & ſimulachrum ſculptum a Praxitele neutiquam a libidinoſo complexu tutum. Vnde cõterraneus meus Karolus aretinus in elegia ad Poggium.

Praxitelesq; cnidi rurſus te marmore ſignet
Pulchra uenus:quo ſit nobilis ipſa cnidos.
Deniq; lyſippus fingat ſpirantia ſigna.
Omnia mercurio cedere uiſa meo.

De qua Venere late uidebimus in dictione Praxiteles.Sed ut ait Pli.li.xxxvi.na.hiſto.ſunt ĩ cnido: & alia ſigna marmorea illuſtrium artificum Liber pater Bryaſidis:& alter ſcopæ & Minerua.

C noſus cum.c.exili ſequente.n.in eadem ſyllaba ſcribitur:urbs fuit in creta Minois regia: unde cnoſus cnoſia cnoſium deriuatur:quæ ob uicinitatem litterarum moderniores cum.g.ſcribunt.Virgilius libro georgico.i.Cnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronæ:quam a Vulca fabricatã Ariadne filia Minois a Venere dono accæpit:ut in dictione Ariadne uidimus.

C oaſpis cũ.c.exili &.i.latino.ſcri.fluuius ẽ medoꝝ:q apud ꝑſas in tigrĩ decurrit huius aqua teſte Solino adeo dulcis eſt:ꝙ q̃diu reges perſaꝝ in regno erant: ex eo ſibi pocula ſemp uolebant:& ſi ꝑegre graderentur ſecum deferebant.

C ocytus abſq; aliq̃ aſpiratõe.& cũ.y.græco ſcribiť.hẽtq; apud noſtros accẽtũ ĩ penulti.fluuius diciť ĩfernalis:q ex ſtyge palude naſciť:& a poetis ſæpius decãtať

C ochlea prima cũ.c.exili & ſequẽs cũ.ch.aſpirato ſcribitur: teſta ẽ limacæ:quæ & nõnunq̃ ꝓ ipſa limaca ponitur:ut Pli.lib.xviii.limace inquit naſcuntur ĩ uitia & aliquãdo e terna cochleæ minutæ mirum in modum erodentes eam.

C ochliarium prima cum.c.exili.ſequens cum.ch.aſpirato ſcribitur:ſequente.l.& i.latino utrobiq; ſcribitur:& a cochlea ob eius ſimilitudinem deriuatum eſt.

C ocche ut in antiqſſimis & emẽdatiſſimis codicibus noſtris cõperi:prima cum.c exili utrobiq; & ultima cuꝫ.ch. aſpirato ſcribitur.Nam apud græcos nuſq̃ dictionẽ hãc legi quam tamẽ qdã græcã eſſe cõtẽdũt:nec illius deriuationẽ exquirere ualuis & ut quidam putant uinum corruptum deſignat. quod indicare ui-

decur Iuuenalis: cum ait in ſatyra umbricii. Cuius aceto. cuius cocche tumes. nec ſtare poteſt concha ut quidam ſyllabarum ignari male legunt. Sed ſtare tamen poteſt conche pro piſce quod inueniri nõnulli affirmant in Martiale.

Cocles cum. c. exili utrobiq; ſcribit̃: fuit teſte Herodiano grammatico tractatu de nomie apud antiq̃ſſimos cognomẽ habẽtium unũ oculum. unde oculum a latinis primo tractum quidam uolunt. fuit itaq; apud romanos cognomẽ Horatii cuiuſdam inclyti & fortiſſimi ciuis. dicente Plinio de uiris illuſtribus cũ Porſena primo impetu cæpiſſet ianiculum. Horatius cocles illo cognomine quod ĩ alio prælio oculum amiſerat. de ponte ſublicio ſtetit. quem fuiſſe ligneum dixit Seruius ſup. viii. æneidos. Et tãdiu hoſtium impetum ſolus ille ſuſtinuit. q̃diu pontem poſt ſe confractum fuiſſe a ſuis ꝑſenſit. Et inde prout erat armatus in thyberim ſe coniæcit. atq; ad ſuos enatans magna cum gloria euaſit. dicẽte Virgilio libro octauo æneidos. Illum indignanti ſimilem ſimilẽq; minãti aſpiceres pontem: quia auderet uellere cocles.

Codrus cum. c. exili ſcribitur: fuit teſte Seruio in Daphnim dux athenienſium q orto bello inter laconas & athenien. Cum reſpondiſſet oraculum illos poſſe uincere. quorum dux ꝑiſſet: habitu humili profectus eſt ad hoſtium uicina tentoria: & illic iurgio eos in cædẽ ſuũ inſtigauit. Quare a nullo cognitis & interfectꝰ fecit locum oraculo. Vnde teſte Iuſtino libro. ii. hoſtes cognito Codri corpore ꝑ annulum quem geſtabat. ſine prælio diſceſſerunt.

Coemiterium abſq; aliqua aſpiratione & cum. œ. diphthongo in. i, atq;. i. lati. utrobiq; ſcribitur: & a græco uerbo deducitur: quod eſt κοιμουμαι. i. dormio: cũ mortui eo in loco dormire dicantur.

Cœnobiũ prima cũ. c. exili &. œ. diph. penul. cũ. i. latio ſcribit̃: locus dicit̃ in quo cõmunis uita ducit̃. Nã cõponit̃: a κοινοσ q̃d ẽ cõmunis: & βιοσ uita.

Cœna cum. c. exili &. œ. diph. ſcribit̃. Nã a κοινη q̃d ẽ cõmunis transfert̃: q̃a plures ſemꝑ ĩ cõe cenare cõſueuerãt. Vnde reꝑhendit eos Iuue. in. i. ſaty. qui cõtra maiorũ cõſuetudinẽ ſecreto cœnabãt: & ut ita dicã cõtra uocabuli inſtitutionẽ agerent. quum dixit: Quis fercula ſeptem Secreto cœnauit auus. & in eadem ſatyra. Optima ſiluarum interea pelagiq; uorabit Rex horum: uacuiſq; toris tantum ipſe iacebit. nam ut ait Feſtus id olim erat cœna quod dicitur prandium: ab ea hominum cõitate cœna dici potuerit: & ſic quoq; a poetis noſtris pro utroq; obſeruatum uidetur.

Cœnaculũ cũ. c. exi. utrobiq; &. œ. diph. ſcri. Et a cœnãdo nomen aſſũpſit: locus ẽ ſupior domus ad cœnãdũ aptus: hoc ẽ ſine ĩferiore taberna & officia. unde non tã ꝓ loco cœnãdi q̃ ꝓ pte domus ſupiore dicit̃: accipit̃ dicẽte Var. ubi cœnabãt cenaculũ uocitabãt. poſtq̃ ĩ ſupiori pte cœnitare ceperũt. ſupior domus uniuerſa cenaculũ dicta: accipit̃ etiã a poetis nr̃is nõnũq̃ ſignificatiõe dĩnutia ꝓ loco ubi paupes & iopes cœnare cõſueuerũt. Iuue. ĩ ſaty. Oĩbus ĩ terris ĩqt. Tẽpibus diris igit̃ iuſſuq; neronis Lõginũ & magnos ſenecæ ꝑdiuitis hortos Clauſit: & egregias lateranoꝝ obſidet ædes Tota cohors: rarus uenit ĩ cœnacula miles.

Cœnatio cũ. œ. diph. ſimiliter ſcri. & a cenãdo deducit̃. ponit̃ a noſtris poetis pro loco ad cenandum: ſed in imo domus. Iuuenalis in ſatyra & ſpes & ratio inquit & algentem rapiat cœnatio ſolem.

Cœlũ ut q̃dã uolũt cũ. œ. diph. ſcri. Et deducũt a cœlo uerbo q̃d ẽ ſculpo: uerbũ uero a κοιλον quod ẽ cõcauum: quia in ſculptura id neceſſario exigi dicunt.

Et inde cœlebs: oĩa cũ. œ. diph. ſcribunt. Aliis uero magis placet cum. æ. diphth. ſcribenda hæc eſſe: ſm̃ quod latius uidebimus in dictiõe diphthongus.

Cœleſyria prima cum. c. exili &. œ. diph. antepenltĩa cũ. y. græco & pẽultĩa cum. i. latino ſcribitur: uocabulum ẽ quo q̃dã ex noſtris antiq̃ uſi ſunt: indicãtes per illud cauam ſyriã. nam ex κοῖλη quod eſt caua: & σύρια componitur.

Cœus cũ. c. exili &. œ. diph. ſcribitur: fuit gigas filius Titani & terræ: q in cœa inſula ſupbiſſime regnum tenuit: a quo inſula traxiſſe nomẽ dicit̃: de quo meminit Virgi. lib. geor. i. cum ait: cœumq; iapetumq; creat: ſcæuumq; typhœa.

Colaphizo cum. c. exili & unico. l. atq;. i. latino &. z. conſonante ſcribitur: idem eſt quod apud nos alapam incutio.

Colaphus cum. c. exili & unico. l. ſcribitur: a noſtris quibuſdam alapa dicitur: & deſcendit a κολαφιζω: quod eſt alapam incutio. Iuuenalis in ſatyra. Scire uelim ait. nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſeruo. Terentius plus quingentos colaphos infrægit mihi.

Colyma cũ. c. exili & unico. l. atq;. y. græco ſcribitur: dici põt a nobis uetatio: quo uocabulo uſum afranium dicunt in menæchinis: cum ait colyma a lenone ſancitum eſt. Nã deriuatur a κωλύω. quod eſt ueto: quod ĩ ꝑterito facit uetui: & ſupino uetitum: inde uetatio & non uetitio. Nam nomina quæ ueniunt a uerbis primæ coniugationis poſitionem ſupini habentibus in itum: uel in c̃tum: ꝑter cæteroꝝ uerboꝝ legem exeunt in atio non in itio nec in c̃tio: ut preſto præſtiti præſtitum: præſtatio nõ præſtitio: cubo cubui cubitum: cubatio nõ cubitio: domitum domatio: nõ domitio: ſonitum ſonatio nõ ſonitio. crepitum crepatio: nõ crepitio: tonitum tonatio: nõ tonitio: licet dicamus ſonitus crepitus tonitus: nõ ſonatus crepatus tonatus. frictum fricatio nõ frictio: & ita in cæteris. Sectio tamen crebrius repitur q̃ ſecatio. Lauo & poto nõ habẽt ſupina neq; in atum neq; in itum neq; in c̃tum. ſed in otum. Idẽ formant nomina ſua lotio & potio. unde ſunt lotor & potor nomina uerbalia: & lotiũ ꝓ urina: prima tamẽ breui nõ lõga Aliquãdo repitur lauatũ & potatũ. unde ſunt lauatio & potatio: lauatorq; & potator. Iuuo uero alio mõ format deriuatiuũ uidelicet iutũ. Cæteꝝ ex alio ſupino iuatum facit iuuatio: ab illo fit iutor: ſeu potius adiutor. Ex cæteris autẽ pauca ſunt nomĩa uerbalia in or: ut domitor & nõ domator: & ſector qui ſignificat uẽditorem bonoꝝ exulis: & ut aliqui uolunt emptorem. Et ſectio ipſa hæc actio

Colyphium prima cum. c. exili: ſequens cum. y. græco: & penultima cum. ph. aſpirato &. i. latino ſcribitur. Et apud quoſdam poetas græcos. uti apud noſtros pro cibo: quo luctatores utebantur: ut Iuuenalis in ſatyra Vltra ſauromatas: Luctãtur pauce comedunt colyphia paucæ.

Colica cum. c. exili utrobiq; & unico. l. atq;. i. latino ſcribitur: paſſio eſt inteſtini: quod græce colon dicitur. unde nomen aſſumpſit.

Colobium cum. c. exili & unico. l. atq;. i. latino ſcribitur: Veſtis erat ſine manicis: & deſcendit a κολοβῶ: quod eſt breuio.

Colocaſia cum. c. exili utrobiq; & unico. l. atq; unico. ſ. &. i. latino ſcribit̃: Eſt teſte Plinio libro. xxi. naturalis hiſtoriæ nobiliſſima herba in ægypto: quã cyamon aliqui uocant: ſpectabilis foliis: & latiſſimis etiam ſi ad arbores cõparentur quæ cum aqua in uaſis ſæpe impiexa gratiſſimam potationem reddunt: producitq; fabam in arenoſo ſolo decoctam: quæ gratũ etiam ad nos traducta ſaporẽ reddit. hæc ille. unde eã eſſe puto: quã fabam ægyptiam uulgo uocamus.

C olocynta abſq; aſpiratione:& cum.y.græco ſcribitur:quã noſtri tranſcribere in penultima cum.q.conſonante cõſueuerunt:ac cõuertẽtes.y.græcũ i.u.& ſupaddentes.i.latinũ dicũt coloqnta:& ẽ teſte Diaſcoride agreſtis cucurbita.

C olchos prima cũ.c.exili:& ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur:regio eſt iuxta pontum ex pte aſiæ:quæ regnum fuit Oetæ regis.

C olla cum.c.exili & duplicato.l.ſcribitur:a noſtris dicitur gluten.

C ollyrium prima cum.c.exili:ſequens cum.y.græco: & penultima cum.i.latino ſcribitur:medicamen eſt oculorum.Vnde Iuuenalis in ſatyra credo pudiciciã ait.Et prurit frictus ocelli angulus inſpecta geneſi collyria poſcit.

C olophon cum.c.exili & unico.l.ſcribitur:urbs in lydia.quam quidam nobilem ferunt ex oraculo clarii Apollinis.

C olon cum.c.exili & unico.l.ſcribitur:dici poteſt a nobis artus membrum & internodium.Eſtq; etiam nomen inteſtetini.

C oloſſus cum.c.exili & unico.l.atq; duplicato.s.ſcribitur:græcum uocabulum ẽ & a κόλον.quod eſt membrum deducitur.Itaq; pro mẽbroſa & alta ſtatua ponitur.unde ait Plinius libro.xxxiiii.naturalis hiſtoriæ moles quippe excogitatas uidemus ſtatuarum.quas coloſſos uocant turribus pares talis eſt in capitolio apollo tranſlatus a Lucul.ex apollonia ponti urbe.xxx.cubitorum quingẽtis de talentis factus.talis in campo martio Iuppi.a claudio Cæſare dicatus qui decoratur pompeiani theatri uicinitate.talis & Tarenti factus a lyſippo.xl.cubitorum.Refert etiã Apion græcus hiſtoricus qui Pliſtonices cognominatᷣ & paulo ante Pli.fuit adhuc tunc in labyrintho ægypti coloſſum eſſe Serapis e ſmaragdo cubitorum nono.Sed ante omnes teſte Plinio ĩ admiratione fuit ſolis coloſſus rho. quem fecerat Clares lyndius Lyſippi ſupradicti diſcipulus qui. lxx. cubitorum altitudinis fuit.Qui poſt quinquageſimũſextum annum terremotu proſtratus:iacens quoq; miraculo eſt pauci pollicẽ eius amplectuntur. Maiores ſunt digiti q̃ plæreq; ſtatuæ uaſti ſpecus habitat de fractis membris.Spectantur intus magnæ molis ſaxa quorum pondere ſtabiliuerat illud cõſtituẽs xii.annis tradunt effectum trecẽtis talentis quæ contulerant ex apparatu regis Demetrii relicto ſunt alii centum minores in eadẽ urbe ubicũq; ſinguli fuiſſẽt nobilitaturi locum fuit & in galliæ ciuitate aluernis Mercurius omnem amplitudinem eius generis ſtatuarum ea ætate uincens quæ Xenodorus fecit is poſt q̃ ſatis artem ibi a probauerat:romam accitus eſt a nerone:ubi deſtiatum illius principis coloſſum fecit centum.xx.pedum. de quo uidebimus in dictione roma.nam ab eo amphiteatrum ꝓpinquum coloſſeum uocatum eſt.de quo Martialis libro primo epigrãmatum inquit.Hic ubi ſidereus propius uidet aſtra coloſſus.& creſcunt media pægmata celſa uia:hoc ẽ amphitheatrum ubi pægmata.i.ludi exercebãtur.Et ꝑgit:inuidioſa feri radiabãt atria regis.i. Neronis nam ibi domus eius aurea fuerat:unaq; iam tota ſtabat in urbe domus.

C ollyiuſta cum.c.exili & duplicato.l.ſequente.y.græco:& cum.i.latino in penultima ſcribitur:dicitur a noſtris nũmularius:& minutus mẽſarius : qui & idem forte ab illis trapezita uocatur.cum & collyiuſta trapezas habeat.

C olpus cum.c.exili &.p.nonnunq̃ quidem exili: nonnunq̃ uero aſpirato ſcribitᷣ dicitur a noſtris ſinus.

C oma cum.c.exili & unico.m. ſcribitur:& ſi habeat primam breuem capillorum ornatum indicat.nam tũc quoq; a græcis cum.o.ꝑuo ſcribitur: ſi uero habeat illam longam uillam deſignat:& cum.o.magno apud græcos deſcribitur:& differt ſ̃m aliquos a ceſarie:quia a cedẽdo ceſaries dicta fertur:& coma capillos nõ ceſos indicat ἀπὸ τοῦ κόπτω κατὰ τὴν ἀντίφρασιν.

Coma gene.neu.cũ dup.m.ſcri.& dicit apud nos ptẽ.nã deriuatᷣ ἀπὸ τοῦ κόπτω

C omarus cum.c.exili & unico.m.ſcribitur:dicitur teſte Plinio libro.xv.naturalis hiſtoriæ a noſtris arbutus:eſt etiam genus mori.

C omata abſq; aliq̃ aſpi.& cũ unico.m.ſcribitur.nomẽ ẽ paſtoris:de quo ſæpe Theocritus:quin & gallorum regionis cognomẽ ubi grandẽ illi deferunt comam.

C ometes abſq; aliqua aſpiratõe ſcribitur:& deriuatur a coma quã habere uidetur ob quod teſte Plinio libr.ii.naturalis hiſto.crinita latine dicitur:& infra ſubdit cometes in uno totius orbis loco colitur.In tẽplo romæ ad modũ Fauſtus diuo Auguſto indicatus ab ipſo qui inſpiciente eo apparuit in ludis quos faciebat ueneri genitrici:nõ multo poſt obitum patris Cæſaris in collegio ab eo inſtituto. de quo Virgiliũ intellexiſſẽ puto cum ait:Ecce dionei præceſſit cæſaris aſtrũ maxime cum non multo poſt dicat Pli.eo ſidere ſignificari uulgo creditur cæſaris animam inter deorum immortalium numina receptam·Quo nomine id inſigni ſimulachro capiti eius:quod mox in foro conſecrauimus adiectum eſt.

C omœdia cum.c.exili &.œ.diphthongo in antepenultima atq;.i.latino in penultima ſcribitur:cõponiturq; ꝑ modũ quo ſupra in generalibus precæptis late oſtendimus.ſane fuit comœdia apud græcos duplicis generis:antiqua.ſ.& noua Antiq̃ qdẽ teſte Quintiliano cũ ſicerã illã ſermonis attici gratiã ꝓpe ſola retinet tũ facũdiſſimæ libertatis in uitiis inſectãdis ẽ præcipua:q̃ qdem & ꝓ noſtra ſatyra græcos uſos fuiſſe demõſtrat.fueruntq; in ea præcipui Ariſtopha.Eupolis & Cratinus:ut ĩ dictiõe ꝓlogus late demonſtabimus.noua uero comœdia eadẽ uia qua & noſtra ĩcedit:in q̃ nos claudicaſſe Quintilia.dicit & ut ait uix leuem umbrã græcoꝝ ſeqmur:adeo ut ſ̃mo ipſe romanus nõ recipe uideatᷣ illã ſolam cõceſſa atticis uenerẽ:in quo genere eodẽ teſte precipuus & admirãdus fuit Menãder:ut ĩ ea dictiõe uidebimus apud nos uero plures fuerũt. ſ; ſoli iã reſtãt Terẽtins Plau.de quo Var.Epiſtilonis ſnĩa muſas plautio dixit ſ̃mõe locuturas fuiſſe:ſi latine loq uellẽt.S; habuimus olĩ Cæciliũ:Neuiũ:Liciniũ:Attiliũ: Turpiliũ:Trabeã:Luceriũ:Enniũ.de qbus Iulia. ſedicus te.aulo gel. hos uerſus edidit

Multos incertos certare hanc rem uidemus.
Palmam poetæ comico cui deferant.
Cum meco iudicio errorem diſſoluam tibi.
Vt contra ſiquis ſentiat:nil ſentiat:
Cæcilio palmam ſtatuo de comico.
Plautus ſecundus facile exuperat cæteros.
Deinde neuius:qui ſeruet pretio in tertio.
Si erit quod quarto detur dabitur licinio.
Poſt inſequi licinium facio attilium.
In ſexto ſequitur hos terentius.
Turpilius ſeptimum:trabea octauum obtinet.
In nono loco eſſe facile facio lucetium.
Decimũ addo antiqtatis cã enniũ.Quã ſane ſnĩam cõfirmare uidetᷣ Gel.ſ; non plane Cicero & Quintili.unde ait ille ad atticũ li.viii.epiſtola.iii. ſecutuſq; ſum nõ dico Ceciliũ inane ut ex portu ĩ pyræo malus.n.auctor latinitatis ẽ:ſ; Terẽ.

cuius fabellæ propter elegantiam ſermonis putabátur.a.C.Lelio ſcribi. heri ali
quot adoleſcentuli coimus í pyræum.Quintili.in.x.in comœdia maxime clau
dicamus:lʒ cæcilium ueteres laudibus ferant:lʒ Terenti.ſcripta ad ſcipionem
aphricanum referantur.quæ tamen ſunt in hoc genere elegātiſſima:& plus ad
huc habitura gratiæ ſi intra uerſus trimetros ſtetiſſét. Sane a comœdia comic⁹
deducitur.& is dicitur qui comœdiam compoſuit.ut cæcilius Plau. & reliqui.
comœdi uero ſunt repreſentatores actoreſqꝫ comœdiarum: ſicut tragicus q tra⸗
gœdiam conficit:& tragœdus repreſentator actorqꝫ tragœdiarum.

C oncha pría cū.c.exili & altera cū.ch.aſpirato ſcri. genus ē piſcis ex cācrorūʒ ge⸗
nere carentis oculis:ut dixit Pli.lib.ix.natu.hiſto.quæ teſte Soli.potiſſime ſūt í
mari indico:in qbus ut ait repit margarita genus lapidis p̄cioſi.Quin & í eadē
ortho.uolunt ꝑ uaſe capi & tuba.alii uero ꝑ his latinā dictionē uolunt : & ſine
aſpiratione ultime ſcribendam dicunt:ita ut dicatur quaſi concaua.

C onchylia pría cū.c.exili:ſequēs cū.ch.aſpirato &.y.græco: penul.cū unico.l.&
i.latio ſcri.genus ē piſciū í mari aſſyrico: & indico.ex quoꝝ inſciſis conchis la⸗
chrymæ emanant:quibus purpura tingitur.idem murices dicūtur & ſarre : ut
Virgilius in.iiii.æneidos ardebat mirice lena:& libro georgi.ii.Vt gēma bibat &
& ſarrano dormiat oſtro.quare Iuue.in.iii.de adulatoribus græ.loquēs inquit.
horum ego non fugiam conchylia.i.purpuras adulationes uel uenena:ut Vir⸗
gilius libro georgicorum.ii.alba neqꝫ aſſyrio fucatur lana ueneno.

C onō cū.c.exili hoc ē ſine aſpi.ſcri.fuit uir athenienſis q tempe pelopōneſiaci bel
li ad remp.ſe cōtulit:in qua magna quidem pægit. nam teſte Aemilio probo p̄⸗
tor pedeſtribus exercitibus prefuit.Et p̄fectus deide claſſis creatus res magnas
mari gæſſit:in qua ptāte phæras cæpit lacedæmoniorum coloniam. idem í ex⸗
tremo pelopōneſiaco bello p̄ter erat: cum apud ægos flumen copiæ athenienſi⸗
um a Lyſandro ſunt deuictæ:ſed tunc quoqꝫ affuiſſe Cononem conſtat.ex quo
peius res adminiſtrate in eam calamitatem deuenerunt.Verum cum rebus af⸗
flictis patriam obſideri audiſſet:non q̄ſiuit ubi tuto uiueret : ſed unde ciuibus
ſuis p̄ſidio eſſe poſſit:quod tantis laboribus & picułis confecit ut ultimo a Ty⸗
riabazo qui ſardis præerat:ſub amicitie ſpē cōuocatus í uincula cōiectus eſſet:
in quibus aliq̄diu fuit : ſed ut nōnulli ſcribunt inde ad pſarum regē deductus
apud eum periit.At Dion hiſtoricus qui fideliter pſica ſcripſiſſe dicit:effugiſſe
eū ſcribit.& dubitat an Tyriabazo id ſciente uel imprudēte factum fuerit.

C onopeum cū.c.exili &.e.abſqꝫ diph.ſcri.genus ē tētorii ex filo cōtexti: quod ad
euitādos culices ſupra lectū explicari cōſueuit. Naʒ κωνωψ græce latine culex
dicit.de quo Iuue.in ſaty.vi.Vt teſtudineo tibi lentule conopeo.

C ontus abſqꝫ aliqua aſpiratione ſcri.& dicitur apud nos ptica ſiue ſudes.

C holera cum.ch.aſpirato ſcribitur:dicitur a noſtris bilis.Iuuenalis.in ſatyra.Cre
do pudicitiam ait.mauſeat atqꝫ oculis bilem ſubſtringit opertis.

C octona prima cū.c.exili:ſequēs cū.ct.ſimiliter nō aſpiratis ſcribitur.Et ē neutri
generis ac pluralis numeri:apud græcos ficorū genus eſſe compi. q̄ qdē ab ur⸗
be ſyriæ quæ coctō dicebat nomē aſſumpſerunt.Idem Plinins libro.xiii.natu.
hiſto.cōfirmaſſe uidetur.dicens ficoꝝ caritas minor ē eius generis quæ coctōa
uocant.Et imediate ſubdit item pruna í damaſco ſyriæ nata. & miſſa utraqꝫ iā
familiaria.idem Iuue.ſenſiſſe uidetur in ſaty. Vmbritii cum dixit de adulatore
græculo.aduectus romam quo pruna & coctona uento:hoc ē eo.modo uenalis

Quin & paruas eſſe ficus oſtendere uidetur Martialis in.vii.Paruaqꝫ cuʒ [illegible]nis
uenerunt coctona prunis.& circa ultimum operis inquit.
Hæc tibi quæ cocta uenerunt coctona menſa.
Si maiora forent coctona ficus erat.

C oons cū.c.exili & duplica.o.ſcribit:fuit teſte Home.lib.xi.ilia.i.genitus filioruʒ
Antenoris:q cum Iphidamantis fratris mortē ab Agamēnone illataʒ uindicare
uellet:& Agamēnonē ſolus uulneraſſet:ab eodē & ipſe interfectus eſt.

C ophinus cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:dicitur latine corbis.

C orax cū.c.exili ſcribit.fuit unus frater Tiburti:ut uidebimus í dictiōe tybur. &
oppidum uulſcoꝝ ab eo coguominatum.Alter fuit orator ſiculus:qui & Tiſias
primi artificioſe dicendi præcepta litteris mandaſſe dicuntur.

C orybantes abſqꝫ aliq̄ aſpiratiōe & cū.y. græco ſcribit: populi fuiſſe dicuntur in
creta: qui una & curetes Iouē ífantē aluerūt.Nā ut dixit Oui.li.iiii.fa. Pars cly
peos manibus:galeas tundit ianes.Hoc curetes agunt:hoc corybātes opus.

C orydalus cum.c.exili &.y.græco atqꝫ unico.l.ſcribitur:genus eſt auiculæ.

C orycus cum.c.exili utrobiqꝫ &.y.græco ſcribitur:fuit ciliciæ urbs: & eiuſdeʒ no
minis portus ac ſimiliter mons optimum crocū deferēs:í quo antꝝ illud eo no
mine famoſum a poetis & hiſtoricis eſſe celebrat.nā ut ait Soli.ē ibidē ſpecus:q
mōtē ípoſitū mari a ſummo cauat uertice:patulus hiatu āpliſſimo ut etiaʒ Pō
po.cōfirmauit:q̄de huiuſcemodi ſpecu plura & admirāda cōſcribūt:imo & tri⸗
bus ſpecubus diſtinctū illum eſſe exponunt:quoꝝ ultimum typhoneū uocant
de quo Luca.antraqꝫ letiferi rabiē typhōis anhelāt.ſimili mō & oīa a coryco de⸗
ſcendētia ſcribunt:ut cory.ut Virgi.libr.geor.iiii.Nāqꝫ ſub œbaliæ memini me
turribus altis corycium uidiſſe ſenem.eſt etiā corycus collis alius apud delphos
cum ſimili ſpecu:ut Home.in hymno.Hero.& alii q̄plures oſtendunt.

C ortina abſqꝫ aliq̄ aſpi.& cū.i.la.ſcri.ab aliqbus græcum dicitur uocabulum.ego
uero illud latinum potius puto:& a coriis tractū ex qbus primo cōficiebantur
qbus & nōnunq̄ loca magis abdita ab aliis in tēplis ſepari cōſueuerāt:q̄re & pro
eiuſmodi loco poſitum cōperitur.Virgi.li.ænei.iii.Et mugire adytis cortina re
cluſis.ubi ait Serui.cortina locus ē:unde oraculi p̄ceptum datur.Pli.uero libr.
xxxiiii.natu.hiſto.ſentire uidetur cortinā etiā tripodē eſſe Apollis cum ait ex æ
re factita uere & cortinas tripodū noīe delphicas:quoniā ludis maxie Apol. del⸗
phici dicabant.hæc ille.iuxta qđ Virgi.li.vi.ænei.dixiſſe uidetur:neqꝫ te phœ⸗
bi cortina fefellit.ueꝝ ut inqt Serui.in.iii.ænei.dicitur cortina:uel ꝙ Apol. tri
pos corio phytōis tectus ē: uel qa certa illic reſpōſa tradūtur:q̄ſi certina:uel qđ
eſt uerius qa cor illic uatis tenditur:nam cauerna quædā in tēplo Apol.fuit:ad
quam phœbas rapta uaticinabatur:ut oſtendit Luca.in.v.hæc Seruius.

C ortyna uero cum.y.græco &.c.in initio pro urbe crætæ a modernis qbuſdā ſcri
bitur:ſed quia apud græcos cum.g.littera habetur:& id ab antiquis noſtris ob
ſeruatum legimus de ea uidebimus in dictione gortyna.

C orydon cum.c.exili &.y.græ.ſcri:nomē ē paſtoris.de quo ſæpe Theo.& Virgili.

C orcyra cū.c.exili utrobiqꝫ &.y.græ.ſcri.íſula ē í mari ionio olí phæacum patria
& Alcinoi regnum:& a corcyra corcyretus corcyreta corcyretū deducitur. Mar
tia.in ultio:Aut corcyreti ſunt hæc de frondibus horti:Aut hæc maſſyli poma
draconis erant.De hac etiam Plinius lib.iiii.natu.hiſtoriæ.

C orylus cū.c.exili &.y.græco atqꝫ unico.l.ſcri.ut etiā teſtis ē Priſcia.li.ii. ubi tra⸗

ctat de mutis circa finem capi.ubi ex eiuſmodi ſcriptura cum.y. græco arguit.
corylum & nympham a græ.eſſe accæpta:habetq; accentum in prima: & eſt ar
bor ac fructus:quæ a noſtris dicitur auellana : a loco.ſ. ubi primum comperta
fuit:de quibus Virgilius in bucoli. Phyllis amat corylos.& lib. geogicorum.ii.
Neue inter uites corylum ſere.

C orymbus cum.c.exili &.y.græco ſcribitur:ꝓprie fructus ē hederæ: unde Virg.
in Palæmone:Diffuſos hedera ueſtit pallentē corymbos: & inde corymbiferus:
ut Oui.lib.faſtorum.i.Feſta corymbiferi celebrabat græcia bacchi.

C orinthus cū.c.exili &.i.latino atq;.th.aſpirato ſcribitur urbs fuit achaiæ : quæ
primum teſte Euſebio lib.de tꝑibus a Siſypho latrone Aeoli filio ſup iſtmon in
medio maris ionii & ægii cōſtructa fuit:& ut in quibuſdā Home.gloſulis cōpi :
cercyra cognominata fuit.deinde aucta ephyra uocata: ſed poſt hæc euerſa : &
ab corintho Oreſtis filio inſtaurata:corithus teſte Euſebio de tēporibus cogno-
minata fuit ultimo a romanis fuit incenſa:ut oſtēdit Flo.de bello achaico.& Iu
ſti.libro.xxxiii.fuitq; teſte Apulegio libro.x.de magis regionis caput & a corin-
tho corinthiacus.i.corinthius deducitur Ouidius libro primo triſtiū.Illa corin
thiacis primum mihi cognita cenchris.

C oritus abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur: oppidum eſt hetruriæ ſuper
paruo colle eiuſdem nominis poſitum:& tyrrheno mari ad tria milia paſſuum
propinquum cōditūq; a corito rege dicēte Virgilio libro æneidos.vii. His ortus
in agris Dardanus idæas phrygiæ penetrauit ad urbes.Et ſubdit.Huic illū cori
ti tyrrhena a ſede ꝓfectū.unde ipſius coriti filius putatur Dardanus q̄q̄ a poe-
tis ex eis uxore & Ioue ꝓcreatus dicatur.

C orobias cum.c.exili &.i.latino ſcribitur nomen eſt uiri proprium.

C orone cum.c.exili ſcribitur: urbs eſt achaiæ teſte Plinio lib.iiii.naturalis hiſto.
a qua coronæus ſinus cum.æ.diphthongo cognominatus eſt.

C horus cū.ch.aſpirato ſcribitur : & fuit in diuerſis tꝑibus diuerſus ac in diuerſis
actibus uarius.Et teſte Feſto deriuatᷓ a corona quæ ſine aſpiratione ſcribitᷓ: ſed
ut ait in deriuatiuo aſpirationem aſſumit.Sane teſte Quintili.a nōnullis uetu-
ſtioribus corona aſpirabatᷓ quod ex quibuſdam inſcriptionibus eius tꝑis ap-
parere dixit eodē modo chenturiones & p̄chones cū.ch.aſpitato ſcribebāt.quod
ſi ueram Feſtus deriuationē a corona poſuit:latinū eſſet chorus & nō græcum
cuius cōtrarium apud græ.habetᷓ.ideo Platoni magis credēdū eſt q ait: nō lon
ge a initio ſeculi lib.de legibus chorus a χαρα:quæ ē lætitia nuncupatur.

C horaules cum.ch.aſpirato ſcribitur:nomen eſt tam muſici inſtrumēti quo pul
ſabatur ad chorum q̄ uiri cognomen pulſantis.Iuuenalis in ſaty.credo pudici-
ciam ait.Ambroſiuſq; choraules.

C horaſmi cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:populi ſunt aſiatici teſte Herodo-
to libro hiſtoriarum ſecundo.

C horda cum.ch.aſpirato ſcribitur:& dictio græco ponitur a Iulio Polluce.

C horea prima cum.ch.aſpirato:& penultima cum.e.abſq; diph.ſcribi.licet apud
græcos ſit.ei.diphthongus: quæ in.e.longam conuerſa eſt : ut iuuat indulgere
choreis.Sane a Virgi.metri cauſa corripitur in.vii.æneidos cum ait.
Pars pedibus plaudunt choreas:& carmina dicunt.

C horebus cum.ch.aſpirato ſcribitᷓ:nomen eſt uiri proprium.

C horineus cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

ex choreo et iambo

C horiambus cū.ch.aſpi.&.i.latino ſcri.pes eſt choris q̄aptiſſimum carmē reddē
cōſtat ex ſyllabis q̄ttuor:prima lōga duabus ſequentibus breuibus:& ultima lō
ga.Hora.in.i.carminum:Lydia dic ꝑ omnes:qui uerſiculus cōſtatᷓ ex coriambo
& bacchio:ubi lydia ipſum.a.correptum habet.

C os cum.c.exili ſcri.urbs ē dorica:& ut puto a cote q apud nos lapis dicitur no-
men aſſumpſit.Hora.in carminibus: Ardentes acuens ſagittas cote cruenta.

C oſmus cum.c.exili ſcr. dici pōt ornatus uel ornamētum.nā deriuatur a κόσμῶ
quod eſt orno:& decoro.nōnunq̄ uero & ꝓ ipſo unguēto qđ ornat poſitum le-
gimus.ut Iuue.in ſaty.Stēmata quid faciunt ait:Et coſmi toto merſatur aheno
Martia.i.xi.Quod coſmi redolēt alabaſtra fociq; deoꝝ.:& idē coſmianus: ut idē
Martia.Qui uino madeat:nec erubeſcat.pingui ſordibus eſſe coſmiano: Ludet
cum pueris:amet puellas.nōnulli uero putāt nomen illud coſmi homis cuiuſ-
dā unguētarii ꝓprium magis a poetis fuiſſe poſitum:q̄ ꝓ unguēto ipſo: ita ut
dicatur ahenū coſmi.i.optimi illius unguētarii:alabaſtꝛꝝ coſmi:qđ.ſ.ille cū un
guēto uenditare ſolebat:ut ſimiliter balnea Criſpi.balnea Stepha. Martia eo.lib.
Scis q̄ ſint ſtephani balnea iuncta mihi:ita ut qui huiuſcemodi delicias:quæ ad
ornatum faciebant uenditabant:coſmus diceretur.ut idē poeta circa finē ope
ris.Delitias coſmi uos redolete nurus.Et ab eo unguentum quod ille cōpoſue-
rat:coſmianus uocaretur:idem Martialis in.xii.clare monſtrat cum ait: Aut li-
bram petit illa coſmiani:ubi uenalis rei pondus expreſſit:itaq; cum diuerſis or-
namentis decoratus ſit mundus.coſ.a græ.dicitur.unde coſmo.deducitur.

C oſmographia cū.c.exili &.i.la.ſcri.ē deſcriptio mundi:eiuſq; poſitiōe ſcriptura
& pictura.nā cōponitur a κόσμοσ qđ ē mundus:& γραφια quod cū ſcriptu
ram:tum etiam picturā deſignat.Vnde fuit etiā apud romanos cōſuetudo pin-
gendi mundū:dicente Propertio : Cogor & in tabula pictos edificare mundos.

C oſmeta cum.c.&.t.exilibus ſcribitur:dici poteſt a noſtris ornator uel ornatrix.
Vnde ſerui qui nobiles mulieres exornare conſueuerant:coſmetæ uocitati ſunt
dicente Iuuenale in ſatyra Credo pudicitiam:Ponunt coſmetæ tunicas.Nam a
κοσμῶ:quod eſt orno deducitur.

C oſtus cum.c.&.t.exilibus ſcribitur arbuſcula eſt aromatica.

C otys cū.c.&.t.exi.ſcri.atq;.y.græ.nomē ē uiri ꝓpriū:de quo ſæpe Pluta.memit

C otula abſq; aliq̄ aſpiratiōe ſcribitur:genus eſt paruæ menſuræ: quæ græce κό-
τύλη dicitur:ubi illud.y.græcum in.u.noſtrum fuit conuerſum.

C othurnus cū.c.exili &.th.aſpi.ſequente a græcis:ſed a noſtris ſequēte.u.ſcribitᷓ:
genus eſt calciamenti teſte Ser.utriq; pedi aptum.Virg.i buco. Suras euicta co
thurno:&.i.ænei.Purpureoq; alte ſuras uincire cothurno. Veꝝ nōnunq̄ ꝓ cal
ciamēto ſubleuato ſubere:quo mulieres ipſæ grādiores apperent. a Iuue. poſitū
uidetur i ſaty.Credo pudicitiā ubi ait:Si breue pui ſortita eſt lateris ſpatiū bre-
uiorq; uidetur Virgine pygmæa nullis adiuta cothurnis.Ponitur etiā aliquan
do cothurnus pro alto dicēdi genere apud poetas.Virg.in buco.Sola ſophocleo
tua carmina digna cothurno.Et a cothurno cothurnatus deducitur.Marti.i.v
epigrammatum:Grande cothurnati pone maronis opus.

C ous cum.c.exili ſcribitᷓ:inſula eſt i mari ægæo ſic quoq; teſte Igino a Coo filiæ
Meropis cuiuſdam fœminæ:quæ in ea regnauit cognoīata:ex hac teſte Var.li.
ii.de agricultura uindemias romam deportabant.nā duobus fertiliſſimis opti-
mo uino montibus referta erat:fuitq; Hippocratis & Apellis patria: unde etiam

adiectiuum cous coa coum ſimili ſcriptura deducitur. Iuue. in ſatyra. Stēmata quid faciunt inquit. Spertana chláis cōchylia coa. nam teſte Var. prima in arte lanificii feminaꝝ ornamentis claruit. dicente Oui. lib. ii. de arte loquens de puella: quā amas ſiue erit ī tyriis: tyrios laudabis amictus: ſiue erit in cois coa decere puta. i. eadē dixit Soli. Home. ſepulchrū eē quod in Naxo uoluit Martia.

Crantor cum. c. &. t. exilibus ſcribitur: fuit ſolēſis philo. qui athenas cōcedens auditor fuit Xenocratis: ſortius Palæmonis reliquit cōmentaria ad. xxx. milia uerſum Arceſilao petenti ubi nam uellet ſepeliri: reſpondit teſte Laertio in uiſceribus terræ. obiit ante Cratem & Palæmonem morbo intercute.

Crater abſq; aliqua aſpiratione ſcri. ē cuppa grandis: dicēte Virg. circa finē lib. i. æneí. Crateres magnos ſtatuūt & uina coronāt: & lib. iii. Tū pater anchiſes magnum cratera corona Induit: īpleuitq; mero diuoſq; uocauit. & dicit etiam hic cratera: ut Sta. lib. thebaidos. x. Et bacchus in altos crateras pateraſq; redit. & ſic ab omnibus poetis uas magnum ad bibendum aptum deſignatur. dicente Iuuena. in ſatyra quæ incipit natali corue die. urne crate. capacem. & dignum ſitiente pholo uel coniuge fuſci bibit.

Crates abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: fuit athenien. philoſo. filius Antigenis. & pago triaſius. fuit academicus Polemonis auditor. illiuſq; ſucceſſor ſcolæ. qui adeo ſe uiuentes inuicē amarūt: ut teſte Laertio eadē ſemp̄ ſtudia ſint cōſecuti & mortui eodē ſepulchro diſpoſiti. quos Antagoras in hanc ſententiā uerſibus exornauit. hoc tumulo cratē ac polemonē cōditos fatere qui tranſis o hoſpes uiros cōſenſu animoꝝ p̄cipuos. quorū diuino ex ore doctrina manauit ſacra uitæq; mundicies ſapientiæ adiuncta. Habuit crates diſcipulos memorabiles. Inter quos fuit Arceſilaus Bion Theodo. Alter fuit crates patria thebanus & ſecta cynicus Diogeniſq; diſcipulus. quē Hiero. noſter ſcripſit iæciſſe ī mare magnū auri pondus dicens abi a me uenenum diuitiaꝝ. nam uos potius mergam: q̄ ipſe a uobis mergar. Nam teſte Laertio fuit uir diues anteq̄ fieret cynicus. quoſdā ex ſuis conantes illum a ꝓpoſito auertere: baculo pſequebatur. habuit uxorem hipparchiam Metrodis ſororē ut in ea dictione uidebimus. Demetrius uero magneſius refert eum depoſuiſſe pecuniam: apud trapezitam hac cōditione: ut ſi filii ſui Idiotæ eſſent: eam illis traderet. Sin aūt philo. eā plæbi diſtribúeret. Irrigans ſemel Nicodromū cæſus eſt ab eo in faciem: quare cartulam ſupraponens uulneri ſcripſit. Nicodro. fecit. obiit ſenex & incuruatus. Alius fuit Crates orator de Iſocra. familia. alius uallorum effoſſor: qui cū Alex. militauit. alius philo. pipateticus. alius geome. alius poe. epigrāmatū. alius etiam academicus.

Cratinus abſq; aliqua aſpiratione &. i. latino ſcribitur: fuit athenienſis poeta cōicus clarus apud græcos in ea antiqua comœdia. quæ quaſi ſatyræ noſtræ aſſimilabatur. In qua p̄cipuus ipſe fuit Ariſtophaneſq; & Eupolis. dicente Perſio: audaci quicūq; afflante cratino iratū eupolidem p̄ grandi cū ſene palles. ſimiliter Hora. Eupolis atq; cratinus ariſtophaneſq; poetæ. Atq; alii quorū comœdia priſca uirorum eſt: & reliqua: ut uidebimus in dictione prologus. hic idem teſte Pli. lib. xxxv. naturalis hiſtoriæ. Pompeium athenis pinxit.

Crathis cum. c. exili &. th. aſpirato atq;. i. latino ſcribitur: fluuius eſt achiuorum teſte Herodoto lib. hiſtoriarum. i. a quo ut ait qui in italia fluuius ſic cognominatus eſt nomen accepit. Eſtq; fluuius calabryæ: de quo Oui. lib. metamor. xv. ait. Crathis & hinc ſybaris noſtris cōterminus oris Helectro ſimiles faciunt auroq; capillos. & Theo. in æglogæ quæ incipit αἰγεσ ἔμαι de illo ait καὶ τύ δὲ κρᾶθι οἰρῶπον φύροισ: & reliq̄. hunc dixit Ouidi. li. faſto. iii. lapidoſum eſſe cum ait Eſt prope piſcoſos lapidoſi crathidis amnes paruus ager.

Craſis cum. c. exili &. i. latino ſcribit: dici pōt a nobis tēperamentū. & inde dyſcraſia cum. y. græco in prima diſtemperamentum interpretari ualet.

Crapula cum. c. exili ſcribitur: græce dicitur κρεπάλη.

Cratylus abſq; aliq̄ aſpira. &. y. græco atq; unico. l. ſcribit. Nomen fuit philoſophi cui Plato librum illum de ſignificatione nominum inſcripſit.

Cratippus abſq; aliq̄ua aſpiratione &. i. latino atq; duplicato. p. ſcribitur. fuit teſte Plutarcho in uita Ciceronis philoſophus pipateticus. de quo Cicero libro tertio de officiis plura locutus eſt.

Creontes abſq; aliq̄ aſpi. ſcri. fuit unus chorinthiorum rex: & latronis Siſyphi filius: q Creuſam filiā Iaſoni deſponſauit: & medeā abdicare coegit. de quo Sene. in Medea. alter fuit thebanus pater Iocaſtæ uxoris Oedipi regis thebaꝝ qui poſt cæſos ſimul Polynicem & Etheoclē thebanos regnū aſſumpſit: ut mōſtrat Stat. lib. xi. &. xii. ſuæ thebaidos. Alius fuit huius filius. alius fuit etiā rex thebanus: & ultima Cadmi ꝓgenies: q filiā ſuā Megæram matrimonio coniunxit Herculi & tandē a Lyco cum duobus filiis regno & uita priuatus fuit.

Crepida cū. c. exili &. i. latino ſcri. fuerunt teſte Seruio tuſca calciamēta: quæ corrigiis ad pedes ligabāt. Virgi. li. æneí. viii. Et tyrrhena pedū circūdat uincula plātis: & ut exponit Ser. crepidas dixit: q̄s primo habuere ſenatores: poſt eqtes romani: nunc milites. unde ait Ho. in ſermonibus: Chryſip. dicat ſapiens crepidas ſibi nunq̄: nec ſoleas fecit. Similiter Iuue. in Saty. Perſius uero uidetur uelle calciamenta fuiſſe græcoꝝ: cū ait in. ii. ſatyra. nō hic q in crepidas graioꝝ ludere geſtit. Sed ut ait Gel. li. xiii. noctium atticaꝝ: crepidas & crepidulas prima ſyllaba correpta: id genus calciamenti appellarunt: qđ græci κρεπῖδασ uocāt: & paulum ſupra oīa enim inqt ferme id genus qbus plantarum calces tantū in fine tegunt: cætera ꝓpe nuda: & teretibus habenis iūcta ſunt ſoleas dixerūt nōnūq̄ græca uoce crepidulas. at crepido teſte Seruio ē abrupti ſaxi altitudo. Virgi. lib x. æneí. forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi.

Criſis cum. c. exili &. ſ. nō duplico atq;. i. latino ſcribitur dicitur apud uos iudicium. unde criticus deriuatur.

Criticus abſq; aſpira. &. i. latino ſcribitur: dicitur quaſi iudicans & arguens. unde Seruius ſup. xi. æneí. ubi ait Virgi. Pilūno quos ipſa decus dedit orithya inquit critici. culpant hoc loco Virgi. Et Iuue. Critice pelluces.

Creſſa cū. c. exili &. e. abſq; diph. atq; duplicato. ſ. ſcribitur: & a κρήσ quod eſt cretenſis deriuatur. Iuue. ī ſaty. Omnibus ī terris: Nec ſthenoboea minus: quā creſſa excanduit. i. cretenſis phedra: unde nec creiſſam queadmodū threiſſam dicere poſſumus. nam creſſa ut diximus a κρήσ deſcendit: ubi apud græcos eſt. i. abſq; diph. quod in. e. purum traducitur: at treiſſa cum. ei. dipht. apud græcos ſcribitur uidelicet θρῇισσα: quæ ut ſupra oſtendimus nōnunq̄ a poetis noſtris diſſoluitur. Virgi. li. æneí. i. Vel qualis equos treiſſa faticat Harpalice.

Creta abſq; aliq̄ aſpira. &. e. abſq; diphth. ſcri. Et teſte Virgi. lib. iii. æneí. creta Iouis magni medio iacet inſula ponto. hanc dixit Pli. li. iiii. natu. hiſto. Doſiates a crete nympha heſpidis filia cognominatam uoluit. Anaximander uero a crete rege curetū. Nōnulli autē alii a tēperie cæli. aereā primū dictā exiſtimauere. deinde

macaroneſon.i.beatam inſulam.poſtea cretam a rege cognominatā dixere. De qua Ariſto.lib.politicorum.ii.ſic ait.Videtur hæc inſula ad principatū græciæ eſſe nata ac ꝑclare ſita.cuncto nāq; iminet mari.cum fere græci omnes circum mare ſint poſiti.ab.ē.n.hinc modicum a peloponneſo.illic uero ab aſia circa triopium:& rodum:quare impiū maris obtinuit Minos.ac inſularū alias ſubegit alias uero dudum incultas habitare fecit.tandem ſiciliam agreſſus.circa camerinam defunctus eſt.& a creta cretæus cum.æ.diphthongo in penultima deriuatur.Virgilius lib.æneidos.iii.tertia lux claſſem ceteris ſiſtet in oris.

C reta pro terra quadam tenaci græcum uocabulum eſt.& ab creta inſula in qua melior comperitur.nomen aſſumpſit.& eodem modo ſcrib.nōnulli uero latinū putant.& a creſo uerbo deduci dicunt.quaſi concreta.Sane ut in Pli.& ī diuerſis annotaui:uniuerſaliter omnis terra tenax creta nominatur.unde diuerſa illius genera Plinius ipſe circa finem.xxxv.libro enumerauit.Vt cymoliam:quæ candida eſt: & quam alii a κύμη urbe Italiæ.quæ litteris noſtris cumæ dicitur uocitatam ferunt.Cuius uſum & medicamentis & ueſtibus poſuit Pli.eſt etiam ſarda cymolia:quam ex ſardinea afferri dixit:ſed non niſi candidis ueſtibus cōmoda:uerſicoloribus non inutilis.eſt ſimiliter & umbrica: q̄ non niſi poliendis ueſtibus aptam dixit.& hinc non longe ad uerbum ſubdit.alia creta argētaria appellatur:nitorem argenteum reddens.eſtq; uiliſſima:& qua pedes uenalium ſeruorum tranſmare aduectorum denotare inſtituerūt maiores. hæc ille.iuxta cuius ſententiam ait Tibul.libro ſecundo.

Nota loquor regnum ipſe tenet:quem ſæpe coegit.

Barbara gypſatos ferre catasta pedes.Et Iuuenalis in prima ſatyra. Sacro nec cedat honori nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis.i.argentea creta:illocreatis.Nam libertinus poſtea effectus opibus patricios omnes ſuperabat:quē Lucinium nomine fuiſſe:& primo tonſorem quidam ferunt. unde potentiſſimos in urbe romana nōnullos fuiſſe libertos:idem rettulit Iuuena.ut Criſpinū quem nominanter exprimens monſtrum eſſe dixit nulla uirtute redemptum. qui pars fuit niliacæ plæbis:& uerna canopi.hoc eſt ſeruus in domo domini ex ancilla natus:q a græ.οἰκογενής.i.domi.natus dicit̄.& inde uernaculus uernacula uerna.quod ē domi noſtræ uel in noſtra patria natū. unde lingua uernacula.ꝙ uulgo dicit̄ lingua materna.Fuerat ergo Criſpi.apud canopū in domo ſui domi ex quadā ancilla natus:& romā uenalis aductus:q uenditus:& libertinus deinde effectus pricipatu Domitiani tantū excreuerat:ut Tyrias hūero reuocāte lacernas uentilet æſtiuū digitis ſudantibus aurū.Eratq; lacerna genus ueſtimēti nodo ſupra humerū alligati.unde tali ueſte indutus lacernatus dicit̄:ut idē auctor ipſe lacernatæ cū ſe iactaret amicæ. Aliū rettulit idē poeta libertū claudii principis noīe Narciſſum. Quē in fine ſatyræ plurima ſūt fuſcine:ditiſſimū fuiſſe oſtendit:ut in dictione narciſſus uidebimus.& apud eundē principē potentiſſimū:ut in dictione Meſſallina monſtrabimus . quare ſubdit Pli.ad ea quæ ſupra rettulimus.Iam nō eſt enumerare libertos e ſanguīe qritū: & ꝓſcriptionū licentia ditatos:hoc eſt inſigne uenalitiis gregibus opprobriū inſolētis fortune:quos adeo potiri rerū uidimus:ut ꝑtoria quoq; ornamēta decerni ſenatu iubēte Agrippīæ:& claudii Cæſaris libertis uiderimus. Tātūq; de laureatis faſcibus nō remittit his q illocreatis pedib⁹ aduenīſſent.hæc ille.Sane inter uēalitios & uenalitiarios dria ē:nam uēalitiarii apud Var.& Pli.dicūt negociatores ſuoꝝ nouitioꝝ:& uenalitia ipſa corpa: ut apud Paulū iuriſcōſultū de ædilitio edicto.Quicūq; ex uænalitio nouitioꝝ ēptus:alicui miſterio ꝓpoſitus ſit ſtati eū ueteratoꝝ nūero eſſe.uenalitius quoq; adiectiuū:ut Pōponius iuriſcōſultus de donationibus inter uiꝝ & uxorē li.xxiiii.digeſtorum inquit: Quod ſi familiam domeſticam uxoris aut uenalitiam parauit:& reliqua.

C reſton abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:fuit tyſenorum ciuitas.

C reſſæa cum.c.exili & duplicato.ſ.atq;.æ.diphthongo in penultima ſcribitur:regio eſt macedoniæ litteralis:ut teſtis eſt Hero.libro hiſtori.vii.& ei adiacet mari quod themopontum dicitur: habens ab oriente pallenem conterminam: ab occidente uero uerſus græciam partes mygdoniam.

C reſtona abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:regio eſt macedoniæ contermina mygdoniæ:ut Herodotus libro.hiſtoriarum.vii.

C hrethon cū.c.exili &.th.aſpirato ſcribit̄:fuit teſte Homero Diociei filius: ab Aenea in bello troiano interfectus:ut uidebimus in dictione Orſilochus.

C rines cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:a græca dictione deriuatur:quæ apud illos dicitur κρινιδέσ.

C rypta prima cum.c.exili &.y.græco:ultima cum.p.&.t.abſq; aſpiratiōe ſcribit̄: dici poteſt a noſtris occulta ſeu abſconſa. Nam a κρύπτω uerbo græco deducit̄ quod apud nos eſt cælo ſeu abſcondo:unde ait Iuue.in ſaty.Si te ꝓpoſiti. Et ſolitus mediæ cryptam penetrare ſubure.

C riſtallus prima cū.c.exili &.y.græco.ſecūda cū.t.exili ac duplicato.l.ſcri.Vt nonnulli putāt lapis eſt ex ſola aq̄ ui frigoris in glaciē induratus. Quibus Solinus non conſentit:eo ꝙ in cypro & alabanda regione aſiæ locis ualde calidis generetur:& a cryſtallo criſtallinus deducitur.Vbi apud nos more noſtro accentus ē in antepenultīa:qa lōga eſt:& penultīa breuis:ut uidebimus in dictiōe ꝓſodia. Iuue.in ſaty.Credo pudicitiā:Grandia tollunt̄ cryſtallina maxīa rurſus Myrrhina:quæ ſimiliter in antepenultima accentū detinet.unde Pli.lib.xxxiii.nat. hiſto.Myrrhina inqt & cryſtallina ex eadē tellure effodimus: qbus ꝑciū faceret ipſa fragilitas:hoc argumentū opū:hæc uera luxuria æſtimata ē habere ꝙ poſſit ſtatī pire.nec hoc fuit ſatis:turbā gemmaꝝ portamus ex ſmaragdis:teximus calices ac temulentiæ cā temerāus diē.hæc ille.Iuxta quē Iuue.ait in.iiii.ſatyra Byrrho ut multi gemmas ad pocula trāſſert a digitis.ſane cryſtallū libraꝝ circiter.l.dicaſſe diuū Auguſtū in capitolio teſtis ē idē Pli.xxxvii.Quin & Xenocrates auctor ē uas āphorale ex cryſtallo uiſum ſextarioꝝ q̄ttuor.Quid ꝙ idē Plini ueluti furorem refert quandā matrēfamilias:nec diuitē mercatā trullā unā cryſtallinā centū qnquaginta milibus.Refert etiā Neronē accæpto amiſſaꝝ reruꝫ nuncio duos calices cryſtallinos:nequis alius ex his biberet confrægiſſe: & hæc de cryſtallinis:at de myrrhinis in ſua dictione uidebimus.

C hriſtus cuꝫ.ch.aſpirato:&.i.latino atq;.t.exili ſcribitur:dici poteſt apud nos unctus.Nam a χρίω:quod eſt ungo deriuatur:

C hriſma cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dici pōt a noſtris unctio:& ſimili mō ut ſupior dictio a χρίω uerbo græco:quod eſt ungo deriuatur.

C hryſippus prima cū.ch.aſpira.&.y.græco:ſequēs cuꝫ.i.latino ſequente duplici p.ſcribit̄.Nā ex χρυσόσ uerbo græco qd̄ eſt auꝝ.& ἵπποσ.quod eſt equus cōponit̄:q̄ſi aureus equus.fuit philoſophus Appollinii ſolenſis filius ſiue tartēſis teſte Alexandro.& Cleātis diſcipulus.fuit uir īgenioſus & acutus ī omni gene-

re oratiōis.In plærisq; a Zenōe diſſenſit & cleāte.quotiēs aduerſus cleantē diſſe
rendo ægiſſet.tanta ducebatur pœnitentia ut crebro diceret.equidē alias fortu
natus ſum.p̄terq̄ in Cleantē.In hoc ſum infœlix.& ut dixit Cice.de natura deo
rum natus eſt homo Chryſippus ad mundū cōtemplandū atq; mirandū. Nam
teſte Laer.ſeptingenta uolumina edidit.& quicquid incidebat mādabat litteris.
ſepe emendabat & magna teſtimoniorū nube utebatur.quod adeo in cōſuetu
dine habuit ut in quibuſdam ſuis opuſculis totā euripidis Medeā insereret.pe
tentiq; cnidā ab altero legente quidnā id eſſet quod legeret illi inquit:chryſip
pi medea eſt.quare de illo ait Apollodo. athenienſis ſiquis tollat de chryſippi li
bris quæ aliena ſunt.carta illi uacua relinquetur.eius tamē libri clariſſimi ſūt:
& in dialectica precipue.in qua fuit adeo inſignis.ut dicerēt ſi apud deos ī uſu
eſſet dialectica.non futurā aliam q̄ chryſippeam.refert noſter Valerius de ſtu
dio & induſtria illum octogeſimo anno uolumē cœptu; quadrageſimo exactiſ
ſime ſubtilitatis abſoluiſſe:unde dicere uidetur auarus apud Perſium ī fine ſui
libelli neſciens ſuæ auariciæ terminū imponere:O chryſippe finitor tui acerui
hoc eſt tui libri in quo tanta coaceruaſti. depinge ſiue oſtende & deſigna mihi
ubi.i.in quo diuitarum loco inuentus ſiſtā.hoc eſt pedem figā quaſi dicat quia
ex me repire nō poſſū.Erat hic teſte Laer. ībecilli tenuiq; corpuſcolo:ut ex eius
dicit imagine apparere.In potationibus ut refert agebat quietem:crura aūt ſola
mouebat:ut ancilla eius diceret Chryſippi tantū crura inebriari.unde teſte Her
mip.a diſcipulis ad ſacrificiū ductus:dulce merū adeo bibit ut fatigatus angu
ſtiis ſpūs eum quinta die poſt reliquerit cum eſſet octogintatrium anno. Sunt
qui dicant eum nimio riſu cōpræhenſum interiſſe.ita ut cum aſinus mandu
caſſet ficus aniculæ:dixiſſet ut uinū aſino daret: nimioq; dehinc riſu expiraſſe
neminem regum laudauit.ſola anicula contentus fuit.alius fuit Chryſip.cni
dius medicus:a quo Heraſiſtratus teſtatur multa didiciſſe.Alius fuit huius fili
us Prole.medicus:qui calūniam paſſus ſupplicio eſt affectus. alius Heraſiſtrati
diſcipulus.alius poeta geor.ſcriptor.

C hryſeis.i.cum.ch.aſpirato &.y.græco:ultima cum.i.latino ſcribitur: fuit chry
ſæ ſacerdotis Apol.filia. Nam cum aute captam troiam diuerſæ ex uariis troia
norum locis raptarentur puellæ:due inter alias formoſiſſime capte ſunt chry
ſeis.ſ.& Briſeis.quarū bryſeis in p̄de diſtributione contigit achilli: chryſeis uero
agamēnoni:& quiſq; ſuam ardenter amabat . ſed cum Chry: Chryſei.pater pro
filia redimenda:ut ſcri.Ho.initio ilia.ueniret ad græ.non ſolum multa deferēs
munera:ſed ornatus īfulis & aliis ſacerdotalibus ornamētis orabat eos:ut Apol.
reuerentia:cuius ſacerdos in chryſa inſula erat:filiam ſibi reſtituerent & precio
ſa acciperent munera.cui cum cæteri græ. aſſentirent:ſolus Agamē.qui illam
amabat eum iniurioſis & minacibus uerbis repulit.quare Apol.conqueſtus ſa
cer.hæc ille referebat uerba.Quid coluiſſe mihi tua delphice numia p̄deſt.
Aut caſtam uitam multos duxiſſe p annos.Quid ue iuuat ſacros poſuiſſe alta
ribus ignes.Si tuus externo iam pellor ab hoſte ſacerdos.
Quibus ſane cōmotus Apollo peſtiferā luē in danaorum miſit exercitum: & cō
ſultus Calchas reſpondit nō ceſſaturā donec Chryſe patri reſtitueretur chryſeis
qua demum reſtituta Agamēnō in amoris amiſſi ſolatium Bryſeida ab achille
iuſſit auferri.Ex quo ita inflāmatus achilles:ab exercitu cum ſuis diſcedens in
idam montem:ut quidam dicūt ſeceſſit:& cū pugnare nollet græ.īteri; a troia.

prœliis quibuſdam ſuperati intra caſtro; munimenta cōpelluntur: atq; obſi
dentur:q mittentes ad Achillē tris legatos maxia illi munerā obtulerūt ſi arma
capet:& p̄cipue Briſeida:quā ſe nunq̄ tetigiſſe Agamemnon p̄ſancte iurabat.fue
rant autē legati Vliyes: Aiax:& Phœnix:qui ab Achille benigne ſuſcæpti:re dei
de infecta diſceſſerunt.unde Ouidius lib.ii.triſtri; ait:Quid prius eſt illic flā
ma chryſeidos:aut quæ fecerit iratos rapta puella duces.

C hryſothemis prima cū.ch.aſpi.&.y.græ.penultia cū.th.aſpi.ſcribit: habetq; ac
centum in antepenul. fuit teſte Home.li.ix.ilia.filia Agamēnonis ex Clytæme
ſtra:& uocabulum eſt compoſitum ex χρύσὸσ:quod eſt au;:& θεμισ nomen
deæ:ut in dictione Themis uidebitur quaſi aura Themis.

C hryſoſtomns cum.ch.aſpirato &.y. græco atq;.t.exili ſcribitur: dici pōt a nobis
aureum os.Nam chryſos aurum:& ςόμα os apud noſtros deſignat

C hryſolithus prima cū.ch.aſpi.&.y.græco penultia unico.l.&.i.la.ultia cum th.
aſpi.ſcribit:lapis ē precioſus coloris aurei:unde cōponitur dictio ex chryſos qd
eſt au;:& λιθοσ lapis q̄ſi aureus ſit lapis:ob quod nōnunq̄ & pro ſuccino: qa
ſimilis coloris eſt: cum ab antiquis poetis tum a noſtri temporis poeta elegātiſ
ſimo Mafeo uegio in quodam epigrammate ponitur cum ait:
Aurea quæ quondam defleuit muſa maronis .
Nunc hoc chryſolithi claudor in orbe culex.
Aurea muſa fuit:tumulus ſimul aureus ipſe eſt.
Quem miſerans etiam ſtruxit apollo mihi.

C hryſopaſſus prima cū.ch.aſpi.&.y.græco ſcri.qn & iuxta finē.ſ.duplicat:& cō
ponitur id uocabulum ex chryſos quod eſt au;: & πάσσω uerbo græco quod
apud nos dicitur ſpgo:quaſi lapis ſit auro aſperſus.

C hryſocolla prima cum.ch.aſpirato &.y.græco:penultia cū.c. exili quin & cum
gemino.l.ſcri.& eſt teſte Pli.xxxiii.natu.hiſto.humor q in auriſodicinis p uenas
auri defiuit:& craſſeſcente humore rigoribus hybernis uſq; in duriciā pumicis
induratur:quæ ſubtiliſſime contuſa:ut ille refert auri picturā præbet: & infra
ſubdit chryſocollam aurifices ſibi uendicant ad glutinandum aurum: unde &
ipſa appellata eſt.id eſt auri colla & glutē:de hac locutus Plinius præfato libr.
uiſum eſt inquit Neroni principi ſpectaculis arenam circi chryſocolla ſterni cū
ipſe aurigaturus eſſet inducta opificum turba.

C hryſogonus cū.ch.aſpi.&.y.græ.ſcri.Nomē ē uiri p̄priū: & cōponitur a chryſos
quod eſt au;:& γονυ genu uel angulus:q̄ſi ſit aureū genu uel aureus āgulus
Iuue.i ſaty.Credo pudicitiā inqt.Sunt quæ chryſogonū cantare uetant.

C rito cum.c.&.t.exilibus:hoc eſt abſq; aſpi. ſcribit:fuit athenienſis philoſophus
unus omnium ut dixit Laertius maxio & eximio quodā amore Socrati effectus
Cuius ita diligentē curā ægit ut nunq̄ aliqd ex his quæ ſunt ad uitā neceſſaria
ſibi deeſſe pateretur.huius Socratis filii auditores fuere:hoc eſt Critobolus: Her
mogenes cum aſpiratione principii:Cteſipus cum.ct.exilibus in eadem ſyllaba
Epigenes cum.i.latino qui omnes fuere Socratis filii.

C ritobolus abſq; aliqua aſpiratione & unico.l.ſcribitur:fuit medicus.de quo Pli
nius libro.vii.naturalis hiſtoriæ inquit.Magna de Critobolo fama eſt: extracta
Philippi regis oculo ſagitta:& circa deformitatem oris curata orbitate luminis
hunc ego Socratis filium fuiſſe puto.

C hriteis pria cū.c.exili &.i.lati.ultia cum.th.aſpirato &.i.latino ſimiliter ſcribit:

fuit matris Home.nomẽ ut ſcripſerũt Hero.& Plutar.alii nõnulli.
C rocyllus cum.c.exili &.y.græco atq; duplicato.l.ſcribitur:fuit uiri atheníenſis
nomen.de quo nõnunquam Plutarchus meminit.
C rœſus cũ.c.exi.&.œ.diph.atq; ſimplo.ſ.ſcri.fuit Alyattis filius ultimus lydorũ
rex:prĩo qdẽ fœliciſſimis:ſ; poſtrẽo ĩ infœlicitatẽ tractus:& a Cyro ſupatus cũ
miſerabiliter regnũ ꝑdidiſſet ad miſerabiliorẽ uitã coactus fuit.de quo Hero.li.
hiſto.i.& ſimiliter Iuſti.lib.i.ꝓſecuti ſũt oĩa:unde ait Oui.lib.iiii.de põto.Diui
tis audita ẽ cui nõ opulẽtia crœſi.Nẽpe tamẽ uitã captus ab hoſte tulit.
C rocus abſq; aliqua aſpiratione ſcribiť:fuit teſte Pli.lib.xvi.natu.hiſt.adoleſcens
ob cuius amorẽ Similax uirgo ĩ eius noĩs fruticẽ cõuerſa ẽ ut in ea dictione ui
debimus.Et ipſe ſimiliter ĩ florẽ ſui noĩs ab Oui.cõuerſus poniť lib.xiiii. meta.
Alii uero crocũ dictũ putãt a coryco ciliciæ oppido: q a Solino ſũme laudať: &
melior cæteris in uſu medicine teſte Diaſcoride cõperitur.Quare ut de excellẽ-
tiori ait Martia.in epigrammatibus:Quod de corycio quæ uenit aura croco:&
inde croceus:ut Virgi.lib.georg.i.Non ne uides croceos ut tmolus odores. In-
dia mittit ebur.de quo in dictione tmolus habebitur.
C rocodilus cũ.c.exili utrobiq; &.i.la.atq;.unico.l.ſcri.aĩal.ẽ q̃drupes:quod nilus
gignit.ſic dictus qa crocei ẽ coloris:cuius forma fere ꝑ oĩa dracõtea uideť.& no
ctẽ totã agit ĩ aqs:diei uero maiorẽ ꝑtẽ qeſcit ĩ humo.oua q̃ſi anſerina edit:q̃ ui
ciſſim mas & fœmĩa ĩ terra fouẽt.Et ut ait Hero.li.hiſt.ii.hic omniũ quas noui
mus beſtiaꝝ ex mĩmo maximus fit.Nã pullus iuxta oui quãtitatem naſcitur:q
cũ ad crementũ ꝑuenerit:fit.vii.&.x.cubitoꝝ: & adhuc maior ĩmo ut ſcribunt
Pli.& Soli.repiuntur frequenter.xx.cubitoꝝ. Et aliquos refert Pli.ratos eſſe:q̃
diu uixerint ſuſcipere incrementa:cũ lõgo tꝑe uiuat.eſtq; armatus dentibus &
unguibus.Tãtaq; ſuꝑioris ꝑtis cutis duricie:ut q̃uis tergo ꝑcutiatur ictu forti
um tormentoꝝ non lædatur.Inferioris uero ut dixit Sene.lib.iii.de q̃ſtionibus
naturalibus mollis ẽ:habet oculos ſuis.Et obtuſe ĩ aqua : ſed ĩ terra acutiſſime.
uidet. Detinetq; dentes magnos ad corporis ꝓportionẽ:quos ut ait Apulegius
lib.i.de Magia ĩnoxio hiatu ad purgandũ ꝑbet.Et ut etiã teſtatur Hero.menſes
iiii.qui magis hyemales ſũt:nihil comedit.& ſola beſtiarũ linguam non habet.
C rocyla abſq; aſpiratione &.y.græco ſcribitur:inſula nõnunquã ab Home.poni-
tur:quæ ab aliis cõmuniter corcyra dicitur in ea dictione uidebimus.
C rocylꝰ cũ.c.exi.utrobiq;.&.y.græ.atq; unico.l.ſcri.nomẽ põiť paſtoris a Theo.
C rotalum abſq; aliqua aſpi.& cũ unico.l.ſcribitur:inſtrumentũ ẽ muſicum:quo
utebantur ægyptii in celebritatibus deoꝝ ut oſtendit He.lib.hiſt.ii.de quo Vir
gi.in copa inquit.
Copa ſyriſca caput graia redimita mitella.
Criſpũ ſub crotalo docta mouere latus.i.ad ſonũ eius ĩſtrumẽti docta q̃ moliter
ſaltare:& ut puto a κρόυω qď ẽ pulſo deduciť.& cũ etiã apuď græcos quoſdã
ꝑ plauſtro poſitũ cõpereri:ab ea ſoni uoce cognomẽ accæpiſſe exiſtimos.
C roton abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:ciuitas ẽ calabryæ:de qua Oui.plene li.
xv.meta.ſcripſit ubi ait Nec in hoſpita tecta Crotonis.& inde crotoniata ille di-
citur.qui ex ea originem traxit.
C hromaticus prima cum.ch.aſpirato & reliquæ ſine aſpiratione ſcribũtur.ille ſa
ne dici conſueuit qui nulla uerecundia colorem mutat. Nam χρωνμα apud
nos colorem indicat & magis ad uerbum coloratus dici poteſt.

C hromius cũ.ch.aſpi.&.i.latino ſcri.uir fuit argiuus:ut oſtendit Hero.li.hiſtori.
primo ſimilis ſcribitur ab Home.lib.ilia.ii.&.xi.odyſſeæ filius Nelei & frater Ne
ſtoris.Alius fuit Priami filius quẽ teſte Home.li.v.ilia.Diome.iteremit in bello.
C romna cum.c.exili &.m.ante.n.ſcribitur:eſt urbis nomen.
C hronus cũ.ch.aſpi.ſcri.& tẽpus atq; Saturnum apud antiquos græcos indicat
moderniores uero qdã illoꝝ grãmatici ut diffrrentias inter illos deſignent: cũ
denotare tẽpus uolunt cũ.ch.aſpirato ſcribunt: cum uero Saturnum ꝑ.c.exile
hoc eſt ſine aſpi.deſcribunt.Sed antiquos ex his quæ dicemus imitandos cenſe-
mus.Saturnus igitur ut teſtis eſt ſacra Euemeri hiſtoria:quã ille ex titulis & ſa-
cris inſcriptionibus cõtexuit.Cæli fuit filius ex Veſta & frater Titani: Opẽq; ſo
rorem duxit uxorem.Titan uero q maior natu erat: poſtulat ut ipſe regnaret.
Quod ubi Veſta eoꝝ mater:& ſorores Ceres atq; Ops ꝑſenſerunt :ſuadent Sať-
no uti de regno ne concedat fratri : eo ꝙ Titan facie deterior eſſet q̃ Saturnus.
Quod ubi Titan ꝑpendit:cõceſſit ei ut regnaret.Sed hoc cum Saturno firmato
fœdere ut ſiqs liberoꝝ uirilis ſexus ei natus eſſet necareť. Id eius rei cã fecit: ut
ad ſuos natos regnum rediret.Itaq; q primo Saturno natus eſt filius necatus ẽ.
Deinde poſterius nati ſunt gemini Iuppiter atq; Iuno.Sed Iunonẽ ſolam Satur
no in cõſpectũ dedere.Iouem uero clam abſcõdentes.Saturno inſcio educandũ
dederunt.Itẽ Neptunum clã Sarurno Ops parit eũ clãculum abſcõdit. & cum
deinde pareret Plutonem & Glaucã:illa patri oſtenſa:clã Pluto ſuatus ẽ. Glau
ca deinde parua emoritur.ꝙ cum Titan poſtea reſciuiſſet.nouiſſetq; Satur.iam
uirilis ſexus filios ſupeſſe ductis ſecũ filiis q Titani uocabantur. Saturnum &
Opem cõpræhendit:& muro illos circũegit:cuſtodiãq; appoſuit.hoc cum eoꝝ
filius Iuppiter cognouiſſet:ueniens cũ magna cretenſium copia Tita.atq; filios
expugnauit:parentes uinculis exemit:& patri regnum reſtituit: ipſeq; in cretã
remeauit.Sed cũ deĩde Satur.forte admonitus eſſet:ut a Ioue caueret ne eum re
gno expelleret:effugiendi ꝑiculi gratia.Ioui filio inſidias tẽdebat.Quod cũ Iup
piter ꝑſenſiſſet:patrẽ fugauit & regnum ſibi uindicauit:miſitq; armatos q illũ
ꝑ omnes terras ꝑſequẽtes aut cõprehenderent aut necarẽt.Saturnus uero cum
diu errafſet:uix in italia locum quo lateret inuenit. hæc ex ſacra hiſtoria dicta
ſunt:quã teſte Lactantio interpretatus:& ſecutus eſt Ennius noſter . Sed excæ-
ptus Saturnus a Iano:ut dixit Virgi.lib.æne.viii.
Is genus ĩdocile & diſpſum mõtibus altis.
Cõpoſuit: legeſq; dedit latiumq; uocari.
Maluit:his quoniã latuiſſet tutus in oris.Er ut dixit Ouidius lib.faſtoꝝ.i.
At bona poſteritas:puppem firmauit in ære.
Hoſpitis aduentum teſtificata dei.Verum quia italia ipſa inferior eſt q̃ græcia:
in qua mons eſt olympus:finxerunt poete illum ab æthæreo olympo ad italiã
deueniſſe:dicente Virgilio præfato loco.
Primus ab æthereo uenit ſaturnus olympo.
Arma iouis fugiens:& regnis exul ademptis.S; ut eodẽ li. dixit Ouidius.
Ante perrato ſalcifer orbe deus.Nã falcifer dicebať:qa italis primus uitẽ putare
oſtendit:dicente Virgilio lib.ænei.vii.Viſitator curuã ſeruans ſub imagine fal-
cem.Et cũ ea loca ubi regnabat Ianus:& ſuſcæptus fuerat Saturnus iuxta ma
re:quod dicitur inferum ſint diſpoſita:dixerunt poetæ illum apud inferos rele
gatum fuiſſe.dicente Ouidio libro metamor.i.

Poſtq̃ ſaturno tenebroſa in tartata miſſo
Sub ioue mundus erat. ſubiit argentea ples.
Nam eodẽ loco ait. Aureaq; ut phibent illo ſub rege fuere ſæcula. Verũ ſi ſubtili
us rem ipſam contẽplemur. Saturnus ut græco uocabulo ſignificatur. tempus
eſt quod profecto a celo ortũ ducit. cũ nihil aliud tẽpus ipſum q̃ celeſtis motus
menſura a philoſophis diffiniri ſoleat. Itaq; cum omnia tempore intereãt: quæ
aliquando orta ſunt: ſatis prudenter finxerunt poetæ illum etiam natos ſuos
omnes deuorare ſolitum: cum omnia tempore conſũmerentur: ut uidebimus ĩ
dictione deus. Quãobrem dicebat Balbus apud Ciceronem lib. ii. de natura deo
rum Saturnum ideo dici quia ſaturatur annis.

C hronica prima cũ. ch. aſpirato penultima cũ. i. latino: & ultima cũ. c. exili ſcribit̃
ꝓprie a noſtris dici poſſunt tẽpalia: cũ deriuet̃ a χρόνος: quod ẽ tẽpus. Quare
ãnales latine traduci cõſueuit: & ĩde chroniſmos: quod ẽ tẽporalis ſiue mora: ut
dixit Hierony. in Oſeæ: q etiã utitur uocabulo ſynchronii. i. cõtempotanei.

C rumena abſq; aſpiratione ſcribit̃: ſignificatq; loculũ. Nã deducit̃ κρεμάω uerbo
græco: quod ẽ ſuſpẽdo: qa plærũq; ſuſpẽſa geſtat̃. Alii uero p. ch. aſpitatum ſcri
bunt & trahi uolũt ἀπὸ τοῦ χρήματος: quæ ẽ pecunia. Iuuenalis ĩ ſatyra At
ticus eximie. Quis enĩ te deficiẽte crumena. & creſcẽte gula manet exitus. Cru
menam poſuit ꝓ pecunia: hoc eſt continens ꝓ contento. metonymia eſt.

C teatus cum. c. ſequente. t. in eadem ſyllaba: & abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:
fuit teſte Homero lib. iliados. ii. uir pelopõnenſius: pater Amphimachi. unus ex
græcorum ducibus: qui uenerunt ad troiam.

C teſias cum. c. ſequente. t. in eadem ſyllaba: & abſq; aſpiratione atq; i. latino ſcribi
tur. fuit orator ſiculus qui & Corax ſæpe referuntur a Cicerone: & putatur pri
mi qui præcepta dicendi ſcripſere.

C teſippus cum. ct. exilibus in eadem ſyllaba atq; i. latino & duplicato. p. ſcribitur
fuit Socratis filius: de quo ſupra uidimus in dictione Crito.

C theſiphon cum. ct. exilibus. & unico. s. atq; i. latino ſcribitur: fuit athenienſis. ꝓ
quo Demoſthenes orationem ſcripſit.

C teticon abſq; aliq̃ aſpiratione & i. latino ſcribit̃: dicitur a noſtris poſſeſſium.

C umæ cũ. c. exili & unico. m. ſcribit̃: ubi. y. græcũ quod apud græcos erat in. u.
noſtrum cõuerſum fuit: urbs ẽ capaniæ ꝓpe baias ad tyrrhenum mare humidi
colle ſita: quã teſte Liuio libro. viii. ab urbe: uenieñtes a chalcide urbe euboiæ ad
nouas quærẽdas ſedes primitus cõdiderunt: dicente Virgilio libro æneı. vi. ubi
de Dædalo loquitur: Chalcidicaq; leuis tandem ſupaſtitit arce. Iuxta quã pro
pinquus eſt ſubterraneus thalamus Sibyllæ uaticinatricis. quæ cum Erythrea
eſſet ut Ariſtoteles dixit ab italis cumana dicta fuit.

C uretes abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: populi fuerunt cretæ: qui una & cory
bantes infantẽ Iouẽ aluere. Sed cũ temporis ſucceſſu religionem ꝓphanarent
ab ipſo Ioue imbricus deleti ſũt. Quorũ templa cũ deinde Iuppiter uacua & ſi
ne honore cõſpiceret. ex fungis pluuia natus illos reſtituit dicẽte Ouidio libro
meta. iii. Largoq; ſatos curetas ab imbri. Sunt & alii eiuſdẽ nominis populi æto
lis cõuicini: qui teſte Homero li. ix. iliados in oratione Phœnicis cũ ipſis ætolis
bellum geſſere. Alios dixit Luca. libri. iii. feroces populos in dalmatia: Quos alit
adriaco tellus circũflua põto. Apud quos. M. Antonius fuit a pompeianis clau
ſus cum magno ipſius diſcrimine.

Acia cum. c. exili & nõ. t. apud græcos & latinos antiquos:
atq; i. latino ſcribit̃. Vnde & triũphalibus. T. Plautii apud
d Tybur ſcriptum eſt filios dacorũ remiſit. Regio eſt ſcythiæ
& portio thratiæ: ut quidã aſſerunt. Alii uero illi cõtermi
nam eſſe uolunt.

Dactylus cum. ct. exilibus &. y. græco atq; unico. l. ſcribit̃
proprie a noſtris digitus traducitur: ad cuius ſimilitudinẽ
metri pes dicitur: q̃ ex prima longa & duabus breuibus conſtat: ut Tityre. Sed
digitorum apud latinos craſſior dicit̃ pollex: alius index: ſequẽs medius: alius
annularius: alius minimus. Quod ideo diximus: ut id declaremus: quod ſi me
dio digito quaſi per indicem quiſq̃ olim monſtratus fuiſſet: inſania in demon
ſtrato arguebatur. Quare Diogenes teſte Laertio plurimos aiebat inſanire per
digitum: q etiã peregrinis aliquando Demoſthenẽ uidere cupiẽtibus: medium
intendens digitũ: hic ait: hic eſt athenienſium orator. Quod Perſius & Iuue
nalis certiſſime expreſſerunt digitũ illum infamem uocitantes: hoc eſt infamiã
irrogãtem. Qua de re non aliud ipſe Iuuenalis intellexit: dũ de Democrito lo
queretur in ſatyra Omnibus in terris. Cum fortunæ ipſe minaci mandaret la
queum mediumq; oſtẽderet unguem: hoc eſt medium: & infamem digitum ac
cipiẽs: quod ſæpe fit: partẽ loco totius: ut ſimiliter Plinius circa finem libri. ix.
hiſtoriæ naturalis. Concharum inquit e genere ſunt dactyli ob humanorum
unguium ſimilitudinẽ appellati: Vnguium dixit. i. digitorum. Alii uero diuer
ſam ab ea quam diximus infamiam eſſe ſomniãt: & de medio ungue aliud ge
nus eſſe cõtumeliæ publica uulgi iactat opinio: quæ ſane nullo alio ĩ loco legi
mus. Et a dactylo dactylotheca componitur: quo ſane uocabulo Vlpianus nõ
nũq̃ uſus eſt: & Martialis in. xi. inquit: Nec cum lauatur cauſa quæ ſit quæri
tis. Datylothecam non habet.

D adicæ cum. i. latino &. c. exili ſcribitur: populi ſunt ſcytharum ex parte aſiæ: ut
dixit Herodotus libro hiſtoriarum. iiii.

D æmon cum. æ. diphthongo ſcribitur: dici poteſt apud nos ſciens. Inde eudæmõ
i. bonus uel ſelix demon: & cacodæmon malus uel infelix dicitur.

D ædalus cum. æ. diphthõgo & unico. l. ſcribitur: fuit athenieñſis Eupalami filius
artis fabrice peritiſſimus: teſte Plinio libro. vii. naturalis hiſtoriæ lignariam fa
bricam primus adinuenit: ut ſerram: aſciam: perpendiculum: terebellum: & na
uibus primus malum & antennam impoſuit: qui cum accuſaretur peremiſſe
Perdica magnæ indolis iuuenem: & ſororis filium: metuens futurum iudiciuꝫ
fugit ad cretã. Reliq̃ uero eius oĩa tractauit Ouidius li. metamorphoſeos. viii.

D ætor cum. æ. diphthongo &. t. exili ſcribitur: fuit uir troianus.

D ai cum. i. latino ſcribitur: ſunt perſarum populi: qui teſte Herodoto libro hiſtori
arum primo omnes ſunt paſtores: & ſimiliter mardi tropici & ſaratii.

D almatia cum. t. exili &. i. latino ſcribitur: regio eſt.

D amyndas cum. y: greco ſequente. n. ſcribit̃: fuit teſte Plutarcho uir macedonius

D ama per unicũ. m. ſcribitur. nam apud grecos Δάμη dicitur: uel Δόρκας: ge
nus eſt capre ſilueſtris. Et poteſt tam maſculini eſſe q̃ fœminini: Virgilius ĩ bu
colicis. Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ. Horatius in primo car
minum. Et ſuperiecto pauidæ natarunt æquore damæ.

D amaſcus cum. c. exili ſcribitur: fuit teſte Curtio libro. ii. de geſtis alexandri urbs

nobiliſſima caput Syriæ.unde teſte Plinio libro.xv.damaſcena pruna dicta creduntur.

D amaſithynus antepenultima cum.i.latino:penultima cũ.th.aſpirato:&.y.græco ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vii.Candaulis filius:& unus ex ducibus Xerxis perſarum regis.

D amœtas cum.œ.diphthongo &.t.exili ſcribitur:nomen fuit paſtoris. de quo ſæpe Theocritus & Virgilius.

D amon cuꝫ unico.m.ſcribitur:hic & Phitias fuere pythagorici:& arctiſſimo amicitiarum uinculo conſtricti: ut oſtendit Cicero libro.ii.de officiis: & libro.v.de quæſtionibus tuſculanis.

D amocles cũ.c.exili ſcribit̃:nomen fuit uiri unius ex aſſentatoribus Dionyſii.

D anæ cum unico.n.&.æ.diphthongo in fine ſcribit̃. quæ ſane diphthongus nõ nunq̃ a poetis diuidit̃.ut Horatius in.iii.carminũ.Incluſam danaë turris ænea robuſtæq; fores.Et uigilium canũ. Ouidius de triſtibus li.ii. Quid danaen danaeſq; nurus matreq; lyæi.fuit Acriſii filia:ut uidimus in dictione Acriſius.

D anaides cũ.i.latino poſt.a.ſcribitur. patronymicũ eſt fœmininuꝫ a Danao ægipti fratre deductum.Cuius filiæ fuerunt:ut uidimus in dictione belides:hæ uiros ſuos:ut in ea dictione oſtendimus:una nocte interfecerunt:pro quo facinore dixere poetæ illas apud inferos hoc ſupplicio detorqueri:ut uaſis fundo carẽtibus haurire aquam cogantur:dicente Seneca in Medea.

Voſq; urnis:quas foratis irritus ludit labor.
Danaides coite:ueſtras hic dies quærit manus. Et in Hercule furente. Vrnaſq; fruſtra danaides plenas ferunt.

D aphnis cum.ph.aſpirato &.i.latino ſcribit̃:& latinæ laurus nuncupat̃.Sed fuit teſte Seruio filius Mercurii formoſiſſimus:per cuius cognitionẽ ſcribit Diodorus ſiculus libro hiſtoriæ.vi.ſunt montes in ſicilia:quos æreos uocant: hos loci natura tanq̃ cõtinua æſtate amœnos atq; uberos reddit:fontes ſunt in eis dẽſis undiq; arboribus:aquæ preter ceteras dulcis:frequentes quoq; in eis q̃rcus croſſiorem q̃ quæ apud alios naſcunt̃ fructum reddunt.domeſticæ etiã arbores:& uineæ permultæ:adeoq; fructiferi montes exiſtunt:ut aliquando carthagineñſiuꝫ exercitum ꝑmagnum fame ſuperueniente abunde nutriuerint.In huius regionis ſylua admodũ amæna: In qua diuertebant̃ nymphæ:ex nympha Daphnide natum tradunt:qui a laurorum quoq; multitudine:quæ in ea frequẽtes ſũt appellatus eſt Daphnis:fuitq; educatus a nymphis: ac boum ꝑmulta poſſedit armenta:a quorum cura bucolicus dictus eſt.Et ut ꝓgit idem auctor:cũ eſſet ĩgenio acri ſtudiumq; plurimum gubernandis bobus impenderet:carmẽ bucolicum:quod etiã nuncuſq; a ſiculis in precio habet̃:adinuenit: quo & Dianam nõnunq̃ oblectaſſe idem auctor retulit.Nunc ſcribit Theocritus in ſuo carmie bucolico amore depiſſe:quin ad eum deos fere oẽs cõfluxiſſe: queadmodum ad Gallum deſcripſit deinde Virgilius in bucolicis.

D ardanus cum unico.n.ſcribitur:fuit teſte Virgilio i.viii.æneidos Iouis filius ex Electra:quæ deinde uxor fuit Corithi regis in Italia:a quo Corithum oppidum conſtruitur & cognominat̃:huic Electra Iaſium pepit.dicente Virgilio in.viii. æneidos.Hinc Dardanus ortus Iaſiuſq; pater.hunc deide Dardanus poſt mortem Corithi cum illo de regno diſſentiens interemit.Sed uidens cõtra ſe iratuꝫ populum naues quæ forte in portu paratæ aderant:aſcendit. ac inde fugiens ſamothraciã aduentauit:dicẽte Virgilio in.vii.æneidos.Fama ẽ obſcurior ãnis.

Aruncos ita ferreſenes:his ortus in agris.
Dardanus:idæas phrygiæ penetrauit ad urbes.
Threiciaq; ſamon:quæ nũc ſamothracia fert̃: & reliqua quæ ibidem habentur & ab ipſo Dardano dardania uocitata fuit regio in phrigia:que poſtea troia cognominata eſt:ut uidebimus in dictione phrygia:& in dictione priamus ac dictione troia.

D aridæus cum.i.latino &.æ.diphthongo ſcribitur: rex erat perſarum tẽpore Appollonii Tyanæi:hoc eſt tempore Tiberii Caii:& Cludii imperatorum: ut oſtendit Philoſtratus in eius uita.

D arius cũ.i.latino ſcribit̃:fuit primo nobilis pſa filius Hyſtaſpis:hic teſte Herodoto libro hiſtoriarũ.iiii.cũ cognouiſſet Smerdim fratrem Patizitis magi regnum perſarum dolo occupaſſe:ut in dictione Smerdis & in dictione Praxa ſpes late uidebimus:facta cõiuratione cum ſex aliis nobilibus Smerdim iam regẽ & fratrem eius Patizitẽ magum trucidarunt:atq; ita inter eos de perſarũ regno conuenerunt:ut cuius eorum equus ſequenti die prius in ortu ſolis hinnituꝫ ante regiam emitteret:ille perſarum rex eſſet:quod dario Oebaris ſtabularii ſui ſolertia contigit.Nam dimiſſam manũ in genitiuã parteꝫ equæ: cũ ad determinatũ locum uentum eſſet:naribus equi admouit:quo odore ad uoluptatẽ irritatus ante omnes hinnitum dedit:atq; ita Darius perſarum rex creatus eſt. Nomina uero eoruꝫ qui cũ Dario in magum cõiurauerunt: & quæ ſolum in Herodoto libro.iiii.hiſtoriarum legit̃:hæc ſunt Oanes: Intaphernes: Gobrya: Megabizus: Aſpitiries: Hydarnes: quorum orthographiaꝫ in ſuis locis cõperies.Et regnauit Darius trigintaſex annos:ut idem oſtendit Herodotus circa ĩitium libri.vii.cui Xerſes filius ex Atoſa filia Ciri ſucceſſit in regno.

D aſtylus cum.t.exili &.y.greco atq; unico.l.ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo.Gygis pater.

D ates cuꝫ.t.exili ſcribitur:fuit unus ex ducibus darii:qui teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vi.duro bello apud marathona deuincitur.

D auriſes cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto circa finem libri.vi.unus ex ducibus Darii qui in cariis ceciderunt.

D eiphobus per.i.latinum:& per.o.purũ ante.b.& non deiphœbus per œ diphthõgum uel cũ.e.ante.b.ſcribitur.Nam ſic quoq; a græcis Δηιφοβοσ cum prima longa & penultima breui annotatur:quod Virgilius obſeruauit cum ait in.vi. filius ex Hecuba uxore. hic poſt obitum Paridis Helenaꝫ duxit uxorem:de quo Virgilius præfato libro ſcripſit.

D eiphobe eodem modo cum.o.puro ante.b.ſcribitur:ſic enim apud græcos:uidelicet Δηιφοβη notatur:fuit nympha quædam filia Glauci. Virgilius: Deiphobe glauci.

D emetrius cũ.t.exili &.i.ſcribit̃:fuit unus filius Seuleuci filii Antiochi magni de quo uidebimus in dictione Seulecus. Alius fuit Phalerius cũ unico.l. cognominatus.Et teſte Laertio fuit Phamoſtrati filius genere nõ ſatis illuſtris.Hoc teſte Cicerone circa initium libri primi de officiis diſputator fuit ſubtilis:orator parum uehemens:dulcis tamẽ:ut Thephraſti diſcipulum poſſis agnoſcere:Fauorinus uero dixit illum fuiſſe ex Zenonis familia:& Lamiæ amicæ cõgredi.Ideꝫ ob uirtutes eximias apud athenienſes præfuit: ãnis decẽ æreiſq; ſtatuis trecẽtis

.ſexaginta honoratus eſt.quarum plures erãt equeſtres: & in curribus ſeu bigis
ſtabant.Sũmoq; ſtudio intra quadrigentos dies fuerunt conſumate.Ciuitatem
auxit redditibus:& edificiis:deinde abſens ſententiam de morte a quibuſdã in-
uidis paſſus eſt:quin & illius imagines dirutæ:partim uẽdite ſunt partim ſub
merſæ:& parti in fruſtra confractæ.Vna tantũmodo in arce ſeruata eſt.Et ĩ ea
accuſatione parum abfuit:quin Alexander comicus capitis ſententiam excipe
ret.non ob aliud niſi ꝙ erat illi amicus. Quem Theleſphorus eius gener purga
uit.Demetrius uero ubi comptũ habuit athenienſes ſuas imagines euertiſſe:ait
uirtutem non euerterunt: cuius gratia illas erexerant. Nec ulli plures unq̃ ſta
tuæ teſte Plinio lib.xxxiiii.naturalis hiſtoriæ dicatæ fuere.q̃ ipſi Demetrio pha
lereo.Dicebatq; tantum in republica ualere eloquentiam:quantum in bello fer
rũ.Circa huius tẽpora teſte Quintiliano libro.ii. de inſtitutione oratoria inſti
tutum fere conſtat fictas ad imitationem fori conſiliorũq; materias apud græ
cos dicere.An uero ab ipſo ipſum genus exercitationis ſit inuentum parũ com
pertum eſſe dixit.Sed ne hi quidem:ut ait qui hoc fortiſſime affirmãt: illo ſatis
idoneo auctore nitunť. latinos uero dicendi præceptores extremis.L. Craſſi tẽ
poribus recepiſſe Cicero auctor eſt. Quorũ inſignis maxime Plocius fuit idem
Hieronymus de uiris illuſtribus ait Plocius. Gallus primus romæ latinã retho
ricam docuit:de quo Cicero memoria teneo pueris nobis primuʒ latinã docere
cepiſſe Plocium quendã.Sed ut ex diuerſis collegi:atq; Laercio plures fuere De
metrii.Vnus fuit ex Alexandri magni ducibus:qui occiſo Alexandro filio Caſ-
ſandri:qui omnem magni Alexandri ſtirpã deleuerat:& græciaʒ ac macedoniã
occupauerat: fuit Macedo rex creatus. Alius fuit eius Philippi macedoniæ re
gis filius:q cũ romanis plurima bella geſſit.de quo Liuius libr.x.de bello mace
donico:& Iuſtinus li.xxxii.ſcripſerunt. Alius fuit Seleuci filius: & frater Antio
chi Epiphanis.Alius chalcedonius fuit orator.alius bizantius philoſophus peri
pateticus.Alius ſtatuarius:qui teſte Quintiliano libro.xii. de inſtitutione ora
toria:tanq̃ nimius in ueritate ſeu proprietate reprehẽditur.Nam ut pergit fuit
ſimilitudinis q̃ pulchritudinis amantior.Alius fuit Aſpendius Appollonii diſci
pulus.Alius calantianus:qui de aſia & europa libros ſcripſit uiginti.Alius bizã
tius:qui gallorum aduentum ex europa in aſiam ſcripſit. Alius ſophiſta mora
tus alexandrie:qui artes oratorias ſcripſit.Alius atramitenus grãmaticus appal
latus Ixion:quia Iunonẽ iniuriis in aliquo affeciſſe uideť.Alius cyrenæus grã
maticus uir magni precii.Alius ſepſius uir diues:& ſtudioſius.Alius erithræus
grãmaticus.Alius bithynius filius Panætii rhodii.Alius orator ſmyrnæus:& hi
omnes ꝓſam ſcripſere.Alii etiam poetica ſcriptitauere. Vnus ueterēʒ comœdiã
ſcripſit.Alius fuit epicurus:qui contra inuidos ſcripſit.Alius ex tarſa ſatyricus
Quartus iambicus amarus uir.Quitus erithræus uarius ſcriptor.Vnde etiã
hiſtoricos & oratorios conſcripſit libros.

Demaratus cum unico.t.& illo exili ſcribitur:fuit teſte Liuio libro primo ab urbe
condita corinthius negociator diues:& pater Tarquini priſci romanoruʒ regis
hic cum ob ſeditionem corintho ꝓfugus eſſet:& forte Tarqniis conſediſſet uxo
re ibi ducta duos genuit filios:Luconem ſcilicet: qui deinde romanorũ fuit rex
& dictus Tarquinius:& arunta.Aliter uero Demaratus fuit rex ſpartanus:qui
ob indignationem a patria diſcedens:ad regem perſarum diffugit:de quo Iuſti
nus nonnulla:& Heredotus plura ſcripſere.

Deiphyle antepenultima cum.i.latino:& penultima cum.y.græco ſcribitur: fuit
Adraſti regis filia:& Tidei uxor:cui Diomedẽ peperit.

Deiphylus eodem modo uti ſuperior ſcribitur: fuit teſte Homero libro iliados.v.
Stheneli filii Capanei in bello troiano amicus obſequentiſſimus.

Deipites cum.i.latino utrobiq; &.t.exili ſcribitur:fuit teſte Homero uir troianus
quem Vlixes in bello interemit.

Deiopea cum.i.latino in antepenultima. Verum penultima apud græcos habet
ei diphthongum:quam nos in.e.aliquando longam commutamus: quandoq;
uero diuidimus:& ſecundam uocalem in conſonantem commutamus:ac dici
mus Diopeia Virgilius libro primo æneidos:Quaruʒ quæ forma pulcherrima
Deipeiam:Connubio iungam ſtabili.Nam græce Δηιόπεια ſcribitur.

Deipyræs cum.y.græco in penultima ſequẽte.r.in ultima ſcribitur: fuit teſte Ho
mero libro.viii.iliados unus ex principibus iuuentutis græcorum.

Deioces cum.i. latino &.c. exili ſcribitur: fuit teſte Herodoto Phraorcæ filius:&
medorum rex.

Delphinus cum.ph.aſpirato &.i.latino ſcribitur:piſcis eſt: de quo Plinius & Soli
nus plurima rettulerunt.Quin & delphin.nis.dici poteſt ut Titan titanis uel
titanos:& Titanus titani:elephãs elephãtis:uel elephantos: & elephãtus elephã
ti.arabs arabis uel arabos:& arabus arabi.

Delphi cum.ph.aſpirato &.i.latino in fine ſcribitur:quo ſane uocabulo non ſolũ
oppidani:ſed etiam oppidum ſic in plurali deſignatur. idq; non ſolum græci:
ſed etiam noſtri obſeruauerunt: ut apud Thucydidem & Liuium ſæpe compe
rimus ſimiliter leontini pariter pro oppido:& oppidanis accipitur.

Delos cum.e.abſq; diphthõgo & unico l.ſcribitur:inſula eſt in mari ægæo canta
tiſſima a poetis ob Apollinis & Diane natiuitatẽ:& a Δηλῶ quod ẽ manifeſto
nomen aſſumpſit.Nam teſte Plinio libro.iiii.naturalis hiſtoriæ Ariſtoteles ita
appellatam tradidit: quoniam repẽte apparuit enata.Macrobius uero libro ſa
turnalium primo dixit eam ſic uocitatam:quia ortus & quaſi partus luminuʒ
omnia facit Δήλα.id eſt aperta clareſcere.eandem Agloſtenes teſte eodem Pli
nio cynthiam prius dictam fuiſſe rettulit.alii orthigiam de qua in dictione or
tygia uidebimus.

Democedes cum.c.exili & abſq; aliquo diphthongo ſcribitur: fuit teſte Herodoto
libro hiſtoriarum.iiii.crotoniata medicus illuſtris: qui cũ inter Darii captiuos
eſſet:& Darius ipſe ob inuerſum pedem grauiter ægrotaret : ita ut iam ſeptem
dies in ſomnis egiſſet.nec a medicis ſuis uel paruʒ iuuaretur: ductus in mediũ
Democedes:uinctus compedibus Dariuʒ penitus liberauit. Et deinde maximo
in honore apud regem habitus eſt & omnes perſas.

Democritus abſq; aliqua aſpiratione & cũ.i. latino ſcribitur:fuit abderites philo
ſophus Aegiſtrati filius: ſeu ſecundum alios Athenocriti: uel ſecundum alios
Damaſippi.hic teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vi.magos quoſdam & chaldæ
os primo audiuit Xerxe rege patrie illius:quando apud illum hoſpitatus eſt: p̃
ceptores relinquente:a quibus theologiam & aſtrologiã didicit:cum adhuc pu
er eſſet: Is deinde Demetrio & Antiſthene teſtibus in ægiptum iuit: ut geome
triam perciperet:& in perſidem ad rubrũq; mare & chaldæos diuinarum reruʒ
cognitione auidus perrexit.Diuiſitq; duobus fratribus ſuis ſubſtantiam mino
remq; partem pro ſe tenuit:quæ ſcilicet illi pegrinãti ſufficeret.Venit Athenas

& in deſpectu; gloriæ noluit agnoſci. Et cũ cognouiſſet ipſe Socratẽ ignoratus eſt ab ipſo.tandem in patriam a peregrinatiõe reuerſus:a fratre ſumma inopia nutritus eſt.Nam relicto omni patrimonio in hortulis quibuſdã iuxta ſuæ urbis muros ſe ad ſolas rerum naturas contemplandas contraxit. Et ut ex epiſtolis Hippocratis habet᷑:quocunq; fortunæ caſu & mutabilium rerum audito in riſum ſoluebatur dicẽte etiam Iuuenale in ſatyra Omnibus in terris : perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat Democritus:& ſubdit. Tum quoq; naturam riſus inuenit ad omnes Occurſus hominum.Et ſubdit: Ridebat curas:nec nõ & gaudia uulgi.Interdum & lachrimas . Quare creditus in inſaniã uerſus: ab abderitis conciuibus ſuis conuocatus fuit Hippocrates pro illius cura. Qui cum hominis altiſſimam ſapientiam cognouiſſet:eruditiorem ſe ab illo receſſiſſe faſſus eſt:ut in Hippocratis epiſtolis ſcriptum comperi:tandem teſte Cicerone lib. quinto tuſchulanarum quæſtionum.Et Gellio li.x.noctium acticarum:quod nullibi apud græcos legi ſeipſum occæcauit:quod ideo feciſſe dicunt ut naturæ ſecreta ſubtilius rimaret᷑:ratus uarias imagines per corporeos oculos in animam irruentes:frequenter acumen cogitationum obtundere. Eius mors uarie ab auctoribus fert᷑.Agebatq; centũ & nouem annos cum mortuus eſt teſte Hipparcho dixit oĩa ex atomis fieri.Et plures eſſe mundos:ac corruptibiles: multa uolumina reliquit:utputa de medicina:de naturalibus:de carmine: de uerſibus Homeri:de poeſi:de uenuſtate carminis:de agricultura:de moralibus: & alia complura.Vnde Timon prætulit eũ cæteris:& monuit legẽdum.Fuere Democriti ſex.Primus hic.Secũdus chius qui fuit muſicus: & illi contẽporaneus. Tertius ſculptor . Quartus qui de templo epheſiæ Dianæ ſcripſit . Quĩtus epigrãmatum poeta clarus.Sextus pergameus orator clarus.

D ercyllus cũ.c.exili &.y.græco atq; duplici.l.ſcribitur:fuit teſte Plutarcho unus ex præfectis Pirrhi:& inde dercyllidas deducitur.

D erſæi cum.æ.dihthongo in penultima ſcribitur:populi ſunt græcorum in littoribus thraciæ:ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum.vii.

D eruſiæi cum.i.latino in antepenultima:&.æ.diphthongo in penultima ſcribit᷑: fuerunt teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo oratores perſici ſimiliter apud eoſdem germanii & panthialei cum th.aſpirato:&.i.latino.

D eucalion cũ eu diphthongo &.c.exili atq; unico.l.&.i.latino ſcribitur: fuit Promethei filius ex matre Clymene:ut græcorum plurimi atteſtãtur: Heſiodus uero dixit Perynoe cum.y.græco.Nonnulli autem alii Heſione.cui adulto.Epimeus patruus Pyrram filiam dedit uxorem . Quorum tempore ſæuum diluuiu; in theſſalia factum eſt: ita ut neminem præter illos duos poete euaſiſſe canant ut uidebimus in dictione pyrrha:fuitq; teſte Iuſtino octingenteſimodecimo anno ante urbem conditã; quo tempore regnabat Amphion apud thebas:Apud athenas uero Granao:uel ut alii putant Cecrops.ante hoc itaq; diluuiu; aliud fuiſſe ſcribunt hiſtorici ſub Ogygio in achaia & boecia uaſtatione pene totius prouinciæ.Sed cum particulares hæ fuerint inundationes aquarum: Illa uniuerſalis fuit ſub Noe:quam ſacræ litteræ atteſtantur.

D emoſthenes cum.th.aſpirato ſcribitur:cuius uocabuli compoſitionẽ in ante habitis explicauimus.Nam ex δημοσ:qui eſt populus:& σθένοσ robur cõponit᷑ quaſi robur populi.fuit omnium græciæ oratorum princeps:cuius uitam Leonardus Aretinus cõterraneus meus ex græcis ad latinos tranſtulit. Et auctoritate Hermippi oſtendit patrem in officina gladioru; fuiſſe. Vnde teſte Iuuenale in ſatyra Omnibus in terris:Pater demoſthenen ardentis maſſæ fuligine lippus A carbone & forcipibus gladioſq; parante Incude:& Luteo uulcano ad rethora miſit:qđ ultimũ nõ plene cũ his q̃ Leonardus noſter ſcripſit concordare uidetur.Cum longe poſt mortem patris hoc ſibi aſſumſiſſe officium referat. S; quod id ſit teſte Iuuenale Sæuus & illum exitus eripuit.Nam fractis patriæ rebus:ne ueniret in manus ſtulti populi ſæuientis:ſe ueneno affecit inter ſatellites.Nequibat enim patriæ ferre ſalutem ut ſolebat.

D emodocus cum.c.exili ſcribitur: fuit citharœdus: quem Homerus libro odiſſæ viii.inducit in conuiuio Alcinoi regis phæacum:in quo Vlixem excepit citharam pulſare:& una canere.Vt ſimiliter apud Virgiliũ in conuiuio Didonis:Cithara crinitus iopas perſonat aurata.Vnde inquit Alcinous in eo conuiuio apud Homerum καλέσατε δε θέϊον ἀοιδὸν δημοδόκον : hoc eſt uocate diuinum cantorem Demodocum.Cecinitq; ut late proſequitur idem Homerus Veneris Martiſq; dolos:& dulcia furta.& componitur Demodocus ex δημοσ qui eſt populus:& δοκισισ: æſtimatio quaſi populi æſtimatio diceret᷑.

D emocoon cum.c.exili ſequente duplicato.o.in pleno nomine:hoc eſt abſq; ſynæreſi ſcribitur:fuit teſte Homero libro quarto iliados nothus Priami filius: q uelociſſimos patris equos apud abydũ cuſtodiebat.hũc Vlixes in bello interemit.

D emophoon ſequente.o.duplicato in pleno:hoc eſt abſq; ſynæreſi nomine ſcribitur:habetq; accentum acutum in penultima: quia naturam græcam in declinatione græca etiam apud noſtros conſeruat:ut late uidebimus in dictione ꝓſedia.Sane per ſynæreſim illa duo.o.quorum primum eſt breue ultimum uero longum in unum.o.longum:tam apud græcos q̃ noſtros conuertuntur ut dicitur Demophon:ubi habet accentum circũflexu; in ultima fuit teſte Iuſtino libro.ii.Theſei ex Phædra coniuge filius:qui cum antigono fratre auxilia græcis contra troianos tulit.Tandem ilio deruto dum ad patriam rediret:tempeſtate furente in thraciam delatus eſt.Vbi a Phyllide Lycurgi regis filia:non tantũ regno:ſed hoſpicio & lecto receptus eſt.Et cum aliquidiu cum ea ſteriſſet: audito de fratre Meneſtheo athenarum rege:quod agitatus procellis ad melos inſulam deueniſſet:ibiq; diem clauſit extremum Impetrata ad breue tempus licentia a Phyllide:& ab eadem inſtauratis nauibus athenas rediit. Vbi rex effectus cum teſte Ouidio ultra promiſſum tẽpus tardaret:Phyllis amoris furentis impatiens laqueo ſe ſuſpendit:& in ſiccam amigdalum conuerſa fuit: quæ cum poſt Demophontis reditum ab illo amplexaretur:folia emiſit: quæ deinde ab illa cognominata ſunt Phylla:cum teſte Seruio petalia prius diceretur.

D eus cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur:ut omnes aſſerunt a uerbo græco deſcẽdit. Sed quidam dicunt a θεῶ:quod eſt uideo:& ſpeculor deriuari alii uero a δεδοικα quod ẽ timeo:& inde δέοσ timor:eo quod omnibus ſit timendus.Vnde ait Statius:Primus in orbe deos fecit timor.Itaq; Saturnus cũ potentiſſimus rex eſſet:ad retinendam parentum ſuorum memoriam:eorum nomina cælo terræq; indidit.Quare patrem dixit οὐρανον: quod celum latine indicat. Matrem uero γαιαν:quæ terram dicit.& Veſta interpretatur: eo quod rebus omnibus ueſtiatur:ut quibuſdam placet:ſeu quia ui ſua ſtat:ut dixit Ouidius li. faſtorum.vi.ubi ait: Stat ui terra ſua: ui ſtando ueſta uocatur: fuit etiam alia

Veſta uirgo perpetua: cui ueſtales uirgines ſacrificabant: & Veſtæ præfatæ ne
pris: hoc eſt Saturni filia ex Ope: ut late oſtendit Ouidius eodem li. faſtoruꝫ. vi:
ubi tandem de hac ipſa concludens dixit.

Nec tu aliud ueſtam: q̃ uiuam intellige flammam:
Nataq; de flamma corpora nulla uides.
Iure ergo uirgo eſt quæ ſemina nulla remittit.
Nec capit: & comites uirginitatis habet.

Saturnus uero a nobis ſic eſt appellatus: quia ſaturetur annis: ut refert Balbus
apud Ciceronem li. ii. de natura deoruꝫ. A græcis uero cronus dicitur qđ apud
nos tempus deſignat: ut ſupra in ea dictione uidimus. Nam cum Celi filius di
ctus fuerit: fingebant poetæ natos ſuos omnes deuoraſſe ſolitum qua fictione
oſtendere uoluerunt omnia ipſo tempore conſumi: & annis inſaturabiliter ex
pleri. Omnia ergo uertuntur: ut dixit Propertius: Et thebæ ſteterant altaq; tro
ia fuit: Nec ſemper barbara memphys pyramidum miraculis gloriabat̃. Sed ali
quando annorum ſerie peribunt: Quam ſententiam Ouidius elegantiſſime ex
preſſit cum ait.

Tempus edax rerum: tuq; inuidioſa uetuſtas
Omnia deſtruitis uitiataq; dentibus æui
Paulatim nigra conſumitis omnia morte.

Saturni uxor dicta fuit a græcis Rhea a ῥέω: quod eſt fluo: cum deorum mul
titudo ab ipſa fluxerit. A latinis uero dicitur Ops: ut in ea dictione uidimus.
Ex hac filius natus Iuppiter a nobis dicitur: quaſi iuuans pater: a græcis uero
ζευσ: a uerbo ζῶ: quod eſt deductum: quia ut agebant uitæ dator erat: & inde
Zenobius quaſi ζηνος βιοσ id eſt Iouis uita: uel etiam beatitudo: nam utrunq;
βιοσ deſignat: ſed teſte Balbo in præfato libro conuerſis caſibus Iouem a iuuã
do appellamus. A poetis uero pater diuum atq; hominum dicitur: a maioribus
autem noſtris optimus maximuſq;: hunc etiam antiqui græci nõnunq̃ æthera
dixerunt: ut Euripides: cuius. i. latine ad poete ſentẽtiã traduci uerſiculi poſſũt

Vides ſublime immoderatum ætherea.
Qui terram teneto circũuentu amplectitur.
Hunc ſummũ habeo diuum: hunc perhibeto Iouem

Eius ſoror & coniunx fuit. quæ ut refert Cicero etiam a iuuando nominata cre
ditur. Nam græce ηρα dicitur. Vnde nos heram dicimus: hoc eſt dominaꝫ. hãc
ſtoici pro aere ſumunt: eo ꝙ ſimilitudinem habeat cum æthere: & cõiunctionẽ
magnam cum eo: quod Virgilius georgicorum li. ii. cum ait.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ deſcendit: & omnes
Magnus alit magno cõmixto corpore fœtus.

Ex Iouis uero fratribus unus fuit neptunus: quẽ idẽ Balbus apud Ciceronem
prefato li. a nãdo paululuꝫ primis litteris imutatis dictũ aſſerit: is græce ποσει
δῶν noiat̃: quẽ a πόσισ: quod eſt potus cognominatũ. dicunt: eo ꝙ oĩbus po
tum exhibeat. Alter fuit Iouis frater dictus ab illis Pluto a nobis uero his dis: &
hic Ditis: qa ut ait Balbus terræna quæq; uis aut natura diti patri dedicata eſt
eo ꝙ diuitiæ oẽs e terris oriunt̃: & in terras recidunt. Nã πλοῦτοσ græce: latĩe
diuitiæ dicit̃. Quintilianus uero in primo de inſtitutiõe oratoria a cõtrario in
terp̃tat̃: qa minime diues ẽ. At plutoni ꝓſerpinã poetæ cõiungũt: qđ uocabulũ
ex græco περσεφόνη trãſlatũ ẽ: quã ut ait Balbus: frugũ ſemẽ eſſe uolũt abſcõ
ditãq; queri a matre fingunt: quæ latine dicta eſt ceres: q̃ſi gerens hoc ẽ a geren
dis frugibus appellata: prima. ſ. littera imutata: ut idẽ rettulit Balbus. Vnde a
græcis dicit̃ Δημητρα: q̃ſi γημητα: hoc eſt terræ mater. At uero Seruius ſup
primo georgicorũ Cecerem a creãdo dictã uoluit. unde alma ceres dicit̃: qa nos
alit. hæc fuit Iouis ſoror: quæ cũ illi placeret ꝓſerpinã ex eo pepit. Ex Ioue uero
& Iunone: ut qdã uolunt natus eſt Mars. Alii uero ex ſola Iunone: ut Ouidius
li. faſtorum. v. at Mars ꝑ epẽtheſim Mauors dicit̃: ſic quoq; teſte Balbo latine di
ctus: quia magna ſit uertẽs. nã is græce ἄρησ nominat̃ ab ἄιρω: quod ẽ occido
deductũ. Ex Iouis uero capite Minerua naſcit̃: quæ ſic quoq; latine appellat̃:
q̃ſi uim minetur: uel a minuendo: ut in ea dictione late uidebimus. Naꝫ græce
ἀθηνα uocat̃. Sane Iouis ex Latona filii fuerũt Appollo & Diana. Appollo q
dem græcũ ẽ uocabulũ: quẽ illi etiã φοῖβον: hoc eſt ſolẽ appellant. Et Diana ſi
militer: q̃ſi Iouis filia nuncupatur: quæ etiã alio nomine ab illis ἄρτεμις dicit̃
quã & lunã putant: eo ꝙ noctu luceat. Nã ut ut ait Balbus Sol dictus ẽ: ꝙ ſolus
ex oĩbus ſyderibꝰ ẽ tãtus. Vel qa cũ ẽ ortus obſcuritatis oĩbus aliis ſolus appeat
dicit̃ ꝙ græce ἥλιοσ. Lunam uero a lucendo dictam uoluit: quæ græce σελη
νη nuncupatur. Eadem eſſe Lucinam dicũt. Itaq; ut quæ apud græcos Diana
a nobis lucifera: & Iuno Lucina dicatur: quam ſane in pariẽdo inuocant. unde
Virgilius in Pollione: Caſta faue Lucina: tuus iã regnat Appollo. & Cicero Ti
mæũ quendã refert q̃ cũ in hiſtoria dixiſſet: qua nocte natus Alexander eſſet:
eadem Epheſiæ Diane tẽplum deflagrauiſſe: adiunxit id minime eſſe mirandũ
quod Diana eum in partu Olympiadis adeſſe uoluiſſet abfuiſſet domo. Nanq;
ob hoc teſte Seruio ſuper. iii. æneidos tunc quoq; a parturientibus inuocabatur
quia primum nata parturienti matri appollonẽ obſtetricis officium exercuiſſe
dicebat̃. Alia fuit dea Iouis filia latine Venus teſte Balbo appellata: quia ad res
omnes ueniret. At ex ea potius uenuſtas: q̃ uenus ex uenuſtate dici uoluit. Et
cum deus deaq; & deabus ab auctoribus noſtris dicatur: diuus diua diuabus
non dicit̃. Quod in quibuſdã aliis contingit. Nã dicit̃ filius filia filiabus: & nõ
priuignus priuigna priuignabus: natus nata natabus: & nõ genitus genita ge
nitabus: ꝓut Valla dixit: licet Priſcianus dubitet utrũ natabus a bonis auctori
bus comperiat̃. equus equa equabus: mulus mula mulabus: & nõ aſinus aſina
aſinabus: nec iuuencus iuuenca iuuencabus: nõ ceruabus: nõ lupabus: non li
bertabus: nõ patronabus: nõ cõcubinabus: nõ pediſſequabus: nõ ſeruabus: nõ
famulabus: nõ dominabus: nõ etiã animabus: Tam&ſi ex poſterioribus quidaꝫ
his duobus ultimis utuntur. Cicero tamen ad uxorem & filiam ſcribens: dua
bus animis ſuis dixit non animabus. Et Curtius de matre & uxore Alexandri
dominis & non dominabus dixit. Quare dominabus & animabus magis per
licentiam: q̃ recto modo loquendi quoſdam uſos fuiſſe Laurẽtius meus Vallen
ſis putat in elegantiis ad me miſſis: quemadmodum & nõnulli ueteres dextra
bus dixerũt pro dextris: & eabus pro eis. Sed de recte loquendi uſu magis q̃ ab
uſu tetigimus.

D exithea cum. i. latino &. th. aſpirato ſcribitur: fuit teſte Plutarcho in uita Romu
li Phorbantis filia.

D iabolus cum.i.latino & unico.l.ſcribitur: q̃q̃ a uerbo cũ duplici.l. ſcripto deriuet̃:uidelicet a Διαβάλλω:quod eſt criminor:unde diabolus græce criminator dicitur:& componitur Διαβάλλω ex Διά præpoſitione quæ pro dicit: & βάλλω iacio.

D iadema cum.i.latino ſcribit̃:habetq; apud noſtros accentũ in penultima apud græcos uero in antepenultima:ut in diuerſis aliis contingit.

D iæreſis prima cum.i.latino:& ſequens cum æ diphthongo ſcribitur:dici poteſt a noſtris diuiſio:unde figura tunc quædam dicitur: cum una ſyllaba in duas diuiditur.Ouidius libro metamorphoſeos primo:Tertia poſt illam ſucceſſit aenea proles:ubi &.a.&.e.diphthongus diuiditur: Horatius: Diueſq; deducũt louem nunc mare:nunc ſiluae:ubi ſiluæ teſte Priſciano triſyllabum eſt in ſcanſione.Virgilius ſimiliter libro æneidos.iii.Aulai in medio libabãt pocula bacchi ubi.a.&.i.diphthongus græca diuiditur.

D ieta cum.i.latino & æ diphthongo atq;.t.exili ſcribitur.

D iagoras cum.i.latiuo ſcribitur:fuit philoſophus cognominatus atheos.i. negãs deos:ut in ea dictione uidimus.Nam teſte Cicerone libro.iii.de natura deorum cum ſamothraciam ueniſſet:atq; ei quidam amicus dixiſſet: tu qui deos putas humana negligere:nõne aduertis ex tot tabulis pictis q̃ multi uotis uim tempeſtatis effugerint:in portumq; ſalui peruenerint.ita fit inquit:illi enim nunq̃ picti ſunt:qui naufragia fecerunt:in mariq; perierunt.

D ialectica cum.c.ante.t.abſq; aliqua aſpiratiõe atq;.i.latino ſcribitur: dici poteſt a nobis diſputatrix. nam a Διαλέγομαι deriuatur:quod ẽ diſputo:unde etiã dialogus. dialegome uero a Διᾶ præpoſitione.quæ dicit p: & λέγομαι: quod eſt ſermocinor:quia per ſermocinatinoem diſputatio ipſa proſequitur.

D ialogus cum.i.latino:& unico.l.ſcribitur:dici poteſt a nobis diſputatio: unde a Διά quod eſt per:λόγος ſermocinatio:;quæ & ſermonem & rationem cõprehendit:cum per ſermocinationem diſputatio conficiatur.Sane differt oratio(cũ ꝓprie accipitur) a ſermone quod hic ſedatior,remiſſior,preſſior,ac tenuior:qualis philoſophorũ:oratio uero in qua ornamenta,affectuſq; inſunt popularibus accomodata auribus.Ideoq; oratores uocantur:quod hoc genere utuntur:philoſophi uero magis ſermociocinatores.

D ialyton prima cum.i.latino:penultima cum.y.græco:ultima cum.t.exili ſcribitur:dici poteſt latine diſſolutum.naȝ deſcendit a uerbo Διαλύω:quod eſt diſſoluo.Et eſt figura cum ſine coniunctionibus punctatim dictiones proferuntur.Vt Ite ferte citi ferrum.date uella:impellite remos, Similiter iuſticia prudẽtia fortitudine me ſuperaſti.Et eſt eadeȝ figura cũ illa:quã aſyntheton diximus

D iana cum.i.latino & unico.n. ſcribitur: dictio eſt ab Διός id eſt Ioue deducta quaſi Iouiniana.Vnde licet plures fuiſſe Dianas Cicero de natura deorum referat.illa tamen nominatiſſima eſt:& cui omnia attribuuntur quæ Iouis filia ex Latona eodem partu cum Appolline nata dicitur:hæc ob uirginitatis amoreȝ hominum fertur cõſortium auffugiſſe:& ut a ſe libidinis pruritum abdecaret: uenando incolebat ſyluas ac montium ſaltus.Quare cum arcu & pharetra illã inceſſiſſe ferunt:quam uirgines plures ſimili propoſito ſequebantur. dicente Virgilio libro æneidos primo.

Qualis in eurotæ ripis:aut per iuga cynthi,
Exercet diana choros:quam mille ſecutæ.
Hinc atq; hinc glomerantur oreades:illa pharetram
Fert humero:gradienſq; deas ſupereminet omnes.

Idem longo & inſigni uerſu Claudianus poeta cuȝ de laudibus Stilichonis ageret:explicauit:cuius primam Virgilius ꝓduxit cum ait: Exercet diana choros Quam reliq poete corripere cõſueuerunt. Ouidius libro.iii. metamorphoſeos: momine gargaphyæ ſuccincte ſacra dianæ.& alio libro.Vidi ſine ueſte dianam Iunenalis in.iii.ſatyra.Me quoq; ad eluinam cererem:ueſtramq; dianam. Item in ſatyra Omnibus in terris.Pulchra gaudet latona diana.hanc acteonẽ in ceruum mutaſſe ferunt poetæ: quia ipſam lauantem ſe undam uiderat. Eandem Orionem occidiſſe ſcribitur:quia uim ſibi inferre uoluit.Eidem in taurica regione ex humana hoſtia ſacra fiebant:ut in dictione ephigenia uidebimus.Illa eadem templum habuit apud epheſum admirandum & magna cum religione a ſageſtanis in ſicilia colebatur. a cretenſibus ſimiliter quam Britomartem coruȝ lingua cognominatam dixit Solinus:quod uocabulum ut ait ſermone noſtro uirginem dulcem ſonat.ab eiſdem græce Dictynna dicta fuit ut in ea dictione monſtrabimus:hanc eãdem refert Homerus in iliade iratã fuiſſe: quod ſibi thaleſia pro frugibus Oeneus rex calydonie non feciſſet:cũ cæteri omnes di ſacrificii ſuſcepiſſent honorem :& illa ſola inhonorata remanſiſſet:uel quia oblitus fuerat:uel quia illi non putarat agendũ:quare terribilẽ ſetis ac dentibus imiſit aprum:qui regionem Oenei totam uaſtaret:ut uidebimus in dictiõe Meleager ſed cur Diana a parturientibus inuocaretur:uidimus in dictione deus.

D ianœa cum.i.latino in prima:& in penultima cum.œ.diphthongo ſcribitur:dicitur a noſtris mens intellectus:unde etiam ab oratore pro quadam figura ponitur quæ ſenſum magis q̃ uerba deſignat:dicente Quintiliano in primo de inſtitutione oratoria figuras quæq; lexeos quæq; dianœas uocantur.

D iaſyrmos penultima cum.y. græco ſcribitur:dici poteſt diſtractio: nam a Διασυρω:quod eſt diſtraho deducitur.Vnde & figura ponitur quando una dictio ad duo diuerſa ſignificata diſtrahit̃. Virgilius in bucolicis: Interſtrepere anſer oleres.i.malus poeta inter bonos. Ob quod eam etiam tunc figuram eſſe dicũt quando quis magna uerbis cõminuit:& minima extollit.

D iaſtaſis cum.i.latino utrobiq; &.t.exili ſcribitur:dici poteſt latine diſtantia.Nã ex Διᾶ cõponit̃:quod nõnunq̃ ob & longe deſignat:& ſtaſis quod eſt diſtãtia.

D iaſtole cũ.i.latino &.t.exili atq; unico.l. ſcribitur :dici poteſt a nobis diſtinctio uel dilatio.Quod quidem fit cum una dictio uel ſententia ab alia diſtinguitur uel cum breuis ſyllaba producit̃.ut Virgilius æneidos li.primo. Et uerſa puluis inſcribitur haſta.Idem li.ii.Luctus ubiq; pauor & plurima mortis imago.

D icæarchus prima cum.i.latino:ſequens cum.c.exili & æ diphthongo:ultima cũ ch.aſpirato ſcribitur:quaſi iuſtus iudex. Nam δικαιος iuſtus dicit̃: & archus princeps.eſt uiri nomen proprium.

D ictamus:& dictamum utrunq; cõperitur:& utrũq; cũ.i.latino &.ct.exilibus ſcribitur.herba ẽ medicinalis: de q̃ Virgilius lib.xii.meminit:quum hæc herba ab Venere in medelã uulneris in Aeneã illati deportat̃: ait eniȝ Dictamũ genitrix cretæa carpit ab ida Puberibus caulem foliis & flore comãtem Purpureo.

D ictynna prima cũ.i.latino:ſequẽs cũ.ct.exilibus &.y. græco: qn & cũ duplicato.n.ſcribit̃:dicta fuit a cretenſibus lĩgua græca Diana: qa cũ uirgo q̃dã cretẽ

ſis quã britonẽ lactãti⁹ grãmaticus uocauit. Solinus britomartẽ uirginitatẽ ſuã
Dianæ dicaſſet: & a Minœ tunc rege opprimi ad uirginitatẽ perdendam coge/
retur: ſemelq; uideretur aſtringi: cũ non alia illi fuga dari poſſet: in mare ſe pre
cipitem dedit: cuius cadauer cum retibus a piſcatoribus forte comperatum eſ/
ſet: dyctinna deinde ab ipſis retibus cognominata fuit. nam Δίκτυου græce la
tine rete dicitur: ſed cum grandis peſtis ob id in creta ſequeretur habito reſpõ/
ſo ut ædem Dianæ conſtruerent: Dianam ipſam a cognomine uirginis Dictyn
nam uocauere: dicente Tibullo in elegia ad Priapum: Perq; ſuas impune ſinit
Dictynna ſagittas. Quare & mons ubi fuit ædes dictynnus modo conſimili di/
ctus fuit. Quæ ſane ædes teſte Solino manus Dædali oſtendit: & quam nemo
nudus ingredi licite poterat.

D ictæus prima cum. i. latino: ſequens cum. ct. &. æ. diphthongo ſcribitur: cogno/
men eſt montis cuiuſdam in creta: & a Dicte nympha: que teſte Seruio ſuper. iii
æneidos illic colebatur cognominatus. Virgilius libro georgicorum. Dicteo cæ
li regem pauere ſub antro.

D idyme prima cum. i. latino: & penultima cum. y. græco ſcribitur inſula eſt una
ex æolis in freto ſiculo.

D idymus prima cum. i. latino: ſequens cum. y. græco ſcribitur: dici poteſt a nobis
gemellus. Eſtq; uiri nomen proprium.

D idymaon prima cum. i. latino: ſequens cũ. i. græco ſcribitur: fuit armorum ar/
tifex eximius: de quo Virgilius libro. v. æneidos meminit cum ait. Et clipeum ef
ferri iuſſit didymaonis artes.

D idrachma cũ. i. latino &. ch. aſpirato ſcribit̃: diciq; poteſt apud nos biſdrachma
Nam ex Διο apud nos eſt bis: & Δραχμή componitur.

D ies cum. i. latino ſcribitur: & a Διοσ hoc eſt Ioue græca dictione deducitur. Nã
eodẽ mõ ut noſtri Iouẽ adiutorẽ ita græci Διαβοηθον & nos diẽ adiutorẽ acci
pimus. Et inde Dieſpiter quaſi iuuans pater: qui lingua oſca teſte Seruio luce
tius dicitur. Virgilius libro. viii. æneidos. Aliqui uero diem proprie ſignificare
deum contendunt: quod ſi ſic eſſet a Δέοσ: quod eſt timor: ut ſupra uidimus
duceretur. Et teſte Priſciano in. v. taʒ maſculini q̃ fœminini generis in ſingu
lari numero inuenitur: ex quo diminitiuum fit diecula. Terentius in andria:
Eo impudens non ſatis eſt: quod tibi dieculam addo pro dilatione aliqua tem
poris. In plurali uero ſemper maſculinum inuenitur: & dicitur dies ferialium
teſte Varrone a ferendis in ſepulchra epulis.

D ieſpiter cum. i. latino utrobiq; &. t. exili ſcribitur: de quo uidimus in præceden
ti dictione quo ſane uocabulo cum alii plures ſint uſi: tum Horatius in primo
carminum: Nanq; dieſpiter igni coruſco Nubila diuidens: plerũq; per purum
tonantes egit equos uolucremq; currum.

D igamma cum. i. latino & duplicato. m. ſcribitur: & ſignificat bis aut duplex gã
ma: quæ tertia eſt alphabeti græcorum littera: unde. f. noſtrum digamma uo
cabatur quia figuram duplicis gamme detinebat.

D ynaſtæ cum. y. græco &. t. exili ſcribitur: dici poteſt latine potentes: quo uocabu
lo utitur nonnũq̃ Cicero: & a Δίναμι: quæ eſt potentia deducitur.

D indyma cum. i. latino ſequente. n. penultima cum. y. græco: & ultima cum. m.
littera ſcribitur: mons eſt phrigiæ matri deum ſacer: declinat̃q; tantũmodo in
plurali. Virgilius libro æneidos. ix. Ite per alta Dindyma.

D inocrates cum. i. latino: & abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: fuit alexandri ma/
gni architectus: de cuius forma corpore & ingenio Vitrubius in procemio libri
ſecundi de architectura plura ſcribit: hic teſte eodẽ Vitrubio Alexandro in ægi
pto alexandriã metatus eſt: & inſtaurationi templi epheſiæ Dianæ præfuit. idẽ
teſte Plinio libro. vii. naturalis hiſtoriæ imperatori Alexãdro dixit. Nequis ipſũ
alius q̃ appelles pĩgeret: q̃ Pyrgoteles ſculperet: q̃ Lyſippus ex ære duceret: quæ
artes pluribus inclaruere exemplis.

D iocles cum. i. latino &. c. exili: hoc eſt abſq; aſpiratione ſcribitur: nomen eſt uiri
proprium: quod interpretari ualet Iouis gloria: hoc eſt Διόσ: quod eſt Iouis: &
κλέοσ gloria. hic teſte Plutarcho in uita Romuli Peparethius cognominatur:
& laudatur hiſtoricus.

D iocleus cum. i. latino &. c. exili ſcribitur: habetq; accentum in penultima: hoc ẽ
ſup. e. & fuit Orſilochi filius: ut in ea dictione uidebimus. hic teſte Homero li.
v. iliados habitabat in phæra loco ſane inſigni: uir rebus omnibus ad uitã ido
neis circũfluus: & genus ducens ab alpheo fluuio: quod libro. xv. odyſſeæ idem
poeta confirmauit Διοκλῆοσ ποτὶ Δώματ' ὄρσιλόχοιο τοῦ Ἀλφειός τέ
κεν παῖδα. Et interprætari ualet: Διοσκλέοσ: hoc eſt Iouis gloria.

D ion cum. i. latino ſcribitur: fuit ſyracuſanus nobilis Hippatini filius: & utraq; di
onyſiorum tyrãnide complicatus: Nãq; ſuperior ille Dioniſius Ariſtomachẽ Di
onis ſororem in matrimonio habuit. Ex qua duos filios Hipparium & Nyſæuʒ
ꝑcreauit: Totidẽq; filias: unã nomine Sophroſynẽ alterã Aretẽ. Quarum prio
rem teſte Aemilio probo Dionyſio filio eidẽ cui regnum reliquit nuptum dedit
Alteram ipſi Dioni. Hic præter nobilem ꝓpinquitatem & generoſam maiorum
famam multa alia ab natura bona recepit. ut ingenium docile come: & ad opti
mas artes aptum: magnam corporis dignitatem: magnas itẽ diuitias a patre re
lictas: quas ipſi tyrãni muneribus auxerat. Ideo adeo Platonem amauit: ut ſe ei
deʒ totũ traderet. Nec minus eo Plato delectaret̃. Is deinde a Dionyſio filio ſyra
cuſis eiectus. corinthum confugiens: fretus non tam ſuis copiis: q̃ odio tyranni
maximo animo duabus onerariis nauibus quinquaginta annorum imperium
munitum quingentis longis nauibus decem equitum centumq; peditum mili
bus ꝓfectus: poſt diem tertium q̃ ſiciliam attigerit: ſyracuſas introiuit: & demũ
fraude Callicratis cuiuſdam atheniẽſis: qui cum eo ex peloponneſo uenerat in
terfectus eſt. Alter fuit Dion pruſæus orator eximius: cui ob eloquẽtiam Chry
ſoſtomo cognomen fuit.

D iogenes cũ. i. latino ſcribit̃: & dicit̃ q̃ſi Διοσ: hoc ẽ Iouis genus: fuit teſte Diocle
ſinopæus Iceſii mẽſarii filius: quẽ fugiſſe aiũt: cũ pater eius publice mẽſaʒ habe
ret: ac falſo pecuniã ſignaret. Eubolides uero in li. de Diogene dicit ipſum hoc
feciſſe. ſ. monetæ falſaʒ ſignationẽ. Alii putãt eũ ſpõte patriã reliqſſe. hic ueniẽs
athenas: ibi Antiſthenẽ cõperit: a quo cũ nõ recipet̃ in diſciplinã. nã ſtatuerat
neminẽ recipere: perſeuerantia illum uicit. Palliũ primus duplex habuit ſecun
dum aliquos: & peram: in qua cibos ferebat. Omniq; utebatur ad omnia loco:
& prandens: & dormiens: & loquens. Cum ſcripſiſſet cuidam ut ſibi cellam pa/
raret. faciente id illo tardius: dolium ꝓ domo habuit. Aeſtate in feruida arena ſe
uolutabat. hyeme coopertas niue ſtatuas amplectabatur: parans ſe his modis
ad laborum tolerantiam. Idem cum uidiſſet puerũ cõcaua manu bibentem ab
iecit uile uas: quod habebat: dicens puer me uilitate ſuperauit. Idem cum aliuʒ

uidiſſet puerum perfracto uaſe pane concauo lenticulam ſuſcipientem: abiecit
catinum. Dicebat omnia eſſe deorum:& ſapientes deorum amicos: huius diſce-
ptationes cum Ariſtippo deſcripſit Horatius epiſtola decimaſeptima. Inerat illi
teſte Laertio ſuauiſſimus ſermo: acerq; in deſpiciēdis aliis. Nam ſcholam Eucli
dis dicebat eſſe bilem Platonis auditorum cōſumptionem dionyſia certamina
magna miracula ſtultorum: Oratores etiam turbe miniſtros grāmaticos admi
rari ſe dicebat: qui cum Vlyxis mala requirerent: ſua ignorarent: muſicos mor
debat: quod cum lyræ chordas aptarent: animi inconcinnos motus haberent.
Mathematicos carpebat: ꝙ ſolem: lunam:& ſidera intuerentur: quæ uero erant
ante pedes non curarent oratorem itidem: ꝙ ſtuderent iuſte dicere: non autem
facere. Et alia cōplura: que longum eſſet referre: huic ad ſolem ſedenti: cum di-
ceret Alexander. pete quid uis: ait noli mihi umbram facere. Et fama fuit refe-
rente Laertio Alexandrum dixiſſe ſe uelle eſſe Diogenem niſi eſſet Alexander.
hic deinde cum in æginam nauigaret: a piratis comprehenſus fuit: quorū prin
ceps fuit Cerpalus:& cretam deductus eſt. ut uenderet. Cum autem interroga
retur quid ſciret agere: dixit ſe ſcire uiris impare. Atq; ad præconē inquit præ-
dica quiſnam dominum ſibi uult emere. Sedere prohibitus: inquit nil refert.
nam piſces quomodocunq; iaceant emuntur. Et cum uideret corinthiū quen
dam præclara effigie:& habitu ingenuo Xenidem nomine: inquit huic me uē
de: hic domino indiget. eum digito denotās. Quem Xenides audito & inſpecto
uiro libentiſſime emit. Et eum corinthum ſecum adducens: filiis ſuis præcepto
rem dedit:& omni præfecit domui. ille autē Xenidi eū ſibi parere oportere: quā
uis eſſet ſeruus. Cum & medico & gubernatori quanuis ſeruis ſæpius pareatur
cuius clariſſima præcepta ita comprobauit Xenides ut ſæpe diceret bonus dæ
mom domū meā intrauit. At ipſius Xenides filios teſte Eubolo in libro: qui in-
ſcribitur Diogenis uenditio: poſt reliquas diſciplinas: docuit equitare: arcus in
tendere: fundas rotare:: atq; iaculari in pallæſtra: tum eos exercebat: gratia tan
tum roboris comparādi:& bonæ ualitudinis. Tenebant pueri multa ex poetis
& aliis. Tum ex ipſo memoriter omnē illis Diogenes rationē doctrinæ: ut facile
memoria teneret breuiter collectā inſimulabat: domi eos miniſtrare docebat: le
ui contentos cibo: ac uili pane & aqua: ad cutem illos tondere faciebat: deduce
batq; incōpoſitos: ad uenationes aliquādo exercebat. Et cū teſte cleomene in li.
de pedagogis neceſſarii illum redimere uoluiſſent fatuos appellauit dicens leo
nes nutrientium non eſſe ſeruos: ſed illos magis leonū. Senuit apud Xenidē: ut
Eubolus rettulit: obiitq; annorū nonaginta.& a filiis Xenide ſepultus fuit: cuʒ
multi alii eius corpus poſtulaſſent. Sed de illius morte uariæ fuerūt ſentētiæ.
illa tamē magis approbatᷣ: ꝙ deſiderio migrandi uita cōtinendo ſpiritū animā
exhalarit. De illius ſepulchro in dictione cynicus uidimus. Illius ciues æreis eū
ſtatuis honorauere:: ita ſubſcribentes: ſeneſcet tempore quidē hoc æs: ſed tua ſa
ne Diogenes gloria obſoleſcet ſæculis. Nā uitæ gloria mortales illuſtrati ꝑ te ſūt
facileq; uiuendi gloriam prætuliſti. ferunt quidam dialogos illū feciſſe nōnul
los: Tragœdias ſeptē:& alia pauca. At ſatyrus quidē affirmat non eſſe eas Dio-
genis fuerunt diogenes quinq; primus apolloniates phyſicus eloquens ſapiens
& Anaximenis auditor: fuitq; tēporibus Anaxagoræ. Secundus ſicyonius: qui
pelopōneſica ſcripſit. Tertius hic. Quartus ſtoicus ex ſeleutia: qui babilonius ob
uicinitatem dictus fuit. Quintus tarſenſis quæſtionnm poeticarum ſcriptor:

ſed de quo intellexit Iuuenalis in ſatyra quæ incipit. Omnibus in terris quuʒ
dixit Diogenem hominū errores ſemꝑ deflere conſueuiſſe: cū Democritus con
tra ſoleret ſemper ridere: id dubium facere poteſt: quod apud auctores græcos
de cynico nuſq̃ comperi:& forte ſtoicus fuit.
D iomedes cum. i. latino ſcribitur: fuit rex ætoliæ: Tidei & Deiphiles filius: a quo
cū apud Troiam uictus fuiſſet Aeneas: uocauit illū apud Virgiliuʒ libro ænei
dos primo fortiſſimum danaū. Nam ut dicunt poetæ Aeneam ꝑemiſſet: ni Ve
nus mater ſe illius ictibus oppoſuiſſet: quæ ab illo uulnerata dicitur. ut late re
tulit Homerus libro quinto iliados: quod apud Virgilium libro. xi. æneidos
Diomedes ipſe faſſus eſt: cum ait.
Hæc adeo ex illo mihi iam ſperanda fuerunt
Tempore: cum ferro cæleſtia corpora demens
Appetii:& Veneris uiolaui uulnere dextram.
Verū cum poſt captā Troiam ad propria rediret: compiſſetq; Aegialen uxoreʒ
hortatu Naupli patris Palamedis Cylleboro filio Stheneli heſiſſe: uel uerecūdia
concitus: ut quidam ferunt. Vel quia ab ea receptus nō fuerit: ut alii aſſerunt
nauigio ductus ſeceſſit in Apuliam: ubi teſte Feſto cū Dauno regni partē ſorti
tus ē: dicēte etiā Ouidio libro faſtorū. iiii. Et genus œneidū appule daune tuū.
Nam Oeneus Tidei pater fuit. Tandē excedens Italia Diomedes in inſula pro
pinqua: que ab illo Diomedea dicta fuit ſepultus eſt. Alter fuit Diomedes tru
culentus rex Thracum: qui equos ſuos aduenarum carne in Tyrida oppido
depaſcebat. Sed tandem ab Hercule mactatis iumentis ſuis in pabulum datus
eſt. Dicente hæc Seneca in Hercule furente: Suiſq; regem pabulum armentis
datum. Ouidius uero libro. ix. metamorphoſeon dixit Herculem Diomedē ma
ctaſſe & equos: Vnde apud eum dicebat Hercules.
Quid ꝙ Thraces equos humano ſanguine pingues:
Plenaq; corporibus laceris præſepia uidi:
Viſaq; deieci: dominūq; ipſoſq; peremi.
Sane id quoq; ultra rerum hiſtoriam aduertendū eſt: omnia nomina græca in
es terminata: que genitiuum ꝑ plenā elocutionē. hoc ē abſq; ſynæreſi in eos mit
tunt: cum in illo fit ſynæreſis: in us genitiuū terminant: ut Diomedes huius
Diomedeos:& ꝑ ſynæreſim huius Diomedus: ſimiliter huius Demoſtenes: & ꝑ
ſynæreſim Demoſthenus faciunt: datiuū deinde in ei diuiſas ſyllabas: & per ſy
næreſim in dipthongū cōiunctas: ut Diomedei: & ꝑ ſynæreſim Diomedæi cū
diphthōgo ſimiliter Demoſthenei diuiſis ſyllabis: & ꝑ ſineræſim Demoſthenæi
cū diphthōgo. Accuſatiuū plena elocutiōe in ea mittunt: ut Diomedea Demo
ſthenea: quæ duæ uocales ꝑ ſynæreſim in unā. e. conuertuntur. Naʒ apud græ
cos transferunt in. H. ſane litteram nos in. e. transferimus: ut Demoſthenea:&
ꝑ ſynæreſim apud græcos ΔΗΜΟΣΘΕΝΗ. Nos Demoſthene dicimus. ſimiliter Di
omedea: nos ꝑ ſyneræſim Diomede dicimus: quod Virgilius teſte Seruio obſer
uauit: cū ait li. xi. Vidimus o ciues Diomede argiuaq; caſtra. Nā ſi Diomedē cū
terminatione in. n. dixiſſet: nec latinū protuliſſet nec græcū: nec uerſus ſtaret:
cum nnnq̃ ecthlipſis p. n. litterā fiat. Sin uero cum. m. dicat Diomedē: latinus
accuſatiuus eſt:& ſtat uerſus: quia fit ecthlipſis. ut multum ille & terris. Sed ob
ſtāt teſte Seruio antiq textus: q Diomede cū ſolo. e. habēt: quod rectiſſime ſtare
pōt ſeruata declinatōe græca: cuius Virgilius ſæpiſſime obſeruātiſſimus fuit.

D iomeda cum.i.latino:& abſq; aliquo diphthongo ſcribitur: fuit teſte Homero li
bro.ix.iliados Phorbantis filia:quã leſbo Achiles dum eſſet in bello troiano ab
duxerat.hæc eodem teſte poſt ablatam ab Agamemnone Briſeida cum illo dor
mire conſueuerat.

D yomeropus cuꝫ.y.greco &.o.ante.p.ſcribitur:fuit teſte Homero libro.ii. iliados
Adraſti pater & Amphii.

D ione cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia una ex nymphis fi
lia Oceani & Tethyos:que teſte Seruio cum puella eſſet formoſiſſima a Ioue di
lecta & compreſſa fuit.Illiq; Venerem peperit.Ideꝫ Homerus libro.v. iliados cõ
firmare uidet̃:cum illo referente Venus eam matrem ſempet appellet:atq; itidẽ
illa Venerem filiam. Sed id cõfundentes poetæ pro Venere ſæpe eam poſuerũt
dicente Ouidio libro faſtorum quinto.

*Hyppolite infelix uelles coluiſſe dionem:*
*Cum conſternatis diripereris equis.*

Et a Dione dionæus cum.æ.diphthongo deducitur. Virgilius in bucolicis. Ec
ce dionæi proceſſerit cæſaris aſtrum.& libro.iii.æneidos. Sacra dionææ matri
id eſt Veneri.

D ionyſius prima & ultima cum.i.latino:ãtepenultima uero cum.y.greco ſcribit̃
fuit bacchi ꝓprium nomen:& cõpoſitum ex dios & nyſa urbe inter arabiam &
egyptum:quaſi Iouis nyſius.Nam ut ait Diodorus ſiculus libro hiſtoriaruꝫ qn
to barbari quidem huius ſibi dei genus uẽdicauere ut ægiptii: qui illum Oſiri
dem deũ ſuum fuiſſe aſſerunt quẽ & omnẽ circuiſſe orbẽ:& docuiſſe plantare
uites:& uini repertorem fuiſſe dicunt.atq; deinde a græcis Dionyſiũ uocitatuꝫ
Indi ſimiliter apud ſenatum fuiſſe contendũt.Sed græci ex Semele filia Cadmi
natũ dicunt:quæ cũ ex Ioue pregnãs eſſe:rogauit illũ ut ſecũ ꝓut cũ Iunone
aſſueuerat coiret:Iuppiter maieſtate dei aſſumpta cũ tonitribus ac fulgere ad
eã deſcendit illa uero ꝑgnans:cũ neq; tonitruus neq; fulguris uim ferre poſſet
filiũ aborſa igne expirauit . Infantẽ Iuppiter Mercurio dedit ad antrum nyſe
urbis ut dixit Homerus ĩ hymnis quod inter arabiã & niluq; eſt deferendũ: a
nymphiſq; oĩ ſtudio curaq; educandũ:unde a Ioue nyſaq; Dionyſium dixerũt
Itaq; nutritum a nymphis aiunt:uini uineæq; extitiſſe auctorem.Orbẽ quoq;
ferme pambulantẽ:multas regiões addidiſſe domeſticas: ac præterea maximis
apud omnes honoribus celebratum.nam quorum regio uites ferre non poſſet
potum ex ordeo docuiſſe conficere non multum a ſapore uini diſtantem. Ad
dunt & teſte præfato Diodoro illum peragrãdo orbẽ exercitũ ſecũ duxiſſe:non
tantum uirorum: ſed etiã mulierum. Vnde & multis græcis urbibus triennio
bacchides mulieres conueniunt:apud quas de more uirgines thyrſum ferũt in
honorem dei bacchantes:eiq; per coetus ſacrificãtes: poſtremo memoriã mena
dũ quæ ferunt̃ illi deo aſtitiſſe hymnis & cantu renouant.Suſtulit eodẽ aucto
re Diodoro & omnes impios qui in orbe erãt : ſed maxime Pentheũ atq; Lycur
guꝫ. dicit̃ etiã primus boues ad iugum iunxiſſe: quorum opera uberiorẽ & ni
tidiorem frugem ſemina produxiſſe:q̃ ex re illũ cum cornibus poetæ finxerũt.
ferunt & illũ deliciis deditum molli corpore ac præ ceteris decoro.tradũt & mu
ſas uirgines cũ eo profectas doctas pſallere: & bonis artibus eruditaſ:qbus deus
ipſe oblectabat̃:ſecutuſq; eſt illũ Silenus pedagogus illius ac nutritor: optimo
rũq; inſtitutor ſtodiorum.Plurimũ Dyoniſio ad uirtuteꝫ & gloriã reſq; bellicas

profuit.armicis bellicis.i.pugna utebatur:& pardalorũ pellibus pacis tempore
& diebus ſolẽnibus:ueſtes gerebat floridas delicatas atq; molles. & multa de illo
Diodorus diuerſis in libris ꝓſequit̃.Sed hæc tantũ tetigit: quæ a poetis noſtris
tangi non conſueuerũt.Alius fuit Dionyſius ſiciliæ tyrãnus: qui ſyracuſanus
cognominatus eſt:cuius quidem origo ab hiſtoricis quos legi ſubticet̃.hic teſte
Cornelio nepote manu fortis & bello peritus fuit:& id quod in tyrãno non fa
cile repperitur minime libidinoſus:non luxurioſus:non auarus: nullius rei de
niq; cupidus:niſi ſingularis perpetuiq; imperii:ob eãq; rem crudelis. Cuius fi
lius ſimiliter Dionyſius in tyrãnide ſucceſſit:uir omni turpitudine repletus: q
tandem teſte Cicerone libro.iii.quæſtionum tuſculanarũ ſyracuſis pulſus: co
rinthi pueros docuit:ſicq; imperio carere nõ potuit.de quo Ouidius libro. iiii.
de ponto ait.

*Ille ſyracuſia modo formidatus in urbe:*
*Vix humi duram reppulit arte famem.*

De quo Iuſtinus libro.xviiii. ſui epitomatis tractauit.

D ipelus cum.i. latino & unico.l. ſcribitur: fuit Scyli frater. & ambo teſte Plinio
in creta inſula geniti medis imperãtibus:hoc eſt prius q̃ Cyrus in perſas regna
re inciperet Olympiade circiter quinquageſima.ii.eodem Plinio teſte primi om
nium marmore ſculpendo claruere.

D ipſas cum.i.latino ſequente.pſ.ſcribitur apud nos dicitur ſitis:& ponitur a græ
cis & latinis pro ſerpente e genere aſpidum:cuius morſu incredibilis inducitur
ſitis.Vnde Lucanus libro.ix. In mediis ſitiebant dipſades undis. de quo plura
habentur in eodem libro.

D iphthongus prima cũ.i.latino:ſequens cũ.ph.&.th.aſpiratis ſcribitur: & eſt di
phthongus duarum uocaliuꝫ uim ſuã ſeruantiũ in eadem ſyllaba cõplexio: ut
æs:præs:& ſimiles.Nam ſi iudex:aut uolo dicimus:cum nec.i.in prima nec.u.
in ſecunda ſonum ſuũ conſeruet:diphthongũ non fecimus:& componit̃ diph
thongus ex dis quod apud nos bis dicit̃: & φθόγγος: qui uocalis eſt ſonus:
Suntq; igitur latinæ eloquentiæ diphthongi quattuor:quibus noſtri auctores
in ſcriptura noſtra uſi ſunt:uidelicet au:æ.eu.œ.preter nõnullas græcas: quas
quinq; ſcripſerunt :ut in preceptis oſtẽdimus:ex barbaris uero acceperunt: nõ
nulli poetizantes ai:ut Rainaldus Raimũdus Aimo.Itẽ uo:ut Voldericus. Iteꝫ
ui:ut Vilielmus Vido:quibus moderniores.g. preponere conſuerunt :ac dice
re Guilielmus Guido:ſed his omiſſis ſolũ ad eas:qbus ãtiqui poætæ linguæ no
ſtræ patroni utunt̃:redeũdũ duximus.Ex illis igit̃ q̃ttuor hæ duæ au eu:nullã
in ſcribendo ambiguitatem ingerunt:ſed litteris ſuis:ut ꝓferuntur: ſic quoq; &
ſcribunt̃.Sed id ſane dubium nõnunq̃ efficit:quod diphthongus in illis litte
ris aliquãdo eſſe uidet̃:cũ diuiſæ ſint & ſepatæ ſyllabæ:nec ulla mihi eſt diph
thongus:ad quod utiq; diſcernendũ hæc ſubiici regula ualet:Vbicũq;.a.uel.e.
in omnibus ante us finalẽ reperiunt̃:fere ubiq;.a.&.u.uel.e.&.u. ab inuicẽ ſũt
diuiſæ:ut Nicolaus Archelaus alueus cæreus.excipiunt̃ in latinis dictionibus
laus fraus heus:in quibus diphthõgus eſt. In grecis uero dictionibus nõnunq̃
mutatione illorũ in ſimilibus dictionibus diphthongos in fine habemus:ut Or
pheus.Virgilius in bucolicis: Orpheus ĩ ſiluis:inter delphinas orion.Similimõ
Tydeus.Et hæc de au & eu.diphthõgis dicta ſufficiant.Porro de.æ.&.œ.diligẽ
tius diſſerendũ eſt.Nã cũ hæ diphthõgi ꝓlatione diſcerni nequeant: ſcribũtur

eni & nō niſi ſono ipſius.e.proferuntur:difficultatē nō paruā quandoq; cum
in ſcriptura:hoc eſt quando ſcribi diphthongus:uel nō ſcribi debeat:tum etia;
in tempore ingerunt:hoc eſt an lōgæ ſint uel breues eſſe poſſint.Sed de ſcriptu
ra primitus ꝓſequentes de tēpore in fine tractatuli huius diſſeremus. Omnis
igitur.æ.diphthongus aut principalis eſt dictionis ſyllaba: ut æquor: aut fina
lis ut muſæ:aut media ut coæuus. De pricipali uero & media hoc eſt diphthō
go ſignari habent:generalis regula dari non pōt.At de finali quoq; regula dat̃
Omnis genitiuus ſingularis nominis in prima declinatione: datiuuſq; ſingu
laris:& nominatiuus:ac uocatiuus pluralis æ diphthongo terminantur. Quæ
ſane regula nūq̄ fallit:& hæc de æ diphthōgo at de œ: hoc quoq; generaliter an
notari poteſt.Nullam ſane dictionem œ diphthongo ſcriptura recta: aut proba
tione terminari poſſe:ſed ſupra in medio.aut principio dictionis comperiri.De
quibus:ut diximus cū generalis regula dari non poſſit:latinas quaſdam dictio
nes per alphabetum annotabimus:que in initio uel medio ſuo ordine diphthō
gantur.Nam græcarum quoq; dictionū orthographiā in toto noſtro uolumie
explicabimus.Nec ex græcis hoc in loco niſi pauculas illas tantūmodo contin
gemus:quæ in frequentiori latinorum uſu habentur.

Ae diphthongus ante a. in latinis dictionibus cōperiri nō poteſt. In gæcis uero re
perit̃:ut æs:quod nomē eſt ꝓprium fluuii:ut ſupra uidimus: ſimiliter ante.b.
&.c.eadem diphthongo non utimur.Nec ante.f.repperitur. Non etiā ante.h.i.
k.&.p. nec etiā ante.o.in latinis dictionibus illam habemus. In græcis uero uti
mus:ut Aeolus:& ab eo deſcēdentia.At ante alias litteras comperi ualet: ut per
ordinem oſtendemus.

A edes cum æ diphthōgo ſcribitur:& ab edo uerbo:quod ſine diphthongo eſt teſte
Varrone:& Seruio trahitur:eo ꝙ in illa ſacrificantes edere conſueuerint.Na; te
ſte Seruio ſuper ſecūdū georgicorum quæda; ſunt nomina quæ in initio diph
thongantur:& a uerbo non diphthongato deſcendūt: ut ædes & æſculus:quæ
cum æ diphthongo ſcribuntur: & ab edo uerbo: cuius prima breuis eſt & ſine
diphthongo ſcribit̃:deſcendūt.Similiter cælatum quod eſt abſconditū cū æ di
phthongo ſcribi dicit:& a celo celas abſq; diphthongo aſſerit deriuari. Signifi
cat autem ædes in ſingulari templū:ut Cicero philippicaru; libro primo ex eo
inquit die quo in ædem Telluris cōuocati ſumus:in quo templo quantū in me
fuit ieci fundamēta pacis.In quo tēplo dixit.i.in qua æde Telluris:& fere ſemp
cum adiectione profertur: ut in æde Iouis: Mercurii: Mineruæ: in æde Con
cordiæ:Telluris:Honoris:Virtutis in æde ſacra.At in plurali ſecundum adiecti
onem.& priuatā domum ſignificat:& templū:ut ædes meas:ædes Marcelli nō
aliter q̄ pro domo mea & domo Marcelli accipe poſſumus:etiam ſi egregias aut
pulchras ædes:aut abſolute ædes dicimus domū tātūmodo deſignare ſolemus
Virgilius libro georgicorum primo.Mane ſalutantū totis uomet ædibus undā
Si uero addimus aliqd ad religionē ſpectans:ut ſi in plurali etiā dicimus ſacras
ædes:aut deorū ædes aut nympharu; ædes:tēpla plura annotamus.Lucretius
de Ioue loquens ſic ait.Ipſe ſuas ædes diſturbat:quod p inde eſt: ac ſi dixiſſet Io
uis diuerſas ædes.Horatius uero in tertio carminū:pulchre ſignificauit dicens
Delicta maioru; immeritus lues Romane donec refeceris ædeſq; labentes deorū
& fœda uirgo ſimulacra fumo.Quare dixit Paulus iuriſconſultus titulo de rui
na incendio & naufragio ædium appellatione omnes ſpecies ædificii cōtinent̃

Sane edo uerbū:a quo deductam ædem diximus ſine diphthongo ſcribi notaui
mus:ſiue græcū illud ſit:& tūc idem quod comedo ſignificat:ſiue latinum eſſe
dicatur:& tunc ex e præpoſitione & do cōponitur:nec comedere ſed extra dare
ſiue præbere deſignat.Vnde libros edere dicimus:cū illos publicamus.

A editui ſimili modo ſcribitur: & ab ædibus ſacris: quas tuentur appellati ſunt:
non a priuatis.

A editimus cum æ diohthongo ſcribitur:& cum.m.ante us ſcribitur:uerbū quoq;
latinum eſt teſte Gellio libro.xii.noctium acticarū: & uidet̃ ea forma dictum:
qua finitiuus & legitimus.Et is dicitur:qui ædibus præeſt: ſicut clauſtritimus
a Protheſilao dictus eſt:qui clauſtris ianuæ præeſt: unde in exemplaribus fide
liſſimis.M.Tullii in Verrem ſcriptum ſe inueniſſe dixit Gellius æditimi: cuſto
deſq; mature ſentiunt:licet in uulgaribus libris æditui comperiri dicat.Et inde
uerbum æditimor Pomponius in atelliana:Qui poſtq̄ tibi appareo atq; æditi
mor in templo tuo.

A edituentes:Lucretius teſte Gellio libro.xii.in carmine ſuo ꝓ æditui appellat. q
illis curandis præpoſiti erant:q̄ a priuatis.Vnde Pomponius iuriſconſultus de
origine iuris inquit:Aediles duo ex plebe conſtituti ſunt:qui edibus præeſſent
in quibus omnia ſcita ſua plebs deferebat: & ab eo deriuata eodem modo ſcri
buntur:ut ædilitas:ædilitius:& ſimilia.

A edifico & ædificium ſimili modo ſcribuntur.

A eger cum æ diphthongo ſcribitur:& ab ago uerbo cata antiphraſim deduci per
hibetur:eo quod ægrorum ſit actione uacare.Vel potius ab eo,quod acrius agit
ex infirmitate.Quin & ab eo deſcendentia ſimili modo ſcribuntur : ut ægroto
ægrotus ægritudo.

A edepol cū æ diphthongo ſcribit̃:& aduerbiū eſt iurandi:q̄ſi p ædē Pollucis.

A egi cū æ diphthongo ſcribitur:& eſt præteritū ab ago formatum.

A emulor cum æ diphthongo ſcribitur:& ab amo oriri:ac ab eo primā uocalē di
phthongi trahere perhibet̃:quod ſane iure factū uidet̃.quū pro amare ponitur
Sed cū ꝓ inuideo uel ſequor poni dicitur:cata antiphraſim ab amo deriuat̃.

A eneus cum æ diphthongo in prima ſcribitur: & ab ære trahitur. de quo in ſua
dictione uidebitur.

A enum diphthongū ſimiliter exigere poſſe uidet̃:quia ab ære modo conſimili de
riuatur. Sed diuiſis litteris ſemp a noſtris poetis & tota ꝓfertur: Horatius: Sub
noctem gelidam lignis calefactat aenum.Nāq; uas eſt æreum in quo aqua ca
leſieri ſeu bulire dicitur.Virgilius libro georgicorum ſecundo:aut foliis unda;
tepidi deſpumant aheni.Quod Gellius per interpoſitam aſpirationē uidelicet
aheni a Virgilio emendatum fuiſſe refert:ut in ſequentibus uidebimus: cu; de
media aſpiratione uidebimus.

A equus.i.iuſtus & planus.cū æ diphthongo ſcribitur.& ut quidem perhibēt ab
aquæ ſimilitudine tractum fuit:eo ꝙ elementū illud ſupra cætera equam habe
re ſuperficiem uideatur.Vnde æquitas æqualitas & æquo æquas uerbum atq;
ab eo compoſita cum diphthongo ſcribunt̃:ut æquiparo:æquiualeo: & ſimilia
At equus(quod animal eſt)abſq; dubio ſine diphthongo ꝓrſus ſcribitur.

A equor cum æ diphthongo ſcribitur:& modo conſimili ab aqua originem ducit
ſed teſte Varrone propterea per æ diphthongum notatur: quod æquam habet
ſuperficiem.Vnde dicimus æquora campi:& æquora ponti.

A equinoctiũ cũ diphthongo æ ſcribitur: qa ex æqualitate noctium dicitur.

A ero æras uerbum cum æ diphthongo ſcribitur:& ab obliquis eius nominis:qđ eſt æs æris deſcēdit.unde etiá eſt aliud uerbũ ſubæro ſubæras: quod ſimili mõ cum æ diphthongo ſcribitur.Perſius in ſatyra Vatibus hic mos eſt inquit. Nequa ſubærato mendoſum tinneat aurum.

A erarium cum æ diphthongo ſcribitur:& eſt æris repoſitoriũ: hoc ē nummoruꝫ ſimulq; rerum precioſarũ atq; opum.de quo late in dictione roma uidebimus. Et inde ærarii tribuni:qui teſte Feſto a tribuendo æri ſunt appellati.

A eripes licet ab eo quod eſt aer & pes componatur:a Virgilio tamen illud.a. & illud.e.in diphthongum coniungunť: cum ait libro æneidos. Fixerit æripidem ceruam.licet aut erymanthi.

A es æris cũ æ diphthongo ſcribitur.quod.M.Varro ab eſſe:alii ab auri ſimilitudine dictum putant.Nõnulli a græco αἶα:quod eſt terra.Sed a quouis horum oriatur:liquet quod ab eo primam uocalem diphthongi cõtraxit.

A eſtas & æſtus:eſtiuuſq;:& uerbum eſtuo cum æ diphthongo ſcribuntur: & ab areo ueniunt:a quo primam diphthongi uocalem aſſumunt.Accipitur tamen aliquando æſtas pro uere:ut Virgilius libro georgicorum.iii.Incipiens ſtabulis edico in mollibus herbas carpere oues.dum mox frondoſa reducitur æſtas. Sane æſtus:quia cõmotionem quandá inducit factum fuit: ut etiá cõmotionem quandam aquarum deſignaret.

A eſculus cum æ diphthongo ſcribitur:arbor eſt glandifera cuius fructu cum in primeua ætate homines ueſcerenť:ab edo quod eſt comedo licet ſine diphthõgo primam habeat & breuē deduciť:ut ſupra uidimus in dictione ædes.

A etas æternus & æternitas cũ æ diphthongo ſcribunť: & oriri ab æuum Apulegius grámaticus atteſtatur:& per ſincopam diciť ætas quaſi æuitas.

A euum cũ æ ſcribi in dictionibus græcis oſtendimus.atq; teſte Apulegio ab αἰὼν latini traxerunt.u.quoq; interiectantes hiatus cauſa.

A mœnus cũ œ diphthongo in penultima ſcribitur: & teſte Feſto ab amando deducitur. Vnde amœna inquit loca ſunt: quæ ad ſe amanda alliciant. Seruius uero ab a quod eſt ſine:& mœnio quod ē munio:& fructũ capio. q locus eſt iucundus:& ſine fructus captione.

A rcæra cum æ diphthongo ſcribitur:& ab arca deduci uideť.Nam lex erat.xii.tabularum in hæc uerba:ſi in ius uocat:ſi morbus æuitaſue uitium extitit qui in ius uocabit iumentum dato:ſi uolet arcæram ſternito:& ſubdit Gellius libr.xx noctium acticarum.Iumentũ quoq; nõ id ſolũ ſignificat quod nunc diciť:ſed uectabulũ etiá quod adiunctis pecoribus trahebať ueteres noſtri iumentum a iungendo dixerunt:arcæra autem uocabatur ploſtrum tectum undiq; & munitum:quaſi arca quædam magna ueſtimentis inſtrata:qua nimis ægri aut ſenes portari cubantes ſolebant.

B ælua cũ æ diphthõgo ſcribiť:&(ut qdá ferũt)a uaſtitate:alii a ualentia alii a balatu deriuatũ exiſtimát:itaq; a quocũq; ſit a principali primá uocalē traxit.

B læſus cum æ diphthongo ſcribitur:& a blactero natum ferunt:de quo ſupra in dictione blacterare diximus.

C æcus cũ æ diphthongo in prima ſcribitur:dicitur quaſi captus oculis: uel ut alii uolunt quaſi carens luce.atq; ideo per æ diphthongum notatur.

C ædo ꝓ incido qđ in præterito facit cecidi per æ diphthõgũ in præſenti ſcribiť: ut a cedo alio uerbo differat:quod ē locum do:& in præterito facit ceſſi:& licet teſte Priſciano li.i.dipthongus in præſenti uerbo poſita: nunq̃ in præterito cõmutetur:ut hæreo hæſi audio audiui mœnio mœniui: excipitur cædo quod in præterito abſq; diphthongo facit cecidi:& ipſam.e.corripit atq; penultimam ꝓducit:ut in ſequentibus uidebimus.Sane cedo quod ponitur ꝓ dic quod abſq; diphthongo ſcribitur:& primam habet breuem. Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciam:poſt minor eſt credas aliaꝫ:cedo ſi breue parui Sortita eſt lateris ſpaciũ breuiorq; uidetur Virgine pigmea.

C ælo pro ſculpo quidam latinum eſſe uolunt:& cum æ diphthongo ſcribi ut differat a celo: quod eſt abſcondo: & ſine diphthongo ſcribitur. Alii uero a græco quod eſt κοῖλον:& ſignificat contauum deriuari uolunt: quia ſcilicet id neceſſario in ſculptura exigitur:& ob id cum œ diphthongo ſcribi uolunt:ut ſupra uidimus in dictione cœlum cum œ diphthongo.

C ælũ ſimiliter cũ æ diphthongo plures ſcribũt:& dictũ aiũt eo ꝙ ſit cælatũ.i. ſyderibus ſculptũ.Varro autē de lingua latina ſcribit cælũ dictũ a cauo:quod ſi a græco quod eſt κοῖλον intelligere uoluit: cũ œ diphthongo ſcribi debet. Sin uero a latino uerbo:cum æ diphthongo ſcribendum eſt.

C ælſus cum æ diphthongo ſcribitur:& a cælo dictũ aſſerunt.i.altus & ſublimis.

C ælebs cũ æ diphthõgo ſcribiť:& is ē teſte Priſciano q cæleſtē uitá ducit: ubi.b.ꝓ.u.cõſonante in ultia apponi dicit:qa.u.cõſonans ante aliá cõſonantē locari nõ põt:ſimili mõ Feſtus cælibē inqt dictũ exiſtimant: quod cælo dignam uitá agat:ĩ quo ſane hi nõ ſignificationē exp̃ſſiſſe uidenť:ſꝫ etymologiá eo mõ: quo apud Quintilianũ.li.i de ĩſtitutiõe oratoria ĩgenioſe inqt uiſus ē Caninius cælibes dicere ueluti cælites:quod onere grauiſſimo uacant: idq; græco argumento innuit ἠΐθεους eni eádē cám dici affirmat.Nec cedit modeſtus inuētiõe.Naꝫ qa cælo Saturnus genitalia abſciderit:hoc noíe appellatos q uxore careant ait. Itaq; ut ex auctoribus cõcæpimus cælebs tá eſt q caruit ſemp uxore: q̃ qui tũc caret.Vnde cælibatus Plautus in caſſina:Sed uirũ nunc te cælibē eſſe maius liberũ an maritum ſeruũ ætate degere.Idē in mercatore: Si quē inquit ſcibimus ſeu maritũ ſeu hercle adeo cælibē ſcortarier.Horatius epiſtola.i. Nil ait eſſe prius melius nil cælibe uita.Si nõ eſt iurat bene ſolis eſſe maritis. Suetonius ĩ Galbæ uita:Verũ amiſſa uxore Lepida duobuſq; ex ea liberis manſit in cælibatu: neq; ſollicitari ulla cõditione amplius potuit:ne Agrippinæ quidē uiduitate morte Domitii: quæ maritũ quoq; adhuc nec dũ cælibē Galbá adeo oíbus ſolicitauerit modis.Itē in Claudii uita:Cõfirmauitq; ꝓ cõcione apud prætorianos quoniá ſibi matrimonia male cederent:pmanſurũ ſe in cælibatu:ex qbus oíbus & q̃ plurimis exēplis cõſtat cælibē & maritũ relatiua eſſe:ut apud Quintilianũ: ná clarus an obſcurus magiſtratus an priuatus:ciuis an pegrinus:liber an ſeruus maritus an cælebs:parens liberorum an orbus ſit.

C æpe cum æ dipbthongo ſcribitur: & a capitis magnitudine ductum dicitur. Vnde primam uocalem diphthongi teſte Apulegio aſſumpſit.

C æpi præteritum eius uerbi quod eſt capio cum æ diphthongo ſcribitur.quin & alia ab eodem præterito deſcendentia uel compoſita ut cæptus incæptus decæptus præceptor:& ſimilia:quæ a præſenti eius uerbi primam diphthongi aſſumunt.At cœpi cum œ diphthongo a cæpio uerbo formantur:quod apud antiquos erat in uſu:& incipio deſignabat.

C æra cuȝ æ diphthongo a noſtris ſcribi cõſueuit:q̈q̈ græcum ſit:& ſecundũ græ
cam orthographiã abſq; diphthõgo ſcribi debeat:ut ſupra in dictione æthica la
te uidimus. Alii uero latinum putant:& a careo deduci uolunt:eo ꝙ melli care
at perfuſione:& ob hoc cum diphthongo ſcriptitari aſſerunt.

C æſaries cum æ diphthongo ſcribitur:& a creba cæſione deducitur.

C æſar cum æ diphthongo ſcribitur:& a cædo uerbo deducitur: hoc eſt cæſa mã-
tris aluo. Nã teſte Plini. li. vii. naturalis hiſtoriæ: qui primus in ea familia ſic di-
ctus ẽ ex cæſo utero ſic tractus fuit. Itaq; cæſus cæſura cæſarianus cæſareus cæ
ſones. & ſimilia cum æ diphthõgo ſcribuntur. Sane teſte eodẽ Plini. & ĩ eodẽ li.
animi uigore præſtantiſſimus. C. Ceſar dictator fuit. Et ut ꝑgit nec uirtutẽ cõ-
ſtantiãq; nũc cõmemoro: nec ſublimitatẽ omniũ capacem: quæ cælo cõtinenť:
ſed ꝓpriũ uigorẽ: celeritatẽq; quodã igne uolucrẽ: ſcribere & legere ſimul dicta-
re: audire ſolitum accepimus. Epiſtolas uero tantarũ rerum quaternas librari-
is dictare: aut ſi nihil aliud ageret ſeptenas dictare. Idem ſignis collatis quĩqua-
gies dimicauit. Nam præter ciuiles uictorias undecies centum & nonaginta mi
lia hominum occiſa prœliis ab eo non equidem in gloria poſuerim tanta etiam
coacta humani generis iniuriam quod ita eſſe confeſſus ipſe eſt bellorum ciui-
uilium ſtragem non prodendo.

C æter cætera cæterũ cum æ diphthongo ſcribi conſueuerunt:& ab alter altera al
terum deduci quidã putãt. Alii uero ſine diphthongo ſcribi uolunt: & a græco
trahi aſſerunt: quod eſt ἕτερος ἑτέρα ἕτερον: in q̃bus cuȝ apud antiquos græ
cos aſpiratio in uerſu ſcriberetur: quæ ſimilitudinẽ noſtri cõtinet: putauerunt
quidã. c. noſtrum eſſe: & cæter cætera cæterum traduxerunt: uel ut alii dicunt
ſecundum littæraturam grecam in maſculino cæterus: quod in uſu non eſt.

C æmeus cum æ diphthongo a multis ſcribitur: & claritate mentis dictum perhi
bent. Ab aliis uero quaſi cæli mens interpretatur.

C oenum cũ œ diphthongo ex deriuatione Priſciani ſcribitur: q̃a a uerbo κοινῶ:
quod ẽ inquino trahiť: ut ſupra uidimus cum de ſyllabis in. b. tractaremus.

C œpi uerbũ defectiuũ: uel ut alii dicunt præteritũ huius uerbi cœpio: qđ iã non
niſi ĩ præterito ẽ in uſu. & ꝓ ĩcipio & ĩcæpi capiť: cũ œ diphthõgo ſcribiť. Sane
futurũ tẽpus teſte Feſto ꝓtulit Cato cũ inq̃t. Cœpiã ſeditioſa uerba loqui. Et ꝑ-
git Feſtus ĩuenitur quoq; apud maiores & infinitiui modi cœpere.

F æcundus cum æ diphthongo ſcribendũ dicunt:& a facio originẽ duci uolunt
eo qđ faciat fructũ. Alii tũc tãtũ diphthõgũ ſcribẽdã aſſerũt: cũ de ſenſilibibus
diciť. Cũ uero ad inſenſibilia ferť: differentiæ cauſa carere diphthongo.

F æx cum æ diphthongo auctore Priſciano ſcribitur: quod ideo fit teſte Apulegio
grammatico: ut in datiuo diſſideat a præterito uerbi facio: quod ſine diphthon
go ſcribi feci.

F rægi præteritum deductum a frango cum æ diphongo ſcribitur.

F rætus pro ſuſtentatus cum æ diphthõgo ſcribi dixit Apulegius: ut in obliquis
differat a freto: quod mare deſignat.

F rænũ cũ æ diphthõgo ſcribiť:& a frãgẽdo equorũ ut aliorũ aĩaliũ ora deduciť

F ræſus cum æ diphthongo ſequente unico. ſ. ſcribitur: a frangendo ſimiliter di
ctum uolunt quaſi fractus ſit: unde faba fræſa. i. fracta.

F œlix cum œ diphthõgo ſcribiť:& ut q̃dã putãt a fœnus deduciť: cõuerſione eni
in. l. q̃ſi beatus: hoc ẽ diues & fœnore plenus qui fœlix in ẽ eſſe dicatur. Vt uero

in antiquis inſcriptionibus ꝑſpeximus ſemper ſine diphthongo ſcribitur.

F œdo cum œ diphthongo ſcribitur. & ut quidam putant ex foras & edo: quod ẽ
manifeſto compoſitum:& in diphthongum redactum fuit: eo ꝙ om̃nia fœda ſi
ue animi ſiue corporis foras edant. unde apte Virgilius in. ii. æneidos. Impule
rat ferro argolicas fœdare latebras. quãuis Seruius lacerare exponat: ego foras
dare. i. aperire interpretarer:& manifeſtare. Rurſus & fœdũ Seruius ipſe aliquã
do crudele dixit apud Virgilium & Saluſtium ſignificare. Non turpe ſanguine
fœdantem quos ipſe ſacrauerat ignes. & Saluſtius fœdi oculi: quod ego ex ſecũ-
daria quadam ſignificatione poſſe fieri: ut in multis aliis non contenderi: ea
enim quæ crudelia & nefaria ſunt: ipſa crudelitate fœda & maculoſa dici poſ
ſunt: ut miro epitheto in quarto carminum expreſſit Horatius. Mos & lex ma
culoſum edomuit nefas: ubi acrõ exponit: quia ex nefariis rebus macule naſcũ
tur: id eſt fœdationes.

F œdus cum œ diphthongo etiam in alio ſignificato a ſuperiori ſcribitur: ſed quia
longam primam habet:& a uerbo ferio: quod habet primam breuem deducitur
ſcripſerunt auctores noſtri fœdus cũ œ diphthongo: Idq; ex primo fœdere factũ
eſt: quo teſte Liuio li. i. ab urbe: uetuſtior fœderis memoria non eſt. Nam tuncq;
porcum cum hoc carmine: ut idem rettulit ferierunt: Iuppiter audi Sine dolo
malo: utiq; ea hic hodie rectiſſima ĩtellecta ſunt: illis legibus ſi prior populus ro
manus defecerit publico conſilio dolo malo tu illo die Iuppiter populum roma
num ſic ferito. ut ego hunc porcum hic hodie feriam tantomagis ferito quãto
magis potes polleſq;. Id ubi dixit porcuȝ ſaxo ſilice percuſſit. unde Virgilius in
viii. æneidos. Stabant & cæſa firmabant fœdera porca. Et magis cum diphthon
go œ q̃ æ ſcribi placuit: ne a facio deductum putaretur.

F œmina cum œ diphthongo ab antiquis noſtris ſemper ſcriptum comperi: dedu
citurq; a uerbo fœto fœtas. i. pario paris: uel genero generas: quod ſimiliter cuȝ
œ diphthongo: ut infra uidebimus ſcribitur. Reperitur etiam in plurali fœmia
generis neutri: cuius nominatiuus ſingularis fœmen in uſu nõ eſt: & ſignificat
partem illam inferiorem coxe molliorẽq;: quæ retro habetur cum anterioreȝ fe
mera abſq; diphthongo dicantur. Liuius li. xxii. Quoſdaȝ inquit & iacentes ui
uos ſuccifis fœminibus poplitibuſq; ĩuenerunt: a quo conficitur nomen fœmi
nalia. i. femoralia. Nam utrunq; pro bracchis ſcriptuȝ comperi. At coxa pars ſu
pra femera dicitur uertebrũq; ipſum. quod quotiens uitiatum eſt aut os illud:
quod in uerterebro uoluitur fractum: coxa uitiata fracta ue dicitur.

F œnus cum œ diphthõgo ſcribitur: & a fundo qđ cum. o. fondo apud antiquos
dicebatur: nomen aſſumſiſſe perhibent. Nam proprie prouentus eſt ex natura
li terræ fructu. Poſtea uero ad uſuram trãſlatum: quaſi pecunia per ſe frucctũ
ꝓducat: ſicut terra: ut Lucanus. Hinc uſura uorax auidũq; in tempore fœnus.
At. M. Varro teſte Gellio li. xvi. noctium atticarum a fœtu ductum putauit: &
quaſi a fœtura quadã pecuniæ parturiẽtis atq; increſcentis. Et inde fœnerator
atq; fœnero uerbũ: quæ eodem modo ſcribuntur:& ſub eiſdẽ ſignificationibus
Horatius ĩ epodo: Hec ubi locutus fœnerator alfius Omnẽ redegit idibus pecu
niã: Querit kalendis ponere. Et dicimus fœnero tibi: ſicut mutuo tibi: unde qui
fœnerat: pecuniam dat ad uſurã: Qui uero fœneratur: pecuniam ad uſuraȝ ac
cipit: ſicut qui mutuatur pecuniam mutuo accipit.

E œnum cũ œ diphthongo ſcribitur: a fœnus deduciť: cum nil aliud ſine aliqua

cura tantum fœnus præbeat.
F œtus cum œ diphthongo ſcribitur:dicitur id uiuum quod ex mulieribus uel pe
coribus naſcit̃:& a foueo uerbo deſcendit:inde etiã fœtura.i.genitura:quæ pro
toto animaliũ ꝓuentu poni cõſueuit.Virgilius in bucolicis: Si fœtura gregem
ſuppleuerit aureus eſto.Vnde fœto fœtas uerbũ ꝓ eo quod eſt gigno & pario de
ductũ eſt.Et inde fœta uocatur:tam quæ prægnás eſt: q̃ quæ pepit Virgilius i
Tytiro:Nõ inſueta graues tẽtabunt pabula fœtas.Idem in.viii.æneidos:Fecerat
& uiridi fœtam mauortis in antro procubuiſſe lupã.Iuuenalis in ſatyra Pluri-
ma ſunt fuſcine.Patrem ipſum turbamq; caſæ:qua fœta iacebat Vxor:& infan
tes ludebant quattuor unus Vernula tres domini.
G æſa per æ diphthongum & unicum.ſ.ſcribitur genus eſt iaculi.
G ræcus cum æ diphthongo:& omnia ab ea deſcendentia ſcribuntur.De q̃ dictio
ne cum ſuis deriuatis:quia græca eſt in ſequentibus late uidebimus.
H æc cum æ diphthõgo a noſtris ſcribitur:& ut quidã exiſtimant a græco huiuſ-
modi dictio ortum habuit.Nam ubi nos hac dictione utimur. illi ἥ aſpiratum
ſcribunt:quare per adiectionẽ.c.& conuerſionem ipſius ἥ græce litteræ:quæ a-
pud illos ſemꝑ ꝓducitur in.e.noſtrum qđ ut cognoſcat ſemꝑ productum di-
phthongũ appoſuere:ut in nonnullis aliis dictionibus quandoq; fieri diximus
Alii uero non ab ἥ græco:ſed ab hic maſculino formari exiſtimant per cõuerſio
nem ſcilicet.i.breuis in.e.breuẽ:Vnde nec diphthongari illã uolunt:cui ſenten
tiæ Priſcianus aſſentiri uidet̃ dicens abſq; omni exceptione ꝓnomina in.c. deſi
nẽtia breuiari.Quod uero apud auctores interdũ reperiunt̃ producta: hãc aſſe
rit eſſe cauſam ꝙ cũ geminato.c.ſcribebantur.Sed quia neſcio quo pacto id fie-
ri potuiſſent: ideo non placet cum ſemper hæc longa inueniatur.
H æ nominatiuus pluralis cum æ diphthongo ſcribitur: & a græco tranſfertur:
apud quos αἱ cum aſpiratiõe & diphthongo ſimiliter ſcribitur: quam nos in æ
noſtram ſemper conuertere conſueuimus:ut ſupra oſtendimus.
hædus teſte Varrone de origine liguæ latinæ quibuſdã placuit per æ diphthõ-
gum ſcribi:ut a uerbo edo in quibuſdam ſuis caſibus diſcreparet.Aliis uero ui-
ſum eſſe ait:ut aſpirationis nota hanc differentiam faceret.Et ob id maxime ꝙ
ſabini:a quibus romani hoc nomen habuere fedus abſq; diphthongo dicebant
Certũq; eſſe ait romanos ipſum.f.ſabinorum in aſpirationem ſolitos fuiſſe con
uertere.Nam ubi ſabini fircus:romani hircus:ubi illi uefere romani uehere pro
tulere.de quo late ſupra uidimus:cum de aſpiratione &.f.littera atq;.u. tracta-
uimus.Varroni uero ad uberiorem differentiam magis placet per aſpirationis
notam:& per æ diphthongum hedum annotare.
H æreo cum aſpiratione principii & æ diphthongo in prima ſcribitur: & ꝓpterea
aſpirari placuit & diphthongari:quoniam in ſecunda perſona ſingulari præſẽ
tis imperatiui modi uidelicet hære neq; ſola diphthongus neq; ſola aſpiratio ſuf
ficere poterat ad differentiam: tum propter ablatiuum eius nominis æs æris:
quod facit ab hoc æere cum diphthongo & ſine aſpiratione:tum propter uoca-
tiuum alterius nominis hærus heri quod facit.o. here cum aſpiratione ſcilicet
& abſq; diphthongo.Significat eniꝫ hærere nõnunq̃ dubitare & hæſitare. Iuue
nalis in ſatyra Credo pudicitiã:Dic Quintiliane colorẽ Hæremus.i.dubitamus
H æres cum æ diphthongo ſcribitur: & ab hæreo: ut omnes perhibent deriuat̃ eo
ꝙ alteri bona hære dicantur.

H æſito cum æ diphthongo ſcribitur:& ab hæreo deſcendit.
I æci cum æ diphthongo ſcribitur:& eſt preteritum deductum a iacio: unde pri
mam diphthongi accepit.
L ætus cum æ diphthongo ſcribitur:& dicitur teſte Varrone a latitudine mẽtis:
quam ſcilicet ex ſuo aſpectu efficit.Nam proprie anima dicuntur læta: quãdo
ſenſibus dilatátur.Sed quia ſic natura comparatum eſt:ut quæ bona corporis
habitudine ſunt alacriora:que uerro debili triſtiora ſint: factuꝫ eſt ut lætas uo
cemus oues:lætos græges::& læta armenta: quæ pinguedine & meliori corpo
ris habitudine conſpiciuntur. homines uero quia rationales ex meliori mentis
habitudine:ex qua aliorum ſenſuum dilatatio cõſequitur:lætos dicimus:& nõ
meliori corporis diſpoſitione. Inanimata uero læta dicimus: quæ aſpectu ho-
mines ipſos lætificant:unde lætas ſegetes: lætas uites:lætas arbores: & læta oli
ueta ſæpiſſime poetæ dicunt:quia ex eorum aſpectu nos lætos faciunt: uel qđ
ipſa læta uidentur:& eſt metaphora rei animate ad inanimatam:qua frequẽter
utuntur poetæ.
L ætamen cum æ diphthongo ſcribitur:& a lætus deſcendit:quia facit lætas ſege
tes:nonnulli dicunt uulgo ſic quoq; dici:ſed latine limus.
L ædo cum æ diphthongo ſcribitur: quam teſte Priſciano in.viii. etiam in præte
rito conſeruat:& utputo in ſupino & deſcendentibus.
Mæreo cum æ diphthongo ſcribitur:& primam diphthõgi uocálem a marceo un
de deducitur aſſumere dixit Apuleius.Nam teſte Varrone mæreo dicitur eo ꝙ
corpus etiam maceſcere facit.Alii uero diphthongari dixerũt:ut a mereo uerbo
differat:quod facit præteritum merui.Virgilius:Equideꝫ merui neq; deprecor
& a mercede deſcendit:unde & dignum eſſe deſignat.ut Iuuenalis. Pone crucẽ
ſeruo:meruit quo crimine ſeruus Supplicium .Significat etiam idem quod mi
lito.Lucanus:Aere merẽt paruo.Et ſic dicimus Sertorium diu meruiſſe. & Sta
tius in.iiii.thebaidos.Non hi tibi ſolum ampliaræ merent:cuius paſſiuũ apud
antiquos erat mereor ſimiliter abſq; diphthongo:quod ſane a poſteris in frequẽ
tiori uſu deponens habetur.Sane a mæreo quod cum diphthongo ſcribitur: &
facit in præterito mæſtus ſum uel fui:fit imperſonale meret cum ſignificato.ſ.
ſui uerbi.A mereo uero ſine diphthõgo fit ſimiliter aliud imperſonale meret:qđ
teſte Seruio ſuper quartum æneidos ſimili modo militiam ſignificat.
M æror cum æ diphthongo ſcribitur: & a mæreo uerbo deducitur:ſignificatq; tri
ſticiam.
M œnia cum œ diphthongo ſcribitur:& dicuntur q̃ſi munia: cuius ortographiæ
cauſam dixit Seruius in decimũ æneidos: qa ubi nos.u. habemus: græci ου di
phthongũ habẽt:quare putauerunt antiq nos etiã ꝓ eadem littera.u.diphthon
gũ aliquam poſſe apponere.Et licet nõ eadẽ poſuerint: hãc tamẽ quæ eſt œ po
nere cogitauerunt:inde mœnia ꝓ munia dixerũt:pœnio ꝓ punio:quod uerbũ
ut ait Seruius a pœna uenit:hinc & pœnica regna uides cũ œ ſcribendũ dixit.
Similiter mœrus cum œ diphthõgo apud antiquos fuiſſe dicit: quod apud no
ſtros murus dicit̃.Idq; Virgiliũ in.x.æneidos obſeruaſſe uoluit cũ ait.Quin in
tra portas atq; ipſis prelia miſcet Aggeribus mœrorum: uidelicet cũ œ diphthõ
go antiquorum more pro eo quod dicimus murorum.Sane mœnia ipſa: & pro
muris accipi ſolent:& pro ædificiis ipſius urbis: nam murus quidẽ urbis ẽ lapi
deus ambitus:q græce ĩ neutro τοτειχοσ dicit̃.Nec urbis ſolũ ſed munitionũ

caſtrorumq;:& ſimilium. At uero domorum paries magis dicitur:qui græce in
maſculino ὁ τοῖχος nuncupatur.

N æ ꝓ utiq; & certe cũ æ diphthongo ſcribitur:ſed quia græca dictio eſt: & ſpecia
lem exigit difficultatem:de ea plene inter græcas dictiones tractabimus.

N ænia cum æ diphthongo ſcribitur:& a nanus ut quidam putãt deducitur:na-
nos enim ueteres paruos dicebant. Vnde nænia friuola:& inania aliqua dicun
tur qualia.ſ.parui actitare ſolent.quidam autem nænia ab inani per demptio-
nem primæ uocalis aſſerunt deriuatum. Quintilianus uero in ſeptimo de inſti
tutione oratoria:Tertius inquit eſt diuerſus tranſlationis modus:cum res com
munis pluribus in uno aliquo habet nomen eximium:ut carmen funebre pro
prie nænia dicitur:de hoc in dictione epiodium clare uidebimus.

O bſcœnũ ut ſupra uidimus cum de ſyllabis deſinentibus in.b.tractauimus: cuꝫ
œ diphthongo ſcribitur. Idq; ſentit Priſcianus: quod compoſitum dixit ex obs
& cœnum. Varro autem libro ſexto de lingua latina cum æ diphthongo ſcribẽ-
dum dixit:& ex ob & ſcæna componi uoluit:quaſi ob ſcænam talia quæ obſcæ
na dicuntur perpetrentur.

P ægi cum æ diphthongo ſcribitur: præteritum eſt Quintiliano teſte in primo a
pago antiquiſſimo uerbo deductum.unde ipſum a diphthongi aſſumpſit.

P læbs cum æ diphthongo ſcribitur:ſic enim in antiquiſſimis inſcriptionibus cõ
peri:& id iure fieri ab aliquibus probatur:quia a phaſion quod pluralitatem ſi
gnificat deducitur:ac ob id primam diphthongi litteram ab illo aſſumere uo-
lunt:quæ tamen dictio non niſi in cõpoſitione apud græcos eſt in uſu ut poly
plaſion diplaſion:& ſimilia. Nec ſolum declinatur plæbs plæbis: ſed etiam teſte
Priſciano in libello de nomine plæbes plæbi quinte declinationis.

P lærus cum æ diphthongo ſcribi dixit Apuleius:& a πλήρος per cõuerſionem
e.ꝓducte in æ diphthongum deductum dixit. Nec tamen eſt in uſu.

P ræ cum æ diphthongo ſcribitur:& a παρὰ græco traduci nõnulli affirmãt. Vn-
de omnia quæ ab ea præpoſitione deriuãtur:uel componũtur:cum æ diphthõ
go ſcribuntur:deriuantur quidem ut præter.componunt̃ uero ut præſes: præ
latus:præfectus:præſum:& ſimilia:& ſimiliter omnia quæ præ longa in princi
pio ſcribuntur: ſi diligenter inueſtigetur a præ cum æ diphthongo ducuntur
precor:preces: & precium: quæ &ſi cum præ præpoſitione præpoſite uideatur
abſq; compoſitione tamen ſunt:& abſq; diphthongo:quin & primam breueꝫ ha
bent. Virgilius libro.iii.æneidos Hortatur pater ire mari ueniãq; precari. Idem
in eodem li.Sed uotis præcibuſq; iubent expoſcere pacem. Sane præpoſitio præ
cum uerbo iuncta nõnunq̃ eandem pene ſignificationem cum ſuo ſimplici de-
tinet:ut præcludo:præcido.præmorior:præcingo:ideꝫ ſunt quod cludo:cædo
ſiue incido:morior:cingo.

P ræbeo quod ſignificat trado:ex præ & habeo compoſitum eſt. Nam is qui aliq̃d
præbet:id præhabere ratione dicitur. Niſi enim id quoquo modo præhaberet:
alteri præbere nequiret.

P ræcox cum æ diphthongo ſcribitur:fructus dicitur ſæpiſſime præter morẽ cæ
terorum coctus:ſiue ante cæteros:unde ficus & uuæ præcoces dicuntur. Qui
dam uero non præcox: ſed præcoquus præcoqua præcoquum declinant: ut
Martialis. Vilia maternis fueramus præcoquua ramis. Nunc in adoptiuis per-
ſica cara ſumus.

P ræco cũ æ diphthõgo ſcribit̃:& q̃ſi præcino ĩtelligit̃. Nã cõponit̃ ex præ & cano

P ræcipio cum æ diphthongo ſcribitur:componitur ex præ & capio:& ſignificat
præcepta tradere:quod eſt tum magiſtrorum tum magiſtratuum: eodeꝫ modo
deſcendentia ſcribuntur.

P ræda cum æ diphthongo ſcribitur. Nam componi dicitur ex præ quod eſt ãte
& datum:quaſi ante datum ſit:hec eſt ꝙ ante dationem poſſidentis ui rapimus
Varro uero ſcribit prædam a pariendo dictam:quaſi paridam.

P rædium cum æ diphthongo ſcribitur:ut uidimus in dictione agricola:& a præ
da deducitur:eo quod capti ab hoſtibus agri militibus antiquitus diſtribui cõ
ſueuerant.

P rædor cum æ diphthongo ſcribitur:& eodem modo componitur.

P ælum cum æ diphthongo ſcribitur. Nam componitur ex præ & luo: eo ꝙ hu
more fluenti præluatur:id eſt madefiat.

P rælium cũ æ diphthõgo ſcribit̃:& ut quidã ferunt a prælo deduci ꝓhibet̃:quia
ſicut ĩ prælo humor uuarũ uel oliuarum:ita in prælio ſanguis hominũ fũdit̃.

P ræparo cum æ diphthongo ſcribitur: & componitur a præ quod eſt ante: & pa
ro quaſi ante paro:quæ utilia mihi fore credo:Cicero officiorum libro.ii. facile
totius curſum uitæ uidet:ad eamq; degendam præparat res neceſſarias: ut pa
ſtum ut latibula:& alia generis huiuſmodi.

P ræripio cum æ diphthõgo ſcribitur:& licet cõponatur ex præ & rapio:illa tamẽ
præpoſitio præ anteceſſionem temporis proprie non declarat. Nam is qui alte
ri præripit: in ſuos uſus capit. Cicero pro Galba: Demoſthenes tibi præripuit:
ne eſſes primus orator:tu illi ne ſolus. Vnde ob hoc ab eripio differt ꝙ qui alte
ri aliquid eripit.poteſt uel non in ſuos uſus capere. Vt eripuit illi uitã. Nõnũq̃
etiam præripio ablatiuum cum præpoſitione a uel ab poſtulat cum qua uerbũ
eripuit aliquando coniungitur. Verum in uoce paſſiua nonnũq̃ ante capere
deſignat:ut Plinius nepos de uiris illuſtribus. Immatura inquit morte prære
ptus non potuit preſtare qualẽ promiſerat regẽ:hoc eſt ĩmatura morte ꝓuẽtus

P ræs cum æ diphthongo ſcribitur : & teſte Varrone a preſtando fidem dicitur:
id eſt fideiuſſor:& facit in genitiuo huius prædis.

P ræputium cum æ diphthongo ſcribitur. Et dicitur inde quod membris puden
dis ſiue putentibus præemineat.

P ræſideo cum æ diphthongo ſcribitur:componiturq; a præ & ſedeo:ut Suetoni
us de Tiberio:præſedit actiacis ludis:hoc eſt etiam præfuit. Sane præſidere pro
prie eſt ad opem præſtendam præeſſe. Cicero ꝓ Silla. Vos dii & patrii penates
qui huic urbi atq; imperio præſidetis. Quintilianus libro.x.de inſtitutione ora
toria de Homero loquens ait:Nam & beniuolum auditorem inuocatione dearũ
quas præſidere uatibus creditum eſt:& intentum propoſita rerum magnitudi
ne & docilem ſumma celeriter comprehenſa facit.

P ræſes cum æ diphthongo ſcribitur: & a præſide dicitur:ut a deſideo deſes a reſi
deo reſes:is dicitur:Vlpiano teſte:qui maius in prouincia imperium habet om
nibus poſt principem. Dicitur etiam præſes auxiliator: ut Liuius libro ſexto ab
urbe:Dii deæq; qui capitolium incolitis ſiccine ueſtrum militem ac præſidem
ſinitis uexari ab inimicis:præſidem dixit pro auxiliatore:ac defenſore.

P ræſidium cũ æ diphthongo ſcribit̃:a præſideo cum opẽ præſtare denotet dedu
citurq;:eſtq; auxilium principale. Nam ſubſidium id dicitur quod in auxiliuꝫ

ſuccedit. Vnde & milites: qui ad tutelam oppidi caſtelli ſimiliũq; collocati ſũt:
præſidium uocantur: ut impoſitum eſt præſidium Caietæ.

Præſul cum æ diphthongo ſcribitur: & a præſaliendo deriuatur. Sane is antiqui
tus dicebatur: qui primus erat inter ſalios: id eſt Martis ſacerdotes: romæ dũta
xat a ſaliendo dictos: in portandis. ſ. ancylibus: ut ſupra in dictione ancyle uidi
mus: & ita a præſilio: hoc eſt ante alios ſalio dictum putant.

Præſto cum æ diphthongo ſcribitur: & componitur ex præ & ſto: & idẽ eſt quod
adſum. Nec alteri uero uerbo cohæret: niſi uerbo ſubſtantiuo: & huic ſimplici
ut præſto ſum uel fui. Nã præſto adſum magis poeticũ eſt: ſignificat autẽ tria
præciſe ut uerbũ adſum. primũ quidẽ ẽ præſens ſuʒ Cicero ĩ Bruto: Quibuſdã
qdem cauſis tu etiã Brute præſto fuiſti. ſecundũ uero ſignificatum eſt præſidio
eſſe. Cicero pro Murena: Ius ciuile didicit: multum uigilauit: laborauit: præſto
multis fuit. Et pro eodẽ: Tu interea romæ ſcilicet ꝓ amicis præſto fuiſti. tertiuʒ
autem ſignificatum eſt aduenire ſiue comparere. Cicero ad Hieronymũ: Hirun
dines æſtiuo tempore præſto ſunt: hyeme pulſæ recedunt.

Prætor cũ æ diphthõgo ſcribit᷑: a præeũdo nomẽ accepit. & dicit᷑ prætor q̃ſi p̃itor

Pœna cum œ diphthongo ſcribitur: ſed ut in ſequentibus oſtendemus græcũ ẽ: a
quo teſte Seruio in. x. æneidos pœnicus pœnica pœnicum deſcendit cum œ di
phthongo ſcribitur: at penitus ad uerbum prorſus abſq; diphthongo ſcribitur:
cum eius prima breuis ſit.

Pœnitet cum œ diphthongo ſcribitur: & a punio teſte Seruio in. x. æneidos deſcẽ
dit: quod ut ait apud antiquos cum œ diphthõgo ſcribitur.

Pomæriũ cũ œ diphthongo in antepẽultima ſcribit᷑: Cuius uim uerbi teſte Liuio
li. i. Solã intuẽtes poſt mœniũ interprætant᷑ eſſe: & ꝑgit idẽ Liuius: Eſt autẽ cir
ca murũ locus: quẽ in cõdendis urbibus quondã hetruſci: qua muruʒ ducturi
erant certis circa terminis in augurato cõſecrabãt. Et hoc ſpaciũ quod neq; ha
bitari neq; arari fas erat: nõ magis ꝙ poſt murũ eſſet q̃ ꝙ murus poſt id pomœ
riũ romani appellarũt. hæc ille. Vnde idẽ ſentiens Lucanus ait: Longa ꝑ extre
mos pomœria iũgere fines: eius uero orthographiæ rõnẽ uidimus ſupra ĩ dicti
one mœnia. At pomariũ nõ cũ œ diphthongo: ſed cum. a. abſq; diphthongo in
antepenultima ſcribit᷑: & a pomis nomẽ accepit. Et eſt aut locus cõſitus pomis
ut Ouidius in. iiii. metamorpho. Id metuẽs ſolidis pomaria clauſerat atlas Mœ
nibus. Aut eſt fructuũ pomi repoſitoriũ: aut copia ipſa arborũ pomiferarũ. Po
meridianũ ſimiliter abſq; diphthõgo ſcribit᷑: & a poſt & meridie cõponit᷑: hoc ẽ
poſt meridianũ. Vnde ait Quintilianus in. iii. de inſtitutiõe oratoria: Iſocrateq;
iam ſeniore octauum enim & nonageſimum impleuit annum pomeridianis
ſcholis ariſtoteles precipere artem oratoriam cepit.

Quæ cum æ diphthongo ſcribitur: & ut aliqui dicunt differentiæ cauſa: ut a que
differat coniunctione. Alii uero putant ipſum quæ ab ablatiuo qui & qua per
deriuationẽ trahi: a quo ipſum a diphthongi accepit. ſed ut puto nunq̃ nomi
natiuus ab ablatiuo deſcendit. Quin & ab eo omnia compoſita dipthongantur
ut quænam quædam quæpiam: & ſiqua ſunt alia.

Quæro cũ æ diphthõgo ſcribit᷑: & teſte. M. Varrone. ex quæ & res cõponit᷑ ꝓprie
eni quærere ẽ quæ ſit res aliq̃ inueſtigare. Quod ſicui hæc nõ placeat cõpoſitio
audiat quæro ꝓpterea diphthongandũ eſſe: ut paſſiuũ eius quæror a deponẽti
quæror. i. cõquæror: qd᷑ ſine diphthongo ſcribitur: per diphthongum differat.

Quæſo cũ æ diphthongo ſcribit᷑: & a quæro deriuatur: ac diphthongũ accipit.

Ræte cũ æ diphthõgo ſcribit᷑: & a rapio deſcẽdit: aquo primã diphthõgũ accipit.

Ræda cum æ diphthongo a multis ſcribi conſueuit.

Sæculum cum æ diphthongo ſcribitur. quod ſane abſq; diphthongo poſſe ſcribi
uidebatur: quia a ſequor habente. e. breue deducitur: uel ut Varroni placuit a
ſene habẽte ſimiliter primã breuẽ deriuatũ eſt. Sed quia rẽ productiſſimam de
ſignabat. placuit antiquis noſtris ſignificationis cauſa primam ſyllabam ꝓdu
cere: & per diphthongum id ſignare.

Sædo ſædas primæ coniugationis per æ diphthongum ſcribitur: & quaſi ſanum
do deſignare ex ſua compoſitione uolunt.

Sæpe aduerbium cum æ diphthongo ſcribitur: ut a ſepe ablatiuo differat: quod
ſine diphthongo hæc ſepes ſepis ſcribitur.

Scæuola teſte Varrone cum æ diphthongo ſcribitur: & a ſcæua. i. ſiniſtra deduci
uoluit: eo quod quæ ſiniſtra ſunt: bona auſpicia exiſtimantur. Et inde ſcæuuʒ
omen apud antiquos dictum rettulit.

Sæuus cum æ diphthongo ſcribitur.

Tæda cum æ diphthõgo ab antiquis noſtris ſcribitur: & a græco Tαδᾶ: quod lu
minare ſignificat deducitur. unde a primam diphthongi aſſumpſit.

Væ interiectio cum æ diphthongo ſcribitur: ut differat a coniunctione ue quæ
abſq; diphthongo ſcribitur. Sunt etiam qui dicant eam ab dictione græca οὐαί
exortam eſſe.

Væneo cum æ diphthongo teſte Apuleio ſcribitur: ut. s. in ſecunda perſona a
uenio diſcrepet: quin & a datiuo & ablatiuo eius nominis: quod eſt uena quod
ſine diphthongo ſcribitur.

Vænundo & uændo eodem teſte cum æ diphthongo ſcribuntur. Quæ a uenum
ſupino & do compoſita uoluit: unde a principali diphthongum ſuſcipiunt.

Refert. M. Varro quoſdã putaſſe eas oẽs dictiões diphthõgari debere: quæ cũ pri
cipalibus ſyllabis ꝓducant᷑ ab illis dictiõibus deriuãtur: quæ ĩ prĩcipalibus. e.
correptã habẽt: ut uidelicet ipſa diphthõgus ĩditio eſſet correptionẽ primitiuo
rum in deriuatiuis nõ obſeruari: ut ſænus a ſex: dænus uel denarius a decẽ: ſæ
culũ a ſequor: uel ſæne: ſædes a ſedeo. licet ſedile naturam primitiui ſeruauerit.
Virgi. li. æneidos. i. Viuoq; ſedilia ſaxo. Quod & ſi iã in aliis nõ obſeruetur: in ſæ
culo obtinuit rõ ut diphthõgetur. Sũt etiã qui dæmũ ob eandẽ cauſã diphthõ
gari uelint: quod a decẽ ꝓuenire faciũt: eo ꝙ ſignificat ad finem & in decẽ natu
ralis ſit numeri finis. Similiter ſecũdũ eos dæniq;: quod eodeʒ modo ad finem ſi
gnificat: & ob æandem cauſam a dænus deriuari uolunt. Alii a denuo: nos ue
ro præter ſæculum omniã alia abſq; diphthongo ſcribimus.

Sed reſtat iã grandẽ illã nobis quæſtionẽ euoluere: quæ de haruʒ diphthongorũ
æ & œ temporibus diligẽtius intimiuſq; diſquirit. Nã ab aliis omnibus intacta
relictaq; uidetur: præter q̃ a Priſciano: qui illã pauculis hiſce uerbis uoluit diſ
ſoluere. Itaq; poſtq̃ in primo libro dixerat huiuſmodi diphthongos breuiari poſ
ſe. Immediate ſubdit. Vnde quidem non ſine ratione unũ & ſemis ſingulas eas
tempus habere dicunt. Ideoq; ſi ſequatur conſonans: quæ dimidium tẽpus hẽt
omnino producuntur. hæc ille. Qui paululum ſupra oſtendit conſequente uo
cali breuiari poſſe. Tum in eadem dictione: ut Virgilius in ſeptimo. Stipitibus
duris agitur: ſubdibus ue præuſtis.

Quod Homerus ſimiliter nõnunq̃ obſeruauit. Tum etiam ſequente uocali in dicti
one diuerſa: ut idem libro tertio. Inſule Ionio in magno. Sed illud rariſſime. Si
militer œ id quoq; & eodem modo poſſe pati proſequitur: ut apud Aeſchylum
οιςρος ἀυτας παρθένουσλοχοιε Ταισε. Cuius ſane rei ratioñe hanc nos ipſi
reddere explicareq; poſſumus. Quoniam longitudo ipſa ſyllabæ: aut quæ tem
poris breuitas dicitur: ex metro ac eius ſcanſione deprehenditur: quæ uirtute
ſyllabarum quantitate conficitur. Sed conſtat au & eu eiuſmodi eſſe diphthon
gos: ut ita in metro: quemadmodum etiam extra metrum ſcribantur & proferã
tur: unde maiorem in ſono uocis pronunciationem neceſſario exigunt q̃ æ &
œ. quæ tam&ſi ſcribuntur: non tamen proferũtur. Nanq; in au & eu ſonus du
arum uocalium integer in unica tantummodo ſyllaba conſeruatur: & per con
ſequens utriuſq; illarum uocalium tempus in metro remanere debet. Et cũ ſin
gula uocalis ſonum ſuum conſeruans: unum neceſſario tempus habeant: u
traq; illarum diphthongorum: ſcilicet au & eu: duo tẽpora q̃cunq; ſubſequen
te littera: ſiue uocali ſiue conſonante obtinebit. At uero æ & œ diphthongi: cuȝ
tantũmõ ſcribant̃: neq; ſecundũ quãq; litterã in metro pronuncient̃: nõ neceſ
ſario earum quælibet duo tẽpora cõtinebit. Sed tantummõ cõſonãte ſequente:
quæ cũ teſte Diomede & Priſciano dimidiũ tempus habeat: conuenientiſſime
cõplebit diphthõgi ſonum: quæ unũ tẽpus: & ſemis primitus continebat. Nam
neq; unicũ tantũmõ tẽpus: cũ duæ ſint uocales. Nec duo ſimpliciter habere po
terit: cum ſono unius dũtaxat litteræ proferatur. habebit ergo unũ & ſemis: cui
cum conſonabit altera littera: quæ medium tẽpus ſortitur: duo ſane tẽpora cõ
plere habebit: & longam merito diphthongũ reddet. Verũ ſi altera uocalis ſeq̃t
cum alteram ſyllabã & alterũ ſonum neceſſario conficiat: priori diphthongo &
ſyllabæ conſonare non poterit. Remanebit ergo diphthongus cũ unico tẽpore
& ſemis: & per cõſequens breuis erit. Nec danũ tunc quoq; in uerſu pati poterit
tẽpus: cũ uoce unius litteræ diphthongus ipſa ꝓferat̃. Nanq; in metro ꝓnunci
atio magis q̃ ſcriptura attendit̃. Cõcludimus igitur has duas diphthongos æ &
œ in dictionibus dũtaxat latinis naturaliter breues eſſe: cum naturaliter illarũ
quæq; unicum & ſemis tempus contineat. quod longam ſyllabam reddere non
poteſt. Sed lõgas illas fieri poſſe diſcimus. uel ex loco quẽ in dictione ſortiunt̃:
q naturaliter lõgam ſyllabã & duorũ tẽporũ illã requirit: ut finalis ſyllaba geni
tiui & datiui numeri ſingularis. nominatiuiq; & uocatiui nũeri pluralis nomi
num primæ declinationis: uel ex terminatione monoſyllabæ naturaliter lõgæ
ut præ: uel ex conſonantis ſequela: quæ defectum ſoni in medio tempore cõſo
nando ſupplet: uel ſi in dictionibus græcis etiã nõ ſequẽte cõſonãte ponat̃. Nã
tunc quoq; lõgæ reddunt̃. alio uero modo: hoc ẽ in dictionibus latinis ſequẽte
uocali minime longari poſſunt: ſed naturam ſui temporis conſeruãt. & breues
illas eſſe cõſtat: ut ſupra ex ĩtẽtiõe clariſſimorũ auctorũ una cũ Priſciano oſtẽ
dimus. Sed dubia circa hæc quoq; nõnulla eſſe uidẽt̃. Quia nõ minorẽ uĩ duæ
uocales: q̃ unica tantũ habere uident̃. Sed unica uocalis in unica ſyllaba duo
tẽpora ſæpe cõtinet: ergo multo magis duæ ĩ unica ſimiliter ſyllaba omni tem
pore cõtinebunt. Amplius & ſi quælibet cõſonãs dimidiũ tẽpus hȝ: quæ per ſe
ſyllabã facere neq̃t multo magis & uocalis quæq; ipſius unicũ habebit quæ ſyl
labam per ſe ipſam reddere ualet. Si ergo in diphthongo duæ uocales erũt: duo
tempora neceſſario diphthongus habebit: & ſic quoq; nunq̃ breuis eſſe poterit

Præterea nõ minoris uocales poteſtatis erũt in rõne tẽporis q̃ conſonantes. Im
mo longæ amplioris: ſed duabus cõſonãtibus: aut una duplici ad uocalẽ ſequẽ
tibus fit ſyllaba lõga: ergo multo magis uocales duæ in unã ſyllabã coeũtes ne
ceſſario illã ꝓducẽt. Porro nõ alia rõne diphthongus a cecidi præterito abiici
dicitur: niſi q̃a eius prima ſyllaba correpta eſt: quæ in præſenti longa erat diph
thongo: cum diphthongus ipſa breuis eſſe nõ poſſit. Ergo nec ullo pacto breui
ari poſſe uidet̃. Quid ꝙ Diomedes: Seruius: Donatus: & alii grãmatici oẽs uoca
lem longam diphthongo eſſe cõmemorant: quomõ illam ergo breuiari poſſe di
cemus. Sed hæc quoq; facillime diſſoluuntur: ſi ea quæ ſupra diximus diligen
ter cõſiderare uelimus. Nam cũ tẽpus rõne ꝓnunciationis in metro magis q̃ in
ſcriptura attendatur: ſi ex duabus uocalibus in eadem ſyllaba uno tantũ ſono
ſuo ꝓnũcietur: nihil impedit ſyllabã ipſam alia ſequẽte uocali corripi poſſe: cũ
non tantũ tunc tẽporis habere poſſit: quantum ad ꝓductionẽ ꝓrſus requirit̃:
unde & in ſyllabis naturaliter longis ꝑ alterius uocalis ſequentiã idem ſæpiſſi
me contingit: ut hæc monoſyllaba de cũ naturaliter longa ſit: ſi cum dictiõe in
cipiente a uocali cõponatur: ſane ipſa quoq; corripit̃: ut deinde dehinc: dehiſco
& ſimiles. Virgilius libro æneidos. v. Infindunt pariter ſulcos totũq; dehiſcit. Cõ
uulſum remis roſtris ſtridentibus æquor. Cũ ergo dicit nõ minorem uim duæ
uocales habere uident̃ q̃ una. Verum id ſane eſt: ſi ſonum ſuũ ambe conſeruẽt
&ſi multo magis uocales duæ in unica ſyllaba ſonũ ſuum ſeruãtes: duo tempo
ra continebunt: q̃ uocalis unica tantũ: ut in au & eu manifeſtum uidebimus.
Nanq; ſyllaba quo ad productionem & correptionem: non ex multiplicatiõe lit
terarum attenditur: ſed ex ſono per morã & quantitatẽ facit in metro. Vnde ſi
in eadem ſyllaba tres conſonantes uni uocali anteponant̃: non minus illa bre
uis eſſe poterit: q̃ ſi unica tantum aut nulla poſita eſſet: ut ſtrophades. Ad id er
go quod ſubſequenter dicebatur: ſi quælibet conſonans: quæ per ſe ſyllabam fa
cere nequit: dimidium tempus habet: multomagis quæq; uocalis tempus unuȝ
habebit: que ſyllabam ex ſe facit. Dicimus id quoq; uerum eſſe: quando uocalis
ipſa ex ſe ſyllabam facit: uel ſonum ſuum in ſyllaba conſeruat. Quod quia in di
phthongis. æ. &. œ: minime fieri uidemus: non obſtat illas uocali ſubſequẽte bre
ues fieri poſſe. Nec id quod tertio loco propoſitum fuit obſtabit: cum dicebatur
non minoris poteſtatis uocales eſſe q̃ conſonantes. Cum diuerſa ſit ratio quare
duæ conſonantes: aut una duplex ad uocalem ſequentes illam producunt: &
duæ uocales in eadem ſyllaba coeuntes ſequente uocali corripiantur: cuȝ in pri
mo ratio ſit nimia ſoni aſperitas: quæ ex conſonantibus poſt uocalem in metro
exoritur. Alterius uero ratio ſit temporis breuitas: quæ in pronunciatione eiuſ
modi diphthongi ſequente uocali comprehenditur. Non etiam id obſtat quod
ſubſequenter dicebatur: non alia ratione diphthongũ a præterito cecidi abiici
niſi quia eius prima correpta eſt: in qua diphthongus ſtare non poteſt. Nam ob
id quoq; diphthongus abiicitur: quia illa remanẽte nullo pacto bræuis ipſa di
phthongus eo in loco ob conſequentiam conſonantis haberi potuiſſet: In quo
ſane loco bræuis ſyllaba ab auctoribus noſtris requiſita fuit: unde &ſi uocalis
ſequi potuiſſet remanſiſſet utiq; diphthongus: & breuis fuiſſet: quare magna
cum ratione abſq; diphthongo ſcripta fuit: & non illa qua dicebatur: quia diph
thongus. æ. bræuis eſſe non poteſt: quod falſum eſſe oſtẽdimus. Nec Diomedes
aliiq; grãmatici his quæ diximus cõtradicũt: cũ uerum dicant uocalem longã

eſſe diphthongo.ſ.ſequente conſonante: ut nos de illorum mente expreſſimus.
Sed iam ad alias græcas dictiones:quæ latinæ ſcribuntur redeundũ eſt.
D irce cũ.i.latino:&.c.exili:hoc ẽ abſq; aſpiratione ſcribit̃:fuit fœmina babylonia
adeo ſua forma tumens:ꝙ Palladi cõuiciari non formidauerit.Quare cuꝫ ſe in
palæſtinorũ ſtagno lauaret:in piſcem cõuerſa eſt qđ ſentiens filia laqueo ſe ſu/
ſpendere uoluit:ſed miſeratione deorũ in columbã cõuerſa fuit:ut latius deſcri
pſit Ouidius li.metamorphoſeos.iiii.ubi ait.Dirce quã uerſam ſquamis uelãti/
bus artus & reliqua.Fuit & altera Dirce uxor Lyci thæbarũ regis: qui cũ prius
Antiopã uxorem haberet:quæ a Ioue cõuerſa in formam ſatyri grauidata fue/
rat:ut in ea dictione uidimus:illã uelut adulteram Lycus dereliquit: & Dirceꝫ
ſuper induxit:hæc ſemel in ſuſpitionẽ adducta :ne cũ antiope Lycus cõcubuiſ
ſet:Antiopam ipſam carcerari fecit:quæ inſtante partus tẽpore: & agente Ioue
uincula rupit.Ac in monte cithærone pariẽs:natos expoſuit:quos paſtor inue/
uiens ꝓ ſuis educauit.Sed tractu tẽporis a matre recogniti:& in ultionẽ iniuri
arum inducti Lycũ interfecerunt:& thæbanorũ regno occupato Dirceꝫ nouer
cam indomitorũ taurorum caudis diſtrahendam alligarunt:qui cũ uſq; ad lo
cum limpidiſſimi fontis illã traxiſſent:fingũt poetæ in ſui nominis fontẽ con/
uerſam.fuiſſe.Quare dixit Ouidius ĩ Ibin:
Perq; feros montes tauro rapiente traharis.
Vt tracta eſt coniũx imperioſa Lyci.
D ircæus cũ.i.latino.&.c.exili atq;.æ.diphthõgo in penultima ſcribit̃ dicit̃ aoni
us ſiue thebanus.Nam pars boetiæ in qua fons eſt dircæus a Dircæ Dircæa co
gnominata fuit:Lucanus in.iiii.Cadmeaq; Dircæ.Quare Virgilius ĩ Alexi ait.
Amphion dircæus in acteo aracyntho.i.Amphion thebanus.Similiter Statius
in primo achilleidos cum narraret ſe thebana facta ſcripſiſſe inquit: ſcit dircæ
us ager:id eſt thebanus.
Dyrrhachiũ cũ.y.græco & duplicato.r.a græcis ſcribitur:quare a noſtris ſecũdũ
r.aſpirari debet ſecundũ Priſciani doctrinam:& in penultima cũ.ch. aſpirato
&.i.latino ſcribitur:fuit ciuitas in epiro.de qua Lucanus in principio li.vi. in/
quit:Dyrrhachii rapiendas tendit ad arces. Et uocata prius fuit epidannos:ut
in ea dictione uidebimus:de qua Lucanus eodem libro.
Vndiq; præcipiti ſcopulis reuomentibus equor.
Exiguo debet:quod non eſt inſula colli:
D iſcus cum.i.latino &.c.exili ſcribitur.genus eſt uaſis lati:& ob id portandis car
nibus ad mẽſam ꝗaptiſſimũ.ut oſtendit Iulius Pollux ad cõmodũ Imperatorẽ
de uocabulis rerum.hoc nõnulli ex noſtris lancẽ putauere:dicente Iuuenale in
ſatyra Si te ꝓpoſiti:Aſpice ꝗ longo diſtendat pectore lancẽ.ſ. piſcis qui ſup illo
portabatur:a cuius ſimilitudinẽ genus illud lapidis quo corpora exercebãt ue/
teres:diſcus uocabatur.Vnde Horatius in primo carminuꝫ.Neq; iam liuida ge
ſtat armis brachia:ſæpe diſco:ſæpe trans: finẽ iaculo nobilis expedito.
D yſenteria cum.y.græco & unico.ſ.atq;.t.exili:& in penultima cum.i. latino ſcri
bitur:eſt inteſtinorum exulceratio.Nam dys cum componitur ſemper qđ ma/
lum exprimit & ἔντερα inteſtina dicuntur.
D yſphilus prima cum.y.greco:penultima cum.ph. aſpirato &.i.latino atq; uni/
co.l.ſcribitur nomen ẽ fictitiũ:ꝗſi malum amicũ deſignat.nam componitur ex
dys:quod ut diximus in compoſitione ſemper aliquid mali denotat & φίλος:

quod ẽ amicus:iuxta qđ ait Iuuenalis in.iii.ſatyra. ubi de græculis loq̃t. Nõ ẽ
romano cuiq̃ locus hic ubi regnat Prothogenes aliquis uel dyſphilus.
D yſcholus cũ y græco &.ch.aſpirato ſcribitur:græcũ uocabulũ ẽ ſignificans ma
lum ac ꝑnitioſum.ſeu toleratu difficilem.Nam cõponitur a dys:& χολή:quæ
eſt cholera:quaſi mala cholera:ſeu χόλος iracundia.
D iſpondeus cũ.i.latino & abſq; aliqua diphthõgo ſcribit̃:& cõponit̃ ex dis:quod
eſt bis:& ſpondeus.de quo ĩ ſua dictiõe uidebimus. Nã pes ẽ ex duabus ſpõdeis
cõſtans:hoc eſt ex quattuor lõgis tẽporum.viii.ut oratores:condimentis.
D iiambus cũ duobus.i.latinis ſcribit̃:atq; ꝓfert̃ cõponiturq; ex dis qđ ipm̃.ſ.ſæpe
in cõpoſitiõe abiicit:& iãbus.Nã pes ẽ cõſtans ex duabus iãbis: hoc eſt ex breui
& longa:& iterum ex breui & longa:temporum ſex aut amœnitas olympii.
D itrocheus cũ.i.latino &.t.exili atq;.ch.aſpirato & abſq; diphthongo ſcribit̃:& ſi/
mili mõ pes eſt bitrocheus:ut in dictione trocheus uidebimus.Nam conſtat ex
longa & breui:& iterum longa & breui:tẽporum ſex:ut cantilena:imperator:
D iſticus cuꝫ.i.latino utrobiq; &.t.exili atq;.ch.aſpirato ſcribitur:dici poteſt a no/
ſtris geminus uerſus.Nam ex dis quod eſt bis:& ςίχος uerſus componitur.
D ithyrãbus prima cum.i.latino.ſequens cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribit̃:fuit
teſte Herodoto uir theſpiacus:a quo credimus genus illud uerſuum cognomi/
natum fuiſſe:de quibus Horatius in.iiii.carminũ inquit: Laurea donandus a/
pollinari:Seu per audaces noua dithyrambos Verba deuoluit numeriſq; fertur
lege ſolutis.
D ius cuꝫ.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris generoſus:quaſi a Ioue uel deo or
tus.ſic & apud græcos obſeruaſſe uidetur Homerus: cum ait Δῖος ἀχιλλεύς
id eſt generoſus Achilles. Eodem modo Virgilius libro.xi. æneidos. Quas ipſa
decus ſibi dia camilla.
D mois cum.m.poſt.d.in eadem ſyllaba:& cum.i.latino in fine ſcribitur: ſignifi/
cat apud nos ſeruum:qua ſane dictione quidam comici ex noſtris ad græcorũ
imitationem uſi fuerunt.Sane apud illos Δμῶος ſcribitur.ubi hæc dictio con
uertit.o.in.i.latinum:ut ſupra diximus.
D ocus cũ.c.exili ſcribit̃:dici põt latine tignũ uel trabes:qua ſane dictione utitur
Plinius li.ii.naturalis hiſtoriæ cũ ait.Emicant & trabes igneæ:ſimili mõ ꝗs do/
cus uocant:quales cum lacedæmonii claſſe uicti impium gratie amiſere.
D odona cum duplici.d.& duplici.o.ſcribitur: fuit epiri oppidum habẽs propin/
quum nemus Ioui ſacratum quernum totum atq; ideo glandibus ſuperhabun
dans:eratq; adeo nobilis quercus: ꝙ ex ea ornatiſſima fierent uaſa: ut Helenus
apud Virgilium li.æneidos.iii.Stipatq; carinis Ingẽs argentum dodonæoſq; le
betas.Vnde ab excellẽtia nemoris ait Virgilius libro georgicorum primo.
Prima ceres ferro mortales uertere terram
Inſtituit:cum iam glandes atq; arbuta ſacræ
Deficerent ſiluæ:& uictum dodona negaret.
D olon cum unico.l.ſcribitur:fuit teſte Homero libro.x.iliados troianus Eumeni
dis clariſſimi præconis filius.Vnicus tunc cum explorator ad græcos miſſus
eſt:ſed ex quinq; fratribus ſuperſtes.Vir auri æriſq; ualde locuples:illiberali ad
modum facie:ſed egregia pedum pernicitate præditus.
D onyſa cum.y.græco & unico.ſ.ſcribitur:inſula eſt in mari ægæo.
D olopes cum unico.l.ſcribitur populi ſunt theſſaliæ: ut oſtendit Lucanus in.vi.

Homerus uero li.ix.iliados in oratione phœnicis ad Achillem dixit illos in extre
ma phthiæ ora:quæ pars eſt theſſaliæ habitare. Solus Plinius iter omnes: quos
legi libro.iiii.naturalis hiſtoriæ dixit eos eſſe populos ætoliæ.

D ori cũ.y.greco in fine:nomẽ ẽ:oppidi põtici:quod apud nos lanceã ſignificat.

D oryphorus cũ.y.græco ſcribitur:dici poteſt latine ſtipator uel ſatelles. Naꝫ com
ponitur ex Δορυ:quod ẽ lancea:& φόρος portans: fuit etiã nomen uiri ꝓpriũ
de quo Quintilianus in.v.An uero ſtatuarum artifices pictoreſq; clariſſimi cũ
corpora q̃ ſpecioſiſſima fingendo pingendoue efficere cuperent: unq̃ in hunc
inciderunt errorẽ:ut Bogoã aut Megabyzum aliquem in exemplum operis ſu-
merent ſibi:ſed Doryphorum illum aptũ uel militiæ uel paleſtræ:aliorũ quoq;
iuuenum bellicoſorum & athelatarum corpora decora uere exiſtimarunt. Nos
qui oratorem ſtudemus effingere nõ arma:ſed tympana eloquẽtiæ demus. De
eodem Thucydides de bello peloponneſiaco doryphorum inquit Polycletus ef-
finxit:quam ſtatuam ſibi magiſtram ait fuiſſe Lyſippus.

D oryclus cum.y. græco &.c.:exili ſcribitur: fuit teſte Homero libro.xi.iliados fi-
lius nothus Priami:quem Aiax bello interemit:poteſtq; interpretari lanceæ glo
ria.Nam Δόρυ ut diximus lancea:ſeu haſta eſt:& κλέος gloria.

D oriſcus cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:urbs eſt littoralis thraciæ fere ex oppoſi
to ad ſamothraciam:& a Dory nympha:hoc eſt mari cognominatur:iuxta hác
teſte Herodoto li.hiſtoriarum.vii.campus eſt magnus eiuſdem nominis ꝑ quẽ
hebrus amnis defluit:in hoc campo ſtruxit arcem Darius rex perſarum Quo ĩ
loco poſt Darium ueniens Xerxes filius contra græcos uoluit exercitum ſuum
connumerare:& ordinare.Quin & naues ad portum urbis reduci fecit: ac nu
merum omnium recenſeri:Sane doriſcuꝫ dixit Plinius li.iiii. naturalis hiſtoriæ
decies centies milium hominum capax:atq; ita Xerxem ſibi dinumeraſſe.

D oris cum.i. latino ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha quædam
Oceani filia ex Thety uxore:quam Nereo fratri uxorem dedit.ex qua magnus
nympharũ numerus procreatus eſt:hæc a nõnullis interprætatur amaritudo
quæ Nereum:hoc eſt mare a νέρος: quod eſt aqua dictum: ſemꝑ conſequitur.
Quãobrem nõnunq̃ a poetis Doris ipſa pro mari ponitur: ut Virgilius ĩ Gallo
Doris amara ſuam non intermiſceat undam.

D oria & dorica cum.i.latino ſcribuntur:ac.c.exili in ſecunda: nomina ſunt eiuſ
dem partis achaiæ:quæ propinqua eſt athenis:dicẽte Platone libro legum.iii.
dori pro archiuis mutato nomine appellari propter doricum:a quo exules reſti
tuti fuerunt.Seruius uero ſuper.ii.æneidos Dorica inquit a Doro Neptuni fi
lio ducitur.Ex dorica autem ducta fuit colonia in aſiam iuxta æoliam: in qua
urbes erant teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo. limbos ielydos camiros co-
os & coidos.

D ories cum.i.latino & unico.e.ſcribitur:populi ſunt doricæ iuxta æoliam.

D oriees cum.i.latino & geminato.e.ſcribitur:populi ſunt ionum: ut oſtendit He
rodotus libro hiſtoriarum primo.

D orodoche cum.ch.aſpirato ſcribitur: fuit teſte Homero libro.xvi. odyſſeæ filia
Orſilochi:& uxor Icarii.

D orcoon cũ.c.exili ſequente geminato.o.ſcribitnr:fuit teſte Homero li.v. iliados
uir troianus ꝑgaſi filius:& Aeneæ ſocius:quẽ Agamẽnon in bello interemit.

D ortiũ aliq cum.t.nõnulli cum.c.abſq; aſpiratione:&.i.latino ſcribũt nomẽ fuit

fœmine diminutionis ſiue adulationis amatoriæ cauſa ſic prolatum: & a Δώ
ρου ſic deductum:quaſi dulce & amabile donum.

D raco cum.c.exili ſcribitur:& ut ſcribit Plinius li.viii.naturalis hiſtoriæ:& Soli-
nus ſimiliter ueris draconibus ora parua ſunt:& ad modnm nõ dehiſcentia: ſꝫ
arctæ fiſtule:ꝑ quas trahunt ſpiritus & linguas exerunt: qppe nõ in dentibus
uim:ſed ĩ caudis habeãt:& uerbere potius q̃ rictu noceãt. de quo late Lucanus
li.ix.ſcripſit:& teſte Pli. in præfato libro dracones uiginti cubitorum apud in
dos & ethiopas ſunt:in quorũ maritimis dicit quaternos quoſq; inter ſe cratiuꝫ
more contextos:erectis capitibus uelificantes ad meliora pabula arabiæ flucti-
bus uehi.de quo forte Lucanus li.vi.intellexit cũ ait:Nõ arabũ uolucer ſerpẽs
innataq; rubris Aequoribus cuſtos precioſe uipera conchæ. Vocamus etiã dra
conem teſte Plinio li.xvii.naturalis hiſtoriæ palmitẽ ut ait emeritũ pluribus ĩ-
duratũq; annis qđ ex tortuoſitatum ſimilitudine acceptum puto.

D racæna cum.c.exili &.æ.diphthongo ſcribitur:eſt draconis fœmina.

D rachma cum.ch.aſpirato ſcribimus:qđ nõnulli moderniores in.g. ob litterarũ
affinitatem cuertunt. Et ex decẽ & octo ſiliqs. hoc eſt tribus ſcrypulis cõſtare
dicebatur:ut uidebimus in dictione talentũ.Fuit etiã drachmon teſte Iulio Pol
luce de uocabulis rerũ ad Cõmodum Cæſarem athenienſum nomiſma: qđ ut
ait bos etiaꝫ uocabatur:quia eiuſmodi animalis figura deſignatus erat. De quo
in legibus Draconis ſe ſcriptum cõperiſſe aſſerit: Et forſitan de illo ĩtellexit Ho
merus li.vi.iliados.quũ taxat Diomedis & Glauci arma quæ inuicem permu-
tarũt.Ita ut Diomedis arma nouẽ bobus & Glauci centũ taxata dixerit.Quod
ſane Plinius de animalibus expoſuit.

D repanum cum.e.abſq; diphthongo:&.p.abſq; aſpiratione ſcribitur:urbs eſt ſici
liæ:haud longe a monte eryce trans ꝓmontorium lilybei:dicta teſte Seruio ſuꝑ
iii.æneidos uel a curuitate littoris:ĩ quo ſita eſt:uel a falce:quã Saturnus poſt
amputata uirilia.Cælio patri illuc ꝓiecit.Vbi ex cruore. Cælii & ſpuma maris
Venerem natã quidam poete fabulantur. Alii id Ioui imponunt: qui id idem
Saturno effecerit.De drepano uero inquit Ouidius libro faſtoruꝫ Quiq; locus
curuæ nomina falcis habet.Ham Δρεπανη græce latine falx dicitur.

D reſus cum.y.græco abſq; diphthongo ſcribitur:fuit teſte Homero lib.vi. iliados
uir troianus ab Eurialo in bello interfectus.

D ryades cum.y.græco ſcribitur:ſunt nymphe a quercubus denominatæ quia ſil
uas habitare dicebantur.Nam quod græce Δρυσ:apud nos quercus dicitur.

D ryas cũ.y.græco ſcribitur:fuit teſte Homero uir theſallus: & amicus næſtoris.

D rylon cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:fluuius eſt dalmatiæ: q teſte Ptolemæo
a ſcardo monte ꝓfluẽs:& per mediã ſuperiorẽ myſiã ꝑgens:in danubiũ influit.

D ryme cum.y.græco ſcribitur:fuit teſte Herodoto achiuorum colonia.

D ryopis prima cum.y.græco:& ultima cum.i.latino ſcribitur:prouincia eſt a re-
ge cognominata.quæ primo attica:poſtea helles dicta fuit.

D ryopes cum.y.græco ſcribitur:populi ſunt iuxta parnaſum montem inſidẽtes
& teſte Seruio Apollinem maxime uenerantes.hos phocenſes Vibius eſſe dixit.
de quibus Virgilius libro æneidos.iiii.meminit cum ait:Creteſq; Dryopeſq; fre
munt:pictiq; agathyrſi.

D ryidæ cum.y.græco ſequente.i.ſcribitur:fuerunt gallorũ religioſi quidã & ſapi
entes a quercubus denominati: qa ĩ ſiluis habitare cõſueuerãt. Vnde Lucanus

libro primo ad illos locutus inquit:Nemora alta remotis In colitis lucis: Et Pli.
in fine lib.xvi.naturalis hiſtoriæ:Nihil inquit habent dryide.Ita enim galli ſu-
os appellant magos.Hos Ariſtoteles in libro de Magia & Socion in libro ſucceſ-
ſionuꝫ diuini humaniq; iuris pitiſſimos dixere:ac præterea religioni deditos: &
ſemnotheos appellatos.i.caſtos & uenerabiles:Quorũ ritũ & mores Lucanus la
te proſecutus eſt:& quædam Plinius tetigit:ſed ut ait Suetonius in uita Clau-
dii:dryidarum religionem apud gallos dyræ imanitatis tantũ ciuibus ſub Au
guſto interdictam:Claudius imperator quintus penitus oboleuit.

D romos cum.r.ante.o.ſcribitur:dicitur latine curſus: & accipitur non ſolum ꝓ
actu:ſed pro loco ubi curritur.Suetonius in uita Neronis:Elephãto ſuperſedẽs
peragratum dromorum decucurrit.

D ulichium cum.i.latino utrobiq; & unico.l.atq;.ch.aſpirato ſcribitur: inſula eſt
in malliaco mari una echinadum:hoc eſt teſte Plinio libro.iiii. naturalis hiſto
riæ corintho proxima ante leucada:& achaiam poſita:ab ortu uidens ſtropha-
des:& ab occaſu ithacham:in qua quidem regnauit Vlyxes.unde dulichius di
ctus eſt.

e Bur ſine aſpiratione uel diphthongo:cum primaꝫ breuem ha
beat:ſcribitnr: & græcam habere originem atq; a barrhiendo
nomen aſſumere quidem uolunt.Vnde eborea magis q̄ ebur-
nea in ꝓſa dicere debemus: ut apud Quintilianum in.vi. de
inſtitutiõe oratoria:ut Chryſippus inquit cum in triumpho
Cæſaris eborea oppida eſſent trãſlata.Et poſt dies paucos Fa-
bii Maximi lignea ſtechas eſſe oppidorum Cæſaris dixit.Vlpianus de legatis.iii
Quod ſi inqt in codicibus ſint membraneis: uel chartaceis uel etiaꝫ eboreis: uel
alterius materiæ:uel cæratis codicillis:& paulo poſt ſubdit eboream bibliotra-
hecam emit.Inuenitur etiam eburna.

E cameda cum.c.exili ſcribitur:fuit teſte Homero lib.xi.iliados magnanimi Arſi
noi filia forma deabus æquanda:quam a cæteris græcis electaꝫ Neſtor quod cõ
ſilio reliquos antecelleret:ſibi donatam e tenedo ad græcoruꝫ caſtra deportauit
cui illa decore & iucunde miniſtrabat.

E chenes cum.ch.aſpirato & abſq; diphthongo ſcribitur:& fuit teſte homero libro
vii.odyſſeæ omnium phæacum generoſior.

E chidna cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dicit̃ latine uipera: ſed illã maxie
accipimus:quæ ab Hercule interfecta fuit:dicente Ouidio libro faſtorum.v.
Sanguine centauri lerneæ ſanguis echidnæ
Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat.

E chinæis cum.ch.aſpirato &.i.latino atq; unica.n.ſcribit̃:ac penultia ꝑ æ diph
thõgũ:Genus ẽ paruorũ piſciũ:ut ſcripſit Pli.li.ix. naturalis hiſtoriæ: &.xxxi.
eiuſdẽ uoluminis dixit idẽ auctor ſemipedales & admirãdæ uirtutis eſſe. Ita ut
nauis cui adheret echinæis.lꝫ plenis uelis ꝑ mare decurrat:& cũctæ maris ꝓcel
læ deſeuiãt:q̃ſi radicatã & immobilẽ firmet:de quo Lucanus libro:vi.
Non pupim retinens euro tendente rudentes.
Immediis echinæis aquis.dicit̃ autẽ echinæis ab ἐχῶ.i.teneo:& ναῦσ hoc eſt a
continendis nauibus:Sed echinus alius eſt piſcis optimi ſaporis: cuius cibum
plures conferre bonitates oſtendit Diaſcorides. Quin & iucundi ſaporis ex eo

fuiſſe uidetur:quod delicatiſſimi homines illo delectabãtur adeo: ut dicat Iu-
uenalis in ſatyra Criſpini tunc quoq; de domiciano locutus.Et ſemel aſpecti lit
tus dicebat echini. Vnde eos precipue ad littus meſſenum oriri oſtẽdere uidet̃
Horatius cum ait:Oſtrea circæis.meſſeno oriuntur echini. A quibus ob ſimili
tudinem ſpolia caſtanearum dicuntur echini: eo ꝙ pungunt ut illi Martialis
in ultimo.
Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta
Cortice depoſita mollis echinus erat.

E chinades cum.ch.aſpirato:&.i.latino ſcribitur:inſule ſunt teſte Herodoto libro
hiſtoriarum.ii.in maleaco mari ex oppoſito ad hoſtium acheloi.Homerus uero
libro ſecundo iliados addidit ex oppoſito ad helidem: & declinatur ſecundum
omnes poetas:& Homeruꝫ libro.ix.odyſſeæ echinas echinadis.Sed libro iliados
ii.declinauit echina echinæ cum ait. Δουλιχιοιο ἐχινάων. Nec dixit ἐχινά-
δων ut ipſe alibi:& alii poete conſueuerunt:ut nonnulli eius expoſitores ãno-
tauere:quod ideo dixi:quia certo apud quendam auctorem ex noſtris ſic quoq;
declinatum comperi:nec iam recordari ualeo cuius:& apud ſenecam eſt in tro
ade:ubi dicit:Quolibet uento faciles echinæ.

E cyra cum.c.exili &.y.græco ſcribitur:dicitur a noſtris: ſed eo uocabulo utitur
Terentius cum ait.Ecyra eſt huic nomen fabulæ. Vnde Modeſtinus de gradi-
bus & affinitatibus ait:Viri pater uxoriſq; ſocer.mater autem ſocrus appellat̃:
cum apud græcos proprie uiri pater ἑκυρος.mater uera ἑκυρα uocatur.

E chẽmon abſq; aliqua diphthongo:& cum.ch.aſpirato atq; geminato.m. ſcribit̃
fuit teſte Homero li.v.iliados Priami filius:quẽ Diomedis in bello occidit.

E cbaſis cum.c.exili ſubſequente.b.&.i.latino ſcribitur:dici poteſt a nobis excur-
ſus. nam cõponitur ex ἐκ & βαδισμα: quod eſt greſſus: ut Virgilius libro ge-
orgicorum primo deſcribens tempeſtatem præcauendam a ruſticis.

E ctaſis cum.c.&.t.exilibus atq;.i.latino ſcribitur:dici poteſt a nobis productio:
nam ab ἐκτινω:quod eſt produco deriuatur:& eſt quando breuis ſyllaba in lõ
gam producitur:Virgilius:Italiam fato profugus.& Exercet diana choros. Iteꝫ
teſte Seruio ſuper.iii. georgicorum fecit ectaſim Virgilius in hoc uerbo reiicio
cum ait.Reiice ne maculis infuſceret uellera pullis:& li.x.æneidos ſic ait: Atq;
oculos rutilorũ reiicit aruis.Nã cuꝫ re naturaliter breuis ſit:a Virgilio utrobiq;
ꝓducitur:licet aliq excuſent:ꝙ aliquãdo in declinatione poſitõe ꝓducit̃:ut cũ
primũ.i.in conſonantẽ cõuertit̃:ut reieci reieceram:ſed ut ait argumentũ hoc
magis ẽ q̃ ratio.Nam ut ſupra uidimus.i.pro ſimplici conſonante ponitur.

E cthlipſis cum.c.exili &.th.oſpirato atq;.i.latino utrobiq; ſcribitur:dici poteſt ex
preſſio quando.ſ.ſequente uocali littera uel ſyllaba precedentis dictionis expri-
mitur:ut Multum ille & terris iactatus & alto:ubi.u.cuꝫ.m.exprimitur:& mil
le aliis in locis & eadem figura eſt:quæ alio nomine uocatur ellipſis.

E do cũ.e.abſq; diphthongo ſcribitur:& græcũ ac latinũ ẽ:ſed in diuerſo ſignifi-
cato.nã cum græcum eſt:ideꝫ ſignificat quod comedo.Homerus libro.vii.odyſ
ſeæ de phæacibus locutus inquit πινόντεσ καὶ ἔδοντεσ: hoc eſt bibẽtes & e-
dentes:& primã detinet breuem.Dũ uero latinũ ex.e. præpoſitiõe componitur
& do:quaſi extra do:ſiue præbeo:& primam habet longam. Nam tunc quoq; li
bros edere dicimus:cũ illos publicamus.unde apud iuriſconſultos titulus ẽ de
edendo.Et apud poetas nonnũq̃ pro producendo & pariendo ponit̃.Virgilius

in bucolicis: Nec generis noſtri puerum nec ſanguinis edunt.

E dya cum.y.græco &.i.latino in diphthongũ coniunctis ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Oceani & Tethyos filia.

E ythales cum.y.græco &.th.aſpirato ſcribitur: urbs fuit in ponto.

E etion cum geminato.e.&.t. exili atq;.i.latino ſcribitur: habetq; accentu3 in antepenultima: fuit teſte Homero libro.vi.iliados pater Andromaches dilectiſſimæ uxoris Hectoris: qui apud opulentas ciliciæ thebas agens cilicẽſibus imperabat Et ut ibidem oſtendit: ab Achille cum ſeptem filiis interfectus fuit atq; eius urbs thebarum euerſa. Alius fuit hoc nomine: qui teſte Cleomene in ſtromateis ſamothracum cerimonias rituſq; conſtituit.

E geſtha abſq; aliqua diphthongo: & cum.th.aſpirato ſcribitur: fuit filia Hippotiſ troiani: quam ne marinæ beluæ ob periuria Laomedontis ſecundum Appollinis reſponſa traderetur: pater impoſitam nauiculæ miſit quo ſors tuliſſet: quæ tandem ad ſiciliam delata: a crimniſio fluuio in canem conuerſo compreſſa Aceſtem edidit: ut in ea dictione uidimus: & ab ἐγείρονσαι: quod eſt ſurgo: & τεθῆ poſita: quaſi expoſita ſurgens.

E ioneus cum.i.latino & abſq; diphthongo ſcribitur: habetq; accentum in antepenultima: fuit teſte Homero libro iliados.vii.unus ex græcorum principibus qui ad troiam uenerunt ab Hectore interfectus. Alter eodem nomine fuit thrax genere: & pater Rheſi illius regis: qui teſte Homero libro.x.iliados noctu a Diomede & Vlyxe interfectus fuit.

E lectra abſq; aliqua diphthongo &.ct.exilibus ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Oceani & Tethyos filia: uxorq; Atlantis: quæ illi Hyam uirilis ſexus genuit: & filias quinq; fœmellas. Quarum una ut nõnulli uolunt etiam Electra dicta fuit: quæ Ioui Dardanum peperit: dicente Virgilio li.æneides.viii

Dardanus iliacæ primus pater urbis & auctor.

Electra ut graii perhibent atlantide cretus: & ſubdit.

E lectram maximus atlas Edidit: æthereos humero: qui ſuſtinet orbes. Similiter Ouidius libro faſtorum.iiii. Dardanon electra quis neſcit atlantide natum. At uero Seruius Atlantem hunc Electre patrem non illum: quem dixit Virgilius ſed regem quendã fuiſſe Italiæ memorat. Altera fuit Electra Oreſtis ſoror: quæ illum e manibus Clythæmneſtræ matris: & Aegiſti uictrici liberauit: de qua late Sophocles in tragœdia: que ἤλεκτρα inſcribitur.

E lectryon cu3.ct.exilibus &.y.græco ſcribitur: fuit Amphitryonis frater: & filius Alcæi: ut teſtis eſt Heſiodus in aſpide.

E legia cum.e.abſq; diphthongo &.i latino ſcribitur: dici poteſt latine miſerabilis ſiue miſeria. Nam prouenit ab ἔλεοσ: quod eſt miſericordia: & apud noſtros h3 accẽtum in antepenultima: ut Ouidius libro.iii.de ſine titulo: Venit odoratos elegia nexa capillos. hinc uerſus illos elegos diximus: qui cum impares ſint: miſerabiles hominum erũnas. amorũq; labores decantãt. Vnde bene Horatius in præceptis poeticis inquit: Verſibus impariter iunctis querimonia primu3. Poſt etiã uoti incluſa eſt ſententia compos. Quibus ut ait Quintilianus græcos prouocamus. Et omnium ille elegantiſſimum & terſum putat Tibullum. Scripſerunt & alii ut Propertius Ouidius & Gallus. Apud græcos uero princeps habitus eſt Callimachus: ſecundus Philetas.

E leon cum unico.l.&.e.abſq; diphthongo ſcribitur: fuit ciuitas boetiæ: de qua meminit Homerus libro.x.iliados.

E lis abſq; aſpiratiõe principii: & cum unico.l.atq;.i.latino ſcribitur: urbs fuit arcadiæ: iuxta qua3 alpheus fluuius orit̃: hoc eſt iuxta eius oppidi circu3: ubi curſu exercebantur eq. unde adiectiuũ eleus elea eleũ deriuat̃. Horatius in.iiii.carminũ. Siue quos elea domũ reducit: palma cæleſtis Pugilẽue equũue. Virgilius in iii.georgicorũ: Hic uel ad elei metas: & maxima campi ſudabit ſpacia.

E lemoſyna abſq; aliq̃ diphthõgo: & cum.y.græco ſcribitur: deduciturq; ab ἐλεῶ quod eſt miſereor.

E lenchus cum unico.l.&.ch.aſpirato ſcribit̃: dici poteſt a noſtris redargutiuus Ideo dicũtur ſyllogiſmi elenchi: hoc ẽ redargutiui & ſophiſtici elenchi: hoc eſt apparentes redargutiui. Sumitur & nõnunq̃ ꝓ lapide precioſo: ut Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiam: Auribus extenſis magnos cõmiſit elenchos.

E lephas & elephantus: utrunq; apud nos comperitur: & cu3.e. abſq; aliqua diph thongo &.ph.aſpirato ſcribitur:: & ut teſtatur Solinus duo ſunt genera elephãtum nobiliores indicat magnitudo. Minores nothos dicunt: candore dentium intelligitur iuuenta. nobiliores ſunt indici q̃ mauritani. biennio ut diffiniuit Ariſtoteles utero graueſcunt. Nec amplius q̃ ſemel gignunt: nec plures q̃ ſingulos. Viuunt annos trecentos: odorem muris uel maxime fugiunt. Similiter grunitum ſuis: elephantes eodem Solino teſte anno urbis conditæ trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo Italia in lucanis primo bello epirotico uidit. Sane elephas habet accentum in le. modo græco non latino.

E lephantina cum cum.t.exili &.i.latino ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſecundo urbs clariſſima diſtans a thebis ægiptiis uiginti & octingentis ſtadiis.

E leuſis uel eleuſin cum unico.l.&.i.latino ſcribitur: & teſte Seruio in primum georgicorum uerius in.n.deſinit quod in obliquis habet q̃ in.s.ut eleuſinos: ſicut delphinos & attinos. fuit urbs in thera inſula ſub euboia iuxta atticã: ut oſtendit Ptolomæus in geographia. Quare dixit Seruius ciuitatẽ eſſe atticæ prouinciæ haud longe ab athenis. in hac Triptolomus natus eſt: ut in ea dictiõe uidebimus ab hac tota inſula eleuſina dicta fuit.

E lice cum unico.l.&.i.latino atq;.c.exili ſcribitur: fuit primo nomen oppidi cuiuſdam achiuorum in peloponneſo: ut dixit Iginius: in quo Caliſtonem natam ferunt: & a quo elicen denominari uolunt In hoc teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo iones fugati ſunt ab achiuis: Cum ergo Caliſtonem in maiorem urſam uerſam dicamus: conſueuimus elicen pro maiori urſa intelligere: ut Cicero libro.ii.de natura deorum referens uerſus arateos oſtendere uidetur: cum ait. Aduerſum caput huic elice truculenta tuetur.

E liſa cum unico.l.&.i.latino atq; unico.ſ.ſcribitur. fuit nomẽ propriũ Didonis nam Dido lingua phœnicia uirago latine exprimitur.

E lyſium ſine aliqua aſpiratione in emendatiſſimis codicibus græcis ſemper comperi: ſecunda cum.y.græco.& penultima cum.i.latino ſcribitur: nec unq̃ cum duplicato.l. ſcribi uidi: ut nonnulli inſcii uolunt: & ut dicunt poetæ elyſium in medio inferorum eſt ſuis fœlicitatibus plenum. Virgilius in.vi. Solẽq; ſuum ſua ſydera norunt. Philoſophi uero quidam dixerunt elyſium eſſe inſulas fortunatas. de quibus late Horatius in epodo dixit incipiens his uerſibus. Manet oceanus circũuagus arua beata.

Petamus arua diuites & in ſulas.
Reddit ubi cererem tellus inarata quot annis.
Et imputata floret uſq; uinea:quas Saluſtius in hiſtoriis inclytas eſſe dixit Ho
meri carminibus.ſecundũ theologos uero teſte Seruio in.v.æneidos eſt elyſium
circa lunaré circulũ:ubi iá aer purior eſt dicẽte Virgilio:Aeris in campis:& Lu
canus:Quodq; patet terras inter lunæq; meatus Non illic auro poſiti: nec ture
ſepulti Perueniunt:tunc genus omne tuum & quæ dentur mœnia diſces.

E logium ab aliquibus græcis cum duplicato.l.ſcribitur:a nobis uero cum unico
tantũ:& eſt apud nos teſtificatio de aliquo ſiue honoris ſiue uituperationis cau
ſa.Vituperationis quidẽ ut Quintilianus.Non eſt iudices quod putetis: iõ nul
lum adiectũ ad exhæredationem iuuenis elogium:quia de ſcelere cõſtaret.Mo-
deſtinus iuriſconſultus Deſertorem inquit auditum ſuum iudicẽ cum elogiũ
i.cum uituperatione mutat.Honoris uero cauſa ut Cicero: In quod elogiũ plu
rimæ conſentiunt gentes:& iterum quid elogia ſepulchrorum:quæ qualia ſint
Suetonius in Claudii uita oſtendit dicens: Nec contentus elogiũ tumulo eius
uerſibus a ſe compoſitis inſculpſiſſe:etiam uitæ memoriã proſa oratione cõpo-
ſuit.Cicero Solonis quidem ſapientis elogium eſt:quo ſe negat uelle ſuam mor-
tem dolore amicorum & lachrymis uacare.

E lpenor abſq; aliqua diphthongo ſcribitur:fuit comes Vlyxis.qui teſte Homero i
odyſſea a Circe cum aliis ſociis conuerſus fuit in porcum: dicente etiá Iuuena-
le in ſatyra:Quis neſcit uoluſi:Et cũ remigibus gruniſſe elpenora porcis.

E llipſis cũ duplicat.l.&.i.latino ſcribitur:tráſfert a Quintiliano detractio: ná cõ
ponitur ex ἐκ & λείπω:quod eſt deſero.Vnde aliqui penultimá quæ ẽ diphthõ
gus ei in.i.longá conuertunt:nõnulli in.e.& dicunt ellepſis cum.e. in antepen
ultima:& eſt figura cũ in ſcanſione abiicitur cõſonans in fine dictionis cũ præ-
cedenti uocali:quando.ſ.ſequens incipit a uocali:quod frequenter de.m.conſo
nante obſeruat.Virgilius in primo æneidos.Multum ille & terris iactatus.Ho-
ratius libro ſermonum : Omnibus hoc uitium eſt cantoribus inter amicos: &
eſt eadem figura cum ea:quam ſupra ecthlipſim diximus.

E mbryo iam a latinis omnibus dicit:& maſculini ponit:ac cũ.y.græco ſcribitur:
ſed apud græcos neutrũ ẽ:& ἔμβρυον dicit qđ denotat ítus germinás:ac ſcatu
riens.Ná cõponit ex ἐν:qđ intus hic deſignat:& βρύω germino: id quoq; ẽ qđ
in utero matris uiuit:anteq̃ linementa ſuæ ſpeciei accipiat.

E mathia abſq; diphthongo & cũ.th.aſpirato atq;.i.latino ſcribitur:regio eſt quæ
teſte Gellio li.xiiii.noctium atticarum poſtea macedonia dicta fuit:ut in ea di-
ctione uidebimus:nam alibi a rege nomen aſſumpſiſſe comperi.

E mpedocles cuũ.c.exili ſcribitur:fuit teſte Hippobato Metonis filius:& eius auus
Empedocles agrigentinus uir inſignis.Thelanges uero dixit illum filium fuiſſe
Archiomi:habuitq; fratrem teſte Fauorino in cõmentariis Callicradẽ nomine:
fuitq; Empedocles Pythagoræ auditor:ut Timæus atteſtat:& primus oratoriæ
inuentor:quẽadmodũ Zeno dialecticæ:ut ſcripſit Ariſtoteles libro de ſophiſtis
Refert Satyrus eum medicum fuiſſe & oratorem optimum: eiuſq; diſcipulum
Gorgiam leontinum:q de arte rhetorica ſcripſit:quem Appollodorus in chroni
cis tradidit centũ & nouẽ ætatis ãnos impleſſe.hunc ait Satyrus dicere ſolitũ ſe
adfuiſſe Empedocli Magicá exercẽti.Ipſũq; in poematibus id ꝓfiteri: & cõplu-
ra alia:ut pharma:quibus morbi & ſenectus arceantur:noxii uentorum flatus
pellantur:ſalubres inducantur mortui reuiuiſcãt.Ideo eũ multis modis admi
ratione dignum dixit Thyrrhenus in.xix.hiſtoriarum li. Eidẽ teſte Zãto cum
regnum offeret:cõſtanter renuit.carius.ſ.amplectens uitæ ſimplicitatẽ q̃ regũ
delicias.Scripſit uerſu tranſitũ Xerxis:& alia non nulla:quæ poſtea ſoror eius:
uel ut alii dicũt filia cõbuſſit.Scripſit tragœdias:quas tamen Heraclides Serapi
onis filius alterius fuiſſe dixit. Hieronymus uero hiſtoricus dixit ſe illius qua-
dragintatria opuſcula legiſſe.Ariſtoteles etiam ſæpiſſime illius opíones rettulit
cum olympia adiſſet omnium in ſe uertebat ora.Nullius magiſq̃ eius mentio a-
pud omnes fiebat.Idem teſte Timæo carmine ſe deum dixit.Floruitq; teſte Gel-
lio libro.xvii.noctium atticarum eo tempore quo Fabii apud cremeram interfe
cti ſunt.Mortem uero eius diuerſi diuerſimode rettulerunt:Nam dicunt aliqui
ꝙ cum agrigentum conderetur:& illius inſtituto inimicorum nepotes obſiſte
rent:ille merore in peloponneſum decedens:diem obiit.Heraclides uero ait: qđ
cum intereſſet ſacrificio ad Pyſianactis agrũ una cum multis & peracto ſacro
alii in diuerſis locis uillæ huc & illuc euntes:ſub arboribus ſe componẽtes quie
ſcebant:ipſe ſolus Empedocles in ſuo loco manſit: ubi accubuerat ad ſacrum:
ſed mane cæteris ſurgentibus ipſe non inuentus. Aliis de eo nihil ſcientibus. di
xit unus ex ſeruis ſe media nocte uocem audiuiſſe magnam uocantem Empe
doclem:Cunq; ſurrexiſſet nihil præter lucem uidiſſe:& tædarum ſplendorem.
At uero Hippobatus dixit illum cum ſurrexit ætnam petiiſſe ſeq; in ignes iæ
ciſſe:ita ut cum fidem cuperet facere ſe deum effectum eſſe : flammis conſum
ptus fuit.poſtea rem agnitam & exploratam fuiſſe: cum una ex illius crepidis
ui flamme ad exteriora reiecta atq; comperta fuerit. Quam opinionem ſecutus
Horatius circa finem ſuæ poetriæ inquit:Siculiq; poetæ
Narrabo interitum deus immortalis haberi:
Dum cupit empedocles:ardentem frigidus ætnam:
Inſiliit.Sunt & alii qui aliud ferunt:ſed hæc ſufficiant.

E mphaſis cum unico ſ.poſt.a.&.i.latino ſcribitur:figura eſt cum maius dicitur:
ſub quo etiam minus intelligere uolumus.Virgilius libro georgicorum primo
Cum iam ſacræ deficerent ſiluæ:& uictum dodona negaret: hoc eſt non ſolum
aliæ:ſed etiam ſacræ.Nam teſte Seruio harum ſterilitas aliarum denotat in fœ-
cunditatem.

E mpiricus cum.i.latino ſequente.c.exili ſcribitur:dici poteſt a noſtris experimẽ
tator.& deducitur ab ἐμπειρία:quod eſt experimentum.

E mpyreum cum.y.græco ſcribitur:dici poteſt igneum.nam a πῦρ:quod ẽ ignis
deſcendit. ſed ut dicunt theologi magis ab ipſius ignis ſplendore: q̃ ab igne de
nominationem aſſumpſit.

E mplaſtrũ cũ.ſ.imediate poſt.a.&.t.exili ſcribit:dici põt a noſtris fictũ ſeu ĩfor
matũ.Ná ex ἐν præpoſitiõe:quæ ſignificat in & πλάττω: qđ eſt fingo ſeu for
mo cõponitur.Vnde ex diuerſis rebus cõfingi & formari conſueuit.

E mporium cum.i.latino ſcribitur:locus eſt mercatus uel nundinationis.& a πο
ρίζω:quod eſt mercor uel acquiro deducitur:quaſi emptorium.

E natioſis cũ.t.ſimplici:&.i.latino utrobiq; ſcribit:dici põt latine refragatio.

E ncænia cum.c. exili &.æ. diphthongo in antepenultima:&.i. latino in penulti
ma ſcribitur:dici poteſt a noſtris inuocatio.Nam componitur ex ἐν præpoſitio
ne:quod eſt in:& καινίζω nouo.

E nceladus cũ.c.exili:&.e.abſq; diphthõgo ſcribiť:fuit Titani & Terræ filius:quẽ
fulmine a Ioue ictũ:& ætnæ mõti ſuppoſitum dixit Virgilius li.æneidos.iii.

E nchiridion cum.ch.aſpirato.&.i. latino utrobiq; ſcribitur: dici poteſt a noſtris
manuale.Nam componitur ex ἐν præpoſitione:& χειριδιον:quod eſt diminu
tiuum a manu deductum.

E dromys cum.y.græco ſcribitur:genus eſt ueſtimenti uilloſi & hyemalis: de quo
Iuuenalis ĩ ſatyra tertia inquit.Igniculũ brunæ ſi tẽpore poſcas: Accipit endro
myda:& tyrium ueſtimentum eſſe oſtendit cum ait:in ſatyra Credo pudicitiaʒ
Endromydas tyrias & fœmineũ ceroma Quis neſcit.

E ndiadis cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:& eſt figura cum duo diuerſa nomina ĩ
unam conuenientiam cõiunguntur:ut Virgilius li.georgicorum.ii. Pateris li
banus & auro.i.pateris aureis.& li.i.æneidos. Moleq; & montes inſuper altos.i.
molem montium.Idẽ li.iii.In partẽ & prædã.i.in partem prædæ.

E ndymion cum.y.græco in antepenultima &.i.latino in penultĩa ſcribitur:fuit
paſtor q Lunã a poetis diciť amaſſe:a q̃ primũ repulſus poſtq̃ albos eius greges
aliquãdiu pauit:in eius gratiã ſuſceptus eſt:& ut dixit Cicero li.ii.tuſculanarũ
Cum ſup lamio mõte ioniæ obdormiſſet:a luna deoſculatus eſt. Iuxta quod di
xit Ouidius li.iii.de arte amãdi.Lamius endymion nõ ẽ tibi luna pudori. Ideʒ
Virgilius li.iii.georgicorum tetigit cũ ait.Munere ſic niueo lunæ: ſi credere di
gnum eſt.& reliqua quæ Macrobius li.ſaturnaliuʒ egregie expoſuit: & Plinius
li.ii.hiſtoriæ naturalis figmentum omne enodauit.

E nergia cum.i.latino ſcribitur:quiq̃ apud græcos ſit ei diphthongus:dici poteſt
latine efficacia.Vnde Hieronymus:habet neſcio quid latentis energiæ uiuæ uo
cis actus:& cõponitur ex ἐν præpoſitione:& ἐργειν:quod eſt operari:& inde e
nergumenos actiuus.Eſt etiam energia figura quædam: qua rerum geſtarum
aut quaſi geſtarum ſub oculis fit inductio.

E nipeus cum.i.latino:&.p.abſq; aſpiratione ſcribitur:fuit teſte Homero li.viii. ili
ados generoſi Lebei troiani filius & Hectoris auriga dilectiſſimus: quẽ Diome
des lancea:quam in hectora contorſit interfecit.

E nipheus cum.i.latino&.ph.aſpirato atq; eu diphthõgo ſcribitur:fluuius ẽ theſ
ſaliæ ab othry monte defluens:qui in apidanũ ſeſceleri curſu præcipitat:iuxta
quod fuit horrendũ illud prælium inter Cæſarem & Pompeium: quod totum
cõcuſſit orbem:dicente ipſo Pompeio apud Lucanum li.vi. Sanguine romano
q̃ turbidus ibit Enipheus.Et ſubiunxit cum ordinaret acies bellaturas.
Et iuxta fluuios & ſtagna undantis eniphei
Cappadocum montana cohoris.& largus habenis.
Ponticus ibat eques.

E nnoſigæus cũ duplici.n.& unico.ſ.ſequente.i.latino &.æ. diphthongo in pẽul
tima ſcribiť:nomen eſt Neptuni cõpoſitũ ex ἔννω:qđ ẽ cõcutio & γαιαν terrã
eo ꝙ mare fluctibus terram cõcutere dicitur: exquo pro Neptuno græci poetæ
poſuerunt.ut Homerus li.vi.odyſſeæ οτε μέρραιε κάυτόσ ἔννοσιγαιος:queʒ
imitatus Iunenalis in ſatyra Omnibus in terris ait de Xerxe.Ipſuʒ compedibus
qui uinxerat ennoſigæum.Itaq; Gellius libro.ii.noctium atticarum cauſas ter
ræ motus ſub dubio explicans inqt. Ventorũ ne ui accidat ſpecus hiatuſq; ter
ræ ſubeuntiũ:an aquarũ ſubter in terrarũ cauis undãtiũ Luctibus pulſibuſue
ita ut uidentur exiſtimaſſe antiquiſſimi græcorũ: qui Neptunũ ἐννοσιγαιον

appellauerunt:an cuius aliæ rei cauſa nondum etiã pro certo creditum.

E nope cum.e.abſq; diphthongo:& unico.n.ſcribitur:urbs fuit in argo non lõge
a pylo ſub regno Agamemnonis

E nthymema cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:genus eſt argumenti ex uno
aſſumpto concludens: ut homo eſt ſubſtantia: ergo & animal eſt ſubſtantia.
Quare feſtinus & imperfectus ſyllogiſmus dicitur:ad quod perficiendum aſſũ
pti pars defuit:quæ eſt omnis homo eſt animal.Ideo Iuuenalis in ſatyra Credo
pudicitiam ait:Aut curuum ſermone rotato Torqueat enthymema.

E panalepſis cum unico.l.ſequente.e.atq; ultima.ſp.&.i.latino ſcribitur: dici po
teſt latine replicatio uel repetitio.Componitur enim ab ἐπι:& ἀνα:quæ duo ſi
mul & re:& iterum denotant:atq; ληψισ: quod eſt acceptio. Nam tunc quoq;
fit:cum una dictio in principio uerſus aſſumpta iterum in fine eiuſdeʒ uerſus
reſumitur:ut Virgilius libro primo æneidos:Multa ſuper Priamo rogitãs: ſup
Hectore multa.& Iuuenalis:Creſcit amor nũmi quantum ipſa pecunia creſcit.

E panodos cum unico.n.ſcribitur:dicitur a noſtris regreſſio.Naʒ componitur ex
ἐπι & ἀνα:quæ duo ſimul etiam retro indicãt:& ὁδὸς uia quaſi retro poſt uiã
hoc eſt regreſſionem indicet:ut principatus bonus:eſt non autem bonus: qui ĩ
tyrãnidem commutatur

E paminundas cum.i.latino ſcribitur:fuit clariſſimus uir thebanus Polymini fi
lius inter primos græciæ duces habitus.fuitq; philoſophus ſummus: & adeo re
bus omnibus præfulgens:quod teſte Iuſtino libro.vi.cum eo thebanorum glo
ria orta ſimul & extincta uiſa fuerit. Nãq; teſte Aemilio probo: erat modeſtus
prudens:grauis temporibus ſapienter utens:peritiſſimus belli:fortis manu:ani
mo maximo:adeo ueritatis amicus:ut ne ioco quidem mentiretur. Idem conti
nens:clemens:patienſq; admirandum in modum.Non ſolum populi: ſed etiaʒ
amicorum ferens iniurias.In primis commiſſa celans:ſtudioſus audiendi. Ex
hoc enim faciliime diſci arbitrabatur.Paupertatem adeo facile perpeſſus eſt: ut
de republica nihil preter gloriam cæperit.& alia pene innumera quæ de illo le
guntur.

E pauxeſis cum au diphthongo ſequente.x.conſonante: & ultima cum.ſ. littera
&.i.latino ſcribitur:dici poteſt latine incrementum.

E picharmus cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Plutarcho poeta græ
corum comicus.Alter fuit philoſophus: patria cous:ut quidem uolunt. Non
nulli uero trimenienſem dicunt Elothalis filium:fuitq; Pythagoræ auditor:cu
ius ſtatuæ apud ſyracuſas inſcriptum erat ipſum tanto excellere doctis omni
bus & claris uiris:quanto uel ſyderibus cæteris ſol: uel mare amnibus cunctis
Reliquit commentaria de natura rerum:de ſenrentiis. de medicina. Obiit no
nagenarius.

E picharida cum.i.latino:&.ch.aſpirato ſcribitur:genus eſt nauiculæ.

E pectaſis cum.c.&.t.exilibus atq;.i.latino ſcribitur:dici poteſt a nobis porrectio.
Componitur enim ex ἐπι: quod in cõpoſitione dicit ſuper.& ἐκτινω extendo:
ut induperator pro imperator:& eſt ſimilis huic epentheſis.

E pentheſis cum.th.aſpirato ſcribitur:dici poteſt interpoſitio. Componitur enim
ex epi:& ἐν:quæ dicunt inter:& θέσις poſitio ut uirgilius Maneant in relligio
ne nepotes:dicẽs relligioni cum duplici.l.ubi unum interpoſuit.

E piodium cũ.i.latino utrobiq; ſcribiť:aliqui uero magis ꝓprie cũ.œ. diphthõgo

epicœdium dicunt. Nam ex epi quod eſt ſuper:& ῷδιον canticum componit: ubi ω mega cum.i.in diphthongũ coniunctis in.œ.diphthõgum noſtram: ut ſupra uidimus: cõmutatur:& traductum a quibuſdam antiquis comperi nænia.& id eſt teſte Seruio in Daphnim epiodium: quod dicitur cadaueri nondũ ſepulto: hoc eſt in eius laudem: & in hoc differre dixit ab epitaphio: quod poſt completam ſepulturam dicitur.

E pidannos cum.i.latino & gemino.n.ſcribitur: urbs fuit in epiro condita tempore Anci Marci quarti romanorum regis: quæ deinde dyrrhachium uocata fuit Nam ut ſcribit Pomponius libro.ii.cuȝ portus eſſet ad omnẽ græciam: & prius id nomen uelud in damnum ituris protendere uideretur: priori nomine abiecto dyrrachium dicta fuit.

E pidaurus cum.i.latino & au diphthongo ſcribitur: urbs fuit quam quidam in epiro fuiſſe putauerunt:& poſtea dyrrhachium dictam: ſed hi nominum ſimillitudine decepti epidanum ꝑ epidauro intellexere. Et eſt epidaurus teſte Plinio li.iiii.naturalis hiſtoriæ ciuitas in achaia.ſaronico querno nemore redimita: Aeſculapii de lubro percelebris. Vnde teſte Solino romani peſtilentia uexati continuis tribus annis: inſpectis libris ſibyllinis: ſub forma ſerpentis Aeſculapiuȝ: ueluti fatale remediũ duxerũt ad urbẽ.a quo Aeſculapius ipſe Epidaurius cum.i latino in penultima nonunq̃ uocatus eſt dicente Ouidio li.i.de ponto.

Afferat ipſe licet ſacras epidaurius herbas
Sanabit nulla uulnera cordis ope.

Fuit etiã epidaurus inſula quædam iuxta dalmatiã in illyrico mari ſita: quod Lucanus oſtendit libro.ii.cũ ait: Illyris ionia: uergens epidaurus in undas. Sed ut ait Plinius libro.ii.naturalis hiſtoriæ inſula eſſe deſiit.

E picoenũ cum.i.latino.c.exili:&.œ.diphtongo ſcribitur. dicitur latine ꝑmiſcuũ Nam componitur ex ἐπὶ præpoſitione:& κοινὸν: quod eſt cõmune.

E picherema cũ.i.latino &.ch.aſpirato ſcribitur: genus eſt argumenti. quod qdaȝ ex noſtris rationẽ appellauerunt. Cicero melius rationatiuum.

E picurus cum.i.latino &.c.exili ſcribitur: fuit teſte Metrodoro patria athenienſis pago carchetius: Neoclis & Chæreſtratæ fili us: ex philadrum familia. Heraclitꝰ uero dixit eum ſami nutritum: cum eam athenienſes ſortiti eſſent: ac decem & octo annos agentẽ athenas rediſſe. Quo tẽpore Xenocrates in academia. Ariſtoteles chalcide ſcholam habebant. Defuncto autẽ Alexandro macedoniæ & athenienſium ſub Perdica afflictis rebus: colophonem ad patreȝ iuiſſe: ubi cõgregatis diſcipulis athenas rediit ſub Anaxicrate: ibiq; aliquatenus cũ ceteris philoſophatus eſt. Poſtea a ſe dictam ſectam inſtituit. Et ut de ſe ipſo teſtatur.xiiii. ætatis anno cœpit dare operam philoſophiæ: eo quod Apollodorus dicit: qđ percontanti illi grãmaticum quendã: qd eſſet apud heſiodũ chaos: neſciuit exponere. adiecti ſunt ad philoſophandũ tres eius fratres Neocles: Chæredemus: Ariſtobolus.ſeruus item Mus nomine: ut teſtatur Myromanus At Dionyſius Alicarnaſſeus aliter de eo rettulit dicẽs eũ cum matre ædiculas circumiſſe purgamẽta legentẽ: litteraſq; cum patre docuiſſe exigua ſtipe. Vnum ex fratribus eius lenocinatũ eſſe: ipſum autẽ Leõciæ meretrici cõgreſſuȝ: attribuiſſe ſibi libros Democriti de atomis:& Ariſtippi de uoluptate. Nec fuiſſe ciuem legittimum teſte Herodoto in li.de pubertate Epicuri. Simili modo inſectanẽ eũ Poſſidonius ſtoicus Nicolaus: & Socyon quod ſibi attribueret uigintiquattuor argumenta

Diocl(i)s: Quin & ſcribẽs ad Themiſtã Leonis uxorẽ inqt: Quotus eni ego ſum. niſi uos ad me ꝓficiſcamini. promptus ipſe quocũq; uos Themiſta accerſatis irruere ad Philoclẽ formoſum adoleſcentẽ: ita ſcripſit conſumor ac deficio: amabilẽ tuum ac diuinum ingreſſum ſuſtinens. In libro de finibus ſic ait. Nihil habeo quod bonum intelligam: ſi ſaporũ uoluptates:& quæ ex Venere conſtãt. & quæ auribus percipiunẽ:& quæ ex formæ uenuſtate blandiũtur: oculis his auferam. Epictetus hunc lacerat laſciue tanq̃ nimiuȝ loquentẽ:& alia q̃ plura: ut etiã Cicero de finibus meminit. Verũ ecõtra alii magnam huius uiri in omnes philoſophos gratitudinẽ fuiſſe ferunt: nec eos uituperaſſe dicunt: ut multi putant. Patria eũ ſtatuis æreis honorauit: multi cuȝ eo philoſophati ſunt: ex qbus Mus ſeruus clarus & humanus euaſit Diocles ait illũ uiliſſimis cibis uitam duxiſſe. Illi cum ſuis potus erat aqua. teſtatur ipſe in: epiſtola ſe aqua & pane tãtũ eſſe cõtentũ:& mitte mihi inqt parump caſei: ut cũ uoluero cœnare precioſius poſſim. huiuſmodi uita fuit illlius: q uoluptatẽ finẽ poſuit. Vtiẽ in rebus ſuis uocabulis ꝓpriis quæ quoniã ſimpliciſſima ſunt: Ariſtophanes grãmaticus dãnat: Natus eſt annis ſeptẽ poſt Platonis obitũ. Obiit Athenis ſub Pytharato annorũ.lxxii.calculo urinæ exitũ impediente. teſte Hermacho. Scripſit de natura De atomis. De uacuo. De diis. De ſanctitate. De finibus:& alia complura. Dicebat uoluptatẽ eſſe finem: non ut Laertius ait luxurioſorum uoluptatẽ. Nec eã quæ in guſtu eſt: ut quidam male intellexere: ſed eã quæ ẽ nõ dolere: animoq; tranqllũ eſſe:& ꝑturbatione uacare. Nõ eni cõuiuia: nõ mulierũ puerorũq; cõgreſſus. Et cæterorũ quæ affert ꝑcioſior mẽſa luxuũ: uitã uerã ſuaueq; gignere Sed rõne ſobriã cauſaſq; ꝑſcrutantẽ: quæq; uel eligãda ſint:& opiniones expellẽtẽ: animorũq; ꝑturbatiões. horũ omniũ initiũ maximũ bonũ eſſe prudentiam.

E pilepſia cuȝ.i.latino utrobiq; & unico.l.atq;.pſ.immediate poſt.e. ſcribitur: nõnulli uero imperite magis q̃ ex ſenſu interponũt.m.& dicunt epilempſia. Significatq; apud nos appræhenſionẽ: eo q; ſenſus omnes compræhẽdat. Dicitur ab aliquibus ex noſtris comitialis morbus: eo q; ſi cuiq̃ in comitiis cõtigiſſe depræhenſum fuerit: dimittebantur comitia.

E pilogus cum.i.latino & unico.l.ſcribitur: dicitur latine peroratio. Nam componitur ab epi: quod hic diminutionem indicat:& logos qui eſt ſermo.

E pimetheus cum.i.latino:&.th.aſpirato atq; eu diphthõgo in fine ſcribitur: fuit teſte Heſiodo Iapethi filius ex aſia coniuge:& frater Promethei.

E pimenides cum.i.latino utrobiq;:& unico.n.ſcribitur: fuit philoſophus cretenſis cõtemporaneus Pythagoræ: ut ſcripſit Apuleius libro.ii. floridori. habuitq; patrẽ Epheſtium: ut Theopompus uoluit. Alii dicunt Doſiadem. Alii Hageſarchum. Oriunduſq; fuit ex cnoſo uico. Hic ut refert Laertius aliquando a patre miſſus: ut ouem rure deferret: meridiano tempore diuertit ex itinere atq; in ſpelunca quinquaginta & ſeptem annis perpetuo ſopore quieuit: Excitus queſiuit ouem. Putabat enim ſe parum obdormiuiſſe: quaȝ cum non inueniret in agrũ reuerſus eſt. Cum uero agrum in alterius poteſtatẽ ueniſſe uideret: cuncta mutata eſſe perpenderet: rediit in oppidum: ubi a iuniore fratre ſuo iam uetulo cognitus fuit: omnem ex illo didicit rei ueritatem. Qui deinde philoſophatus ſcripſit curetum & corybantum generationem:& theogoniam ad quinq; milia uerſuum: Scripſit argos ædificationem:& Iaſonis in colchon nauigationem ad ſex milia & quadringenta uerſuum. Primus fertur agros & domos expiaſſe.

Dixit etiam in epiſtola:quam miſit ad Solonē eſſe pdifficile hominibus liberis
præclariſq; inſtitutis & legibus ſub ſeruitute durare. Obiit anno ætatis ſuæ cē
teſimoquinquageſimoſeptimo teſte Phaſgone in libro de longæuis. Vt autē cre
tenſes tradunt teſte Laertio:ducentis nonagintanouē annis.

E pimone cum.i.latino & unico.n.ſcribitur:dicit̃ latine pſeuerantia.Et eſt figura
quādo ad maiorē certitudinē in eadē dictione pſeueratur.ut Virgi.Sic ſic iuuat
ire ſub ūbras.Eadē figura a nōnullis epizeuxis uocat̃:ut ī ea dictōe uidebimus

E pii cum.i.latino ſcribitur:populi ſunt:qui & helidenſes dicti fuerunt.

E piphanes cuꝫ.i.latino ſcribitur:transfertur ab aliquibus illuſtris:ut Antiochus
epiphanes:id eſt illuſtris.Nā cōponitur ex epi:qđ eſt ſuper:& φανης clarus.

E piphania cum.i.latino utrobiq; ſcribitur.dici poteſt a nobis apparitio ſeu mani
feſtatio.Nam componitur ex epi præpoſitione: & φάνω manifeſto.Sed aliqui il
luſtrationem tranſferunt.

E py cum.y.græco in fine ſcribitur:fuit urbis nomē. De qua Statius. Et ſummis
ingeſtum montibus epy.

E piſynalipha prima cum.i.latino:ſequens cum.y.greco:& penultima cum.i. la
tino ſcribitur:eſt cōglutinatio duarū ſyllabarū in unā:quod in diphthongo &
ſynæreſi ſæpiſſime fieri contingit.Nam συναλιφη coniunctio dicitur.

E pirus cum.e. abſq; diphthongo:&.i. latino ſcribitur: Vnde in penultima apud
græcos ει diphthongus habetur:quæ a noſtris ī .i.longā conuerſa fuit.&.pprie
ἤπειρος apud nos firmam terram deſignat.Eſt itaq; regio in europa:& aliquan
do moloſſia dicta fuit:ut Iuſtinus libro .xvii.affirmare uidetur: At Seruius ſu
per.iii.æneidos non totam epirum ſe partem:quam Helenus tenuit moloſſiaꝫ
dictam uoluit.quam deinde a fratre Chaone quem per ignorantiam occidiſſe
uenenata ſaggitta perhibet chaoniam cognominauit:dicente Virgilio.

Morte neoptolemi regnorum reddita ceſſit
Pars heleno qui chaonios cognomine campos:
Chaoniamq; omnem troiano a chaone dixit.

Et uidetur pars illa fuiſſe alpeſtris:dicente Plinio.iiii.naturalis hiſtoriæ Chao
nas ſunt primi montes epiri:a quibus chaonia dicta ē.ſ.epirus eſt & in chaoma
mons dodone:in quo ſilua fuit dodona carminibus poetarum græcorumq; &
latinorum percelebris.Nam in ea templum fuiſſe dicitur Ioui dodoneo ſacrum
in quod duas e cælo columbas deſcendiſſe ferunt:& inde ueteribus ſolitas inſi
dere quercubus: e quibus poſtulantibus reſponſa ab illis dabantur: dicēte Vir
gilio libro georgicorum ſecundo. Aeſculus atque habitæ grais oracula quercus
& Lucanus in.iii.

Theſproti dryopeſq; ruunt.quercuſq; ſilentes.
Chaonio ueteres liquerunt uertice ſellæ.

Et dixit ſilētes:qa lōge ante Lucanū ex illis colūbis ut aiūt una delphos boetiæ
ciuitatē uolauit:& ibi Apollinis delphici clarius fecit oraculū Altera ī aphricaꝫ
ad āmonis Iouis tēplum trāſmeaſſe ſcribitur:q̄ de re in chaonia Iouis oraculuꝫ
terminatū fuit.iō dixit Virgilius:Habitæ grais oracula quercus.

E phyra cum.ph.aſpirato:& nonnunq̄ ab aliquibus ſine aſpiratione:&.y. græco
ſcribitur urbs fuit achaiæ:quæ poſtea corinthus dicta ē.in qua pulcherrima &
artificioſa ex ære fiebant uaſa:dixit Virgilius lib.georgicorum.i. Illuſaſq; auro
ueſtes ephyræiaq; æra:ubi in penultima unū.i.cauſa metri interpoſitū fuit. nā

alias ephyræa cū æ diphthōgo in pēultia:hoc ē nō ſequēte.i.ante ultimū.a.ſcri
bit̃:ut Lucanus circa initiū li.vi.cū ait:īſedit caſtris epyræaq; mœnia ſeruat.

E phirediū cum.i.latino utrobiq;:&.e.abſq; diphthongo uel aſpiratione ſcribitur
uocabulum eſt teſte Quintiliano ex duobus pegrinis cōpoſitum:nam ut idem
pgit cum ſit præpoſitio epi græca:reda gallicū:nec græcus tamen nec gallicus
utitur cōpoſito.romani ſuū ex utroq; alieno fecerunt.Iuuenalis illo utitur ī ſa
tyra Stēmata qd faciūt cū ait:Toruoq; trahunt epiredia collo Segnipedes.

Ephyre cum.ph.aſpirato &.y.græco ſcribitur:fuit nympha Oceani & Tethyos fi
lia:de qua Virgilius libro georgicorum.iiii.meminit.

E phyris penultima cum.ph.aſpirato:&.y.græco:& ultima cum.i.latino ſcribit̃:
fuit teſte Herodoto urbs in laconia.

E phimerides cuꝫ.ph. aſpirato:&.i.latino utrobiq; ſcribitur:dici poſſunt latine di
urnales:uel ut īterpretatus eſt Sempronius Aſellia diaria & ephimeris in ſingu
lari diarium:nam ab epi:& ἡμερίδες deriuatum ab ἡμερα: qui eſt dies cōpo
nitur:unde & ꝓ libro in quo diurnales erant diuinationes accepit iuuenalis in
ſatyra Credo pudicitiam: cū ait in cuius manibus ceu pinguia ſuccina tritas
Cernis ephimeridas:& Ouidius libro primo de ſine titulo.
Inter ephimeridas melius tabulaſq; iacerent:
In quibus aſſumptas fleret auarus opes.

E phebus cuꝫ.e.abſq; aliqua diphthōgo ſcribitur:dicitur apud nos pubes: de quo
in ante habitis late uidimus:habetq; primam breuem.

E phialtes cū.i.latino:&.t. exili ſcribit̃: hic & Oetus fuerunt gigātes: & filii Aloei
ut in dictione Aloeus uidimus:& teſte Seruio ſup.iii. æneidos interpretatur E
phialtes latine incubus:id eſt fatuus & facundus:hæc illæ ad uerbum.

E phippia prima cum.ph.aſpirato:&.i.latino ſequente duplicato.p.atq; iterum.i
latino in penultima ſcribit̃:ſunt ornamenta equorum:Horatius per antiphra
ſim īquit.Optat ephippia bos piger optat arare caballus: & componitur ex epi
præpoſitione & hyppos qui eſt equus:ſecundum modum ſupra expoſitum.

E ppiphonenia abſq; aliqua diphthongo:&.i.latino ſcribitur & eſt teſte Quintili
ano li.viii.de inſtitutione oratoria:rei narratæ uel probatæ ſumma acclamatio
Virgilius in primo æneidos: Tantæ molis erat romanam condere gentem: Ci
cero pro Milone:facere enī probus adoleſcens periculoſe q̄ perpeti turpiter ma
luit.Et componitur ex epi præpoſitione: & φόνη quod eſt clamor.

E piſtola cum.i.latino &.t.exili ſequente.o.ante.l.ſcribitur:& deſcēdit a medio pa
racimeno huius uerbi ἐπςέλλω:quod eſt mitto.nam amittit unuꝫ.l. in futu
ro:& dicitur ἐπιςέλῶ:deinde cuꝫ.e.in penultima futuri mutatur in.o.uocalē
in penultima paracimeni:& dicitur ἐπιςόλα:unde nos epiſtolā dicimus:quaꝫ
illi ἐπιςολὴν uocant.Et inde apoſtolus miſſus.

E piſtropus cum.i.latino:&.t.exili ſcribitur:fuit phocidis rex:unus ex græcorum
ducibus:qui uenerunt ad troiam:ut oſtendit Homerus libro.ii.iliados.

E piſcopus per.i.latinum:&.c.abſq; aſpiratione ſcribitur: & ut ſupra uidimus in
præceptis & epi præpoſitione:& ſcopos(quod eſt ſpeculatio)componitur:itaq; i
ſpector dici pōt: unde & epiſcopatus dicitur:quæ ipſa eſt dignitas: & epiſcopiū
locus ubi epiſcopus ipſe commoratur.

E piſtylion cum.t.exili ſequēte.y.græco:& penultima cuꝫ unico.l.&.i. latino ſcri
bitur: traducitur ab aliquibus colūnella: ita ut ſit diminitiuum ſtyli: quæ eſt

colunna. Alii etiam capitellum: quod ſupra ſtylon ponitur intelligi uoluerunt
Epitaphium cum. i. latino &. t. exili ſcribitur: dicitur ſecundum eius cõpoſitionẽ
& uerba ſupra ſepulchrum. Nã cõponitur ex epi præpoſitione: quæ ẽ ſupra: &
Ταφοσ ſepulchrũ: hoc ẽ ſupra tumulũ. Sed ab auctoribus ꝓ laude ſumit̃: quæ
poſt cõpletam ſepulturã alicuius dicitur: ut uidimus in dictione epiodium.

Epithalamion cum. i. latino &. th. aſpirato ſcribitur: dicebatur ſacer hymnus: qui
in ſponſalitiis uiri & uxoris canebatur. Vnde etiam Hieronymus ad Paulinum
ait: Sanctarum nuptiarum dulce canit epithalamium.

Epitheton penultima cum. th. aſpirato: & ultima cum. t. ſimplici. i. ſine aſpiratiõe
ſcribitur: dicitur a nobis adiectiuum. poteſt dici impoſitũ uel appoſitum. nã ex
epi quod hic dicit in: & θέτου poſitũ cõponitur: ut Alma ceres: uenuſta uenus
cælũq; ꝓfundum Obſceniq; canes: ĩportunæq; uolucres: Et differt ab antono
maſia: quæ uice nominis ponit̃: epithetũ quod nunq̃ ſine noĩe. Vnde id quoq;
fieri a poetis conſueuit: ut & præſentia ponãt epitheta ad ea. ſ. quæ futura ſũt
ut Virgi. præcipuæ infœlix dido peſti deuota futuræ. Et parum infra: inſcia di
do Inſideat quãtus miſeræ deus. Similiter li. xi. de Camilla puella quæ artificio
patris ſaluata fuerat: Infœlix fugit in iaculo ſtridente camilla. Non. ſ. eo tẽpore
infœlix quo euaſit: ſed poſtea cum in bello periit. fiunt etiam epithea nonnunq̃
præſentia ex peractis rebus: ut idem Virgi. li. ii. æneidos. Infœlix qua ſe dum re-
gna manebant Sæpius andromache ferre incomitata ſolebat.

Epithima cum. i. latino utrobiq;: &. th. aſpirato ſcribitur: interpretari ad uerbum
poteſt ſup impoſitum. nam ex epi: quod eſt ſup: & θήμα poſitum componitur.

Epitoma cum. i. latino &. t. exili ſcribit̃: dici poteſt breuiariũ: nam cõponitur ex
epi præpoſitione: & Τόμη: quæ eſt inciſio quaſi interſectum.

Epigramma cum. i. latino: & duplicato. m. ſcribitur: dici poteſt ad uerbum ſuper
ſcriptio: nam epi dicitur ſuper: & γράμμα litttera uel ſcriptio.

Epitritus abſq; aliqua aſpiratione &. i. latino utrobiq; ſcribitur: pes eſt ex quattu
or ſyllabis cõſtans: quarum una ſemper ab aliis tribus diſcrepat. unde epitritus
primus eſt pes conſtans ex iambo & ſpondeo: hoc eſt ex prima breui & tribus ſe
quentibus longis: temporum ſeptem: & ſic contrarius primo pæoni: ut ſacerdos
ſalutari. Epitritus ſecundus cõſtat ex trocheo & ſpondeo: hoc eſt ex longa & bre
ui: & poſtremis longis: & ſic temporum ſeptem: ac ſecundo pæoni contrarius:
ut conditores imperatores. Epitritus tertius conſtat ex ſpondeo & iambo: id eſt
ex duabus lõgis & breui & longa: tẽporũ ſeptẽ & contrarius tertio pæoni. ut he
reditas Demoſthenes. Epitritus quartus ex ſpondeo conſtat & trocheo: hoc ẽ ex
tribus longis: & quarta breui. temporum ſeptem: & contrarius quarto pæoni:
oportunus: Cæleſtinus.

Epizeuxis cum. i. latino utrobiq;: &. z. conſonante atq; eu diphthongo in penulti
ma: & in ultima cum. x. cõſonãte ſcribit̃: dici poteſt latine cõbinatio Id eni ζεῦ
ξις ĩportat: & tunc figura ẽ cũ dictio ĩ uerſu abſq; medio aliarũ dictionũ cõbi
nat̃: ut Virgi. Me me adſum qui feci. & alibi Sic ſic uiuat ire ſub umbras.

Epos cum unico. p. exili ſcribitur: dicitur a noſtris carmen. eſtq; apud græcos ge
neris neutri: ſed cõpoſitum cũ ᾠδή qui eſt cantus. dicitur apud nos epodus q̃
ſi carminis cantus. Et inde epodion diminitiuũ in recto: id eſt paruum carmẽ
quod a lyricis clauſula breuis dicitur: quaſi preciſos uerſus ĩtegris ſubiiciat: ut
apud Horatium: Beatus ille qui procul negociis deinde ſequitur preciſus. Vt

priſca gens mortalium: & ſic deinceps alterni quibus aliqua pars deeſt: & ſunt
ipſis præcedentibus ſimiles.

Eraſiſtratus abſq; aliqua aſpiratione: & cum. i. latino ſcribitur: fuit medicus exi-
mius ex Ariſtotelis familia natus: & deſcendit ab ἔρωσ: quod eſt amor: & ςρα-
τοῦ exercitum.

Eraſinus cũ. i. latino & ſimplo. ſ. ſcribitur: eſt teſte Herodoto libro hiſtoriarũ. vi.
achaiæ fluuius ex ſtymphalide palude ꝓfluens: & adeo per nemæam ſiluã tur-
gide labens: q̃ ripis minie cõtineri poſſit: ſed arborũ ſit populator. Et ut ſubdit
Herodotus poſt certum ſui curſus ſpaciũ abſorbet̃ a terra: & in argolicis exube
rantiſſimus exit: quod ſane Ouidius tetigit libro. xv. metamorphoſeos cum ait.
Sic modo combibitur recto quoq; gurgite lapſus.
Redditur argolicis ingens eraſinus in aruis.

Erate cũ. t. exili ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Oceani & Te-
thyos filia & ab ἔρωσ quod eſt amor deſcendit.

Erato cum. t. exili ſcribitur: fuit muſarũ una dicta ſimiliter ab eros huius eratos
id eſt amor amoris de qua Virgilius li. vii. æneidos meminit cum ait: Nunc age
qui reges erato quæ tempora rerum. Quis latio antiquo fuerit ſtatus.

Erebus abſq; aliqua aſpiratione aut diphthongo a græcis ſcribitur: & ponitur pro
parte inferni: in qua teſte Seruio ſuper. vi. æneidos Virgilii. Illi morabantur qui
bene uixerant. Cum ad elyſios campos non niſi purgati proficiſcerentur.

Erichtheus cum. ch. &. th. aſpiratis ſcribitur: fuit teſte Homero li. vii. odyſſeæ uir
phæax. Alterum dixit idem Homerus li. ii. iliados regem fuiſſe magnanimum
athenarũ: quẽ Minerua e turæ ubi natus erat ſuſcæpit educauit: & athenienſi
populo pro rege tradidit: ideoq; annua Mineruæ ſolennia athenienſes in ea inſi
gni urbe agunt: taurorum agnorumq; ſacrificiis.

Eremus abſq; aliqua aſpiratione aut diphthongo a græcis ſcribitur: quorũ cum
magis propria ſit aſpiratio: de conſuetudine noſtra miror qua ſemper illã aſpi-
ramus dici poteſt a nobis deſertum: & inde eremita etiam ſine aſpiratione ſcribi
debet: quaſi colens deſerta.

Eretria cum. t. exili & . i. latino ſcribit̃: fuit teſte Ptolomæo oppidũ in euboia.

Ereuthalion cum eu diphthongo &. th. aſpirato atq;. i. latino ſcribit̃: fuit teſte Ho
mero libro iliados. iiii. uir dius: quem Neſtor olim interemit. & libro. vii. dixit il-
lum tum miraculo corporis: tum excellentia armorum præcipuum in bello py
liorum & acadum fuiſſe.

Ergaſtulum cum. t. exili ſcribitur: dici poteſt latine taberna: uel officia: & deſcen-
dit ab ἐργάζομαι: qđ eſt opor: quo uocabulo noſtri poetæ ſæpe utũt̃. Iuuena-
lis in ſatyra Credo pudicitiam: Poſcitq; maritũ Paſtores pueros oẽs ergaſtula to
ta: ſed cũ in diuerſis locis noxii hoĩes & ſerui durius opari cogerent̃: dixit Iuue
nalis in alia ſatyra: quæ incipit Stẽmata quid faciũt. Nempe in lucanos: ut tu-
ſca ergaſtula mutas. i. tuſcas tabernas ubi plurimũ opari cogebãt̃. At ĩ maſcu-
lino ergaſtulus ꝓ opario ſumit̃ dicẽte Pli. li. xviii. naturalis hiſtoriæ: ubi de ipſis
agricolis loquit̃: Sed nos miramur ergaſtularũ nõ eadem emolumẽta eſſe: quæ
imperator ergaſtulorum dixit: hoc eſt eorũ: qui agriculturã exercebant.

Ergaſylus penultima cum. y. græco ſcribitur: fuit nomen uiri proprium.

Eriboea prima cum. i. latino: & penultima cum œ diphthongo ſcribitur: dicit̃ ab
Homero li. v. iliados nouerca Mercurii id eſt Iuno: cuius monitu & ꝑcibus ipſe

Mercurius Martē ex arctis uinculis liberauit: ut uidimus in dictione aloeus: & interpretari ualet lis buculæ ſeu iuuencæ: nam ἔρις lis dicitur: & βόιον bucula ſeu iuuenca: quia Iſidem multa indignatione proſecuta fuit.

E ricates cum. i. latino & abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: nomen fuit uiri ꝓpriũ de quo Virgilius libro. x. meminit: & interpretari ualet quaſi ira confractus. nã componitur ex ἔρις: quod eſt ira & κατεάσσω infringo.

E richthonius cum. i. latino utrobiq;: &. ch. atq;. th. aſpiratis in eandē ſyllabã concurrentibus: ut ſupra uidimus ſcribitur: & ſignificat terræ litē. Nã componit̃ ex ἔρις: quæ eſt lis: χθονός id eſt terræ: quaſi ex lite & terra natus Erichthonius ipſe fuerit. ꝑ hũc. ſ. modũ: ut Euripides apud græcos: & Ouidi. li. metamorphoſeos. ii. apud noſtros ſcripſere: Cũ Vulcanus in gigantomachia fulmina Ioui & aliis diis arma feciſſet: ei Iuppiter pro premio obtulit: ut quicquid uellet ab eo peteret. nec ſe quicq̃ negaturum: per ſtygē paludem iurauit. at claudus faber Mineruæ nuptias poſtulauit. Cuius ardenti amore tenebatur. annuit Iuppiter ne periurus fieret: Mineruam tamen ãmonuit: ut ſi poſſet uirginitatē uiribus quia erat dea belli tueretur. Dum ergo Vulcanus blãditiis quibuſq; cõſumptis eam allicere non poſſet: uim molliebatur: contra quem cum uiriliter dea belli reſiſteret: contigit: ut ex hac colluctatione Vulcanus affectũ libidinis in terrã iaceret ſuper quem Minerua pudore cõmota: puluerem pede cõiecit: ex quo tēporis ſucceſſu natum dicunt Erichthonium anguinos pedes habentem: ita ut ætate deinde prouectus: ad pedum fœditatem tegendam iunctis equis currum primo excogitauerit: dicente Virgilio libro tertio georgicorum.

Primus Erichthonius currus & quattuor auſus.
Iungere equos rapidiſq; rotis inſiſtere uictor.

Sed quẽadmodũ a Minerua infantulus fuerat ĩ ciſta poſitus: & in cuſtodia filiabus Erichthei athenarum regis datus Euripides & Ouidius late proſequunt̃. Hũc inueniſſe argentũ dixit Pli. circa finē libri ſeptimi naturalis hiſtoriæ.

E richtheus eandem orthographiam atq; deriuationeꝫ habet: quin & eundē apud nõnullos græcorum poetas deſignat.

E rycina antepenultima cum. y. græco: penultima cum. c. exili &. i. latino ſcribit̃ ponitur pro Venere: ut clare uidebimus in dictione eryx. unde Ouidius: Quid geminas erycina meos ſine fine dolores?

E ridanus cum. i. latino & abſq; aſpiratione principii ſcribitur: fluuius eſt galliæ ciſalpinæ: ſic quoq; dictus a græcis: ſed a noſtris padus uocat̃: dicente Virgi. li. ii. georgicorũ: Necnõ & torrentē undã leuis innatat alnus Miſſa pado. hunc dixit Plinius li. iii. naturalis hiſtoriæ a Phaetõte cognominari: q alii nomine dicebatur Eridanus. Sed cum ab irato Ioue fulminatus cecidiſſet ĩ padũ: illi fluuio nomen dedit. Seruius uero ſuper. vi. æneidos addidit tũc quoq; illum a luce ardoris ſui Phaetõtis nomē aſſumpſiſſe. Id. n. id uocabulũ indicat ut uidebimus in ea dictione. Vnde Martialis li. epigrãmatũ. x. Et phaetõtei q petis arua padi. Eundem poetæ græci dixerunt nõnunq̃ fluuium eſſe inferorũ: & ad ſuperos ſcaturire: iuxta quod dixiſſe uidet̃ Virgilius libro. vi. dum ait.

Inter odoratum lauri nemus: unde ſuperne
Plurimus eridanus per ſiluam uoluitur amnis.

Et forſitan nil aliud intelligere uoluerunt: q̃ ꝙ e ueſulo monte ꝓpinquo mari tyrrheno qđ inferum dicimus ꝓueniat: & in mare hadriaticũ: quod ſuperum uocare ſolemus: cadat. de quo fluuio pulcherrime meminit Virgi. li. georgicorũ iiii. & Ouidius. ii. de ſine titulo: cũ ait: Frigidus eurotas populiferq; padus.

E rigone cum. i. latino ſcribit̃: fuit filia Icari: ut in ea dictione uidebimus.

E rillus cum. i. latino & duplicato. l. ſcribitur: hic & Pyrrho fuerũt philoſophi: de quibus Cicero in libris de finibus & de officiis ſæpe meminit.

E rymanthus cum. y. græco &. th. aſpirato ſcribitur: mons eſt in archadiæ finibus quin & ſilua & fluuibus in alpheũ defluens: ut oſtendit Plinius libro. iiii. naturalis hiſtoriæ Statius & Vibius. hunc oſtendere uidetur Virgilius libro quarto æneidos pinis conſitum eſſe: cum ait.

Vt quondam caua decidit aut erymantho.
Aut ida in magna radicibus erudita pinus.

De hoc ſæpiſſime in tragœdiis meminit Seneca: ubi oſtendit Herculem aprum menalium cuncta uaſtantem cæpiſſe: atq; interfeciſſe: ut quidam uelle uident̃ uel ut alii uolunt uiuum Euryſteo detuliſſe.

E rimantus cum. i. latino &. t. exili ſcribit̃: poniturq; pro eo qui lites diſſeminãdo diuinat: quaſi ἔριδος id eſt litis μάντις: ſiue diuinus quo uocabulo Iuuenalis iii. in ſatyra græcos uocauit: qui nobilium romanorum domos penetrantes omnia ſcire uolebant: ut inde timerentur. unde ait: Aut dyſphilus aut erimantus: id eſt qui ſuis mantiis & diuinationibus lites diſſeminat.

E rinnys penultima cum. i. latino: & ultima cum. y. græco ac cum duplici. n. ſcribitur: facitq; in plurali erinnyes. unde nonnulli ex poetis noſtris amouentes ultimum. n. cum. y. græco dicunt erines: furiæ ſunt infernales.

E riphyle ſecũda cũ. i. latĩo penultĩa cũ. y. græco ſcribit̃: qdã cũ. ph. aſpirato: & nõnulli abſq; aſpiratiõe ſcribũt: habetq; accentũ in pẽultima: põtq; interp̃tari porta litis. Nã πύλη porta ē: & ἔρις lis: fuit Talaõis argiuorũ regis filia: uel ut alii ſcribũt Teleſtoris: uxorq; Amphiarea auguris argiui: quæ cũ ex uiro Amphilocum & Alcmæũ pepiſſet: amore monilis olim elaborati a Vulcano capta. ut illud ab argia Polynicis cõiuge ſuſciperet uiri ſui latebras ꝓdidit: qui utiq; latebat ne ad thebas obſidendas adiret: cũ ſe in bello illo noſceret periturũ: ut in dictione Amphiareus uidimus. Quare deinde in ultionē patris ab Alcmæo filio occiſa fuit: dicente Virgi. li. æneidos. vi. His phædrã ꝓcriq; locis mœſtãq; eriphylem crudelis nati monſtrantem uulnera cernit. & Ouidius libro de ſine titulo ait.

Ex quibus exierat traiecit uiſcera ferro.
Filius: & pœnæ cauſa monile fuit.

Quare dixit illam Seruius ſuper quarto æneidos apud inferos inter amãtes cõmorari: quia monile concupierat. de eadem meminit Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiam: cum ait: Occurrunt multæ tibi belides atq; eriphyle: quæ. ſ. uirorũ ſuorum ſint cauſa mortis: ut hæ fuerunt.

E riphyſa antepenultima cũ. i. latino: penultĩa cũ. i. græco & cum ſimplo. ſ. ſcribitur: inſula una eſt ex æoliis: quaſi ἔριν id eſt litem φῦσα id eſt ſufflans.

E riſitos cum. i. latino utrobiq; &. t. exili ſcribitur: nomen fuit uiri: q Cererem prorſus aſp̃nebatur: ut oſtendit Ouidius li. viii. metamorphoſeos: & componitur ex ἔρις quod eſt lis: & σῖτος frumentum: quaſi lis cum frumento.

E rythron cũ. y. græco &. th. aſpirato ſequẽte. r. ſcribitur: dicit̃ a noſtris rubrum. quo ſane nomine Perſei filius: & Andromade uocatus fuit. a quo teſte Solino & non ſolum ab arenarum colore: mare id uocatum fuit quod rubrũ dicimus.

E rythrea ſyllaba ſimili modo ſcribitur:quia ex his locis:quæ iuxta rubrum mare
ſunt originem traxiſſe dicitur.
E rythrea etiã inſula ponĩt a Plinio circa finẽ li.iiii.hiſtoriæ naturalis in mari ga
ditano:quã iõ ſic cognominatã dicit:quoniã tyrii ab origine earum orti ab ery
threo mari ferebanĩ.& ſubdit in hanc Geryones habitaſſe a quibuſdã exiſtimaĩ
cuius armenta Hercules abduxerit:& ſubdit.Sunt qui aliam eſſe eam:& contra
luſitaneam arbitrentur:quam eodem nomine appellant.
E rythinus antepenultima cum.y.græco:penultima cum.th.aſpirato: &.i.latino
ſcribitur:fuit hominis:ac urbis nomen.
E ryx cũ.y.græco ſcribitur:fuit Butæ filii Amici bebryciorũ regis ex Venere filius
ut celebres græcorũ auctores atteſtanĩ.Seruius uero Neptuni filium dixit. hic
in ſicilia regnãs:& corporis uiribus pſtans legẽ hoſpitibus dedit: ut cum eo cæ
ſtibus decertarent:q tandem ab Hercule redeunte ex hiſpania uictus occubuit:
& in ſummo montis propinqui drepano:ſub quo in honorem matris templum
conſtrui fecerat:& uocari iuſſerat erycinæ Veneris templũ ſepultus fuit ex quo
monti nomen erycis datum eſt.de quo Ouidius libro.ii.de arte:
Sed dea non patitur ſic ad ſua gaudia cogi:
Colle ſub umbroſo quam tenet altus eryx.
Sane de ipſo eodem eryce:dixit Seneca in Hercule furente.
Ipſius opus eſt cæleſtibus fractus ſuis
Eryx:& eryci uinctus antæus libis.
E rodius cũ.e.abſq; diphthõgo:&.i.latino ſcribiĩ: auis eſt. in quam libro decimo
iliados conuerſam dixit Homerus Palladã:cum faueret Vlixi exploratori.
E totima cũ.t.exili:&.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris interrogatio:quam figu
ram ornatus poetæ obſeruant:ut Terentius in andria:Vbi illic eſt ſcelus: q me
hodie perdidit:Virgilius libro ſecundo æneidos.
Quo res ſumma loco panthu:quam præhendimus arcem.
E rrare p duplex.r.ſcribitur:& dictũ uerſumq; ἔρρειν uerbo græco dixit Cloatius
uerus in libris quos inſcripſit uerborũ e græcis tractorũ: ut rettulit Gellius lib.
xvi.noctiũ atticarũ:quo uerbo uſus eſt Homerus cum ait:ἔρρε κάκη γλήνη.&
alibi comperi:ἔρρε ἐκ νήσου Τάσσου ἐλέγχιςε ζωοῦτου.
E ſſedones cum duplicato.ſ.ſcribitur: ſunt aſiaticorũ ſchytarum populi: quibus
(teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iiii.)mos eſt parentum funera cantu proſequi.
& congregatis pximis:cadauera ipſa pecudu3 ãmixtis carnibus comedũt.Quin
& oſſa capitum incincta auro tenent ad ſeruitia poculorum: quæ(teſte Plinio
libro quarto naturalis hiſtoriæ)ultima ſunt pietatis officia.
E tearchus cum.t.exili:&.ch.aſpirato ſcribitur:rex fuit oaxis urbis cretæ:ut in ea
dictione uidebimus.
E teocles antepenultima cũ.t.exili &.e.abſq; diphthõgo:ultima cũ.c.ſimplici ſcri
bitur:& habet accentũ in antepenultima:fuit filius Oedipodis thebanorum re
gis:q cũ fratre Polynice diſſenſit:ut late mõſtrauit Statius in ſua thebaide.
E themon cũ.th.aſpirato:&.e.abſq; diphthõgo ſcribiĩ:nomẽ fuit uiri pprium de
quo Virgi.li.x.æneidos meminit:cũ ait:Et clarus ethemõ lytia comitaĩ ab alta
E tymologia prima cũ.e.abſq; diphthongo:ſequẽs cũ.t.exili &.y.græco: penultĩa
cũ.i.latino ſcribitur:hæc uerborũ originẽ inqrit: & a Cicerone dicta eſt notatio
quia nomẽ eius ut dixit Quintilianus apud Ariſtotelẽ inuenit σύμβολον:qđ
eſt nota.nã uerbũ ex uerbo ductũ.i.ueriloquiũ:ipſe Cicero q finxit teſte Quin
tiliano reformidat.Sunt qui uim potius intuiti originationẽ uocent.
E thnicus cũ.th.aſpirato:ſequẽte.n.&.i.latino in eadẽ ſyllaba:atq;.c.exili in ultĩa
ſcribiĩ:dici põt a nobis gentilis.nã deriuaĩ ab ἔθνος: quod gentẽ ſignificat.
E thos cũ.th.aſpirato ſcribitur:ſed prima apud græcos dupliciter habeĩ. Nã uno
mõ cum.e.ſcribitur:abſq; aliqua diphthongo:quæ ſane littera apud illos ſemp
breuis eſt:& tunc quoq; morem dicit:hoc eſt conſuetudinem & ritũ: & Iuuena
lis in ſatyra :quæ incipit.Et ſpes & ratio obſeruauit:cu3 ait: Scribendi cacethos
ægroq; in corde ſeneſcit:ubi penultima eius.ε.quod eſt cacethos breuis habeĩ: &
malum morem ac conſuetudinem indicat:ut in ea dictione uidimus. alio uero
modo apud illos:nõ cum.e.breui:ſed cum.η.ſcribitur:quæ ſemper apud eos lõ
ga eſt:& tunc quoq; uirtutem:hoc eſt morẽ:qui eſt habitus animi deſignat: ut
uoluit Ariſtoteles libro æthicorũ primo.nonnunq̃ etiã indolem traductũ com
peri:ſed cum nos diuerſas eiuſmodi litteras non habeamus:& ipſum.η.in.e.lõ
gam apud nos transferatur:ut ea productio cognoſceretur:atq; ob id uocabuli
diuerſum ſignificatũ compræhendi poſſet:conſueuerunt antiqui noſtri non.e
ſimplicem:ſed.æ.diphthongum ſcribere: ut uidimus in dictiõe æthica: quæ ab
æthos ſecundum hanc ſignificationem deriuatur.
E uan cum eu diphthongo:&.n.littera in fine ſcribitur:interiectio quædã eſt lau
dantium Bacchum:quam quidem interprætantur bone puer.
E uanne cũ eu diphthõgo & duplicato.n.ſcribiĩ:fuit ut qdã ferũt Martis filia ex
Thebe uxore Aſopi:uxorq; Capanei:quæ illũ ĩcredibili amore dilexit: ita ut cũ
audiret eũ apud thebas cecidiſſe fere ĩ mortis ſtuporẽ diriguit:& cũ deĩde illius
celebrareĩ funus ſe in rogum pieceerit:ipſa dicẽte apud Ouidi.li.iii.de arte:
Accipe me capaneu:cineres miſcebimus inquit.
E uænetus ſecunda cum.æ. & ultima cum.t.exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.
hiſtoriarum.vii.Carnei filius & dux lacedæmoniorum:qui ad cuſtodiendũ in
troitum theſſaliæ contra Xerxem una cum Themiſtocle duce athenienſium a
græcis conſtitutus fuit.
E uæmon penultima cum æ diphthongo ſcribitur:fuit rex hormenii: & pater Eu
rypyli:ut oſtendit Homerus libro iliados ſecundo.
E uander:& Euandrus:utrunq; ut ſupra oſtendimus cõperitur:& interp̃tari ua
let bonus uir: nã εὖ bonũ indicat:& ἀνὴρ ἀνδρος uirum dicit: fuit teſte Ser
uio ſup.viii.æneidos:Pallantis arcadum regis nepos: qui cum patrem caſu oc
cidiſſet:uel ut aliis placet ſeditiõe:ſuadente matre Nicoſtrata quæ uaticinatrix
erat:& per uaticinium fugiente filio maxima promittebat:dimiſſa aracadia cu3
eo ad italiam uenit:& hoſtia thybridis intrans:atq; pulſis aboriginibus in palla
tino monte conſedit:ubi modicum fundauit oppidum dictum nomine pallan
teum:dicente ipſo Euandro ad Aeneam apud Virgilium in.viii.
Tum rex euandrus romane conditor arcis:
Me patria pulſum pelagiq; extrema ſequentem.
Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum
His poſuere locis:matriſq; ægere tremenda
Carmentis nymphæ monita & deus auctor apollo.
Idem Ouidius libro.i.faſtorum longo pceſſu expreſſit.Iuſtinus uero li.xliii.in
quit.Euander rex arcadiæ a pallante urbe diſcedens in italiã cũ mediocri turba

populorum uenit:cui Faunus & agros & montem quem ille poſtea pallatium
appellauit benigne cõceſſit:de quo in dictione roma uidebimus.

E uboia prima cũ eu diphthongo penultima cũ.i.latino diuiſo ab.o.ſcribit᷑: nam
apud græcos diphthõgus ẽ oi:quæ a noſtris diuidit᷑:ut ſupra uidimus.Inſula ẽ
pcelebris : tticæ adiacẽs in mari:qđ ab illa euboicũ dicit᷑: & tã modico ſpacio a
cõtinenti boeciæ diuidit᷑:ꝙ dubium fuerit teſte Solino an debuerit inter iſulas
numerari:fuit etiam eodem nomine ciuitas in eadem inſula.

E uclides cũ.e.exili &.i.latino ſcribit᷑:fuit teſte Laertio geometra inſignis ab oppi-
do megaris.quod iſthmo adiacet: ſiue ut tradet Alexander gelonus: fuitqꝫ teſte
Plutarcho Socrati contemporaneus.

E ucharistia cũ.ch.aſpirato:&.i.latino utrobiqꝫ atqꝫ.t.ſimplici ſcribitur:dici põt a
nobis bona gratia.Nã cõponitur ex ἐυ quod eſt bonum:&χάριϲ gratia.

E uchion cum eu diphthongo &.ch.aſpirato:atqꝫ.i.latino ſcribitur:nomen ẽ Bac
chi deductuȝ ab ἐυχή:quod uotum & precem indicat:quaſi dignus ſit uoto&
prece ut πρακτέον:quod a πρᾶξις deducitur:indicat ope dignum: unde eiuſ
modi terminationes ſimiliter indicant.

E udamidas cum diphthõgo ſimiliter &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Plutarcho Ar-
chidami filius:& frater Algidis:

E udæ nonidas cũ prima ſimiliter:ſequẽs cũ æ diphthõgo:& penultía cũ.i.latino
ſcribit᷑:nomẽ fuit uiri ꝓpriũ originẽ habẽs ab ἐυ:qđ ẽ bonũ: & Δαιμονιδής:
quod originẽ habet a dæmon:quod eſt intelligens:quaſi bene diſcernens.

E udora cum eu diphthongo ſimiliter ſcribitur:& interpretari ualet bonum donũ
fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Oceani & Tethyos filia.

E udoxus cum eu diphthongo:&.x.conſonante ſcribitur:& poteſt interpretari be
ne glorioſus Δόξα enim gloria eſt.fuit cnidius patria Aeſchinis filius.fuit geo-
metres & aſtrologus ſummus: didicitqꝫ geometriá ab archita. fuitqꝫ medicus &
legifer.in medicina Philiſtione ſiculo preceptore uſus eſt teſte Callimacho: Iuit
athenas:& fuit Socratis auditor Socyone teſte:nonnulli etiã Platonis aſſerunt.
Deinde in ægiptum perrexit:ubi uno anno menſibus quattuor ſacerdotes au-
diuit:mẽto attonſo atqꝫ ſupercilio octo annorum hiſtoriam condidit.inde mau
ſeolea uidere uoluit.& apud cyricum in propõtide philoſophatus eſt.dixitqꝫ te-
ſte Laertio in procemio de uitis philoſophorum homines magorum ſententia
reuicturos eſſe.Reliquit cõmentaria:pulcherrima & eruditionis plena. nã ſcri-
pſit leges:& de geometria atqꝫ aſtrologia.fecit libros eximios.unde Cæſar in con
uio Cleopatræ apud Lucanum li.x.dicebat ad Chorebũ.Non meus eudoxi uin
cet᷑ faſtibus ánus. Nã teſte Seruio ſup.v.æneidos ipſe primus annũ depræhen-
dit:poſt quẽ Hipparchus:& ultimo cæſar.Meminit etiã iſtius Ariſtoteles li. me-
tha.xii.& ſimiliter in æthicis.tres fuerunt Eudoxi.primus hic.ſecũdus rhodius
hiſtoricus.tertius ſiculus Agathoclis filius & poeta comicus.

E udoxia cum.x.conſonante &.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris bona gloria:ut
in præcedenti uidimus.

E uenos cum eu diphthongo:ſecunda cum.e.abſqꝫ diphthongo:& unico.n.ſcribi
tur:ſic quoqꝫ græce ἐύηνοϲ:fluuius eſt deſcendens a thratia. & calydoniam ſe-
cans.de quo Ouidius meminit libro metamorphoſeos.ix.cum ait.

Nanqꝫ noua repetens patrios cum coniuge muros.
Venerat eueni rapidas Ioue natus ad undas.

Et Lucanus libro.vi.theſſaliam deſcribens ait.

Et meleagreá maculatus ſanguine neſſi.
Euenos calydona ſecat:caditqꝫ teſte Plinio quârto naturalis hiſtoriæ in corithi-
acum ſinum ex oppoſito ad urbem patras.

E ueltho cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Herodoto rex ſalaminæ.

E umelus cum unico.l.præcedente.e.abſqꝫ diphthongo ſcribitur:fuit Admeti re-
gis theſſaliæ filius ex Alceſti uxore:ut uidimus in dictione Alceſtis.

E uemenes uel ut aliis magis placuit euemenius prima cũ eu diphthongo:& reliq̃
abſqꝫ diphthõgo ſcribunt᷑:fuit uir cardianus:qui teſte Aemilio ſi uirtuti par da
ta eſſet fortuna:nõ ille quidẽ maior ſed multo illuſtrior atqꝫ etiã honoratior fu
iſſet:nã cum ætas eius incidiſſet in ea tẽpora:qbus macedones florerent:multũ
ei detraxit inter ẽos uiuẽti qđ alienæ erat ciuitatis.neqꝫ aliud huic defuit q̃ ge-
neroſa ſtirps:& ſi illo domeſtico ſũmo genere erat tamẽ macedones eum ſibi ali
quãdo anteponi indigne ferebãt:uincebat enĩ oẽs cura:uigilãtia:patientia calli
ditate & celebritate ingenii.adoleſcentulus ad amicitiã acceſſit Phillippi patris
Alexandri:& breui tẽpore in intimã deuenit familiaritatẽ: quẽ cũ Alexandro fi
lio cõſeruauit:de quo magna deinde ab græcorum hiſtoricis deſcribuntur.

E umæus cum æ diphthõgo in penultima ſcribitur:fuit teſte Homero ſubulcus
qui Vlixem poſt longos errores in domum patris conduxit.

E umenides cum eu diphthongo:&.i.latino ſcribitur:indicat ſecundũ uerbũ mi-
tes:ſed per cõtrarium furiæ deſignantur infernales:quia longe ſunt immites.

E umilus cum.i.latino:& unico.l.ſcribitur:fuit teſte Homero unus ex græcis du
cibus qui ad troianum bellum uenere.

E umonides cum.o.poſt.m. & ante.n.atqꝫ.i. latino ſcribitur: fuit teſte Plutarcho
uir thebanus.

E uneus ſola prima cum eu diphthongo ſcribitur. Nam triſyllabum eſt: & apud
græcos habet accentum in prima.fuit teſte Homero in.vii. iliados Iaſonis filius
ex Hypſiphyle filia Thoantis regis.

E unũchus cum.ch.aſpirato ſcribitur:ille dicitur qui uirilibus eſt exectus.

E uonymus cum.y.græco ſcribitur:inſula eſt uno ex æoliis in freto ſiculo.

E uphonia cum.ph.aſpirato &.i.latino ſcribit᷑:tranſfertur a Priſciano bona ſono
ritas.Quintilianus uero in primo elegãtius & ſignificãtius uno uerbo trãſtulit
uidelicet uocalitas.unde lȝ græce εὐφωνεία ex duobus cõpoſitũ ſit:tamẽ aliud
eſt cõpoſitum:aut diſſipatum:& laus linguæ latinæ eſt græcos in ſuis ipſoruȝ
uocabulis tranſferendis ꝓprietate ſuperare ſi poſſumus:uel æquare.

E phranor cũ.ph.aſpirato ſcribitur:fuit iſthmius ſtatuarius ſuo tempore laudatiſ
ſimus:hoc eſt olympiade.li. huius teſte Plinio li.xxxiiii. naturalis hiſtoriæ Ale-
ander Paris eſt:in quo laudatur ꝙ omnia ſimul intelligantur: iudex dearum:
amator Helenæ:& tamen Achillis interfector.eiuſdẽ dicit eſſe Mineruã Romæ:
quæ catulliana appellatur: hoc eſt infra capitolium a.Q. Luctatio catullo di
cata. & ſimulachrum boni euentus dextera paterã & ſiniſtra ſpiceã: ac paup te
nens.eũdem li.xxxv.dixit idem Plinius feciſſe coloſſos:& pinxiſſe ac cõpoſuiſſe
uolumina de ſimetria & coloribus:qn & eũ docilẽ ac laborioſum:& in quocũqꝫ
genere excellentẽ fuiſſe aſſerit.unde ait Quintilianus li.xii. de inſtitutione ora
toria:Euphranorẽ admirãdũ facit ꝙ & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos
pingendi ſingendiqꝫ idem mirus artifex fuit.

E uphrates cũ.ph.aſpirato:&.t.exili ſcribit̃:fluuius ẽ grãdis & memorandus queʒ
haud lõge a fonte trigidis oriri in mõte periardes maioris armeniæ diligẽtiores
aſſerunt.de quo Lucanus li.iii.& Plinius li.v.plura dixerunt hic cũ longa uiã
ægerit & babylonẽ in duas partes diuiſerit:in mare rubrum tandem deſcendit

E phroſyna cum.ph.aſpirato:&.y.græco ſcribitur:fuit una ex gratiis:ut uidimus
in dictione charites:& deſcendit ab ἐυχραίνομαι:quod eſt lætor

E uprepia cum eu diphthongo: ſequens cum.e.abſq; diphthongo: & penultima
cum.i.latino ſcribitur: dici poteſt decor. Nam componitur ex ἐυ: quod eſt bo-
num:& πρέπον decens.

E uryale cum eu diphthongo:&.y.græco ſcribitur:fuit regis Minois filia:quæ Ne
ptuno Orienem peperit. Alia fuit filia Proeti argiuorũ regis:ut in dictione Pro
etus uidebimus. Alia ex tribus gorgonibus una.

E uryalus ſimili mõ cũ.y.græco ſcribit̃:fuit teſte Home.li.ii.iliados unus ex duci
bus pelopõneſiacis:q argos & ꝓpinq̃s urbes incolebãt:& ad troiã cũ octoginta
nauibus uenerũt:quẽ dixit Homerus diuina pulchritudine:aliũ troianũ eſtin
xit li.v.&.ix.æneidos Virgi.fuit etiã iſtrionis cuiuſdã nomẽ:ut Iuuenalis ĩ ſaty
ra Credo pudicitiã.Nobilis euryalũ:aut mirmidonũ exprimat infans.

E urybates cum.y.græco &.t.exili ſcribitur: fuit teſte Homero libro iliados.ii. uir
ithacus:quem Vlixes præconem ſemper habebat ad manuʒ idem & Talthybius
miſſi fuerunt ab Agmennone ad Achillis tentoria pro Briſeide capienda.de qui
bus ipſa apud Ouidium in tertio epiſtolarum heroidum ait.
Nam ſimul eurybates me talthybiuſq; uocarunt.

E urybibia antepenultima cum.y.græco:& penultima cuʒ.i.latino ſcribitur: fuit
teſte Heſiodo in theogonia nympha:quæ ſtellas & luciferum genuit: hanc dixit
Orpheus in argonautica filiam fuiſſe Ali ſenis.

E rybiades ſecunda cũ.y.græco:antepenultima cũ.i.latino ſcribitur:fuit teſte He
rodoto unus ex ducibus Xerxis.

E urycion antepenultima cum.y.græco:& penultima cum.c.exili:&.i.latino ſcri
bitur:nomen fuit fabri argentarii. de quo Virgilius libro æneidos.x. Quæ bo-
nus eurycion multo celauerat auro.

E urycratidas abſq; aliqua aſpiratione:& cũ.y.græco in ſecũda:atq;.i. latino ĩ pẽ-
ultima ſcribit̃:uir fuit lacedæmonius:de quo nõnunq̃ Plutarchus meminit.

E uryclea cum.y.græco &.c.exili ſcribitur:fuit teſte Homero libro ſecundo odyſ-
ſeæ nutrix Vlyxis.

E urydamas cum.y.græco ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro.v. iliados uir troia-
nus ſomniorum interpres.

E urydame cum.y.græco ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vi.uxor
Leutichidis regis ſpartanorum.

E urydice antepenultima cum.y.græco:penultima cũ.i.latino & ultima cum.c.
exili ſcribit̃:fuit una Orphei uxor amãtiſſima.& ab Ariſteo filio Appollis ama-
ta:quẽ cum ſemel ipſa fugeret e ſerpente in calcaneo læſa occubuit:pro qua re-
cuperanda uſq; ad inferos deſcendit Orpheus: ut late & pulcherrime deſcripſit
Virgilius libro georgicorũ.iiii. Altera fuit teſte Homero Clymenii filia & uxor
Neſtoris:ex qua ſeptẽ filios & filiam unicam ſuſcæpiſſe dixit.

E urylochus cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:atq;.ch.aſpirato:fuit phlegyorum
rex:qui teſte Pherecyde deſtruxit thebas anteq̃ ueniret Cadmus: qui eas poſtea
reædificauit.

E urymedon cũ.y.græco ſcribit̃:fuit teſte Homero libro.iiii. iliados Predæ cuiuſ-
dam filius:& auriga Ptolemæi cuiuſdaʒ græcorũ principis.Idem teſte eodẽ Ho-
mero circa initiũ libri.vi.odyſſeæ fuerat pater Periboiæ:ex q̃ Neptunus genuit
Nauſithoũ regem phæacũ.& patrẽ Alcinoni. Alter fuit athenienſiũ dux cũ De
moſthene:de quo apud noſtros Iuſtinus li.iiii.tractauit.

E urymone cum.y.græco ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha filia
Oceani & Tethyos:uxorq; Orcami:& mater Leucothoes. Altera fuit Appollinis
filia:quæ Talaoni marito Adraſtum argiuorum regem:& Eriphylen amphia-
rei coniugem peperit.

E uryon cum.y.græco ſcribitur:fuit Amyntæ macedonum regis filia: quæ patrẽ
a maris inſidiis liberauit.

E uripides cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit poeta tragicus:& inter omnes eius
generis meo iudicio clariſſimus: quod nomen ideo illi fuiſſe impoſitum dixit
Priſcianus libro.ii.de octo partibus orationis:quia natus ea die fuit: qua athe-
nienſes cum perſis in euripo bellum geſſere.Cuius progeniem & alia multa:qn
& non uulgarem eius mortẽ:quia a canibus laceratus fuit late ſcripſit Gellius
libro.xv.noctium atticarum:& libro.xvii.floruiſſe dicit circa annum fere poſt
conditam urbem tricenteſimum uigeſimum tertium.

E uripus cuʒ.i.latino:& unico.p.ſcribit̃:eſt maris ꝑs quædã inter boeciã ſeu pho-
cidẽ boeciæ partẽ & euboiã inſulã ſita:qđ alterno curſu teſte Põponio li.iiii.hoc
eſt curſibus ſepties in die totidẽq; nocte refert̃:& adeo ĩmoderate cõuertitur ut
uentos ac etiã plena uẽtis nauigia ſecũ portet:dicente Seneca ĩ Hercule œtheo.
Euripus undas flectit ĩſtabiles uagas: Septemq; curſus flectit & totidem refert.
Dũ laſſum titã mergat oceano iubar.Cuius cãm utputo nemo nouit. Nam cũ
adoleſcens ſupiori anno e conſtantinopoli a Iuliano Cæſarino cardinali ſancti
Angeli ad Italiã reuocatus:cum impatore græcorũ uenirẽ: rem hanc tanta ad-
miratione cõſpexi:quanta aut unq̃ aliqd uiderim:aut uidere poſſe exiſtimem.
nec rationẽ Liuii:quã li.viii.de ſecũdo bello punico uẽtis quibuſdã aſcripſit ue
ram putaui:cũ nulla flante aura id idem fieri conſpexerim.

E urypylus cum.y.græco utrobiq; ſcribit̃:fuit Herculis & Gaſciopes filius:regna-
uit in coo inſula:& cũctorũ græcorũ augur pitiſſimus ẽ habitus:nõ tamẽ ſimi
lis Calchãti troiano.Hic cum aliis græcorũ ducibus uenit ad troiam:ut oſtẽdit
Homerus libro.ii.iliados.de quo Virgi.ſimiliter li.ii.æneidos meminit cum ait
Suſpenſi Eurypylum ſcytarum oracula phœbi mittimus. Alter eodem nomine
ex ormenio fuit Euemonis filius:qui teſte eodem Homero cuʒ quadraginta na
uibus ſuarum gentium uenit ad troiam.

E uryſtheus cum.y.græco:&.th.aſpirato ſcribitur:fuit Stheneli mycenãruʒ regis
filius:qui aſtu Iunonis herculi imperabat uaria quotidie aggredi mõſtra:qui-
bus illum perire contigerit.

E urytus cum.y.græco:&.t.exili ſcribitur:fuit œchaliæ rex: & pater Ioles. de quo
uidebimus in dictione oechalia: & ab Euryto patronymicũ fœminum eurytis
cum.i. latino in ultima deducitur. Ouidius nona hercidũ epiſtolarum. Eury
tidos ioles & inſani alcidæ. Alter fuit eurytus centaurus:de quo Ouidius libro
xii.metamorphoſeon inqt.Nã tibi ſeruorum ſæuiſſime centaurorũ Eurite.

E uropa cum eu diphthõgo ſcribitur:fuit una Oceani & Tethyos filia:ut oſtẽdit

Heſiodus in theogonia. Altera fuit Agenoris phœnicum regis filia: quæ a Ioue ĩ forma uituli rapitur: & in cretam tranſfertur: ut late Ouidius libro tertio metamorphoſeos explicauit.

E urotas cum eu diphthongo: & .t. exili ſcribitur: fluius eſt teſte Plinio libro .iiii. naturalis hiſtoriæ in laconia: qui teſte Liuio libro .iiii. de bello macedonico urbem lacedæmona præterfluit: & q̃a ripæ eius abundant lauro: dicunt poetæ ſacratū illum fuiſſe Apollini: dicente Virgilio in Sileno. Omnia quæ phœbo quondam meditante beatus Audit eurotas iuſſitq; ediſcere lauros.

E uſtathius antepenultima cū .t. exili: & penultia cū .th. aſpirato: & .i. latino ſcribit̃ Nōnulli uero cōuertētes .t. in .c. ſcribūt Euſtachius ſed cū .th. ſcribi debet.

E uſtratius abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: nam a ςρατός: qui eſt exercitus deriuatur. nomen fuit philoſophi: qui in æthicam Ariſtotelis ſcripſit.

E uterpe cu3 .t. exili ſcribit̃: una fuit ex muſis: ut in dictiōe muſa uidebimus: & cōponitur ex εὖ: quod eſt bene: & Τέρπω delector: quaſi bona ſit delectatio.

E utices abſq; aliqua aſpiratione: & .y. græco ſcribitur: nomen fuit hæreſiarchæ.

E utychides antepenultima cū .t. exili & .y. græco penultima cū .ch. aſpirato: & .i. latino ſcribitur: nomē fuit uiri ꝓpriū. de quo nōnunq̃ Plutarchus meminit.

E uthymedon cū th. aſpirato & .y. græco ſcribit̃: nomen fuit philoſophi cuiuſda3.

E uxinus prima cum eu diphthongo: ſequēs cū .x. conſonāte & .i. latino ſcribitur: mare illud ē: quod pontū dicimus: ut in ea dictiōe uidebimus: & cōponit̃ ex εὖ quod bonum apud nos indicat: & ξεινοσ hoſpitiū uel amicus: quaſi bonum ſit hoſpitium: qđ p cōtrarium dictū eſt. Nā circa illud loca ſunt aſperrima & fera. unde ait Ouidius li .iii. de triſtibus. Euxinus falſo nomine dictus habet: & li. eodē inq̃t. Quē tenet euxini mendax cognomine pontus. Sed teſte Pli. li. vi. naturalis hiſtoriæ. Pontus euxinus antea ab inhoſpitali feritate axenus appellatus ē peculiari inuidia naturæ ſine ullo fine indulgentis auiditati maris.

E uzonos cum eu diphthongo & .z. cōſonante ſcribitur: cōponit̃q; ex εὖ qđ ē bonum: & ζωνη cingulum: nec tamē ob hoc teſte Seruio circa finē .viii. æneidos p id ille appellatur: qui bonā zonā habet: ſed q eſt ſtrenuus. Nā ut ait omnes qui militant cinctos dicimus: & ob hoc præcinctos ſtrenuos: ut Horatius: altius ac nos p̄cincti ſunt: quēadmodū diſcinctos: ĩhabiles dicimus & inefficaces. Virgi. ĩ viii. Hic nomadū genus: & diſcinctos mulcifer aphros. Quāq̃ ſecundū habitu3 q̃dam exponāt: qui uſq; in talos fluebat Quod Plautus ridet in penulo dicens. Que eſt illa auis cum aphrum uidiſſet ueſtem dimiſſam trahentem.

E xodium cū .o. breui apud græcos & noſtros: atq; .i. latino ſcribit̃: nā nō ab ᾠδή qui ē cātus cōponitur: quia tunc quoq; cū œ diphthongo apud nos ſcriberetur uel ſaltē cum .o. lōga: & ſic eius dictionis ſecūda longa eſſet: quæ ſemp breuis a noſtris poetis ponitur. Quare potius deſcendit a uerbo ἐξοδιάζω: quod eſt erogo uel expendo: & inde exodium erogatio quædā dicatur. quod intellexiſſe uidetur Iuuenalis in .iii. ſatyra ait: Tandēq; redit ad pulpita notum Exodium. i. cōſueta ac manifeſta cōtributio & erogatio: quæ quidē ex ludis dabat̃: dicēte etiā Suetonio in uita Tiberii: Vnde uox attellanico exodio ꝓximis ludis aſſenſu maximo excepta percrebuit hircum uetulū capreis naturē ligurire.

E xoche cū .ch. aſpirato ſcribit̃: dici pōt latine eminētia ſiue excellētia: q̃re catexoche. i. p excellentiā interpretatur. unde in quibuſdā inſcriptionibus comperi.

E xochus cu3 .ch. aſpirato ſcribitur: poteſt interpretari eminens.

E xorciſmus cum .c. exili & .i. latino ſcribitur: dici poteſt adiuratio. nam deſcendit a uerbo ἐξορκίζω: quod eſt adiuro.

f Abii qui fuerunt lege hiſtorias longas & præſertim Plutarchi. Fumus latine: græce καπνοσ dicitur, at fimus dicitur lætamē. Sed iam ad .g. litteram tranſeamus. Na3 .f. nullā habet difficultate3: niſi quā in principio libri diximus.

g Abii cū .i. latino ſcribitur: urbs fuit uolſcorū ſeptuaginta milibus paſſuū ab urbe diſtās. Seruius uero cāpaniæ urbē dixit: eo ꝙ uolſci ĩ ꝑte cāpaniæ ponūt̃. hāc Solinus dixit a Galacto & Bio fratribus ſiculis cōditā fuiſſe: de cuius euentu late ſcripſit Liuius li. i. ab urbe: & a gabiis gabinus deducit̃. Virgi. lib. æneidos vii. Ipſe q̃rinali trabea cinctuq; gabino. q gabinus cinctus teſte Seruio eſt tota ſic in integrū reiecta: ut una eius lacinia a tergo reuocata hominē cingat. Quo genere ueſtimēti ut ait: cōſul utebat̃ bella indicturus quia cum ea ciuitas ſacris oparetur: bellu3 ſubito uenit: tunc ciues cincti togis ſuis ad bella profecti ſunt: & adepti uictoriam. unde hic ortus eſt mos.

G ades cum unico .d. a noſtris ſcribitur: nōnulli uero græci duplicant. Inſula ē in fine bethycæ ꝓuinciæ: & in extremo noſtri orbis uerſus occidentē: ubi europa ab aphrica dirimitur. Nec deriuationē habet græcā: ſed uocabulū pœnū eſt: qđ ut aiunt ſeptum indicat: eo ꝙ magis in morem ſepis circūdetur: hanc teſte Solino tyrii rubro mari ꝓfecti erythreā uocauere: dicente Lucano li. vii. Tyriis q gadibus hoſpes: de quo in ea dictione ſupra uidimus: in eadē dixit Pomponius li. iii. duo eſſe ꝓmontoria ea parte qua Oceanū ꝓſpicit ſup quorū uno eiuſdē nominis opulentā. urbē eſſe dixit: ſup reliquo uero Herculis ægiptii opulentū tēplum & religioſum in quo eius oſſa ſita dicebantur.

G addir cū duplicato .d. etiā a noſtris & .i. latino ſcribitur: urbē eā puto: quam in gadibus opulentam Pomponius dixit: de qua Saluſtius li. ii. hiſtoriarū referēte Priſciano in .v. ſic ait: ut alii tradiderunt tarteſſum hiſpaniæ ciuitatē quā nūc tyrii mutato nomine Gaddir habent. Et oſtendit eſſe generis neutri: quia accuſatiuum ſimilem nominatiuo poſuit. Nec eſt fœminini: ut multi putauerūt: q̃a tunc quoq; dixiſſet gaddirem.

G æon cū .æ. diphthōgo ſcribit̃: fluuius ille ab aliq̃bus dicit̃: q ab aliis nilus uocat̃

G alatea cū .t. exili ſcribitur: eſtq; in penultima diphthōgus .ei. apud græcos: quæ in .e. longā a noſtris cōuerſa fuit: fuit nymharū una filia Nerei ac Doridis: ipſa dicente apud Ouidiū li. xiii. metamorphoſeos. At mihi cui patre Nereus & dedala doris Enixa eſt. & reliqua de illa ꝓſequuntur.

G alatia cū .t. exili: & .i. latino ſcribitur: ꝓuincia ē hiſpaniæ: & luſitaniæ cōtermina quam a meridie habet. ab occidente uero & ſeptemtrione oceanum. ab oriente autem fluuium ſequanæ: & prouincias germaniæ: & a γάλα: quod eſt lac nomen aſſumpſit: quia lacteos hoc eſt albos homines producit. Vnde etiam gallia licet alterū .l. ſupaſſumpſerit: & gallogræcia ſimiliter: quæ regio ē minoris aſiæ: quaſi græcia a gallis capta: ut monſtrat Iuſtinus libro .xv.

G alaxaura cum unico .l. & .x. cōſonante ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Oceani & Tethyos filia.

G albana cum unico.n.ſcribitur:genus eſt ueſtimenti ut dicunt mulieribus aptū nam græce dicitur γαλβάνη.

G albanū cū unico.n.ſcribit̃:ē teſte Diaſcorde lachryma herbæ cuiuſpiā ſimilis ferulæ:quæ ab ipſo frutice in æſtate ꝓrūpit:& īde galbaneus abſq; diphthōgo deducit̃.Virgi.li.georgicorum.iii.galbaneoq; agitare graues nidore cylydros.

G ælerus cū unico.l.&.e.abſq; diphthōgo ſcribit̃:nec græcū uocabulū puto: ꝙuis nōnulli a γάλα:qđ eſt lac deduci uelint.& teſte Seruio ſup.vii.æneidos genus ē clypei.qđ illi albū exiſtimāt.Quibus Virgi.cōtradicere uidet̃:cuꝫ ait.Fuluos ue lupi de pelle galeros.Dicit̃ etiā teſte frontone in neutro hoc galerum.

G aleſus cū unico.l.& unico.ſ.ſcribit̃:& ē teſte Vibio fluuius tarentinorū. de quo Hora.li.carminuꝫ: Vnde ſi parcæ ꝓhibēt iniquæ Dulce pellitis.Ouidius galeſi flumen & regnata petam laconi Rura phalanto. & Virgi.Qua niger humectat flauentia culta galeſus.Martia.in.xii.Albi qui ſuperas oues galeſi.

G alilæa cum.i.latino:&.æ.diphthōgo ſcribitur:pars eſt iudææ: quæ teſte Plinio ſyriæ arabiæ atq; ægipto coniungitur.

G ammarus cū geminato.m.ſcribitur:genus eſt cancri:de quo Iuuenalis in ſatyra Si te ꝓpoſiti inqt:Sed tibi dimidio cōſtrictus gammarus ouo Ponitur.

G andarii cum.n.ante.d.ſcribitur:populi fuerunt aſiæ ſcythicæ:ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum quarto.

G angaridæ cū.i.latino ſcribitur:populi ſunt teſte Curtio de geſtis Alexandri lib.ix.inde aſſyrios & indos iuxta gangem fluuium. Vnde ſic quoq; cognominari putant̃:de quibus meminit Virgilius libro georgicorum.iii.cuꝫ ait In foribus pugnam ex auro ſolidoq; elephāto Gangariduꝫ faciam uictoriſq; arma quirini Sane ganges fluuius teſte Seneca de ſitu indiæ fluit per indiam nouem alueis Melo.i.nilus ſeptem:quod Virgilius libro.ix.æneidos tetigit cum ait.Ceu ſeptē ſurgens ſedatis amnibus altus Per tacitum ganges. ſed ut ideꝫ Seneca cōmemorat:nonnulli dixere ꝙ tribus alueis fluat.

G anymedes cum.y.græco & unico.n.ſcribitur:quia a poetis noſtris prima breuis ponitur.Sed quoniā apud græcos plærūq; producit̃:per duplex.n.ab illis ſcribi conſueuit.Fuit filius Trois regis dardanorum:fraterq; Aſſarici & Ili. qui ob admirandam pulchritudinem a Ioue in forma aquilæ raptus. & in cælum tractus fingitur ab Homero. Quem Virgilius libro æneidos.v. & alii noſtri poetæ ſecuti ſunt.Vnde ait Ouidius libro methamorphoſeon.x. Nunc quoq; pocula miſcet Inuitaq; Ioui nectar Iunone miniſtrat.

G anyctor cū.y.græco & abſq; aſpiratione aliqua ſcribitur:nomē eſt uiri ꝓprium.

G aramātes cū.t.exili ſcribitur:populi ſunt libyæ pſillis cōtermini: ſed ī auſtri plagam magis cōuerſi:a Garamāte Apollinis filio:ut qdē putant:ſic cognominati Hi teſte Herodoto li.hiſtoriaruꝫ.iiii.omnē hominis aſpectū & loquelā diffugiūt ſuntq; imbelles & inermes:nec priuata matrimonia noſcūt:ſed uulgo omnibus in Venerem licet.Sunt etiā eodem Herodoto teſte alii garamātes in extrema uerſus auſtruꝫ libye diſpoſiti:magnus ut ait populus & fortis.e quibus uerſus mare propinquior eſt uia uſq; ad lothofagos itinere dierū triginta. De quibus forte intellexit Virgilius in Dāone:Extremi garamantes: & Lucanus li.iiii.Nō ſup arantē merone cancriq; ſub axe.Qua nudi garamantes arant.

G aramantis cū.t.exili &.i.latino ſcribit̃:fuit filia Garamāti garamātū regis: quā Iuppiter Ammodo apud fluuium bagradā cōpreſſit:& ex ea hiarbā genuit.

G argittius cū.i.latino utrobiq;:& duplicato.t.ſcribit̃: fuit teſte Iulio Polluce li.v. de uocabulis rerum ad Cōmodū Cæſarē canis cuiuſdā generoſi nomen:q Geryonis boues cuſtodiebat:& leonibus inſultabat:quē tunc Hercules interfecit: cū illius armenta abſtulit.fuitq; Cerberi epirotici frater.

G argara ꝗꝗ cum.g.a nobis ſcribatur:ſecundū tamen etymologiā per.c. ſcribi deberet.nā teſte Seruio ſup.viii. æneidos dicūt̃ ꝗſi κάρα καροσ. id eſt caput capitis:hoc eſt altitudinis altitudo.Nā cacumina ſūt mōtis idæ. q̃re de illis locutus dixit Virgi.Lucus in arce fuit ſūma:de qbus late in dictiōe myſia uidebimus.

G aulus cum au dipthongo:& unico.l.ſcribitur:genus eſt nauis.

G aurus cum au diphthongo & unico.r.ſcribitur:mons eſt campāniæ teſte Vibio haud longe ab auerno lacu poſitus. de quo Iuuenalis in ſatyra Neuole ait. Suſpectūq; iugum cumis & gaurus inanis: hoc eſt intus uacuus: ut nonnulli exponunt:ego magis puto:id eſt pauca producens.

G aza cum.z.conſonante ſcribitur:uocabulum eſt pſicuꝫ:quod apud nos opes indicat:& eſt generis fœmini:ut in ſequente dictione uidebimns.

G azophylatium ſecunda cum.z. conſonante: ſequens cum.y. græco penultima cum.c.exili:&.i.latino ſcribitur:nomē eſt compoſitum ex dictione pſica & græca.perſica quidem ut gaza quæ opes nobis indicat: ut Virgilius libro æneidos primo.Et troia gaza per undas.Idē:Et gaza lætus agreſti:Ex dictione uero græca:ut phylatium quæ a φυλάττω:quod eſt cuſtodio deducitur.quaſi locus ille eſſe dicatur:in quo opes reconduntur.

G elon cum.e.abſq; diphthongo:& unica.l.ſcribitur:fuit tyrānus ſiculus: cui Hiero teſte Plutarcho ſucceſſit.

G elonus cū.e.abſq; diphthōgo & unico.l.ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iiii.Herculis filius:a quo ſchytici quidā populi geloni cognominati ſūt hi ꝓpinqui ſunt agathyrſis:q ut illi coloribus ſe pingi cōſueuerūt dicēte etiam Virgi.li.geogicorū.ii.Eoaſq; domos Arabū pictoſq; gelonos.hi cū p deſerta ſcytica diſcurrunt:ſitientes equorū ſuorū uenas ꝑtundunt:ac ſanguinē potāt dicente Virgi.libro georgicorum.iii.Profuit intenſos æſtus auertere.& inter
Ima ferire pedis ſalientem ſanguine uenam.
Biſaltæ quo more ſolent:acerq; gelonus.
Cum fugit in rhodopen:aut in deſerta getarum.
Et lac concretum cum ſanguine potat equino.Hi teſte Solino ex hoſtium cutibus indumenta ſibi conficiunt:& equis tegmina ſuper ponunt.

G ela cū.e.abſq; diphthōgo:& unico.l.ſcribitur:fluuius eſt ſiciliæ.de quo Ouidius li.faſtorū.iiii.Et te uorticibus nō adeūde gela.A quo urbs illi adhærens: gela ſimiliter cognominata fuit:ut Virgi.li.iii.æneidos: Immaniſq; gela fluuii cognomine dicta.& inde gelous:ut idem in eodē libro.Campiq; geloi.

G enealogia abſq; diphthōgo:& cū unico.l.atq;.i.latino ſcribit̃:dici poteſt generationis ſeries.Nā cōponitur ex γενεᾶς generationis:& λοία ſermo.

G enethlios cum.th.aſpirato:&.i.latino ſcribitur:dici poteſt a nobis natalis: & īde genethliacus:id eſt natalitius.

G eographia cū.e.abſq; diphthōgo:&.i.latino ſcribitur.Et cōponit̃ ab γεᾶς quod eſt terræ:& γραφία deſcriptio.nā γεα terra:& per ſinæreſim γη.

G eometria abſq; diphthongo:& cum.t.exili atq;.i. latino ſcribitur: Et cōponitur ab γεᾶς:quod eſt terræ:& μέτροσ menſura.

G eorgica cum.i.latino:&.c.exili ſcribitur: componiturq; a γἑάσ: quod eſt terræ & ἔργον opus.

G eryones cuz.y.græco ſcribitur:fuit ut dicunt poetæ:hiſpanus:tergeminus: quē hercules uictum nobilibus priuauit armentis.dicente Seneca:

Inter remotos gentis heſperiæ greges
Paſtor triformis littoris charcheſii
Paremptus.acta eſt præda ab occaſu ultimo
Notum chitæron pauit oceano pecus.

Et Virgi.li.viii. æneidos. Nā maximus ultor Tergemini nec Geryone ſpoliiſq; ſupbus Alcides. Nāq; declinatur hic geryones huius geryonæ:ut Anchiſes anchiſæ. Heſiodus uero in theogonia trium capitū hominem dixit: quē fulguris filium aſſeruit dicens:χρύσα ορ Δἔτεκε Τρικάφαλον γηρυοῦνα.

G errus cuz duplicato.r. ſcribitur:fluuius eſt ſcythiæ:& teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto ſeptimus ab iſtro memoria dignus.

G etæ cum.t.exili ſcribitur:populi ſunt thraciæ:ut dixit Plinius libro.iiii. naturalis hiſtoriæ.de quibus Ouidius.xviii.epiſtola libri ſecundi de ponto ait:
Nulla getis toto gens eſt truculentior orbe.& libro.v.triſtium multa de illis proſecutus eſt.At uero Appianus inſignis hiſtoricus græcus dixit:Getæ ſunt quos dacos uocant.nonulli uero alii illos eſſe affirmat: quos iam gothos uocamus. Saluſtius uero referente Seruio ſuper ſeptimo æneidos dixit illos eſſe myſios: & a Lucullo ſuperatos.

G etulia cū.t exili &.i.latino ſcribitur:regio eſt in aphrica.quā Plinius lib.v.naturalis hiſtoriæ dixit hactenus fuiſſe ætolorū partē: ſed pulſi incolæ propriam fecere gentē uerſus æthiopes:que ab oriente mōtuoſa eſt: & elephantes gignit. ut Iuuenalis in ſatyra quæ incipit Omnibus in terris ait:Cum getula ducē portaret bælua luſcū.nam a getulia getulus deriuatur cū accētu in penultima. ut i ſcāſione præfati uerſus oſtenditur:& in eo Virgilii li.iiii. æneidos cum ait: Aut captā ducat getulus hiarbas:ubi tā prima q̄ ſecūda lōgat̄. Quod ab oībus poetis obſeruari cōperimus:excæpto Martiale: q li.epigrāmatū primo tā primaz q̄ ſecundam breuiauit cum ait.Traducta eſt getulis nec cæpit arena nocentes.

G yas cum.y.græco ſcribitur:nomen fuit uiri troiani proprium.

G yarus cum.y.græco ſcribitur:inſula eſt parua:& una ex cycladibus ad quā noxii romani damnabant̄:dicente Iuuenali in prima ſatyra:Aude aliqd breuibus gyaris & carcere dignum ſi uis eſſe aliquid.Dixitq; in plurali: ut hanc & ſimilē deſignaret hac & mycone:altera ſcilicet & cycladuz inſula Delon oras & littora circum Errantē:ut dixit Virgilius libro tertio æneidos:Pius arcitenens immotamq; coli dedit:& contemnere uentos.

G igantes cum.i.latino:&.t.exili ſcribitur:dicuntur a poetis terræ filii ſine patre: quos quinta Luna natos dixit Virgilius libro georgicorum primo:& Ouidius libro quinto faſtorum addidit cum pedibus ſerpētinis.Qui cum deos cælo pellere conarentur:a Ioue fulminati fuerunt.

G igantomachia cum.i.latino utrobiq;:&.t.exili atq;.ch.aſpirato ſcribitur:dici poteſt gigantum μαχία.id eſt bellum.

G illus cum.i.latino & duplicato.l.ſcribitur:fuit uir tarētinus.de quo Herodotus libro hiſtoriarum quarto nonnulla explicauit.

G ymnoſophiſtæ prima cū.y.græco ſequēte.m.& penultima cū.i.latino ſcribitur: dictio eſt compoſita ex γυμνὸσ:quod eſt nudus:& σόφιστής ſapiens.Naz teſte Pli.vi.naturalis hiſtoriæ fuerunt indorū philoſophi. Alii dixerunt caldæorum:quos & dryiudas Laertius li.i.de uitis philoſophorū obſcure & per ſententias philoſophari dixit.dicebātq; colēdos eſſe deos:nil mali agendū:& mortē cōtēni oportere.De his meminit Lucanus li.iiii.& Hieronymus in ꝓlogo bibliæ.

G ymnaſiū cū.y.græco ſequēte.m.ſcribitur:locus ē paleſtræ:ubi nudi exercebāt̄: qd' nōnunq̄ ꝓ omni exercitio:ac exercitii cuiuſq; loco ab auctoribus capitur.

G ymnaſiarches prima cum.y.græco antepenultima cum.i.latino:ultima cū.ch. aſpirato ſcribitur:dici poteſt princeps gymnaſii.

G yges cum.y.græco ſcribitur.Tres hoc nomine dignos memoria cognominatos cōperi.Vnum quem dixit Heſiodus in theogonia cæli & terræ fuiſſe filium:Briareiq; fratrem.De quo Ouidius in libro de triſtibus ait:Centimanūq; gygen.ut in dictione Briareus uidimus.Alium lydium:quem Plato paſtorem regis lydiæ fuiſſe refert:qui cum die quadam ueniſſet in nemus:coactus magnis imbribus in quendam terræ hiatum deſcendit:ubi equum æneum uidit: in cuius lateribus fores eſſe cum animaduertiſſet:illis apertis corpus hominis comperit magnitudinis inuſitatæ:qui in dexteræ digito aureum annulum detinebat.Illum ergo cum detraxiſſet:& digito ſuo indueret:ad alios paſtores reuerſus eſt: & cū forte annulum ad palmas reduxiſſet perpendit a nemine ſe uideri. Ipſe autem cuncta uidebat.Atq; deinde annulo reuoluto conſpiciebat̄ omnino: qua ſane oportunitate uſus reginæ ſtuprū intulit.Qua poſtmodū adiuuāte regē interfecit:& illos ſuſtulit:quos ad regnū ſibi obſtare arbitrabatur: unde beneficio ānuli & reginæ rex lydiæ effectus eſt.Tertius fuit puer quidaz Cnidius: qui ab Horatio in ſecundo carminum formoſiſſimus memoratur his uerſibus.

Vt pura nocturno renidet
Luna mari cnidius ue gyges:
Quem ſi puellarum inſereres choro:
Mire ſagaces falleret hoſpites
Diſcrimen obſcurum ſolutus
Crinibus ambiguoq; uultu.

G ynæcium cum.y.græco:ſequens cum æ diphthongo:& penultima cum.c. exili &.i.latino ſcribitur:locus eſt in ædibus ſolis mulieribus ad habitandum datus Terentius in phormione:Vbi in gynæcium ire occipio: puer ad me occurrit: & a γυναικῶν:hoc eſt a mulieribns deducitur.

G ynæconitus eodem modo ſcribitur:& idem quod gynæcium deſignare uidetur Aemilius Probus oſtendere in proemio de excellentibus ducibus cum ait: Materfamilias apud romanos primum locum tenet ædium:atq; in celebritate uerſat̄:qd' multo fit aliter in græcia.Nā neq; in cōuiuiū adhibet̄: niſi propinquorum:nec ſedet niſi interiore parte ædium:quæ gynæconitis appellatur.

G ynæcia eodem modo ſcribitur:& ponitur a noſtris nonunq̄ pro bona dea:ut uidebimus in dictione Maia.

G yndes cū.y.græco ſcribit̄:fluuius ē q naſcitur in mōtibus mantianis &' fluēs ꝑ dardaneos ingredit̄ tigrim:ut ſcripſit Herodotus li.hiſtoriarū.i.De quo Seneca li.iii.de ira inqt:Cū gyndes fluuius ſecūde poſt euphratē magnitudinis cyri īpetū ueniētis cōtra babylonios interciperet:& qdā ex militibus ſumme dilectus regi eius moliens tranſitum:rapacitate fluuii abſorptus eſſet:rex iratus amicuz

ulciſci ſtatuit: iurans ut qui nunc præclarum equitẽ uorauiſſet: mox uix tin-
geret genua mulieris. Nec peragendo ſegnior bellum indictũ hoſti cum fiumie
geſſit: anno integro cum totis copiis gyndem fluuium per magnas deductum
foſſas: in quadraginta ſex alueos diſpartiuit. eo opere prædoctis foſſoribus etiã
euphratem longe ualidiſſimum per loca uaria deriuauit: nomenq; tunc illi per
dere fecit: quare & babylonem hoſtiliter cæpit.

G ypſum cuʒ. y. græco ſcribitur: genus eſt calcis albæ: quæ facile cõgluctinatur: &
indureſcit. unde ſi labore ex illa ſigna formantur. Iuuenalis in ſecunda ſatyra.
Plena omnia gypſo Chryſippi inuenies.

G yrtõe cũ. y. græco &. t. exili ſcribitur: nomen fuit urbis pelaſgice ſiue theſſalice.

G yrus cum. y. græco ſcribitur: & circuitum apud noſtros deſignat.

G iſco cum. i. latino: &. c. exili ſecundũ græcam litteraturaʒ ſcribitur: fuit eo nomi
ne Hamilcaris filius longe prius q̃ punica bella fierent. Alter fuit pater eius Ha
ſtrubalis: qui cum Scipione plurima bella geſſit.

G ytheus cum. y. græco &. th. aſpirato ſcribitur: nomen fuit uiri proprium.

G laphyrus cum. y. græco ſcribitur: dici poteſt latine feſtiuus.

G lauco cum. c. exili ſcribitur: fuit athenienſis philoſophus.

G laucus cum. c. exili ſcribitur. Quo nomine diuerſi cognominati fuerunt. Nam
unus de potnia ciuitate fuit: q cum ſacra Veneris ꝓhiberet: illa irata ĩmiſſo fu
rore libidinis equabus: qbus ipſe ferebat̃: ab illis morſibus eſt dilaceratus: ut di-
xit Seruius ſuper. iii. georgicorum. ubi dixit Virgi. Et mentem uenus ipſa dedit
quo tẽpore glauci Potniades malis mẽbra abſumpſere quadrigæ. Alter fuit pi-
ſcator: q cõuerſus deĩde in deũ marinũ: ardẽter amauit Scyllam. De quo plene
Ouidius libro metamorphoſeon. xiii. Alium dixit Herodotus li. hiſtoriarum. i.
chium fuiſſe: qui primus ferri conſolidaturam adinuenit. Et alium in eodeʒ li.
rettulit Hippolochi filium: a quo reges apud iones nati ſunt

G lycerium prima cum. y. græco ſequens cum. c. exili: & penultima cum. i. latino
ſcribitur: nomen fuit puellæ: quod apud nos ſignificat dulcem amorem. Nam
componit̃ ex γλυκύσ: quod eſt dulcis: & ἔροσ amor. Et ſic quoq; per diminu
tionem adulatione amatoria a græcis prolatum. q̃q̃ & Glycera reperiatur. Mar
tialis in. xi. Formoſam gliceran amat lupercus.

G loſa cum unico. ſ. a noſtris ſcribitur: ſed a dictiõe græca traducitur: quæ per ge
minum. ſ. ſcribitur: hoc eſt a γλῶσσα: quæ eſt lingua: eo ꝙ uiceʒ doctoris glo
ſa detineat. Et inde gloſſema cum duplicato. ſ. ſcribitur. Quod Quintilianus in
primo interpretatur: quaſi uoces minus uſitatas.

G nomon cũ unico. m. ſcribit̃: dici põt teſte Pli. li. ii. naturalis hiſtoriæ umblicus.

G natho cum. th. aſpirato ſcribitur. nomen eſt uiri proprium. ſed deductũ a γνά
θοσ: quod eſt bucca: uel maxilla: quaʒ ille maxime explere cupiebat. Nam ob id
ſic quoq; paraſitus ille apud Terentium nominatus fuit.

G noſus cum. g. ante. n. a pluribus ex noſtris ſcribitur: ſed quia apud græcos ha-
bet. κ. quod in. c. noſtrum trãſferri conſueuit: ſcribunt aliqui cum. c. uidelicet
cnoſus. & non cum. g. Alii uero ob affinitatem litterarum. κ. in. g. conuerti di
cunt: ut in ſequenti dictiõe uidebimus: fuit cretæ ciuitas in qua Minos ut plu
rimum habitare conſueuit: unde gnoſia deducitur.

G obius cum. g. littera teſte Priſciano: &. i. latino a noſtris ſcribitur: q̃q̃ apud græ
cos. κ. ſcribatur: quod in. c. a nobis conuerti cõſueuit: ſed ob affinitatẽ litterarũ
in. g. conuerſum fuit. Piſcis eſt uilis. de quo Iuuenalis in ſatyra. Atticus eximie
ſi cœnat inquit: Nec nullum cupias cũ ſit tibi gobio tantum in loculis. & Mar
tialis in ultimo: Principium cœne gobius eſſe ſolet.

G obryas cum. y. græco ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum. iiii. uir pſa
nobilis. unus ex his qui cum Dario cõiurarunt in magum. Nã erat Darii ſocer
ãteq̃ regnũ Darius ipſe adipiſceret̃: ut idẽ Hero. oſtẽdit circa initiũ li. vii. hiſtor.

G onnus cum duplicato. n. ſcribit̃: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum. vii. urbs
in ſuperiori parte theſſaliæ: unde ad theſſaliam quiſpiã introitus comperitur.
alius ſcilicet ab eo qui iuxta peneum fluuium habetur.

G orgias penultima cum. i. latino ſcribit̃: fuit teſte Quintiliano libro. iii. de inſtitu
tione oratoria ſiculus natione & Empedoclis diſcipulus: qn & Iſocratis atq; alio
rum pluriũ philoſophorũ & oratorũ præceptor. Idẽ teſte plinio li. xxxiii. natu-
ralis hiſtoriæ: hominũ primus & auriã ſtatuã & ſolidã delphis in tẽplo ſibi po-
ſuit. lxx. circiter Olympiade: tantus erat tradendæ oratoriæ artis queſtus.

G orogytion anpenultima cum. i. græco: & penultima cum. t. exili: &. i. latino ſcri-
bitur: fuit troianus Priami & Caſtianiræ filius formaq; & uiribus præſtans: ut
dixit Homerus libro octauo iliados.

G orgones cum unico. n. ſcribitur: fuerunt inſulæ in oceano æthiopico in quibus
Meduſa cum ſororibus regnabat: ut uidebimus in dictione pegaſus.

G ortyna cum. t. exili &. y. græco ſcribit̃: fuit teſte Homero li. ii. iliados urbs cretæ
pulchris cincta muris: quã teſte Solino lenæus præterfluit amnis. ꝑ quẽ Euro-
pam tauri dorſo uſq; ad eam portatã ferunt: a qua terra pars urbis cognomina
ta fuit dicente Ouidio libro faſtorũ. v. de illa loquente. Parſq; tuuʒ tertia nomẽ
habet. Iuxta gortynam naſcunt̃ calami pro ſagittis aptiſſimi dicente Virgi. lib.
xi. æneidos. Spicula torquebat lytio gortynia cornu. Nam ab gortyna gortinius
& gortynia deducuntur: ut idem Vir. in bucolico ait: Aut armenta ſecutũ Per-
ducent aliquæ ſtabula ad gortynia uaccæ. Nãq; ibidem aliquãdo fuiſſe armẽta
Solis teſtatur Seruius. Verum moderniores mutantes. g. in. c. non gorthynam
ſed cortynam iã dicũt: ac ſcribũt: ut in ea dictiõe uidimus. Sed nos ſeruato. g. in
antiquis & emendatiſſimis codicibus ſcriptum comperimus. ſane cortina abſq;
aliqua aſpiratione: &. i. latino aliud ſignificat ut ſupra uidimus.

G racchus cum duplicato. c. & ſecundo aſpirato ſcribitur: nomen eſt auis a uoce
deductum teſte Quintiliano in primo de inſtitutione oratoria. fuit etiaʒ cogno
men clariſſimorũ quorundam romanorũ. qui nõ modo rebus geſtis: ſed eloquẽ
tia præcipue claruerunt: dicente Hieronymo ſup Amos prophetam: Oratores
Lyſiam & Hyperidem: Periclẽ & Demoſthenẽ: Gracchos Catones Tullios & Hor
tenſios in cælum laudibus ferunt poetæ: ſi epici ſunt Homerũ atq; Virgilium: ſi
lyrici Pindarum & Flaccum crebro ſermone concelebrant.

G radiuus cum. i. latino ſcribitur: non eſt uocabuluʒ græcũ. neq; latinum. ſed trax
quod bellicoſum deſignat & fortẽ. diciturq; latine Mars eo ꝙ maribus in bello
præſit: ut dixit Varro de lingua latina: cum per uiros fiant prælia. Et dicitur fi-
lius Iouis ex Iunone. Ouidius uero dixit in quinto methamorphoſeos illum fu-
iſſe Iunonis filium abſq; patre: ita ut cum uideret Iuno habituʒ Iouẽ abſq; mu-
lieris ſeruitio percuſſo capite emiſiſſe Mineruam armatã: ibat ipſa ad Oceanuʒ
quæſitura quoniam pacto & ipſa abſq; uiro parere poſſet: ſed itinere feſſa cum
forte ad hoſtiũ deæ Floræ uxoris Zephyri reſediſſet a Flora interrogat̃ quorſũ

& qua de cauſa pergeret. Quod cum didiciſſet Flora obtulit ſuffragari: ſi Ioui forent tacita nomina ſuffragantis. ꝑmiſit id Iuno ac iuramento firmauit. Mox docuit illam Flora in cāpis oleniis florem eſſe: quo tacto repente ſine uiro cōciperet. Quod Iuno expetta Martē concæpit: & deinde peperit ferociſſimū & bellicoſum: qui bellorum deus eſt habitus: unde Flora ad Naſonem loquens in. v. faſtorum inquit.

Mars quoq; ſi neſcis per noſtras editus artes
Iuppiter hoc & adhuc neſciat uſq; precor: & reliq̄ ubi eandē fabulā ꝑſequitur.

Hunc Statius in li. thebaidos dixit ī thracia tenere ſedē. domūq; illius deſcripſit & familiaʒ: cuius & Bellonā ſororē aurigā eſſe uoluit. huic romani teſte Seruio ſup primū æneidos duo cōſtituere tēpla: unū in urbe tanq̄ urbis cuſtodi: alterum extra urbem in uia appia portæ ꝓximū: q̄ſi ꝓ republica pugnatori. Idem mutuo amore dilexit Venerem uulcani cōiugē: de quo Ouidi. in. iiii metamorphoſeos libro: & circa finē li. ii. de arte: & in primo de ſine titulo late ꝑtractauit eūdē dixit Home. in. li. iliados ſemel uulneratū fuiſſe ī extrēo lateris a Diomede & tanto uocis ſonitu exclamaſſe q̄to alioruʒ. x. milia potuiſſent: Quod lepidiſſime in latinū Caro. noſter Arreti. ī ipſum Martē inuehēs traduxit: cum dixit.

Mec tibi iam ſemper ꝓſunt crudelia bello.
Vulnera: nam repeto ſæpe tuliſſe uices:
Cum latus extremum cuſpis diomedea fixit.
Proh pudor atq; homini uulnera facta deo.
Tum quantum exclamant hominum bis milia quinq;.
Cum reperunt acri bella nefanda manu:
Tam magna terras compleſti ac æthera uocæ:
Vt tremerent danai dardaniiq; ſimul.
Dicitur: & xantus mediis exterritus undis:
Concuſſa eſt ide: territus eſt ſimois.
Viſaq; tum uolucris tremulis petere aera pennis.
Rhoetei: & piſces concaua ſaxa petunt.
Turbine dehinc cælo tendit ſic oblitus ille
Sanguine diuino conſtitit ante deos.
Non hominum puduit regi diuumq; parenti
Dicere mortali uulnera facta manu:
Dicere nec puduit pedibus ſperaſſe ſalutem:
Hei mihi q̄ melius tardus inerſq; fores.
Iuppiter ipſe pater rabiem ſæuoſq; furores
Increpat: & matri quod nimis ipſe places:
Quodq; tibi cordi bellum & diſcordia pugnæ
Inuiſumq; ſibi non minus eſſe docet:
Heu quod tytide uulnus non altius actum
Corq; ferox mec ium ruperit haſta tuum.

Quare & Iuuenalis in ſatyra Exēplo quodcūq; malo ad Caluinuʒ qui depoſito fraudatus fuerat iqt: Tu miſer exclamas: ut ſtentora uincere poſſis. Vel potius quantum gradiuus homericus audis Iuppiter hæc.

G ræcus cum æ diphthongo &. c. exili ſcribit̄: fuit rex atticæ regionis: a quo græci dicti ſūt: ut dixit Ariſtoteles ī metheoris: ūde græcia græcanicus & græciēſis deducitur. Sane apud græcos uarie locuti ſunt auctores: quod ex linguarum copia qua ſe plurimū iactant ꝑuenire neceſſe fuit. Nam quinq; apud illos linguæ habent: quæ declinationibus nominū & uerborum ac litterarum quarundā uarietate depræhēdūt̄ ut attica æolica ionica dorica & ΚΟΙΝΗ id ē cōmunis

G rammatica cuʒ duplici. m. &. t. ac. c. &. i. latino ſcribitur. dici poteſt a nobis litteraria. Nam deſcendit a γράμμα: quod apud nos eſt littera. & teſte Quintiliano in emendate loquendo atq; ſcribendo grāmatica conſiſtit: ita ut litteræ ſuas cuſtodiunt uoces: & uelut depoſitum reddant legentibus. Quod uero ad ſignificate & ornate dicendum aut ſcribendum ſpectat: maiori competit artifici: q̄q̄ & a grāmaticis auferri non debeat.

G ranicus cum unico. n. &. i. latino atq;. c. exili ſcribitur. fluuius eſt phrygiæ in ꝓpōtidē iuxta cyricū cadēs: de quo meminit Homerus circa iniciū li. xii. iliados

G raphia cū. ph. aſpirato &. i. latino ſcribitur: dici poteſt a noſtris ſcriptura: quæ non ſolum exarationē litterarum: ſed cū hoc etiā picturam quē admodū apud græcos ea dictio graphia ſignificat: unde ſcribo apud noſtros ꝓ eo qđ eſt pigo ab auctoribus noſtris ſæpe poſitum fuit. Plinius li. xxxv. naturalis hiſtoriæ de Nicomacho pictore locutus inquit: ſcripſit & Appollinē & dianā deum Matrē in leone ſedentem. i. pinxit. ſimiliter Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam inqt Dacius & ſcripto radiat germanicus auro: hoc ē picto. Quare & picturas legere dicimur: quēadmoduʒ & ſcripturas. Virgi. li. æneidos. vi. Quin protinus nomen ꝑlegerent oculis: & reliqua & a graphia graphium cum. ph. aſpirato ſtilus dicitur: quo in cæris antiqui plurimum ſcribere conſueuerant: & idem zographia quaſi ζώων id eſt animaliū pictura: unde Plinius eodē lib. Dionyſius inquit nihil aliud q̄ homines pinxit. ob quod anthropographos cognominatus: qđ cū. th. aſpirato ſcribitur & ſignificat ανθρώπων id eſt hominum γραφέα pictorem: uerū ægipti ex annalibus eorum teſte eodem Plinio apud ipſos inuētam picturā prius q̄ in græciā trāſiret affirmant. græci uero alii apud ſicyonē: alii apud corinthios repertā omnes ab umbra homīs linteis circunducta: Itaq; talem primā ſcripturā ſingulis coloribus confectā monochromaton dixerunt: qđ cū. ch. aſpirato &. t. exili ſcribit̄: & ſignificat μονον id ē unicū χρωμάτων id eſt colorum: quia unico tantūmō uidelicet umbratili colore pingebant̄. in quo pingendi genere teſte Quintiliano libro. xii. de inſtitutione oratoria clarueruut Polygnotus atq; Aglaophon: quorum ut ait ſimplex color tam ſui ſtudioſos adhuc habet: ut illa prope rudia ac uelut futuræ mox artis primordia maximis qui poſt eos extiterunt pictoribus præferant: ꝓprio quodam intelligēdi ut mea opinio fert ambitu. Aut apud romanos teſte eodem Plinio honos huic arti mature contigit. ſiquidē cognomina ex ea traxerunt fabiæ clariſſime gentis princepſq; cognominis. Fabius ædem ſalutis pinxit: anno urbis cōditæ quadringenteſimoquinquageſimo quæ pictura ut idem Plinius pergit: durauit ad noſtram memoriam ī ædea Claudii principatu exuſta: proxime celebrataſ eſt ī foro ærei Herculis pacuuii poetæ pictura Ennii ſorore geniti. hæc ille oſtendēs deinde hanc artem ab honeſtiſſimis manibus non amplius fuiſſe ſpectataʒ ſed inter liberales ſemꝑ habitā: & nūq̄ a ſeruis exercitam: ſed dignatio inquit præcipua romæ increuit Valerio Maximo cōſule: cū Meſſalla princeps tabulā pictam prælii: quo carthaginenſes Hieronem in ſicilia uicerant: ꝓpoſuit in latere curiæ Hoſtiliæ anno ab urbe condita. cccc. xc. fecit hoc idem &. L. Scipio ta-

bulam quã uictoriæ ſuæ aſiaticæ in capitolio poſuit: poſt quos idem & nõnulli alii fe. erunt At in tabulis externis auctoritatem romæ publice primus omniũ fecit. L. Mũmius: cui cognomen achaica uictoria dedit. Nam cum in præda uẽdenda rex Attalus ſexdecim libris Ariſtidis tabulã emere uellet: in qua liber pater pictus erat: preciuʒ miratus ſuſpicatuſq; in ea aliquid uirtutis quod ipſe neſciret reuocauit tabulam: & deinde in Cereris delubro poſuit. Quam primam picturam externam Plinius ipſe putauit romæ publicatam: iuxta quæ Iuuenalis poeta locutus uidetur in ſatyra Atticus eximie cum ait.

Tum rudis & graias mirari neſcius artes:
Vrbibus euerſis prædarum in parte reperta:
Magnorũ artificũ frangebat pocula miles. unde. lib. xxxvi. inquit idem Plinius uictoria Pompeii: de Mithridate primũ ad margaritas gẽmaſq; romanos mores inclinauit. ſicut. L. Scipionis: & Cn. Manlii cælatum argẽtum: & ueſtes attalicas & triclinia ærata: ſicut. L. Mũmii ad corinthia & tabulas pictas.

G ryllus cũ. y. græco & duplicato. l. ſcribit̃: quo nomine uocatus ẽ Xenophontis filius: q glorioſe ꝓ patria occubuit: cuius laudes & epitaphia ut dixit Ari. inumeri ſcripſere. Socrates etiã ſi Hermippo credimus illius laudes ſcripſit.

G rynia prima cum. y. græco & penultima cum. i. latino ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo urbs in æolia: & in finibus ioniæ: a gryneum nemus dici in ſequenti dictione oſtendemus.

G ryneum nemus cum. y. græco ſcribitur ſic quoq; dictũ a grynia ciuitate aſiæ in cõfinibus æoliæ & ioniæ: quã puto aliquãdo clazomenã dictã. Nam de grynia loquitur Herodotus: de clazomene uero ait Seruius ſup quartum æneidos librum: cũ apud Virgilium dixiſſet ad Aeneã: Dido: Sed nunc Italiã magnam gryneus apollo: Italiã liciæ iuſſere capeſſere ſortes: ubi dicit Seruius clazomene ciuitas eſt in aſia: iuxta quam nemus eſt gryneum. ubi Apollo cum reuerentia magna colitur: & ſup æglogã quæ inſcribit̃ Silenus ait idem Seruius gryneum nemus eſt in finibus ioniis Apolloni conſecratum. At conſtat gryneam in confinibus ioniæ eſſe ut ſupra uidimus. Vnde ait ibidem Virgilius ad Gallum loquens de calamis quos illi dabant muſæ: His tibi grynei nemoris dicatur origo. Nequis ſit lucus quo plus ſe iactat apollo. Nanq; in eo dabãtur manifeſta Apollinis reſponſa: cui præfuit Mopſus ipſius Apollinis filius ex Mantone filia Tyreſiæ uatis thebani natus: ut dixit Pomponius libro. i. de quo Statius ſæpius in dubiis auditus iaſone mopſus: & ut Seruius ipſe ſuper eãdem æglogam atteſtatur in hoc Calchas & Mopſus inter ſe contenderunt de peritia diuinandi: ſed a Mopſo ſuperatus Calchas dolore interiit: ut in carminibus Euphorionis ſcribi dixit.

G ryps huius gryphis declinatione græca: & in plurali gryphes facit. at nonnulli ex noſtris hoc tempore grypho gryphonis declinat. Quorum omniuʒ prima cũ y. græco ſcribitur: eſt animal quadrupes & pẽnatum: quod in hyperboreis mõtibus naſcitur: & in omni parte corporis leo eſt preter allas & faciem. quibus aqlas repræſentat: eſtq; hominibus & equis maxime infeſtus: ut etiã tetigit Virgi. in bucolicis: Iungentur iam gryphes equis.

G rypus cum. y. græco & unico. p. ſcribitur: dicitur naſus gibbus ſeu aquilinus: & gryphis ſimilitudine deductus.

h Adrianus cum aſpiratione prĩcipii &. i. latino in antiquis inſcriptionibus ſemp ſcriptũ comperi. Naʒ apud athenas ad fauces aquæ ductus extra ciuitatis moenia ad unũ miliare litteris latinis ſic ſcriptum comperi. Imp. cæſar ælius Hadianus. Antonius. Aug. pius coſſ. iii. trib. pot. ii. p: p. aq̃ ductum in nouis athenis coeptum a diuo Hadriano pater ſuo cõſũmauit. dedicauitq;. At uero adrianus ſine aſpiratione nomen eſt gentile ab adria urbe deductum. ſane dictio Hadriana pro filia Minois regis cræte ut inſcii quidã moderni ſumniauerunt: nũq̃ cõperta apud antiquos & doctos fuit: ut late uidimus in dictione aradne.

H æma cum. æ. diphthõgo ſcribitur: dicitur apud nos ſanguis: unde dictio hæmilius forte deducitur: & ſimili modo aſpiratur. Sed nos aſpirationem abiecimus ut in antiquis inſcriptionibus aſpeximus: de quo ſupra in dictione æmelius late uidimus.

H æmatites cũ. æ. diphthongo & duobus: t. exilibus atq;. i. latino ſcribit̃: lapis eſt ruboris ſanguinei: a quo nomẽ aſſũpſit. Nã αιμα græce latine ſanguis dicitur

H æmorrois cũ. æ. diphthõgo & duplicato. r. atq;. i. latino ſcribitur: dici poteſt a noſtris ſanguinaria. Nam ab αιμα quod ẽ ſanguis deducitur.

H æreſis ſola prima cũ: æ. diphthõgo & ultima cũ. i. latino ſcribitur: dici poteſt a nobis optio ſeu electio Nam deducitur ab αιρουμαι. qđ eſt opto ſeu eligo: unde aphæreſis: quæ apud noſtros ablatio dicitur: & diæreſis quæ eſt diuiſio atq; ſynæreſis quæ eſt diuiſorum coniunctio: a nõnullis uero ſecta hæreſis ipſa traducitur. Cicero autẽ uocabulo græco utitur in paradoxis cum ait: eſtq; in ea hæreſi quæ nullum ſequitur florem orationis.

H æreſius cũ aſpiratione &: æ. diphthõgo ſcribitur: nomen eſt uiri proprium.

H ageſilaus cũ aſpiratione principii &. i. latino atq; unico. l. ſcribitur: fuit rex lacedæmonius non poteſtate ſed nomine: quẽadmodum cæteri ſpartani reges creari conſueuerant. nam mos erat apud illos teſte Plutarcho & Aemilio a maioribus lacedæmoniis traditus: ut duos ſemp haberent reges nomine magis q̃ imperio: ex duabus familiis Prodi & Eriſthenis: qui princeps ex progenie herculis ſparte reges fuerant. horũ ex altera in alterius familiæ locuʒ fieri non licebat. Ita utraq; ſuũ retinebat ordinẽ: & primũ quidẽ ratio habebat̃: q maximus natu eſſet ex liberis eius qui regnãs deceſſiſſet. ſin is uirilẽ ſexũ nõ reliquiſſet: tũc deligebat̃ q ꝓximus eſſet ꝓpiquitate: p quẽ modũ mortuo hagi rege frater Hageſilaus ſubſtitutus ẽ. hic cũ a cæteris ſcriptoribus grecis tũ eximie a Xenophõte ſocratico collaudatus eſt: eo enĩ uſus ẽ familiariſſime. geſſitq; ſtrenue pluria bella. & religioſus ĩ deos: pluſq;ĩ patriã fuit: qñ & magiſtratibus obediẽtiſſimus

H ageſipolis cũ aſpiratione principii &. i. latino utrobiq; ſcribit̃: uir fuit athenienſis de quo nõnũq̃ Plutarchus meminit.

H alcyones cũ aſpiratione Principii &. c. exili atq;. y. græco ſcribit̃. unde neceſſario dictionẽ hanc aſpirari indicãt poetæ: q exilẽ cõſonantẽ ante illã poſitam in aſpirataʒ conuertunt. Theocritus in bucolicis χαλκυονεσ στέρευντι τα κυματα τηνδε λάλτάταν Vbi dixit χαλκυονεσ cum. χ. & non καλκυονεσ cum. κ. qđ factum eſſet ſi halcyones non aſpiraretur. Nam ibi και eſſe debuit: ſed p ſubſequentem uocalem diphthõgus ipſa αι abiecta fuit. &. κ. littera exilis & ſimplex in. χ. litteram aſpiratam ob aſpiratione ſequentis uocalis con-

uerſa fuit.queadmodum ſupra oſtendimus.Quare ſi non fuiſſet eius dictionis prima aſpirata exilis & ſimplex.κ. remanſiſſet.Et ſunt aues teſte Plinio libro.v naturalis hiſtoriæ paulo maiores paſſeribus:habētq; maiori ex parte pēnas purpureas cādidis admixtas: collo gracili ac ꝓcero:quas uideri cōtingit raro:quia nunq̄ niſi circa ſolſtitia & in bruma in qua oua deponunt apparent: Naꝫ tunc quoq; medio fere hyemis in mari ipſo nidificāt:quo tēpore ſi pontus undoſus fuerit.ipſis ouiꝫ manſueſcit.Caduntq; ꝓcellæ omnes donec halcyones poſita oua foueant.Et cum ſeptē dies ſint quibus educunt pullos:ſeptē alios adiungūt quibus partus enutriant.de quibus Ouidius li.xi.metamorphoſeon dixit.

Perque dies placidos hiberno tempore ſeptem.
Incubat halcyone pendentibus æquore nidis.
Tum uia tuta maris:uentos cuſtodit & arcet.
Aeolus egreſſu:præſtatq; nepotibus æquor.

Halicarnaſus cum unico.l.ſequente.i.latino:&.c.exili atq; unico.ſ.ſcribitur:deriuaturq; ab αλιοσ:quod marinum indicat:& ſimili mō aſpiratur:ciuitas ē maritima in caria regione minoris aſiæ argiuorum colonia: ut Pōponius libro.i. ſcripſit:in qua Mauſeoli nobilis extat opus:ut in ea dictione uidebimus.

Haliacmon cum unico.l.&.i.latino atq;.c.exili ſequente.m. ſcribitur: fluuius eſt macedoniæ:ut teſtatur Heſiodus in theogonia.

Halis cum unico.l.&.y.græco ſcribitur:fluuius eſt qui teſte Plinio li.vi.naturalis hiſtoriæ oritur ex radicibus tauri montis & defluens per cappadociā: diſiunxit olim regna lidiæ a perſis:idem teſte Herodoto inter paphlagonas uerſus boream exiens:in euxinum pontum deſinit.de hoc locutus Apollo ait: Crœſus trāſgreſſus halym plurima regna perdet.

Halizones cum unico.l.&.i.latino ſequente.z.conſonante ſcribit̄:populi ſunt paphlagonum: ſic quoq; dicti teſte Ariſtracho ſup.v. iliados librū: quia undiq; a mari circūdatur:hoc eſt ab υποζωσται:quod ē circūdari αλι mari.

Hamadryades cum aſpiratione principii:&.y.græco ſcribitur.Nam cōponitur ex αμα:quod apud illos aſpiratur:& cum ſit aduerbium ordinis ſignificat ſimul & Δρυσ huius Δρυοσ:quod ē quercus:hoc eſt nymphæ quæ una cum aboribus & naſcuntur & peunt:& ponitur ſpecies arboris pro genere.

Hamaxampeus cum aſpiratione principii:&.x.conſonante in penultima ſcribit̄: pars eſt fluminis hypanis:qui cum fonte xampeo amaro cōmixtus eſt:nam cōponitur ex αμα quod eſt una:& ξαμπεο:quod nomen eſt fontis callipodum amara ſcaturigine infamis.

Hamilchar cum.i.&.ch.aſpirato a græcis & emendatis latinis ſcribitur: licet barbarum cum quibuſdam ſequentibus eſſe dicatur:hic cognomēto Barca dictus eſt:& fuit Hannibalis filius:& pater alterius magni Hannibalis:fuitq; carthaginenſis in extremis primi punici belli:& admodum adoleſcentulus in ſicilia præeſſe cœpit exercitui:cum ante eius aduentum & mari & terra male res gerentur carthaginenſium:ipſe ubi affuit nunq̄ hoſti ceſſit:neq; locuꝫ nocendi dedit: ſæpeq; econtrario occaſiōe data laceſſiuit:ſemperq; ſuperior diſceſſit:ut Polybius hiſtoricus ampliſſime oſtendit.

Hamilcho ſimili modo ſcribitur:atq; omnia huiuſmodi barbara cum aſpiratione ſcribuntur.

Hannibal cum duplicato.n.&.i.latino ſcribitur:fuit carthaginenſis Hamilcharis



filius:qui tanto cæteris ducibus prudentia preſtare uiſus eſt:quanto populus romanus cunctas gentes fortitudine anteibat:nam quādocunq; cū eo populo cōgreſſus eſt in Italia ſemp diſceſſit ſupior:& niſi ſuorum ciuiū inuidia debilitatus eſſet romanos uidetur ſupare potuiſſe, Sed multorum obtrectatio teſte Cornelio nepote deuicit unius uirtutem.hic minor quiq; & uiginti annos natus impator factus:ꝓximo triennio omnes gentes hiſpaniæ bello ſub ægit.ſaltum pyrenæū tranſiit:& ad alpes poſteaq̄ uenit:quæ italiam a gallia ſeiungūt quas nemo unq̄ cū exercitu preter herculem tranſierat:ita itinera & loca lapidoſa ſtrues cōburendo:& acetum iniiciendo patefecit ut ea elephantus oneratus ire poſſet:qua antea unus homo inermis uix poterat repere.& cum iam romanos tribus præliis ꝓfligaſſet:pgens inde p ligures:& apoeninum tranſiliēs petebat hetruciam:quo itinere apud ea loca (ubi nunc eſt florentia) adeo graui oculorum morbo afficit̄:ut dextrum pdiderit:uel ut alii dicunt nunq̄ eo bene uſus ſit.Qua ualitudine cum etiā pmeretur.Et gætula ducē portaret belua luſcum.C.Flamineum cōſulem apud thraſumenū cum exercitu inſidiis circūuentum occidit,inde in appuliam pgens maxima clade romanos apud cānas effecit:ſed tandem ſemp inuictus cogitur a ciuibus ſuis italiam relinquere: & opē patriæ afferre:quæ a.p.Scipione premebatur:a quo in aphrica apud rhamā deuictus:dum ꝓ reparatione acerrime eſſet occupatus:carthaginenſes bellum cum romanis cōpoſuerunt.deinde cogentibus romanis cum in exiliū mitteretur:ad Antiochum regem ſyriæ confugit:qui cum cōtra romanos bella pararet:& Hānibalis conſilia ſperneret quem ſuſpectum ſermones cum Villio romanorum legato apud epheſum reddiderant:a romanis uictus Antiochus & ad pacem coactus:hannibali ſignificauit illum peti a romanis:qui cum aufugiſſet ad Pruſiam regem bithiniæ.& eodem modo eius regis cum romanis res procederent:non illi ſimiliter romanorum poſtulationem rex perfidus indicauit:ſed eum in romanorum manibus hoc eſt Titi Quinti:qui ob eam cauſam uenerat:ut hannibalem romā captiuum duceret:ita tradidit:ut uix tempus ſumendi uenenum:quod in annulo regio more gerebat:ei ſupereſſe poſſet:qui q dem annulus (ut dixit Iuuenalis) fuit cannaruꝫ uindex:ac tāti ſanguinis ultor & ſequitur:I demens & ſæuas curre p alpes.Vt pueris placeas:& declamatio fias:hoc eſt illis pueris:qui in rhetorum ſcholis Hānibalis geſta pro declamatiōis ſuæ materia aſſumere conſueuerāt:deceſſitq; teſte Aemilio Probo anno ſeptuageſimo uitæ ſuæ.

Harmonia cū aſpiratione principii &.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris concēꝰ ſeu magis proporcionalitas.Nam deſcendit ab αρμοζω quod eſt coapto.fuit etiā fæminæ nomen quæ filia fuit Gelonis ſyracuſarum regis:& uxor Themiſtii ſyracuſani:quæ deinde ut oīs ſtirps regia tolleretur occiſa fuit.

Harmodius ſimiliter ſcribitur:& nomen fuit uiri proprium.

Harmodotus cum.t.exili ſcribitur:nomē fuit poetæ de quo nōnūq̄ Plutarchus meminit.

Harmonides cū.i.latino ſcribit̄:fuit troianus:quem teſte Homero libro.v.iliados præcipuo quodā amore Minerua dilexerat:ideoq; nihil eū fugit:ꝙ fabrili arte effici poſſit:is īter alia quæ fabrefecerat naues illas Alexandro ædificauit.quæ fuerūt malorū omniū:quæ troianis cōtigerūt caput:pnicioſas qdē ac mortiferas:ut cæteris troianis.ita ipſi ædificatori:qa deorū monita nō itellexiſſent.

H arpalice cum unico.l.&.i.latino atq;.c.exili ſcribitur: fuit filia Harpali regis thraciæ & amazonũ regina: ut dixit Seruius ſup primum æneidos: hæc cum ſenem patrẽ captũ audiuiſſet a getis: cõgregata multitudine ſubito impetu prexit: & patrẽ liberauit. qđ tetigiſſe uidet̃ Virgilius li. æneidos.i. cũ ait: Vel qualis equos threiſſa fatigat Harpalice uolucrẽq; fuga præuertitur hebrum.

H arpaſa cũ unico.ſ.ſcribit̃: oppidũ ẽ ĩ aſia iuxta qđ teſte Pli.li.ii.naturalis hiſtoriæ cautes ſtat horrenda uno digito mobilis: ea ſi toto corpe ĩpellatur reſiſtens.

H arpe ſimiliter aſpiratur: fuit enſis falcatus: quo uſus eſt Perſius: unde Lucanus Harpem alterius monſtri iam cede rubentem: & ab αρπάζω: quod eſt rapio nomen accepit.

H arpia cum diphthongo &.y.græco &.i.latino compacta ſcribitur. ſed aſpirandam eſſe oſtendit Heſiodus in theogonia: cum dixit ἠΰκομους θ᾽ ἁρπυίας: ita ut cum debuerit eſſe.τ.ſimplex ſiue exile propter aſpirationem ſequentis dictionis: conuerſum fuit in.θ.quod eſt aſpiratum per moduʒ quem in præceptis explicauimus: unde & uerbum a quo deriuatur: ſimiliter aſpiratur: ut αρπαζω. id eſt rapio: & ponuntur a poetis latinis tres.ſ.Aello Ocypete & Celeno. ab Homero uero additur quarta: ſcilicet Thyella..

H arpalus cum aſpiratione & p unicũ.l.ſcribitur: nomen eſt ꝓprium ad αρπάζω deductũ: fuit regis Cyri præfectus: a quo teſte Iginio deducti fuerũt: q ex terra phocide fugati ſunt: & quidẽ alii ueliã in agro Lucano reſederũt: unde uelinus dictus eſt portus: ps maſſiliã cõdiderũt: poſt annũ ãplius ſexcẽteſimũ poſtq̃ Aeneas in Italiã uenit: ex quo repræhendit Virgiliũ Iginius: q in.vi.Palinurũ iducit portũ hunc Aeneæ denominare & ſimiliter nõnullis aliis in locis quæ correcturum Virgi.exiſtimat: ut diffuſe Gellius li.x.noctium atticarum ꝑtractauit.

H aſtrubal cum.t.exili a græcis: & non cum.d.ut nõnulli ex noſtris conſueuerũt ſcribitur: frater hannibalis fuit.

H eautontimorumenon prima aſpirat̃: & reliquæ oẽs ſine aſpiratione ſcribunt̃ & ſunt octo ſyllabe: eã græcã dictionẽ apud nos deſcribentes: q̃ Terentii unica comœdia inſcribit̃: ſignificatq; ſe ipſum cruciantẽ: de quo ſane in ea cœmedia ꝑtractat. nã cõponit ex hac dictione ἑαυτον: quæ apud illos aſpiratur in initio & ſi ipſum deſignat: atq; τιμωρουμενον quod ſignificat cruciantẽ: quia participiuʒ eſt huius uerbi τιμωρουμαι: quod eſt uindicor: & crucior. Sane repperi ſæpius ab antiquis: quibuſdã grãmaticis inductam eiuſmodi inſcriptioneʒ cũ participio in datiuo: ꝓ quo nos quandoq; ablatiuo utimur: uidelicet τιμωρουμεν hoc eſt in ſe ipſo uindicante ſeu cruciante hocq; plærunq;.

H ebdomada cum aſpiratione principii & unico.m.ſcribitur: dicit̃ a noſtris ſeptimana nam deriuatur ab ἑβδόμος: quod apud illos aſpiratur: & apud nos ſeptimum ſignificat.

H ebenũ ſimiliter aſpiratur. & cum unico.n.ſcribit̃: idq; herodianus de orthographia atteſtatur. arbor eſt quæ in india naſcitur. Virgilius libro georgicoruʒ primo: Sola india nigrũ fert hebenũ: nam eius lignum teſte Plinio lib.xii. naturalis hiſtoriæ nigri ſplendoris ac iucundi eſt. accendi Fabianus negat uritur tamen odore iucundo. ac herodotus etiã in æthiopia comperiri dixit. cuius tributi uice regibus perſidis centenas phalangas tertio quoq; anno penſitaſſe æthiopas cũ auro & ebore prodidit. eſtq; generis neutri & fœminini: neutri quidem ut Virgilius: Sola india nigrum fert habenum: fœminini uero ut Lucanus Qui hebenus inquit mareotica.

H ebe abſq; diphthongo ſcribitur: dicitur a poetis Iunonis filia ſine patre. Nam cũ grãde conuiuiuʒ Apollo in domo patris Iouis Iunoni nouercæ paraſſet & ipſa auide lactucas comediſſet agreſtes: factum eſt: ut ex illis grauida fieret cum uſq; in id tẽpus ſterilis perſtitiſſet: peperitq; deinde heben: quæ quia formoſa erat ab ipſo Ioue pincerna conſtituta eſt: & dea iuuentutis dicata: quæ deinde cum ſemel in deorum conuiuio pocula miniſtraret: & caſu in terra caderet: ueſteſq; ſubleuarentur: ita ut obſcæna diis monſtraret: indignatus Iuppiter eam ab officio amouit: & eius loco Ganymedem rapiens ſubſtituit: poſtremo herculi in numero deorum iam aſſumpto coniunx datur: de quo Seneca in octauia inqt deus alcides poſſidet heben: nec Iunonis iam timet iras: cuius gener eſt qui fuit hoſtis. & Iuuenalis in ſatyra Exemplo quodcunq; malo ait. Nec puer iliados: formoſa nec herculis uxor Ad cyathos.

H ebræus cõ.æ. diphthongo in penultima ſcribitur:

H ebrus tam a noſtris q̃ a græcis aſpiratur: fluuius eſt thracum celeberrimus: qui Ariſtotelis teſtimonio libro ſecũdo meteororũ ex monte pindo naſcitur. Seruius uero ex Oeagrio fluuio patre Orphei: qui etiam ex eodẽ monte pindo naſcitur ꝓfluere dixit quod Virgilius tetigiſſe uidetur libro georgicorum quarto: cũ ait Oeagrius hebrus: & quia odryſſii montis niues eũ plurimum augent: frigidiſſimum etiam reddunt: quare dixit Virgilius in Gallo Si amore æſtuantes frigoribus mediis hebrũq; bibamus: nos tunc quoq; refrigerari non poſſe. fuitq; in illo ꝓiectum Orphei caput & lyra.

H ecate cũ unico.c.exili atq;.t.abſq; aſpiratione ſcribit̃: ponit̃ ꝓ diana: ſiue Luna ſeu Proſerpina: Nã hecatõ apud græcos cẽtũ ſignificat: quẽ numerum finituʒ pro infinito ei antiqui ob mirabilẽ potentiã tribuebãt: qđ tetigiſſe uidet̃ Virgilius li. æneidos.vi. cũ ait. Voce uocans hecatẽ: cæloq; ereboq; potentẽ: ubi dicit Seruius Hecate ꝓſerpina dicta eſt: aut qđ centũ uictimis placet̃: prout Menelaus cõſtituit: aut quod centum annos errare faciat inſepultos.

H ecatõbe ſimiliter p unicum.c.exile atq;.t.ſine aſpiratione ſcribitur: ſacrificium erat centum boum: ut in præcedenti uidimus dictiõe Iuuenalis in ſatyra Natali coruine die Exiſtunt qui promittunt hecatomben: quaſi hecaton.i.centum βουσ. quo uocabulo utitur & Homerus.

H ecatonpylon cum.c.&.t.exilibus atq;.y.græco ſcribitur: dici poteſt latine centum portarum: πυλῶν enim portarum deſignat.

H ector cũ.ct.exilibus ſcribitur fuit filius regis Priami ex Hecuba a poetis omnibus cantatiſſimus.

H ecuba cum unico.c.& illo exili ſcribit̃: fuit rehis Priami uxor: quam Homerus Dimantis filiã dixit: idq; tetigiſſe uidetur Ouidius li.xiii.metamorphoſeos cum ait. Ergo aliis latraſſe dimãtida flebile uiſum eſt. Euripides uero nõ Dimantis: ſed Ciſſei regis thracũ fuiſſe dixit: quem ſecutus Virgi.li.ix.æneidos dixit Ciſaſeis pregnans ignes enixxa iugales: uidelicet cum pepererat Paridẽ: qa prægnãs ſomniauerat ſe accenſam facẽ parere: quæ patriã totã inflãmaret. fuitq; ſtatura grandi: & uirili animo pia & benigna: ſed amiſſo uiro patria & nobiliſſimis filiis: in canem cõuerſa ponitur ab Ouidio libro.xiiii.metamorphoſeos.

H edera cum aſpiratione & abſq; aliqua diphthongo ſcribi debet arboris eſt genus aliis arboribus uel muris inſidens: & ab ἑδράζω quod eſt colloco uel inſide deducitur: & non ab hæreo uerbo latino: ut quidam putauerunt: cuius primo

diphthongũ habet:& naturaliter ꝓducitur:& hedera primã corripit.hanc teſte
Plinio libro.xvi.naturalis hiſtoriæ negauerat Theophraſtus naſci in aſia: nec ĩ
India:niſi in monte mero.quare Alexandrũ ob raritatẽ ita coranato exercitu ob
uictoriam ex India rediſſe exemplo liberi patris cuius dei ut ille inquit:& tunc
adornant thyrſo galeas:quinetiam hac ſcuta thraciæ populi in ſolẽnibus ſacris
teſte Feſto in tutela liberi patriseſſe putabatur:quia ut ille iuuenis ſemper: ita
hæc uirens:uel quia ita illa omnia ſicut ille mẽtes hominum illigat: ſed pergit
Plinius inimica arbor ſatis omnibus:ſepulchraq; ac muros rumpens.ſerpentiũ
frigori gratiſſima:ut mirum ſit illam in honore ullo habitaꝫ. huius ut in ſequẽ
tibus ille idem oſtendit:ſpecies ſunt tres.eſt enim candida & nigra hedera:tertia
uocatur hellix:& ianum.rurſus & hæ ſpecies diuiduntur in alias:quoniam eſt
aliqua fructu tantum candida.alia & folia ſimili modo & nigra.alicui ſemẽ ni
grum:alii crocatum cuius coronis poetæ utuntur foliis minus nigris:`quã qui
dam myſiã:alii bacchiã uocant:hellix uero fructũ non gignit: eſt & alia rigens
hedera:quæ ſine adminiculo ſtat:ſola omniũ generum: & ob id uocata cyſſos:
de qua in ea dictione uidimus:& alia e diuerſo nũq̃ niſi humo repens dicta cha
mecyſſos:ut etiã in ſimili dictiõe uidimus.at uero Seruius in bucolicis dixit: ni
gra autem uel alba hedera nõ ex foliis:ſed in ligno cognoſcit̃:& ĩfra ſubdit Pli/
nius hederæ mira ꝓditur natura ad experienda uina:ſi uas fiat e ligno eius ui
na tranſfluere:ac remanere aquã:ſi qua mixta fuerit:eadẽ teſte eodẽ Plinio ĩ eo
dem libro ſi terat̃ lauro uel laurũ cõterat:ignẽ admodũ ſilicis & ferri concipit.
ſane coronabant̃ hederæ poetæ:cũ in certaminibus ex iudicũ ſentẽtia approba
ti fuiſſẽt:ut inuẽtũ epigrãma apud hiſtoniũ frẽtanorũ oppidũ ſaxo inſculptũ
his uerbis indicat.L.Valerio pudẽti.L.F.hic cuꝫ eſſet annorũ.xiii.romæ certa/
mine ſacro Iouis capitolini luſtro.vii.claritate ingenii coronatus ẽ inter poetas
latinos omnibus ſententiis iudicũ.huic plæbs uniuerſa municipiũ hiſtonien/
ſium ſtatuã ære collato decreuit:iõ & de ſeipſo dixit Oui.in.viii.de ponto.
Tempora ſacrata mea ſunt uelata corona.
Publicus inuito quã fouor ĩpoſuit:ſed ꝙ ex hedera coronarent̃ oſtendit Virgi.
in bucolicis cuꝫ ait:Paſtores hedera creſcentẽ ornate poetã. Iuuenalis in ſatyra
Et ſpes & ratio inquit.Qui facis ĩ parua ſublimia carmina cella: Vt dignus ue
nias hederis & imagine macra.& Perſius ſimiliter.Quorum imagines lambunt
hedere ſequaces:& hoc ſiue a ſimilitudine ꝑpetui uiroris: ſiue quia libero patri
hoc eſt baccho ſacrata ſit:& poetæ ut bachantes inſanire dicantur:ſiue ut alii di
cunt:quia ex una parte foliorum hederæ uiridior eſt:quo famæ æternitas indi
catur:ex altera pallor quia poetas ipſos ex ſtudiorum labore conſequi uidebat̃
ut Perſius in prima ſatyra:En pallor ſeniumq;.Iuuenalis ſimiliter de poetis qui
tempore Mecœnatis florebãt locutus inquit:Tunc utile multis Pallere & uinuꝫ
toto neſcire decembri.itaq; cum triumphãtes duces lauro coronarentur: & Au
guſtus non ſolum dux inclytus:ſed poeta clariſſimus fuerit:inquit ad illũ Vir
gilius.Atq; hanc ſine tempore circum.Inter uictrices hederam tibi ſerpere lau/
ro.ſunt & qui uelint nonnunq̃ poetas etiam myrto fuiſſe coronatos:ut ingenii
acumen:& ſcriptorum odor denotari poſſet.

H egeſippus abſq; aliqua diphthongo: &.i.latino atq; duplicato.p.ſcribitur:nomẽ
eſt uiri proprium.

H egeſias abſq; diphthongo &.i. latino ſcribitur:fuit unus philoſophus cyrenia/
cus:qui copioſe diſputauit d' bono mortis.alter fuit ſtatuarius qui teſte Quin
tiliano in.xii.duriora:& tuſcanicis ꝓxima effingebat.

H egeſipyle antepenultima cum.i.latino:& penultima cũ.y.græco ſcribitur:fuit
teſte Herodoto libro ſexto hiſtoriarum Holori regis thraciæ filia: quam Milcia
des athenienſium dux uxorem accæpit.

H electrũ cũ unico.l.&.ct:exilibus ſcribitur:græcũ uocabulũ eſt ab ἥλιος quod
eſt ſol deductum:ut uidebimus in dictione heliades:& eſt ſuccus ex arbore pi/
nei generis ꝓfluens:& ob id a latinis ſuccinũ appellatum:a cuius coloris ſimili
tudine puto eã mixturã helectrum dici : quæ ex parte quadam auri & argenti
conficitur:dicente Plinio libro. xxxiiii.naturalis hiſtorie aurum in quo quĩta
argenti portio eſt:helectrum uocatur:& ſi quintam portionem exceſſeris incu
dibus nõ reſiſtit:& ut pergit.eſt etiam helectro auctoritas homero teſte:qui Me
nelai regiam auro helectro argento ebore fulgere tradit.Mineruæ templum ha
bet lyndos inſula rhodiorum:in quo helena ſacrauit calicem ex helectro.

H elicon abſq; diphthongo & cum unico.l.atq;.i.latino &.c.exili.ſcribitur. unus
eſt ex iugis parnaſi : qui & alio nomine cyrrha dictus eſt:fuitq; Apollini ſacer
ut in dictione parnaſus uidebimus.

H elios cũ.e.abſq; diphthongo & unico.l.atq;.i.latino ſcribitur : dicitur a noſtris
Sol:& inde heliades heliogabalus:& plura alia deducuntur.

H eliogabalus cũ ſimplo.l.atq;.i.latino ſcribitur:fuit naturalis filius Antonii Ca/
ra callæ.illiq; eo tempore ex Semiamira formoſiſſima fœmina apud phœnices
genitus:quo pater eius ſeuerus cum parthis bellum habuit.hic cum adoleſcen
tulus eſſet:factus eſt ſacerdos Solis apud phœnices:unde heliogabali cognomẽ
adeptus eſt.Nam helios ut diximus:Sol eſt.& gabalus teſte Seruio ſuper ſepti/
mum æneidos illius proprium nomen fuit.uel ut alii dicunt lingua phœnicia
ſacerdos.deinde artificio matris ad imperium apud antiochiam aſſumptus eſt
interfecto.ſ.Macrio:qui firmata iam pace cum parthis libidinoſe cum illa ui/
uebat.Quare ad urbem ueniens heliogabalus a ſenatu impetrauit:ut mater in
ordine ſenatorio locaretur:quæ prima fœmina in eo ordine fuit ut hæc & reli/
q̃ꝫ heliogabali ſpurciſſimam uitam.helius lampridius ꝑtractauit.

H eliopolis cũ ſimplo.l.&.i.latino utrobiq; ſcribitur:ciuitas eſt ægipti:quæ a græ
cis teſte Diodoro ſiculo thebæ dicitur.huius ciues teſte herodoto lib.hiſtoriarũ
ſecundo apud ægiptios omnium ſapientiſſimi habentur altera eſt in cicilia pa
tria Cryſippi ſtoici:ut oſtendit Solinus cum de cicilia tractat.

H eliades cũ unico.l.&.i.latino ſcribitur:patronymicũ eſt fœmininum ductum
ab helios:q ẽ Sol.Nã ſorores dicunt̃ Phæthõtis:quæ fraterna funera iuxta eri/
danum deplorantes conuerſæ dicuntur in alnos.dicẽte d' illis Virgilio in ſile/
no.Atq; ſolo ꝓceras erigit alnos:uel ĩ populos:ut dixio Oui.quæ ſane arbores
ut aiũt cũ ſol torrens Iunio Julioq; mẽſibus cãcrũ atq; leonẽ attigit æſtu uali/
do fiſſis cordicibus ſuccũ ſui liquoris ĩ eridanũ fluuiũ iaciũt:q cũ ĩ lapidẽ ob/
duret̃ helectrũ dicit̃:qa Sol helios appellat̃:& illud ex ui ſolis originem ducere
dicũt:unde Oui.li.methamorphoſeos.ii.Stillataq; ſole rigeſcũt De ramis hele/
ctra nouis:quæ lucidus ãnis Excipit:& nuribus mittit geſtãda latis:hocq; pri/
us græci poetæ fere omnes dixere ut Aeſcilus.Polyxenus.Euripedes.Satyrus &
Nicãder:quod ſane dictũ ut ait Plinius libro.xxxvii.naturalis hiſtoriæ falſum
eſſe italiæ teſtimonio patet:ubi helectrũ naſci nunq̃ꝫ compertum ẽ quare ĩfra

ſubdit certū eſſe gigni in inſulis ſeptētrionalis oceani: & a germanis appellari
gleſſum:ob quod a noſtris unā earū inſularū gleſſaria eſt appellata:Germani-
co Cæſare ibi claſibus rē gerente:& ſubdit naſcit autē defluēte medulla ex arbo
ribus pinei generis:ut gūmi in ceraſis:reſina in pyris erupti humoris abundan
tia. Dēſatur rigore uel tepore aut mari cū itumeſcens æſtus.rapuit ex inſulis.&
infra ſubdit arboris ſuccum etiā eſſe priſci noſtri credidere: ob id ſuccinum ap-
pellantes:ſed famā rei priſcis poetis teſte eodē Plinio fecere proximæ pannoniæ
id accipientes circa mare hadriaticum:& pado annexa fabula fuit:quia trāſpa-
danoru ʒ agreſtes feminæ ſuccina decoris gratia maxime geſtare cōſueuerāt:ac
etiā hodie obſeruant:ueruʒ cum ex illis precioſa pocula ſuccauerētur:dixit Iu-
uenalis in ſatyra Si te ꝓpoſiti:Ipſe capaces heliadum cruſtas & inæquales beril
los:uidelicet ob ſculpturæ artificium:uel ob aliarum gēmarum ornamenta.nā
ut ſubdit.Birrho ut multi gēmas ad pocula trāſſert a digitis:q̄s in uaginæ frō-
te ſolebat Ponere zelotypo iuuenis prælatus hiarbæ:regi.ſ.mauritaniæ: cui iu-
uenis Aeneas prælatus fuit:de quo Virgilius li.æneidos.iiii.Aſt illi ſtellatus ia
ſpide fulua enſis erat:& reliqua quæ hunc Iuuenalis locum explanant.

H eliotropia cum.i.latino utrobiq; &.t.exili ſcribitur:herba eſt quæ ad motum So
lis conuertitur:& componitur ab helios:quod eſt ſol:& τροπη conuerſio:ab ali
quibus heliotropium ſcribitur.

H elichryſos cum.ch.aſpirato ſequente.y.græco in eadem ſyllaba ſcribitur:ſecun-
dum nonnullos:flos eſt:qui teſte Plinio libro.xxi.naturalis hiſtoriæ habet folia
auro ſimilia:& tenue cauliculum grandeq; ſed durum:& componitur dictio ex
ἑλιοσ qui eſt Sol:& chryſos auruʒ:quaſi aureus flos eſſe uideatur: & propterea
rectius ſcribitur ſine aſpiratione in principio.

H eleus cum unico.l.ſcribitur:nomen fuit Bacchi a ciuitate helidis:ubi plurimuʒ
honoratus fuit tractum.

H elicopis cū unico.l.&.i.latīo utrobiq; atq;.c.exili ſcribit:nomē fuit nymphe.

H elena cum aſpiratione principii &unico.l.ſcribit:habetq; apud græcos accētū
in penultīa:quē teſte Seruio ſup.viii.æneidos cōmutauit in primā:de quo ī di-
ctiōe ꝓſodia cām uidebimus:fuit filia Tyndari ex leda:quæ teſte Gorgia ex ſua
admirāda pulchritudine uiſa eſt filia Iouis:quā primo uirginē Theſeus rapuit
ſed intacta fratribus reſtituta fuit.nupſit deinde Menelao:& uiro abſente a Pa-
ride iterum rapitur:poſt cuius mortem nupſit Deiphobo fratri Paridis: tandeʒ
poſt troiæ excidium redditur Menelao:qui nauem cum illa aſcendit patriā pe-
titurus:ſed acti tēpeſtatibus in ægiptum ad regē:quē Homerus Polybū uocat
deuenere:unde deſcēdentes atq; octo annis errātes.ut teſtis Euſebius in patriā
tandē reducti ſunt:lōge ante mortuo Agamēnone:& illis forte diebus Aegiſtho
ſane ex antiquis græcis ſcripſere nonnulli illam nequaq̄ʒ a Paride raptam fuiſ
ſe.ſed aliam cām troiani belli extitiſſe:quod.ſ.Herculē quærentē illam olim ra-
ptam a Theſeo & Protheo regi ægipti cōmendatam ſuſcipe noluerunt:ad quaʒ
pētendā Menelaū ad ægiptum poſt bella troiana ꝓfectū ferūnt.hocq; ex relatu
Porphyrii in quibuſdam gloſulis ſuper Homerum accæpi:ſed quæ ſupra dixi-
mus poetæ omnes græci.quos legimus latiniq; confirmant eandem fuiſſe im-
mortalem ex longa ætate computare uoluit Seruius ſup ſecūdū æneidos dicēs
cōſtare fratres eius cum argonautis fuiſſe:argonautarū uero filios cū thebanis
dimicaſſe:quorū iterum filios contra troiam bella geſſiſſe:ſed utrūq; res fuerit

rettulit Iſocrates illā ſenio iam cōfectā:& in rugas faciē contractam: p ſpeculuʒ
inſpicientē uiros illos fortes:ſeu heroas & ſemideos:ut uerbis Homeri loquar:lō-
go riſu ridere cōſueuiſſe:q pro tā conduca tāq; fallaci re tanto ardore ac ptina-
cia depugnaſſent.non.n.ob aliud pugnaſſe ab Homero dicunt:quia reſtituta
helena ſe receſſuros ꝓmittebāt.Oui.uero illā fleuiſſe dixit:cū ait lib.xv.metha-
morphoſeos.

Flet quoq; ut in ſpeculum rugas aſpexit aniles.
Tyndaris:& ſecum cur ſit bis rapta requirit.

H elenius cū unico.l.&.i.latino ſcribit:flos dicit teſte Plinio li.xxi.naturalis hi-
ſtoriæ ex lachrymis Helenæ natus:& ideo in helena inſula ut ait laudatiſſimus
eſt aūt frutex humi ſe ſpargens drodantalibus ramulis folio ſimili ſerpillo.

H elcus cū.c.exili ſcribitur:id eſt quod a nōnullis ex noſtris hulcus ſcribitur:

H elorus cū unico.l.ſcribitur:fluuius eſt ſicilæ teſte Plenio li.tertio naturalis hi-
ſtoriæ:qui campis ut nilus ſupfunditur:dicente etiā Virgilio libro tertio ænei-
dos.Exupero præpingue ſolum ſtagnantiſ helori.

H elops cum unico.l.ſcribitur:piſcis eſt quē teſte Quintiliano libro quinto de in
ſtitutione oratoria ait ſcarum noſtro mari nō ducas.unde Columella libro no-
no ait pamphylio profundo & nec alio paſci.

H eliſabet cū unico.l.&.i.latino atq;.t.exili in fine ſcribitur:nomen hebrææ fœmi
næ proprium.

H ellin cū duplicato.l.&.i.latīo ſcribit:fuit Ariſtarcho teſte ſup decimū odyſſeæ
Deucaliōis fili⁹a quo greci hellīe uocitati fuerūt:ut uidebimus ī dictōe Pyrrha

H ellas cū duplicato.l.ſcribit:regio eſt de qua ī dictione attis plene uidimus:& te-
ſte Plinio li.quarto naturalis hiſtoriæ ab iſthmi anguſtiis incipit: a noſtris ap-
pellata græcia.ſic quoq; a Græco rege:qui primus in illa regnauit:a cuius filia
uocata eſt Attis deinde ab Helline Deucalionis & Pyrrhæ filio dicta fuit hellas:
ſed nos antiquius nomen ſeruamus:ac græciam dicimus.

H elle huius helles cū duplicato l.ſcribimus:fuit Athamantis argiuorum regis fi
lia:& Phryxi ſoror:ut uidebimus in dictione Phryxus.

H elleſpotus cū duplicato.l.&.t.exili ſcribitur:mare eſt illud ſtrictum:quod a te-
nedo uſq; in propontidem uergit ab Helle denominatum: ut uidebimus in di-
ctione Phryxus:& inde helleſponticus & helleſpontiatus:ut Virgilius libro ge-
orgicorum tertio.Helleſpontiaci ſeruet tutela priapi.

H elleborum cū duplicato.l.ſcribitur:herba eſt medicinalis:quæ plurima naſcit
in anticyra inſula:ut in ea dictione uidimus:& uocatur teſte Plinio libro xxv.
naturalis hiſtoriæ apud italos ueratrū.ſuntq; teſte Aulo Gellio li.xvii.due eius
ſpecies coloris inſignes candidi:& nigri:qui non in ſente neq; in uirgultis: ſed
in radice dignoſcuntur:de quibus plura ſcribuntur.

H ellix cum duplicato.l.&.i.latino ſcribitur.genus eſt hederæ:ut in ea dictione ui
dimus:quœ apud nos lubricum indicat.

H emis cū aſpiratione principii &.i.latino ſcribit:apud nos traducit ut plurimū
ſemis.nā græce ſcribit ημισ:cuius aſpiratio ī.s:noſtrū cōuerſa fuit & ultima lit-
tera abiecta.

H emicyclus cōponitur ex hemi:quod ē ſemis:& cyclus abſq; aſpiratione &.y.græ
co:quod eſt circulus:quaſi dimidius ſit circulus.

H emina cum aſpiratione pricipii &.i.latino ſcribitur:genus eſt uaſis:quo uinū

BIBLIOTECA

uel frumentum uendebatur:& ab hemis deſcendit:quod eſt ſemis:quaſi media
ſit ſextarii:quod Gellius libro tertio noctium atticarum oſtendiſſe uidetur: qũ
de dimidio & dimidiato loquẽs inquit ſi ſextario hemina fuſa eſt:non dimidia-
tum ſextarium fuſum dicendum eſt: ſed dimidium. Perſius in ſecunda ſatyra:
Fregerit heminas arreti ædilis iniquas:unde accentum detinet in penultima:&
inde heminaria quaſi mediocris dici poteſt. Quintilianus libro. vi. de inſtituti-
one oratoria Fabius maximus incuſans Auguſtæ congiarioruꝫ:quæ amicis da
bantur:exiguitatem heminarium eſſe dixit.ſane congiarium id uini eſt: quod
a principe aliquo doni gratia in populum datur: eſt etiam menſura quædam
ut Paulus iuriſconſultus de fundo inſtructo:& inſtrumẽto legato oſtendit:cuꝫ
ait item urnæ.æreæ:& congiaria ſextaria.

H emiſpærium cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:dicitur a noſtris media ſpæra.

H emiſtichos cum.i. latino utrobiq; &.t.exili atq;.ch. aſpirato ſcribitur: dicitur a
noſtris medius uerſus: nam στίχοσ græce latine uerſus dicitur: ſed in neutro
poſuit Seruius ſuper primum georgicorum cum ait:& eſt Virgilii hoc hemiſti-
chion unum de multis:unde etiam a multis hemiſtichium nuncupatur.

H eniochus cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribitᷣ:dicitur a noſtris auriga.

H eracleus cum.c.exili:&.e.in penultima ſcribitᷣ:nomẽ fuit nõnullorũ imperatorũ
romanorũ cõpoſitũq; ẽ ex ἥρα:qđ Iuno:& κλέοσ gloria:q̃ſi Iunonis ſit gloria.

H era cum.e.abſq; diphthõgo:& unico.r.ſcribitᷣ:dicitur latine Iuno:quo uocabu
lo etiã antiquiores noſtri uſi ſunt:ut Ennius in oratione Pyrrhi cum captiuos
romanis reddidit:Ferro non auro tandem certemus utriq;: Vos ne uelit an me
regnare hera:quid ue ferat ſors uirtute experiamur.

H eraclea cum.c.exili ſcribitur:& cõponitur ex hera:quæ eſt Iuno:& cleos gloria:
quo nomine plures urbes cognominatæ fuerunt: nã una ẽ in radicibus mõtis
oetæ in plano poſita:quã aſaris flumen alluit:ut oſtendit Liuius libro.v.de bel-
lo macedonico.alia fuit in propontico:quæ prius perinthus uocabatur:& ut q
dam ferunt ab heraclio conſtantinopolitano imperatore heraclea cognomina-
ta fuit.in hac fuit amphitheatrum unum ex ſeptẽ ſpectaculis orbis. alia fuit ĩ
ponto boeticorum colonia.alia in Italia in finibus campaniæ.

H eraclides cum.c.exili &.i.latino ſcribitur: fuit heracleotes philoſophus ex põto
& filius Euthyphonis:fuit uir diues.qui athenas ꝓficiſcens Speuſippuꝫ primo
audiuit:& licet etiam pythagoreorum fuerit auditor. Platonem tamen imitari
ſtudebat:molliori ueſte utebatur.fuitq; adeo tumẽs: ut attici non põticum ſed
pompicum uocarent:fecit dialogos plures & tragœdias.Sunt qui aſſerant illũ
patriam a tyranno liberaſſe: eo ſcilicet necato. ut teſtatur Demetrius Magne-
ſius:qui inſuper addit draconem illum nutriuiſſe:& cum iam moriturus eſſet
iuſſiſſe cuidã ex neceſſariis:ut corpus occuleꝛꝫ: dracone̅ lectulo ſupponeret:ut
putaretᷣ ad deos migraſſe:quo facto efferentibus heraclidẽ ciuibus eũq; laudi-
bus ꝓſequentibus:draco clamore audito ex ueſtibus prodiens multos perturba
uit.poſtea manifeſta ſunt omnia.Idem de illo Hippotus rettulit. Fuere heracli-
des quattuordecim:primus hic ipſe.Secũdus conciuis huius:qui pyrrhicas nu
gas cõſcripſit.Tertius cumanus:qui perſica quinq; libris abſoluit.Quartus cu
manus orator qui artes rhetoricas ſcripſit. Quintus alexandrinus. Sextus iti-
dem alexandrinus perſicarum ꝓprietatum ſcriptor.Septimus dialecticus Bar-
zileites:qui cõtra Epicurum ſcripſit.Octauus medicus iceſius.Nonus medicus
tarentius empericus.Decimus poeta qui p̃cepta conſcripſit. Vndecimus ſculp
tor phocenſis.Duodecimus argutus epigramatũ ſcriptor.Decimuſtertius mag
neſius q mithridatica ſcripſit. Quartuſdecimus q de aſtrologia lib. compoſuit.

H eraclitus cum. c.&.t.exilibus atq;.i.latino ſcribitur: fuit epheſius philoſophus
Bliſonis:ſiue ut alii dicunt heratonis filius.hic teſte Laertio inter cæteros elato
animo fuit:& oẽs cõtemnens dicebat homerũ dignum ut de certamibus eiicire
tur: colaphiſq; cæderẽt:nec aliquẽ audiſſe ferũt:ſed p ſe oĩa didiciſſe.đ,re.p.&
de theologia diſſeruit: & librum illum in templo Dianæ repoſuit obſcure ſcri-
ptũ:ut ſoli docti intelligerent:ne ſi uult tractaretᷣ fieret cõtemnibilis.noluit ad
Darium Hyſtaſpis filium:& regem ꝑſarum accedere:q eum benigniſſime ꝑ epi
ſtolam conuocabat.ſeceſſit deinde in mõtes & ibi olera comedẽs:decidit ĩ mor-
bũ intercutis:quare in urbẽ rediens ſciſcitabat medicos ꝑ ænigmata an poſſet
ex imbre ſiccitatẽ facere:illis nõ intelligentibus introiẽs in ſtabulũ bouinũ.& ſe
fimo bubalino obruens:credẽs illo calore poſſe humorẽ exſiccare ĩterĩt:ſexage-
ſimũ annum agens.fuitq; teſte hermippo ſepultus in foro.Quiq; fuerũt heracli
ti primus hic:ſecũdus poeta lyricus:tertius halicarnaſeus uir elegãs:q̃rtus leſbi
us qui macedonũ ſcripſit hiſtoriam:quintus ridiculus uir.

H ercules cũ.c.exili.& unico.l.ſcribitᷣ:& interpretatᷣ ἥρασ.i.Iunonis κλέοσ glo-
ria:quaſi illa perſequente magnam gloriam ſit conſecutus:& dicitᷣ a poetis om
nibus Iouis ex Alcmena filius apud thyrinthiam urbem natus & educatus: &
ut dixit Macrobius libro ſaturnalium:non exiſtimes Alcmenæ apud thebas bo
etias natum ſolum uel primũ Herculẽ nũcupatũ:imo poſt multos atq; poſtre-
mos ille hac appellatione dignatus eſt: honoratuſq; hoc nomine: quod multa
fortitudine nomen dei promeruit. Varro etiam cum nominaſſet quadraginta-
tres Hercules adiecit poſtea ꝙ omnes qui aliquid fortiter feciſſent Hercules ue-
lut appellatiuo nomine dicti fuerunt.Sed huic qui Iouis filius dictus fuit:cun-
cta poetæ abſq; aliorum differentia tribuunt.itaq; eius laudes & duros mille la
bores diuinæ Virgi.lib.æneidos.viii.ꝓſequitur.Vt prima nouercæ.

Monſtra manu geminoſq; premens eliſerit angues.
Vt bello egregias idem diſiecerit urbes.
Troiamq; œchaliamq;.& ſubdit:Tu nubigenas inuicte bimembres.
Neleum pholeumq; manu:tu creſia mactas:
Prodigia: & uaſtũ nemeæ ſub rupe leonẽ:& reliqua: quibus Marcialis lib.iiii.
epigrammatum alia ſuper addidit dicẽs.

Si cupis alcidæ cognoſcere facta prioris.
Diſce:lybin domuit.aurea poma tulit.
Peltatam ſcythico diſcuſſit amaſona dono.
Aeripedem ſiluis ceruam:ſtymphalidas undis.
Abſtulit.a ſtygia cum cane uenit aqua.
Fœcũdam uetuit reparari mortibus hydram.
Heſperias tuſco lauit in amne boues:

H ercynii cũ:c.exili.ſequente.y.græco atq;.i.latino in penultima ſcribitur: popu
li ſunt teſte Herodoto uetus pelaſgorũ colonia.

H ercynia eodẽ mõ ſcribi exiſtĩo:ſilua ẽ teſte Põponio Mella in alemaniã maxĩa
quæ dierũ.lx.iter occupans:ut maior aliis ſiluis q̃ ĩ germãia ſũt ita notior.

H ermagoras in initio aſpiratᷣ.Sane maiores noſtri nõ in as ſed in.a.finiebant. ut

Cicero in rethoricis:& in Bruto Hermagora ſemp ſcripſit:quia teſte Quĩtiliano non temere maſculina græca in.a.atq; in.s.littera exire recto caſu patiebantur: unde ab antiquorũ pleriſq; Aenea & Anchiſa ſcriptum fuiſſe dixit: & Pelia pro pelias apud Celium legebatur:& apud Meſſalã bene fecit Euthia.fuit itaq; hermagoras rhetor græcus:& teſte Quintiliano circa finem tertii libri de inſtitutione oratoria:uir quidem ſubtilis:& in omnibus admirandus.

H ermes cum aſpiratione principii ſcribit̃:dicitur a noſtris Mercurius:quia mercibus præeſſe aſſeritur:ſed proprie interpres traducitur. Virgi.li. æneidos.iiii. Nunc etiã interpres diuum Ioue miſſus. &ut Cotta pontifex apud Ciceronem de natura deorum oſtendit:quinq; fuerunt Mercurii:quorũ quattuor per ordinem enumeratis:quintu₃ eũ fuiſſe dixit:a quo ſit Argus occiſus:ob eãq; cã in ægiptum ꝓfugiſſe tradidit:a quo apud eos primus anni mẽſis:hoc eſt ſeptẽber nomen accæpit.idem oppidũ cõdidit: quod etiam nũc græce hermopolis: hoc eſt Mercurii ciuitas nuncupat̃:qui tam&ſi homo fuit antiquiſſimus:tamẽ & inſtructiſſimus in omni genere doctrinæ:adeo ut ei multarũ rerũ & artiũ ſcientia Trimegiſto:hoc eſt ter maximo cognomẽ imponeret: ſcripſitq; libros multos ad cognitionem diuinarum rerũ pertinentes:qui adhuc apud græcos extãt & quorum magnam partem ego perlegi.

Cotta põn. apud Cic. de natura deo.

H ermaphroditus cũ₃.ph.aſpirato.i.latino &.t.exili ſcribitur:fuit Mercurii filius ac Veneris:ex quorum nominibus cõpoſitũ ipſe nomẽ habuit.nã hermes ut uidimus eſt Mercu.& aphros ſpuma.i.Venus:quæ ex marina ſpuma nata dicit̃. de quo Ouidius li.metamorphoſeos.iiii.ait: Et pater & genitrix amborũ nomẽ habẽti:qn omnẽ illi⁹ explicat fabulã:& iã ꝑ eo q utrũq; ſexũ h₃ accipi cõſueuit.

H ermenia cũ.i.latino in penultima ſcribitur:dicitur a noſtris interpretatio:& inde perihermenias:hoc ẽ de interpretatione liber quidã Ariſtotelis inſcribitur.

H ermione cum aſpiratione principii:&.i.latino ſcribitur:fuit Meneali filia ex Helena coniugæ:quæ puellula adoleſcentulo horeſti Agamẽnonis filio deſpõſata fuit:ſed cũ Aegiſtus regiã Agamẽnonis occupaſſet: & Electræ ĩduſtria eius manus euaſiſſet Horeſtes ut rettulit Sophocles in Electra conceſſit illã.

A egiſtus Pyrrho filio Achillis:qui deinde ab Horeſte interfectus: ut oſtendit Virgilius in tertio æneidos illam ad ſe reduxit.

H ermus cum aſpiratione principii ſcribitur: fluuius eſt lydiæ teſte Seruio: q arenulas aureas ducit:dicente Virgilio libro georgicorũ.ii. Atq; auro turbidus hermus:& teſte Herodoto li.i.apud ſardis fluit:quæ ciuitas fuit i lydia: & Croeſi regia:ut in ea dictione uidebimus.

H erne cum aſpiratione principii ab antiquis ſcriptũ cõperi: nec græcum eſt: ſed teſte Seruio ſup ſeptimũ æneidos ſabinũ uocabulum:qui a græcis originẽ habuerunt:& indicat ſaxa:unde hernici mõtes.i.ſaxoſi dicunt̃. Virgilius uero ad maiorem expreſſionẽ inqt:hernica ſaxa colunt:quos diues anagnia paſcit.

H eros cum aſpiratione principii ſcribitur:& intelligitur apud nos uir fortis & ſemideus:hoc eſt plus homine detinẽs:ut ait Heſiodus:ex quo herois patronymicum uoce & declinatione fœmininũ deducitur.Ouidius libro ſecundo de fine titulo.Tu quia tam longa es ueteres heroidas æquas.

H erodotus cum aſpiratiõe principii &.t.exili ſcribitur:fuit hiſtoricus græcus omnibus præferendus: cuius hiſtoriã magna cũ uoluptate ſemper legi. nam teſte etiam Quintiliano eſt dulcis candidus:& fuſus: ſcripſitq; hiſtoriã ſuã teſte Pli. libro.xii.naturalis hiſtoriæ:anno urbis romæ trecenteſimo.x.

H eroſtratus cum aſpiratione & reliquis ſine aſpiratione ſcribitur: & ualet interpretari heros exercitus fuit uir ſceleſtus & ignauus:qui ut nomen memoria ſceleris ꝓpagaret:incendium nobiliſſimæ fabricæ templi epheſiæ Dianæ manu ꝓpria ſtruxit:ſicut ipſe cõfeſſus eſt uoto adipiſcendæ famæ latioris:quo die Alexander magnus natus eſt:poſt romam conditam anno trecẽteſimo octogeſimo quinto:ut annotauit Solinus:quod poſtmodum:ut idem refert epheſii ad cultum auguſtiorem reformauerunt Democrate architecto:qui alexãdriam in ægipto iuſſu Alexandri metatus fuerat:ut late de illo Vitruuius in procemio libri ſecundi de architectura ſcripſit.

H erſilla cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit Sabina Romuli uxor.

H eptamemeris uel heptimemeris mutatione.a.in.i.latinum cum aſpiratione principii:&.t.exili ſcribitur:cæſura quædam eſt cũ ſyllaba naturaliter correpta in uerſu ꝓducitur:quod fieri ſolet in principio quarti pedis uel ſeptimæ ſyllabæ: ſi tres ſpondei præcedãt:quaſi ſeptima dicatur diuiſa pars:nam ab ἑπτα:quod eſt ſeptem:& μερίζω:quod eſt diuido componitur.

H eptaporus cum aſpiratione principii: &.t. exili ſcribitur: fluuius fuit troiæ: ut oſtendit Homerus circa initiu₃ libri.xii.iliados.nam componitur ab ἑπτα: qđ eſt ſeptem:& πόρος meatus.

H eſiodus cum aſpiratiene principii:&.i.latino ſcribitur:fuit poeta antiquiſſimus dii filius ex Pycimide uxore:qui cum æoles cumæi eſſent: & paupertate nimia eo in loco grauarentur:relicta patria ad aſcram uicu₃ boeticorum confugerũt ut græci omnes Heſiodi expoſitores atteſtantur:& ſubdit cum oues patris ĩ parnaſo monte depaſceret:raptus a muſis ex lauro heliconis coronatus:& poeta ab illis conſtitutus eſt:quod Ouidius libro faſtorum.vi.tetigit cum ait:Ecce deas uidi:nõ quas præceptor arandi. Viderat:aſcræas cum ſequeretur oues:& Virgilius in bucolicis ad Gallum:Dixerit

Hos tibi dant calamos:en accipe muſæ
Aſcræa quos ante ſeni:quibus ille ſolebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos:& ut dixit Plinius li.xiiii.naturalis hiſtoriæ primus ipſe fuit : qui de agricultura metrice ſcripſit : quem ſecutus Virgilius:ait libro georgicorum primo:Aſcræũq; cano romana per oppida carmen.ſcripſitq; etiam ex his:quæ habemus theogoniam:& aſpida.hunc fuiſſe tẽporibus Homeri oſtẽdit Gellius ex epigrãmate: quod apud helicone₃ in tripo de muſis Heſiodus ipſe dicarat:cui ut dixit Quĩtilianus datur palma ĩ illo mediocri genere dicẽdi:qđ ĩtelligo apud græcos.nã iudicio meo ſupeminet Virgi.

H eſperus cum aſpiratione principii ſcribitur:ſtella eſt ſærotina:ut Virgilius in ultimo bucolicorũ & tetigit cum ait:Venit Heſperus ite capellæ. & illa eadem eſt dicitur ueſper.idem libro primo georgicorum. Quid ueſper ſerus uebat: quin & ueſperugo ab aliquibus nominatur:ut Plautus:nec ueſperugo nec uirgiliæ occidunt:a quo deductum eſt uocabulum ueſpera & ueſpillo pro his:qui funeradis corporibus officium gerunt:nam ut ait Feſtus:non ſic ab eo paruo uolatili dicuntur:ſed quia ueſpertino tempore eos efferunt:qui fumebri pompa duci ꝓpter inopiam nequeunt ut Martialis:Qui fuerat medicus.nunc eſt ueſpillo diaulus ſimili modo & ueſpertillio:quia ueſpere uolet.Rurſus & illa eade₃ excogitata ſtella a Pithagora primum fuit:quæ ante ſolem oriri conſpicit̃:& quæ

tunc quoq; lucifer nominatur:ut Virgilius in Damone. Naſcere.præq; diem
ueniens age lucifer almũ:q græce φώσφοροσ dicit̃:a nobis etiã nõnunq̃ iubar
transfertur:eo quod eius ſplendor in modũ iubæ leonis diffundatur: fuit etiã
cognominatus Heſperus Atlãtis frater:aquo quæ nũc hiſpania:tunc quoq; he
ſperia dicta fuit:qn & ab eodẽ italiam heſperiam fuiſſe antiquitus nominatam
graii auctores atteſtantur.

H eſperides cũ aſpiratione principii &.i.latino ſcribitur:fuerunt teſte Seruio ſup
quartnm æneidos Virgilii Atlantis filiæ.Lactantius uero gramaticus ſuper ſe
cundum thebaidos dixit illas filias fuiſſe heſperi fratris Atlãtis:quod etiam ip
ſum nomen indicare uidetur:hæ a poetis amœniſſimũ uiridarium cuſtodire
cum inſomni dracone dicebantur:in quo aureæ erant arbores aurea mala te-
nentes:quæ teſte Ouidio libro methamorphoſeos quarto quia Themis prædi-
xerat a quodam nato Iouis diripienda eſſe.Atlas pomarium montibuus circũ
ſepſit.Sed tandem hercules ad illa rapienda ab Euryſtheo miſſus:occiſo draco
ne:aurea mala tulit:dicente Lucano li.nono:ubi de hoc horto plura locutus ẽ.
Abſtulit arboribus precium memoriq; laborem.
Alcides:paſſuſq; inopes ſine pondere ramos.
Rettulit argolico fulgentia poma tyranno.Sane de horto & dracone quid fidei
ratio attulerit.teſte Solino hoc eſt flexuoſo inquit meatu æſtuarium ferte ma-
ri:adeo ſinuoſis lateribus tortuoſum:ut uiſcentibus procul lapſus anguineos
fracta uertigine mentiatur:& quod hortos appellauere circundat:unde pomo-
rum cuſtodem interpretantes ſtruxerunt iter ad mendatium fabulandi: cum
ut pergit inſula ſit:quæ præter arbores oleaſtris ſimiles:& arã ſacrã Herculi ni-
hil aliud præferat:quo propaget uetuſtatis memoriam.idem Plinius lib.natu-
ralis hiſtoriæ.v.& Martianus libro.vi.rettulerunt.alii uero putant ouium gre-
ges ibidem fuiſſe:quæ purpureã lanã ꝓducentes:ab Hercule raptæ fuerunt: &
cũ μηλον græce:latine ouis dicat̃:occaſionem fobulæ de malis aureis dediſſe
ꝓhibent:dicente Ouidio in prænominato li.iiii.de Atlãte.
Mille greges illi totidemq; armenta per herbas.
Errabant:& humũ uicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiente micantes.
Ex auro ramos ex auro poma tegebant.

H eteron cũ aſpiratione principii &.e.abſq; diphthongo atq;.t.exili ſcribitur:dici-
tur a noſtris alterum:atq; reliquũ.& ut quidam putant deductũ eſt: cæterum
ita ut aſpiratio in.c.noſtrum iuxta ſimilitudinem ſcripturæ conuerſa ſit:& ob
id ceterum ac cætera abſq; diphthongo ſcribenda eſſe:cuius contrarium con-
ſuetudo longa obſeruauit.

H eteroclitũ cũ.c.&.t.exilibus atq;.i.latino ſcribitur.dici poteſt a noſtris quaſi al-
terne declinatũ.nã ex ἕτεροσ &.κλίνω declinatũ componitur.

H eterogenus uel heterogeneus eodem modo ſcribitnr:& componitur:dici poteſt
alterius generis.

H etruria cum aſpiratione principii &.e.abſq; diphthongo atq;.t.exili &.i.latino
ſcribitur:ꝓuintia eſt italiæ.quæ & ſi aliquibus terminis apud antiquiſſimos
deſignabatur:ab hetruſcis tamen & latinis altero termnio deſignata fuit:dicen
te Liuio libro primo ab urbe.pax inter hetruſcos & latinos ita conuenerat: ut
hetruſcis latiniſq; albula:quez nunc tyberim uocant finis eſſet hæc Liuius:un

de ſeruius ſuper.xi.æneidos id Virgilii exponens Hetruſciq; duces equitumq;
exercitus omnis ait:hetruria dicta ꝙ eius fines protenſi ſunt uſq; ad primã ri-
pam tyberis:& ſubdit:naz heteron eſt alterũ:& oros finis uocatur.hæc ille.at cõ
ſtat heteron cum aſpiratione ſcribendum eſſe.ſed ut ait Seruius:roma antea u-
nam tantum tyberis ripã tenebat:ut Iuuenalis: Imperii fines tyberinum uirgo
natauit:ut uidimus in dictione chloelia.

H exameron cuz aſpiratione principii &.i.latino ſcribitur:ut.ſ.more græco dictio
ipſa reſonat:licet ubi nos.i.latinũ:græci.H.habeãt qđ i.e.noſtrũ cõuerti cõſue
uit:ſignificatq; apud nos ſex dierũ:nã cõponit̃ ex ἕξ: qđ apud nos dicit ſex: &
ἡμέρων dierũ:inter q̃s cõpoſitas dictiones a cauſa euphoniæ interponitur:

H exametrum ſimiliter cum aſpiratione &.t.exili ſcribitur: naz componitur ab ἕξ
quod eſt ſex:& metron menſura:quaſi ſex pedum.

H exagonium ſimili mõ aſpiratur & cuz.i.latino ſcribitur:dicit̃ q̃ſi ſex angulorũ

H yas cum.y.græco ſcribitur:fuit filius Atlantis ex Aethra: de quo in ſequenti di
ctione uidebimus.

H yades cum.y.græco ſcribitur:fuerunt quinq; Atlantis filiæ quas ex Aethra ſu-
ſcæperat:fuit Oceani & Tethyos filia:& ante illas Hyam filium uirilis ſexus di-
cente Ouidio libro faſtorum quinto.
Nondum ſtabat atlas humeros oneratus olympo:
Cum ſatus eſt forma conſpiciendus hyas:
Hunc ſtrips oceani maturis menſibus æthra
Edidit & nymphas.ſed prius ortus hyas.
Hic cum ſemel uenaretur a leæna interfectus eſt:quem ſorores adeo fleuerunt:
ut omnes quinq; occubuerint:a quo hyades cognominati ſunt:ut teſtis Muſæ-
us poeta græcus : quæ deinde miſeratione deorum in cælum tranſlatæ in ore
tauri collocatæ fuerunt:dicente Ouidio libro faſtorum.vi.
Poſtea lux hyades taurinæ cornua frontis.
Euocat:& multa terra madeſcit aqua.Quare ab ὕω uerbo græco:quod latine ẽ
pluo:Cicero li.ii.de natura deorũ uerſus referens arateos illas dictas putauit.
has ſuculas latine appellari dixit Seruius ſup primũ æneidos:unde Tullius Ty
ro.M.Ciceronis libertus in his libris:quos de uſu & ratione linguæ latinæ ſcri-
pſit:adeo inquit ueteres romani litteras græcas neſciuerunt:& rudes græcæ lin
guæ fuerunt.ut ſtellas in capite tauri ſunt:ꝓpterea ſuculas appellarint:qđ eas
græci ὑάδεσ uocant:tanq̃ id uerbũ latinum græci uerbi interpretamentũ ſit:
quia græci ὗεσ ſues latine dicant̃:ſed ὑάδεσ:inquit οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν:id eſt
non a ſuibus ita ut noſtri opici putauerũt:ſed ab eo quod eſt ὕειν appellantur
nã cũ oriunt̃ & occidunt:tẽpeſtates pluuias largoſq; imbros cient. Pluere autẽ
græca lingua ὕειν dicit̃.hæc ille.nõnulli uero eas corrupte hædos uocant. at
ſeptem aliæ ſorores dictæ fuerunt pleiades:ut in ea dictione uidebimus.

H iacynthus ab aliquibns & accuratiſſimis græcis ſic ſcriptuz cõperi:uidelicet cũ
aſpiratione principii &.i.latino:penultima cum.c.exili &.y. græco: ultima cuz
th.aſpirato.Et qui huiuſmodi ſcripturam cõfirmant:cõpoſitionẽ trahũt ex hia
dictiõe dolẽtis: & cynthus q ẽ Apollo a cyntho monte dictus:hoc eſt Apollinis
quærela:quam de amato puero:quẽ ille diſco agente Borea interfecit:& in florẽ
ſic dictũ cõuerſus fuit:in quẽ ſimili mõ Aiax cum ſeipſum interfecit cõuerſus
ſcribitur a poetis:quod tetigiſſe uidet̃ Ouidi.libro metamorphoſeos.xiii.cũ ait.

Littera cõmunis mediis puerorum uirorumq́;.s.Hiacyntho & aiaci inſcripta eſt foliis: hæc nominis illa querelæ:hoc eſt nominis Aiacis & queræ Apollinis ſed cum i eiuſmodi foliis non ꝑpendatur aſpiratio ipſius.i.latini:ſed ſolum ſit.a.poſt.i.& .i.poſt.a.ſic uidelicet ιααι uoluerunt quidã ſcribendum eſſe ut diximus: ſed ſine aſpiratione principii quã utiq; ſcripturã nõnulli ex accuratis græcis obſeruantes compoſitionem eſſe dicunt:exion quod eſt uiola: & cynthos Applline quaſi uiola ſit Apollinis:in quam amatus puer conuerſus eſt.at alii plures cõperiunt̃:qui eius dictionis primã cũ.y.græco aſpirato ſignãtes:penultima cuȝ.c.exili &.i.latino deſcribũt.uidelicet hyacithus:cuius ſane cõpoſitionẽ aut deriuationẽ ſecunduȝ eã ſcripturam nõ noui:& hec hactenus de illius orthographia.Sane ex illo hiacynthius deriuatur:quod accentum detinet in penultima dictante regula ꝙ omnia deſinentia in tinus:ita ut deriuatiua a primitiuis.t.litterã cõtrahãt.ꝓducũt penultimã ut ueſperta ueſpte ueſptinus.Cõſtans conſtãtis Conſtantinus Clemens clemẽtis clementinus:& reliq:qđ ſi.t.primatiua ipa non detinent:corripuũt penultimã deriuatiua:ut cras craſtinus:diu diutinus ſero ſerotinus:clã clandeſtinus mutatione.m.i.n.ob ipſius.d.littere cõſequẽtiã

H yæna prima cũ.y.græco:penultima cũ.æ.diphthongo ſcribitur:animal ẽ quadrupes:quod creſcit in aphrica:ut oſtẽdit Herodotus libro hiſtoriarum quarto:de quo Plinius multa libro.viii.naturalis hiſtoriæ rettulit:inter que ſcribit alternis annis maſculum eſſe & fœminã:quod Ouidius libro metamorphoſeos xv.prius tetigerat.cum ait.

Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis.
Alternare uices:& quæ modo fœmina tergo.
Paſſa marem:nunc eſſe marem miremur hyænam.

Addidit Plinius illã ſermonẽ humanũ inter paſtorum ſtabula aſſimilare: nomenq; alicuius ediſcere:quẽ euocatũ foris lacerat:& alia de illa cõplura.

H yalus cũ.y.græco & unico.l.ſcribitur dicitur a noſtris uitrum: quo uocabulo uſus Virgi.lib.georgicorum quarto ait Mileſia uelera nymphæ Carpebant: hyali ſaturo fucata colore.

H iarbas cũ.i.latino ſcribit̃:& a græcis ſemp aſpiratũ comperi.Nõnulli pœnicum uocabulũ putant:fuit Iouis filius ex Garamantide nympha & getulorum rex: dicente Virgilio libro æneidos quarto. Hic ammone ſatus rapta garamantide nympha:& reliqua.

H ybla cũ.y.græco ſcribitur:pars ẽ attice regionis apibus & melle abundans: dicente Ouidio lib.de ponto.O mihi dulcior illo Melle:quod ĩ cæteris attica ponit apis.nã dixerat prius Virgi:Hyblæis apibus florẽ de paſta ſalicti.unde teſte Plinio lib:xxi.naturalis hiſtoriæ mellis attici in toto orbe ſũma laus exiſtimat̃: eſt etiam hybla teſte Seruio oppidum ſiciliæ:quod nunc dicitur mergara.

H ybernus cũ.y.græco ſcribitur:& ab hyems certo deducitur:nec ab imber oriri poteſt:quia nec aſpirandum eſſet:nec cũ.y.græco ſcribi poſſet:cuius oppoſitũ ſemper comperimus.

H ibex cũ.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris capreolus proprie.

H ibiſcus cũ.i.latino utrobiq; &:c:exili ſcribit̃:herba ẽ hibicibus grata ad edẽdũ:

H ybrida prima cum.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris ignobiliter & contumelioſe natus.unde ab ὕβριϲ quod eſt contumelia deriuatur:quo uocabulo utitur Valerius lib.viii.cum ait.Q.autem Varrus propter obſcuruȝ ius ciuitatis hybrida cognominatus eſt.Horatius quoq; eodẽ uocabulo uſus eſt in primo ſermonum:Hybryda quo pacto ſit perſius ultus opinor.

H icetaon prima cum.i.latino aſpirato:reliq̃ abſq; aſpiratione aut dipthongo ſcribunt̃:fuit teſte Homero li.iii.iliados nobilis & egregius uir troianus.

H ydaſpes cum.y.græco ſcribitur:fuit antiquiſſimus rex medoruȝ:a quo fluuius mediæ nominatiſſimus cognominatus fuit:quin & alius indiæ.

H idymeles prima cũ.i.latio:ſequẽs cum.y.græco ſcribit̃:nomẽ ẽ homis ꝓprium:

H idragyron prima cum.i.latino penultima cuȝ.y.græco ſcribitur:dici põt a noſtris ſudor argenteus.nam componitur ex ἱδρῶϲ:quod eſt ſudor:& ἀργύριον argentum.unde teſte Plinio libro.xxxiii.naturalis hiſtoriæ in uicem argenti ui ui dilatum fuit:de quo plura loquitur.

H ydria prima cum.y.græco:& penultima cum.i. latino ſcribitur:dicit̃ a noſtris urna:& ab ὕδωρ quod eſt aqua deducitur.

H ydra & hydrus cum.y.græco ſcribit̃ ſerpentes ſunt aquatiles:unde Hercules hydram occidiſſe dicit̃:quæ lernæã arcadiæ paludẽ incolebat:& ut dixit Virg.li. æneidos.vi.Quinq̃ginta atris ĩmanis hiatibus hydra Scæuior intus habet ſedẽ de q̃ Oui.li.metamorphoſeos.ix.plura ꝓſequitur:illã primo claua inuaſit:Hercules.ſed peſtifero læſus afflatu:eandem ſagittis aggreſſus eſt:quibus ut hydra leſa ſolitis latuiſſet caruernis lignorum congeſta ſtrue conſumpta eſt.

H ydropiſis prima cum.y.græco:ultima uero & penultima cum.i. latino ſcribit̃: & deriuatur ab ὕδωρ qđ aqua. Nã ĩſirmitas quædã eſt: quæ latine aqua intercus dicitur.Plautus in ſibolaria:is mihi erat bilis aqua intercus tuſſis febris: & inde hydrops & hydropicus: qui eam infirmitatẽ patitur. Horatius in ſecundo carminum:Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops.

H ydarnes cum.y.græco ſcribitur:fuit nobilis perſa:qui teſte Herodoto cum Dario in magum coniurauit:ut in dictione Darius uidimus.

H yems cum.y.græco &.m.ante.s.ſcribitur: & ab ὕω certe quod eſt pluo deductum fuit:unde aſpirationem:&.y.græcum ſuſcæpit.Priſcianus uero ab imber quod græce ὄμβροϲ dicitur deriuatum poſſe uideri aſſerit.Varro etiam ut omnia linguæ latinæ tribueret ab hiatu dixit.

H yella cum.y.græco & duplicato.l.ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaruȝ primo oenotriæ urbs a phocenſibus condita.

H ieros cum.i.latino ſcribitur: & dicitur a noſtris ſacer: a quo omnia deriuata & compoſita ſimili modo ſcribuntur:ut Hierotheus: quod cum.th. in penultima ſcribitur:nomen eſt uiri proprium:quaſi ſacer deus: Hieropolis nomen ciuitatis:quaſi ſacra ciuitas:& ſimilia eodem modo.

H ierarchia cum.i.latino utrobiq; &.ch.aſpirato ſcribitur: dici poteſt latine ſacer principatus:Nã cõponitur ex ἱερά:quod eſt ſacer:& ἀρχία principatus.

H ierapicra cũ.i.latino utrobiq; &.c.exili ſcribit̃::dicit̃ ad uerbũ ſacra amara:naȝ πικρά amara dicit̃:q̃ſi ea amara compoſitio ſacra eſſe dicat̃:medicina quædã ẽ

H iera cum.i.latino ſcribitur:& ſacra interpretatur.nã inſula ẽ inter ſiciliam & liparem Vulcano ſacra:quam dixit Plinius libro ſecundo naturalis hiſtoriæ tempore ſocialis belli cum ipſo mari pluribus diebus arſiſſe: donec legatio ſenatus romani hocipſum piauerit:de qua habebimus in dictione prologus: ubi antrũ Vulcani a Iuuenale poſitum explanabimus.

H iero cum.i.latino ſcribit̃:fuit ſyracuſarũ tyrãnus:in quo pulchritudine corpis

& uires ſuerunt admirabiles: fuitq; in alloquio blandus: in negotio iuſtus: i imperio moderatus: adeo ut nihil niſi regnū ei deeſſe uideret: quibus dotibus ut ſcripſit Iuſtinus li. xxiiii. creat dux aduerſus carthaginēſes: mox creat rex ſiciliæ conſentiente fauore omniū ciuitatū: de quo plura ibidem leguntur.

H ieri cū. i. latino ſcribitur: & interpretari ualet ſacri populi: ſunt teſte Herodoto libro hiſtoriarum. iiii. ultra ſauromatas. budinoſq; & thyſſagetas calui & ſimi a natiuitate omnes: hoc eſt maſculi uel fœminæ: & pariter barba habentes: qui iō hieri. i. ſacri dicunt: quia nihil iniuſte agunt: nec bella norunt. ultra hos ut idē auctor refert ſunt argippei monoculi: ut in ea dictione uidimus.

H ieroſolyma prima cū. i. latino: & penultima cū. y. græco ſcribitur: nomen eſt urbis in palæſtina: de qua late in ſacra ſcriptura habetur: ſed alia nōnulla nos in dictione ſolymi uidebimus.

H ieronymus pria cū. i. latio & penultia cū. y. græco ſcribit: nomē ē uiri ꝓpriuȝ.

H ilarus hilaris & hilaro uerbū cū. i. latio & unico. l. ſcribūt: & iucūdū deſignant.

H ilarion uel hilarius cū. i. latino utrobiq; ſcribuntur: & nomē ē uiri ꝓprium.

H ylas cum. y. græco & unico l. ſcribit: fuit Thyodomantis filius pulchritudinis admirandæ: quē hercules argonautis comes ſecū ad libidineȝ duxiſſe ſcribitur: idē cū myſiam argonautæ ueniſſent. & aquatū ad lacū quendam pergeret: raptus a nymphis fuiſſe dicitur. alii uero putāt cū ad hauriendas aquas cum urna inclinaret: illū in lacū decidiſſe: quod Iuuenalis cōfirmaſſe uidet: cū dixit Et multū quæſitus hylas: urnanq; ſecutus: & adeo ab hercule quæſitus ꝙ teſte Virgi. in Sileno Littus hyla hyla omne ſonaret.

H ylæa prima cum. y. græco. penultima cū. a. dipgthongo ſcribitur: ciuitas ē ſcythiæ: ut ſcripſit herodotus.

H ylacus cū. y. græco &. c. exili ſcribitur: fuit pater cuiuſdam Caſtoris dicente homero libro. xiiii. odyſſeæ κάστορ ὑλάγιδης.

H yle cū. y græco & unico. l. ſcribitur: dicitur a noſtris materia.

H yllus cū. y. græco & duplicato. l. ſcribitur: fuit herculis ex Deianira filius: d' quo Seneca in hercule œtheo plura ſcripſit. Ouidius uero libro metamorphoſeos. ix oſtendit quēadmodum poſt patris mortem Iolen patris amaſiam iubēte patre ſibi matrimonio copulauit. nam ut ait illam imperiis thalamoq; animoq; recæperat Hyllus impleratq; uterū generoſo ſemine. & reliqua.

H ymnus cū. y. græco &. m. ante. n. ſcribitur: dici pōt a noſtris canticum uel laus

H imeridion cū. i. latino ubiq; ſcribit: dicitur ab aliquibus diurnale: ab aliis uero quod paruum diē durat. nam diminutiuum eſt ὑμέρας. i. diei.

H ymen cū. y. græco ſcribitur: dicitur latine membranum: ſed ut græci non nulli ferunt proprie id eſt quo infans in utero circumuoluitur: unde nonnulli hymenæum dictum uolunt.

H ymenæus prima cum. y. græco. & penultima cum. æ. diphthōgo ſcribitur: fuit teſte Martiano Capella Veneris & Bacchi filius: dictuſq; nuptiarum deus cuius officium eſſe dixit pſallere in nuptiis: cantare ad thalamus: & coronare limina ſertis. unde Ouidius heroicarum epiſtolarum ſexta de illo inquit: Affuit & ſertis tempora uinctus hymen. ubi per apocopem reliquum ablatum fuit. uerum & pro ipſis nuptiis ſeu cōnubiis poſuiſſe uidetur Virgilius libro anæidos iii. cum ait. Ledæam hermionem lacedæmonioſq; hymenæos Secutus: & libro ſeptimo Turniq; hymenæis.

H ymees cū. y. græco & duplici. e. ſcribitur: fuit uir perſa ex ducibus Darii de quo plura loquitur Herodotus circa finem libri quinti ſuæ hiſtoriæ.

H ymelle uel hymella cum. y. græco & duplicato. l. ſcribitur: fluuii nomen eſt: de quo Herodotus libro ſexto. & Virgilius libro. vii. meminerunt.

H ymetus cum. y. græco &. t. exili ſcribit: mons ē teſte Plinio li. iiii. naturalis hiſtoriæ in attica regione: qui teſte Solino omniū græcorū montium obtinet principatum: & floribus ſemp ueſtitur. dicēte Ouidio libro metamorphoſeos. vii. Vertice de ſummo ſemp florentis hymeti: ob qd' dixit Iuuenalis in ſatyra Exemplo qd'cunq; malo: Duciq; ſenex uicinus hymeto de ſene. s. Socrate locutus: ex hoc eodem monte marmorū cruſtæ & trabes marmoreæ ſuccauabantur: dicēte Horatio cōtra mecœnatē in odis: q in ædificando ſumptuoſus nimiū eſſe uidebat

Non ebur neq; aureum
Mea renidet in domo lacunar.
Non trabes hymetiæ:
Premunt columnas ultima reciſas:
Aphrica: & in eadem oda:
Tu ſecanda marmora
Locas ſub ipſum funus & ſepulchri:
Immemor ſtruis domos: & in alia oda:
Faſtidioſam deſere copiam: &
Molem propinquam nubibus arduis
Omitte mirari beatæ
Fumum & opes ſtrepituſq; romæ

Sane teſte Plinio. xxxvi. naturalis hiſtoriæ. L. Craſſus orator primus peregrini marmoris columnas habuit hymetias.

H yperbole cum. y. græco & unico. l. ſcribitur: dici poteſt eminentia: uel ut ait Cicero ad Hereniū ſuplatio: nā ex ὑπὲρ: quod eſt ſup: & βολή: qd' ē iactus componitur: unde figura tuncq; dicitur quādo dictio excedens fidē ponit augēdi minuēdiue gratia: augēdi quidē ut niue cādidior: leonibus fortior. minuēdi uero ut folii uolantis ſonitus te terret: uel ille tardior eſt teſtitudine. uel etiā quocūq; alio modo excederet: ut Virg. teſte Seruio in Daphnide: Nec rætia ceruis ulla dolum meditantur: & inde hyperbolicus id eſt ſuper exceſſiuus.

H yperbaton cum. y. græco &. t. exili ſcribit: dici poteſt trangreſſio. nā ab ὑπερβαίνω deſcendit: quod ēſt tranſcendo: & eſt figura cum uerbū aut ſententia ordie cōmutatur: cuius quinq; ponuntur ſpecies anaſtrophe: parēthesis: temeſis: ſynthesis: & hyſteron proteron: ut in ſuis dictionibus uidebimus.

H ypallage cum. y. græco & duplicato. l. ſcribitur: dici poteſt a nobis ſubmutatio: nam cōponitur ex ὑπὸ: quod eſt ſub: & ἀλλαγή mutatio: dicitur figura cum uerba per aduerſum intelliguntur: ut Date claſſibus æquor: Et ſceleratā intorſerat haſtam: id eſt ipſe ſceleratus: & libr. x. Stigii per flumina fratris: pro ſtygia: & in bucolico: Aduerſa tuentibus hirquis id eſt oculis in hirquos id eſt oculorū angulos retortis: ut dixit Seruius.

H ypanis prima cum. y. græco: ultima cum. i. latino ſcribitur: nec niſi unico. p. deſignatur: fluuius eſt teſte Solino ſcyticorum amnium priceps: queȝ tertiū poſt iſtrum eſſe Herodotus libro hiſtoriarum tertio rettulit: ut in dictione tyres uidebimus: & ut idem Herodotus pergit: eſt purus & hauſtu ſaluberrimus: donec

callipodum terminis inferatur: ubi cum fons ſit hamaxãpeus amara ſcaturigi-
ne infamis & illi ibidem cõmiſceatur: ipſum ſimili amaritudine inficit: dicente
Ouidio libro methamorphoſeos quintodecimo.
Quid non & ſcythicis hypanis de montibus ortus.
Qui fuerat dulcis: ſalibus uitiatur amaris.
Et teſte Solino fuit Alexandri magni terminus: quem non exceſſit. ſicut illius
aræ in eius ripis poſitæ atteſtantur. De illo ait Propt[i]us. Quantum hypanis ue-
neto diſſidet heridano. ut Virgilius libro georgicorum quarto. Saxoſuſq; ſonãs
hypanis: idem teſte Plinio libro xi. naturalis hiſtoriæ circa ſolſtitium defert aci-
norum effigie tenues mẽbranas: quibus erumpitur uolucris quadrupes nec ul-
tra unum diem uiuit: ob quod himeridion appellatur.

H ypacaris prima cum. y. græco: penultima cũ. c. exili. & ultima cũ. i. latino ſcri-
bitur: fluuius eſt ſcythiæ: qui teſte herodoto libro hiſtoriarũ quarto ſextus ab
iſtro memoria dignus habetur.

H yperborei cũ. y. græco ſcribitur: ſũt ſcytharum mõtes: & populi ſupra ipm ſtel-
larum cardinem p̃teſi: q̃ſi ultra boreã cõſtituti. at Feſtus ex eo ſic dictos putat.
q̃a ibidẽ habitantes humanæ uitæ modum excedunt: uiuẽdo. ſ. ultra cẽteſimũ
annũ: hoc ẽ ὑπερβεϐοντεσ ὄνον. ſ. humani ſæculi: de quibus Herodotus plu-
ra dixit libro hiſtoriarum quarto: & Plinius Solinuſq; & Pomponius.

H ypermeſtra cum. y. greco &. t. exili ſcribitur: fuit filia Danai: filii Beli. de qua uidi-
mus in dictione belides

H ypermeter cũ. y. græco &. t. exili ſcribitur. q & hypermetrus a nõnullis ſcribitur
eſt metrum una ſyllaba ſuperhabundans: ut Virgilius libro æneidos primo la-
ctemur doceas ignari hominũq; locorũq;. & li. iiii. omnia mercurio ſimilis uo-
cẽq; colorẽq;. idem libro ſeptimo Profuit aptato conduntur tybridis alueo: &
ut ait Seruius ſuper primum æneidos quotiens fit hæc figura: debet ſequens
uerſus a uocali incipe: ut in omnibus illis fit: niſi forte ſinæreſis fiat in fine nã
tunc quoq; neceſſe nõ ẽ: ut ſequẽs uerſus a uocali incipiat: ut Virgilius: hec cu-
ra peculi: nã ſequit̃ alius. Quãuis multa meis exiret uictima ſeptis.

H ypenor cũ. y. græco ſcribitur: fuit princeps quidã troianus: quem teſte Homero
libro quinto iliados Diamedes in bello occidit.

H yperiochus prima cũ. y. græco: antepenultima cũ. i. latino: & ultima cum. ch. a-
ſpirato ſcribitur: fuit uir troianus ab Vlyxe interfectus: ut oſtendit homerus li-
bro. xi. iliados.

H yperion prima cũ. y. græco. & penultima cum. y latino ſcribitur. hunc græci te-
ſte lactantio ſuper tertiũ thebaidos dixerunt Titani & terræ fuiſſe filium. Soliſ-
q; & Lunæ ac Auroræ patrem. de eodẽ meminit Cicero in p̃noſticis cũ ait.
Vt cum luna means hyperionis officit orbi.
Stringuntur radii cæca caligine tecti.

H ypotheca prima cũ. y. græco: penultima cũ. ch. aſpirato: & ultima cum. c. exili
ſcribitur cuius compoſitionem uidimus in ante habitis. & teſte Vlpiano dif-
fert hypotheca a pignore: quia proprie pignus dicimus quod ad creditorem trã-
ſit: hypothecam autem non tranſit poſſeſſio ad creditorem.

H ypocriſis cum. y. græco: penultima cum. c. exili &. i. latino: & ultima ſimiliter
cum. i. ſcribitur latino: dici poteſt a noſtris diſſimulatio. nam componitur ab
ὑπὸ: quod eſt ſub: & κρισισ iudicium: quaſi ſit iudicicii ſubtectio: cum aliud
in re ſit: aliud in iudicio hominum ſe oſtendat qui hypocriſi utitur.

H ypocrita prima cum. y. græco: penultima cum. c. exili &. i. latino: ultima cum. t.
etiam exili ſcribitur: dici poteſt a noſtris ſimulator. Et is proprie eſt qui in ſpe-
ctaculo perſonam ſubdit alienam: ut ſeruus plerũq; domini: & priuatus regis:
Quo pacto & in hac uita ſicut in orcheſtra complures ſeſe uiuendo ſpectandos
exhibent: aliaq; in corde geſtantes.

H ypopyrgium prima & antepenultima cum. y. græco ſcribuntur: componiturq;
ex hyppo: quod eſt ſub & pyrgos turris: quaſi locus ſub turri.

H ypoſtaſis cum. y. græco: & penultima cum. t. exili ſcribitur: dicitur a noſtris ſub-
ſiſtentia: ab hypo quod eſt ſub: & στάσισ ſtatio: quin & a theologis quibuſdam
perſona traducitur.

H ypozeuſis cum. y. græco: penultima cum. z. conſonante & eu diphongo: ultima
cum. i. latino ſcribitur: dici poteſt latine ſubconiunctio. Nam cõponitur: ab hy-
po quod eſt ſub: & zeuſis coniunctio: & dicitur figura cum ſingulis ſenſibus p̃-
pria aſſignatur clauſula: ut Virgilius libro æneidos quinto Regem adit: & regi
memorat nomenq; genuſq;. Terentius in andria: en aſtuta q; ſi quieſſet nihil e-
mali. Sed eccum ipſum Pamphilum uideo. occidi. utinã mihi eſſet aliquid hic
quo nunc me præcipitem darem.

H yphen cum. y. græco &. ph. aſpirato ſcribit̃: dici poteſt a nobis ſubunio: nã cõ-
ponitur ex ὑπὸ quod eſt ſub: & ἓν cum aſpiratione: quod eſt unum: & tũc quo-
q; adeſſe dicitur cum plures dictiones ſub uno accentu leguntur: ut quandoq-
dem ſimulac: pro poſtq̃.

H yperiphania prima cũ. y. græco: & reliquæ cũ. i. latino ſcribunt̃: dicit̃ a noſtris
ſupbia: & cõponit̃ ex hyp quod eſt ſup: & φανια apparentia uel ſplendor.

H ypperides cum. y. græco: penultima cum. i. latino ſcribitur: fuit teſte Quintilia-
no in. x. orator dulcis & acutus temporibus Demoſthenis.

H ypſenor cũ. y. græco ſequẽte. pſ. ſcribit̃: fuit teſte Home. li. v. iliados filius magna-
nimi Dolopionis: qui erat ſacerdos Scamandri in tanto honore habitus ac ſi de-
us quidem eſſet. illum Eurypylus in bello troiano interemit.

H ippagines cum. i. latino utrobiq; & duplicato. p. ſcribitur: ſunt teſte Feſto naueſ
quibus equi uehuntur: eas græci ἱπποφοράσ uocant: aliqui ex noſtris & maxi-
me Cæſar actuarias nominauit: alii gerarias. ut Plautus in mercatore ædificat
nauem gerariam: & merces emit: Nonius uero Narcellus actuarias diffiniens i-
quit actuariæ naniculæ celeres dictæ: q; cito agi poſſint. Saluſtius primo hiſto-
riarum: ad hæc pauca piratica actuaria nauigia. Siſenna: quibus occiſis actua-
rias ad uiginti milia. i. cum plures onerarias incendũt.

H ipparchus cum. i. latino & duplicato. p. atq;. ch. aſpirato ſcribitur: fuit uir ma-
thematicus in ea arte inſignis.

H ippaſus cũ. i. latino & duplici. p. atq; ſimplo. ſ. ſcribit̃: fuit philoſophus methapõ-
tinus & ipſe pythagoreus: nec teſte Demetrio opus aliquod ſcriptum reliq̃t: fuit
& alter: q laconum rempublicã: & ipſe lacon libris compræhendit.

H ipparchia cum. i. latino utrobique duplicato. p. &. ch. aſpirato ſcribitur: poteſt
latine exponi equorum principatus: Quo nomine uocata fuit ſoror Metrodis
quæ teſte Laertio Cratem thebanum philoſophum cynicum: & illius uitam ac
uerba ſumme amauit: nec potuit p̃corũ opibus aut nobilitate uel alicuius for-
ma auelli a Cratis amore: ita ut diceret parentibus ſuffocaturam ſeſe niſi Crati

traderetur:q̄obrem rogatus Crates a parentibus puellæ:ut illá ab hoc ꝓpoſito remoueret:poſt multa quæ non ꝓfuerunt:exurgens Crates oī ſua ſupellectile ante illius oculos expoſita:hic ait ſponſus:hæc eius poſſeſſio eſt:ad hæc delibera:nec poteris eſſe noſtri cōſors:niſi eadē attigeris ſtudia:puella ſtatim aſſumpto Cratis hitu ſecū philoſophari uoluit:cū qua ille circū ibat:& in apto cōgrediebatur:atq; ad cœnas ꝓficiſciebat̄.Et cū ſemel iuiſſent ad Lyſimachū in conuiuiū:& Theodorus dixiſſet:hæc illa ē quæ textriná & radios reliqt: reſpondit ad hæc puella:ſū equidē Theodore.ſed nō tibi male de me ipſa ſtatuiſſe uideor ſi tēpus qđ i textria cōſumptura erá:diſciplinæ potius & philoſophie impēdi.

Hippo cum.i.latino & duplicato.p.ſcribitur:fuit teſte heſiodo in theogonia Oceani & Tethios filia.

Hippodamus ſimili modo ſcribitur:& eſt nomen uiri proprium.

Hippodamia eodē mō ſcribit̄:fuit Oenomai Helidis & piſæ regis filia formoſiſſima:quæ cum a diuerſis in cōiugium peteretur:legē hác ꝓcis illius pater idixit ut qui illá matrimonio obtinere cupet:cū ea certamē iniret:uictus capite truncaretur:uictor potiret̄ illa:cuius legis cám poſuit Diodorus ſiculus li.hiſtoriarū.ii.dicēs eū de filia oraculū ſciſcitaſſe quō ſibi illa cōueniret:ac reſpōſum eſſe tunc in fata illū cōceſſurū cū filia hippodamia nupſiſſet:igit̄ filiæ nuptias ueritus decreuit:ut i ꝑpetua aſſeruaretur uirginitate:hoc pacto exiſtimans uitæ ꝑiculum ſe uitaturum:itaq; equorū curſū inſtituit a piſa ad Neptūi ará quæ ē apud iſthum corithi:curſus erat eiuſmodi.Oenomaus arietē Ioui ſacrificabat:qui uirginem poſtulabat quattuor equorum ferebat̄ curru.Oenomaus curſu ſequebatur præcedentem aurigante Myrtillo:aſſecutum haſta quam geſtabat manu interficiebat:hoc pacto cuȝ plures equorum uelocitate ꝑemiſſet. Pelops Tantali filius:q piſam acceſſerat:uiſo hippodamia id cōcupiens cōnubiū corrupto Myrtillo regis auriga obtinere ualuit.ná illi ꝓmiſerat ſi ſe uictorem faceret:primum hippodamiæ concubitum præſtiturum.quare meditullum plūbeū Myrtillus currui hippodamiæ ædificans curſu diſſolutus Pelopē uictorē reddidit:dicente Seneca in Thyeſte:Victeq; falſis axibus pendent rotæ & Virgilius libro tertio georgicorum de Pelope locutus ait Victor equus:qua ex re dolore actus Oenomaus exiſtimans adueniſſe reſponſi tempus:mortem ſibi conſciuit.Pelops uero ſumpta uxore hippodamia illius regnum tenuit:ſed cum ab illo Myrtillus pacta repoſceret:in mare proiectus eſt & ſubmerſus:qui mari ꝑpetuum nomen dedit.unde Sophocles in Electra ἔυτε γαρ ὀποντιοθειο μύρτιλοσ ἐκοιμάθη Sane non ſolum Nippodamia.ſed Hippodame a noſtris auctoribus dicitur. Virgilius in præfato lib.inquit:hippomeq;:nam teſte Seruio nomina græca quæ in.e.exeunt plærūq; ipſum in ia ſoluunt:ut Hippodame Hippodamia.Penelopia.

Hippodes eodē mō ſcribit̄:& ſunt populi ſcythici humana uſq; ad ueſtigium forma:ſed in equinos pedes deſinunt:quos ἱππόβατασ herodotus libro hiſtoriarum quarto uocauit:ſed noſtri hippodes dicunt.

Hippodromus eodē modo ſcribitur:dici poteſt equorū curſus.ná e x ἱππῶν qđ eſt equorum:& Δρόμοσ curſus componitur:hoc eſt locus ubi currere ſpectante populo conſneuerant:qui a noſtris dicit̄ circus:ut in ea dictiōe uidimus.

Hippocrine cū.i.latio utrobiq; & duplicato.p.atq;.c.exili ſcribitur:fons ē in bœtia iuxta quá ē aganippe.Dum Cadmus eq̄ſtri exploratiōe ingrit:quæ ná loca inſediſſet cám dedit poetis:ut diuulgarent hippocrinē ungula uolátis eq natū fuiſſe.ná hippi equi:crine.i.fons dicit̄:& inde equus pegaſus a fōte: qui græce πηγή dict̄ ē cognominatus:ut ī dictione pegaſus uidebimus:& ſimiliter Aganippe mō cōſimili penitus nomen accepit.naȝ agan ualde indicat:& ἵπποσ equus:q̄ſi ualde eqnus uel equi: ita ut ābo poti fontes facundiá præſtare poetis dicti fuerint:unde Ouidi.circa initium li.v.faſtorū inqt.Dicite quæ fōtes aganippidos hippocrines Grata meduſei ſigna tenetis equi.

Hippocoon cum.i.latino & duplicato.p.atq;.c.exili:& duplicato.o.ſcribitur:fuit teſte Homero libro decimo iliados patruelis Rheſi tracum regis: a Diomede & Vlixe interfecti fuerunt.

Hippocrates cum.i.latino & duplicato.p.atq;.c.&.t.exilibus ſcribitur: habetq; accentū in antepenultia:ut uidebimus in dictione ꝓſodia:fuit Aſclepii filius i inſula coo genitus:ut ex epiſtolis Democriti ad illū:& illius ad Democritū habet̄ fuit Pithagoræ diſcipulus:& omniū medicorū princeps:& cōponit̄ ea dictio ex ἵππου quod eſt equi:& κρατοσ rubur:quaſi equorū robur. hic medicina lōge tēpore ꝑditam reuocauit in lucē.ná ut ſcribit Plinius.li.xix.naturalis hiſtoriæ nulla artium incōſtantior fuit:& nunc etiá ſæpe cōmutatur: cum ſit fructuoſior nulla.hæc primum inuentores ſuos cælo dicauit:& hodie multifariam ab oraculis petitur:hæc ille.Náq; Apollo primus medicinæ inuentor dicitur: Illo dicente ad uirginē Daphnē apud Ouidium libro metamorphoſeon primo.

Inuentum medicina meum eſt:opiferq; per orbem
Dicor:& herbarum ſubiecta potentia nobis.

Sane Apollo ipſe eodē Ouidio teſte li.ii.eiuſdē operis ex Coroni de nympha filia Phlegiæ regis thaſſaliæ Aeſculapium genuit:& nutriendū Chironi piiſſimo centaurorū tradidit:a quo medicina didicit:& ipſe plurimuū ampliauit. Qua de re dixerūt nōnulli Chironē herbariá medicina primitus cōperiſſe: ſed ut ait Plinius li.xxv.naturalis hiſtoriæ centaureá herbá cōperit: qua ut idem auctor ait curatus dicitur a uulnere pedis cōtracto ex lapſu improuiſo ſagittæ herculis e ſuis manibus illitæ ueneno hydræ:nam cū Chiron herculē excæpiſſet hoſpicio:& eius arma cōtractaret:ſagitta cadens e manibus illius leuum uulnerauit pedem:dicente Ouidio libro quinto faſtorum.

Dūq; ſenex tractat ſqualentia tela uenenis.
Excidit:& leuo fixa ſagitta pede.

ſed ut dixit ulterius Ouidius illum nunq̄ tali uulnere liberatum :& poſt nonū diē miſeratione deorū:ne amplius dolore cruciaretur ad cælos tractum.unde ait:Ipſe etiam lectas pegaſeis collibus herbas.
Temperat & uana uulnera mulcet ope.& infra ſubdit:
Nona dies aderat cum tu iuſtiſſime chiron
Bis ſeptem ſtellis corpore cinctus eras.

nanq; herculē etiá heracleon ab eo nomine cognominatam herbaȝ cōperiſſe idē Plinius rettulit .& achillē & achilleá: ſȝ Aeſculapius cum alias plures:tū etiá panacē:quæ teſte Plinio ipſo nomine omniū morborū remedia ꝓmittit.a q̄ filiá nuncupauit.ná πᾶν omne:& ἀκαιρία importunitatem & moleſtiá dicit:q̄ſi oībus doloribus & moleſtiis ſubueniret.uerū cum herbarum uiribus Aeſculapius ipſe hyppolytū occiſū in uita priſtina reuocaſſet.iratus Iuppiter eū fulmine ſtygias demerſit in uudas. ſed ut ait Pli.li.xxix.opa eius clara troianis tēporibus uulnerū dūtaxat remediis fuere. Quod equidē dixiſſe puto ob Machaonē & Polydarium filios: q teſte homero libro.ii.

iliados ob ſolertiam medicinæ cū aliis græcorū ducibus ex creta ad expeditio-
nē troianā cōuocati fuere:ut in ſuis dictionibus oſtēdemus. Sed ut ait Plinius
li.xxv.primus omniū quos memoria nouit. Orpheus de herbis curioſius aliq̄
ꝑdidit.poſt eum Muſæus & Heſiodus polyion herbā admirati ſunt. Homerus
etiam alias nominatim herbas celebrat:ut moly:cuius inuētionē Mercurio aſ-
ſignat. Laudat etiā hos tres flores lotum:crocum & hiacynthum ab Homero ue
ro ut idē Plinius rettulit Pythagoras clarus ſapientia primus uolumē de effe-
ctu herbarum cōpoſuit:& ī totum Apollini & Aeſculapio diis īmortalibus iuē
tionē& originē aſſignauit.cōpoſuit & Democritus p agratis iam pſidis arabiæ
æthiopiæ ægyptiq; magis:ī quibus incredibilia dictu affirmauit:nā inter alia
dixit Democritus.ut ait Plinius credidit Theophraſtus eſſe herbam:cuius con
tactu illata a Pico exiliret cuneus a paſtoribus arbori adactus. Zanthus etiā li.
hiſtoriarum.i.tradidit occiſum draconis catulum reuocatum ad uitā a parēte
herba quā balym nominat.eadēq; tilonē.quē draco occiderat:reſtitutum ſalu-
ti. Iuba etiā ī arabia reuocatum quādā herba ad uitā hominē tradidit:quæ ut
dixit Plinius etiā ſi fide carēt:admirationē tamē implēt:& cogunt cōfiteri mul
tum eē qd' uero ſupſit:& refert plæroſq; exiſtimaſſe:nihil nō herbarum ui effi
ci poſſe:ſed plurimarum uires eſſe īcognitas. Sane Pythagoras & Democritus
tēpre Hippocratis fuere:ſed ut Plinius li.xxix.mirum dictu ſequētia a troianis
tēporibus ī nocte dēſiſſima latuere:uſq; ad peloponneſiacum bellum Tunc mi
dicinā reuocauit in lucē Nippocrates genitus in inſula ꝑcoo:quod bellum ut
idem oſtendit libro.xxx. eiuſdem uoluminis : geſtum eſt a tricenteſimo urbis
noſtre anno.& cuʒ romana urbs teſte Solino in initio de memoralibus mundi
fuerit poſt troianum belū anno quadrigenteſimo trigeſimotertio:cōſtat medi-
cinæ artē delituiſſe anelis ſeptingentis triginta tribus. At Hippocrates ut idem
Plinius profitetur:cum fuiſſet mos liberatos morbis ſcribere in tēplo eius dei q
auxiliatus eſſet:ut poſtea ſimilitudo proficeret:ex his ſcripturis excerpſiſſe eam
traditur:quā Sane artē ut in epiſtolis ad Democritū ipſe idē oſtendit in nullo
ꝑſus quæſtu fuiſſe certū eſt. Quare cum uenientē ab illyricis peſtilentia teſte
Plinio libro ſeptio prædixiſſet ipſe Hippocrates:& diſcipulos 'ad auxiliandum
per urbes dimiſiſſet:ob id meritum honores illi:quos Herculi decreuit græcia.
Poſt Hippocratē uero auxit arteʒ prodiceus ſylmibriæ natus & eius diſcipulus
qui eā ad uectigal redigere coepit.horum placita ut Plinius.xxviiii. li.ꝑſequit̄
Chryſippus ingenti garrulitate mutauit:plurimunq; & ex Chryſippo diſcipu
lus eius Heraſiſtratus accæpit Ariſtotelis filia genitus. Hic antiocho rege ſanato
centum talentis donatus eſt.a rege Ptolemæo filio eius idem Plinius præfato li
bro ſeptimo rettulit magnā Critobolo famam aduenifſe:qui parū ante Heraſi-
ſtratum fuit:extracta Philippi regis oculo ſagitta:& circa deformitatem oris cu
rata orbitate luminis. Sed alia interim factio ab experimentis ſe cognominans:
empericum coepit in ſicilia a Cronte agrigentino Empedoclis & Chryſippi au-
ctoritatem condēnante.de quibus in ſuis dictionibus uidebimus.poſt hos He-
rophilus oīa hæc condēnans ad muſecos uenarū pedes pulſu diſcreto p ætatuʒ
gradus medicinā reduxit:ſcrutabāturq; morborū cās & uini rationē īſtituerat
ſed ut ait Plinius ī pfato.xxix.li.deſerta deinde & hæc ſecta ē:quoniam neceſſe
erat ī ea litteraturā ſcire. Interim ut auctor ē Caſſius Emia ex antiqs hiſtoricis
primus q romam e medicis uenit:fuit a pelopōneſo Archagatus Lyſanie filius.

L. Aemilio. M. Licinio cōſulibus anno urbis quingenteſimo trigeſimoqnto:eiq;
ius quiritiʒ datū & tabernā in cōpito acilio emptā. hic primo uulnerarius mox
obſecādi urendiq; ſcæuitiā carnifex appellatus fuit:& cū alii adcurrerent græ-
culi idēq; efficerent:in tediū cū arte medicinæ oēs deuenerūt. Quare a. M. Ca-
tone cēſorio medici cū ſua medicina reprobati urbe & italia pulſi ſunt:anno ur
bis ſexcēteſimoquinto.eoſq; nō artifices ſanitatis: ſed hominū carnifices cēſuit:
ut ex eius epiſtola ad. M. filium ītelligi poteſt.cuius uerba ſunt: Dicam de iſtis
græcis ſub loco. M. fili qd athenis habeā exquiſitum:& qd' bonum ſit eorum:lit
teras inſpicere nō ꝑdiſcere uincaʒ nequiſſimū & indocile genus eorū:& hoc pu
tabam interdixiſſe. Quandocunq; iſta gens ſuas litteras dabit:omnia corrūpet.
Tū etiā magis ſi medicos ſuos huc mittet: iurauerunt inter ſe barbaros necare
omnes medicina:ſed hocipſum mercede faciunt:ut fides his ſit & facile diſper-
dant:noſq; dictitāt barbaros & ſpurcius nos q̄ alios apificos appellatione fæda-
bant. hæc ipſe Cato:ideoq; tradunt templū Aeſculapii etiā cum reciperetur is
deus extra urbem feciſſe iterūq; in inſula. Nanq; ut late narrauit Liuius circa
finem libri.x.ab urbe cum romana urbs triennio peſte laboraret:inſpectis libris
ſybillinis decem fuerunt a ſenatu miſſi legati:qui ex epidauro deuʒ Aeſculapiū
in ſpecie ſerpentis romam adduxerunt:cuius aduētu urbs ſtati a peſte liberata
ē.unde ut latiſſime narrauit Ouidi.li.metamorpho.xv.de Aeſculapio locutus
Sedeſq; ſibi circūſpicit aptas.
Scinditur in geminas partes circūfluus annis.
Inſula nomen habet:laterumq; a parte duorum.
Porrigit æquales media tellure lacertos:
Huc ſe delata pinu phæbeus anguis
Contulit & finem ſpecie cæleſte reſumpta.
Luctibus īpoſuit:uenitq; ſalutifer urbi. Pulſi ergo ex italia medici diu poſt Ca-
tonem excæpti ſunt.nam ut ait Plinius præfato.xxix.li.ſolam hac artiū græca
rum mundū exercet romana grauitas:& in tanto fructu pauciſſimi qritū atti-
gere:& ipſi ſtati ad græcos tranſfugere:imo uero auctoritas aliter q̄ græce eam
tractantibus:& apud impitos expteſq; linguæ nō ē:ac minus credunt quæ ad
ſalutem ſuā ptinēt ſi intelligūt. Qua de re ī hac ſola artiū euenit:ut cuicūq; me
dicum ſe ꝑfitēti ſtati credat:cū ſit piculū in nullo mēdatio maius:no tamē illd'
intuemur:adeo blanda eſt ſperandi ꝑ ſe cuiq; dulcedo. Nulla præterea lex quæ
puniat inſcitiā capitalem:nullū exēpluʒ uindictæ. diſcunt piculis noſtris:& ex
perimenta p mortes agunt. medicoq; tantuʒ hominē occidiſſe ſumma impuni-
tas eſt:hæc ille:& li.xxv.ait. Minus hāc artē q̄ par erat noſtri celebrauere oium
utilitatum & uirtutū rapaciſſimi. Primuſq; & diu ſolus idem ille. M. Cato om-
nium bonarū artiū magiſter:paucis dūtaxat attigit boum etiā medicamina nō
omiſſa.poſt eū unus illuſtriū tētauit. C. Eualgius eruditione ſpectatus imperfe
cto uolumine ad diuum Auguſtū inchoato præfatione religioſa: ut omnibus
malis humanis illius potiſſimum principis ſemper medicet maieſtas: ante hūc
condiderat ſolus apud nos:qd' equidē inueni Pōpeius Leoneus magni Pōpeii
libertus:quo primum tēpore hāc ſcientiam ad noſtros peruēniſſe animaduerto.
Nāq; Mithridates maximus ſua ætate regum:queʒ debellauit Pōpeius ante om
nium ante ſe genitorū diligentiſſimus uitæ fuiſſe:argumētis potius q̄ fama ītel
ligitur. Vni ei excogitatum libere quotidie uenenum præſumptis remediis: ut

cõſuetudine ipſa innoxiũ fieret:primo inuẽto genere antitoti:ex q̃bus unũ etiã
nomen eius retinet.Illũ ſolũ mortaliũ Mithridatem uiginti duabus lĩguis locu
tum certũ eſt:nec ſubiectis gentibus illũ hominẽ ꝑ interpretẽ appellatũ ab eo
annis ſex & quinquaginta:quibus regnauit.Is ergo in reliqua ĩgenii magnitu
dine medicine peculiariter curioſus:& ab oĩbus ſubiectis qui fuere pars magna
terrarũ ſingula exquirens:ſcriniũ cõmentationũ harũ & exemplaria effectuſq;
in arcanis ſuis reliquit.pompeius autẽ omni regia præda potitus tranſferre ea
ſermone noſtro libertum ſuum Lenoeum grãmaticæ artis doctiſſimum iuſſit.
uitæq; ita profuit non minus q̃ rei publicæ uictoria illa ad Mithridatem etiaꝫ
teſte eodem Plinio in præfato libro Aſclepiadis medendi arte clari uolumina cõ
poſita extant:cum ſolicitatus ex urbe roma præcepta pro ſe mitteret.hunc di-
xerat Plinius libro.vii.eiuſdem uoluminis fuiſſe pruſienſem.& libro.xxvi.dixit
primum fuiſſe magiſtrum rhetoricæ: & nec ſatis in ea arte quæſtuoſum: & ad
alia ſagacis ingenii:& ad medicinæ artem ſe repente conuertiſſe:atq; ut neceſſe
erat homini qui nec id ægiſſet:nec remedia noſſet:meditata quotidie oratione
blandiens omnia abdicauit:& totam aliorum medicinam reuocando ad quin-
que res redegit:uidelicet ad abſtinenriã cibi:potus:& ueneris:fricationem cor-
poris:& ambulaiionẽ modeſtã.Que quiſq; ſibimet præſtare poſſet.Quare uni-
uerſum ꝓpe humanũ genus circũægit in ſe nõ alio mõ:q̃ ſi cælo emiſſus adue
niſſet.reparata etiam ratione qua unũ ægris mederetur dando etiam frigidaꝫ
aquam.& ut auctor eſt.M.Varro alia quoq; blandimenta excogitauit iam ſu-
ſpendendo lectulos:quoꝛũ iactura aut morbos extenuaret:aut ſomnos alliceret
Concedebat etiã balnea auidiſſima hominum cupidine:quin alia multa dictu
grata atq; iucũda magna auctoritate conſtituit.Nãq; & uomitiones ſupra mo-
dum arguebat:& medicamẽtorũ potus ſtomacho inimicos dixit.Is teſte Apule
gio libro quarto floridori cũ ſe ſe forte a rure ſuo recipet.In pomœriis ciuitatis
uidit circũſpectum funus ab ingenti numero:moxq; illud addiit pertractauit
q; corpns hominis:& ꝑ quædam ſigna ĩuenit in ilio uitam:cunq; clamaret:ut
reportarrẽ a rogo domũ ꝑs medico annuebant : & reliq̃ obſiſtebãt.tandem ue
lut ab inferis domũ relatus ẽ:moxq; recreauit ſpiritus:& animã in latibulis cor
poris deliteſcentẽ ſuis medicamentis uniuerſo corpori reſtituit:q̃obrẽ uelut de
us fuit ab hominibus honoratus:quod tetigit Plinius li.vii.cũ ait relatu e fu-
nere hominẽ conſeruauit & ſubdit Plinius ſed maxĩe ſponſione facta cũ fortũa
me medicus crederẽ.ſi unq̃ ĩualidus ullo mõ fuiſſet. Sicq; uictor ſnprema in
ſenecta lapſu ſcalaruꝫ exanimatus ẽ. Venerũt his tẽporibus romã medici q̃plu
res & uiri celebres ut Caſſius Calpitanus Arũcius Rubrius:inter quos Autoni
us muſa fuit:q̃ contraria medicina a ſectatoribus Themiſtonis qui diſcipulus
fuerat Herophili diuum Auguſtum graui ꝑiculo exemerat:ob quod illi Augu-
ſtus ſtatuã ex ære iuxta ſignum Aeſculapii locari mãdauit coluitq; eum ſempꝫ
amiciſſime:ut teſtis eſt Sueto.in uita Auguſti.Poſt hunc exortus ẽ Vectius ua
lẽs:q̃ teſte Plinio li.xxix.adulterio Maſſalinæ uxoris Claudii Cæſaris nobilita-
tus.pariterq; eloquentia aſſentator:potentiã nactus nouã ĩſtituit ſectam. At ne
ronis principatu eadeꝫ uis ad Theſſalum trãſiliuit delẽtẽ cũcta placita: & rabie
quadã in omnes æui medicos perorantẽ.Idem teſte Galieno li.i. de regimine ſa-
nitatis.& ſimiliter li.i. de ingenio librum ad Neronẽ ſcripſit:ĩ quo cunctis me-
dicis philoſophis tam ueteribus q̃ modernis ſeipſũ effrenata quadam temeri-
tate præpoſuit:Hippocratẽq; omniũ medicoruꝫ principẽ maxime ſupplãtauit
hunc Galienus ipſe ignorantiſſimũ fuiſſe oſtẽdit.nec inter medicos:ſed ĩter te-
xtrices ſordide creuiſſe:cũ eius pater lanæ pectinator:& mater textrix fuerit.In
terim ut eodem li.ꝓſequitur Plinius ſupuenit maſſiliẽſis Critias:qui ad motus
ſyderuꝫ ex Ephimeride mathematica cibos ꝑhibens:horas obſeruans:auctorita
te Theſſalum præceſſit:diuitiaſq; reliquit innumeras.poſt quem repente ex ea
dem maſſilia urbem Charmis inuaſit:& damnatis nõ ſolum prioribus medicis
uerum & balneis aqua frigida etiam hybernis algoribus lauari ſuaſit quaſi con
traria neceſſario contrariis curarentur.& ut ait Plinius merſit ægros in lacus
& uidebamus ſenes conſulares uſq; in oſtentationem rigentes. Qua de re extat
etiam Annei Senecæ aſtipulatio:nec dubium eſt omnes iſtos famã nouitate ali
qua aucupantes aĩas ſtatĩ noſtras negociari.hinc ille circa ægros miſeræ ſentẽ-
tiarum cõcertatiões nullo idẽ cẽſente ne uideatẽ aſſertio alterius.hic illa ĩfelicis
monumenti aſcriptio turba ſe medicorũ ꝑiſſe.Interĩ ꝓdiere ex noſtris & exteris
auctores nõnulli celebriores:q̃ & herbarũ naturas & pluriũ rerũ q̃litates ſuis li-
bris ãnotauere.Vt ex noſtris Macer ueronẽſis q̃ tẽpore Auguſti uolucrũ q̃lita-
tes:& herbarum naturas uerſu expreſſit: de quo Ouidi.li.iiii.triſtium inquit.
Sæpe ſuas uolucres legit mihi gradior æuo
Quæq; necet ſerpens:quæ iuuet herba macer.
Euax ſimiliter rex arabum nõ ſolũ herbarũ:ſed lapidũ etiã ſpecies nomina colo
res:& quibus in regionibus ualeant cõperiri:magno uolumine ad Neronẽ prĩci
pem ſcripſit.Eiuſdẽ meminit Plinius li.xxv.dicens Euax Dionyſius & metrodo
rus herbarum effigies pinxere.atq; ſubſcripſere effectus. Veruꝫ ut ſubdit pictu
ra fallax eſt ex coloribus tam numeroſis præſertĩ in emulatione naturæ multuꝫ
degenerare rranſcribentiũ forte uaria.Preterea non parum eſt ſingulas earum
ætates pingi cum quadripartitis uarietatibus anai faciem mutẽt.hæc ille. Poſt
hos fuit Diaſcorides uir militaris:& in herbaria arte mirabilis: qui quinque uo-
luminibus uirtutes herbarum arborum lapidum aromatum animaliũ accura-
tiſſima doctrina deſcripſit:imo ut de ſeipſo teſtatur:Quæcũq; inquit ĩ his libris
poſui:non ex opinione aut fama cognoui:ſed ex electione & experimento didici
Vidi ego apud conſtantinopolim pulcherrimum eius auctoris codicem antiq̃ſ-
ſimis græcis litteris exaratũ.In quo non ſolum herbarum effigies: ſed uolatiliũ
quadrupedũ & reptilium tãto artificio & ꝓprietate depictæ erant:quãto natu-
ra ipſa ut puto ꝓducere potuit. at Plinius de ſeipſo loquitur nobis inquit cer-
te excæptis ad modũ paucis cõtigit reliquas:de quibus.s.tractat herbas contẽ-
plari Scientia Antonii Caſtoris:cui ſumma auctoritas erat in ea arte noſtro æ-
uo uiſendo hortulo eius:in quo plurimas alebat centeſimum ætatis annum ex
cedens:nullum corporis malum expertus:ac ne ætate quidem memoria aut ui
gore concuſſis: Sane temporibus Domiciani Traiani Hadrianiq; & Antonini
pii nonnulli medici ex græcia ipſa urbem inuaſerũt. & Protogenes primũ uir
aſtutus & callidus:qui aſtutia & arte græca magis:q̃ ſcientia medicinæ famã &
quæſtũ ſibi quæritabat:cui Archigenes alter græcus tẽpore & ipſius Domicia
ni ſueceſſit:qui cum aſſentator eſſet & mulieribus q̃facillimus: grãdẽ romæ ſi-
bi cõparauit quæſtũ.cõtra cuius mores & inſcitiaꝫ Galienus in libris ſuis ſæpe
inuexit.Galienus uero doctiſſimus:& ea etate in medicina ſingularis romam
principatu traiãi deuenit:eratq; oriundus ex ꝑgamo oppido aſiæ celeberrimo:

ſed romæ temporibus Antonini pii floruit:ut idẽ de ſe ipſo diuerſis ĩ locis teſta
tur.hic in ea arte omnes præter Hippocratem ſuperaſſe credit̃.compoſuitq; li
bros multos & Hippocratis omnia ſcripta miro ingenio explanauit:& ut græ
cus quidam medicus mihi retulit:centum & quinquaginta uolumina in ea fa
cultate edidit.Poſt illum uero Raſis quidam poenus fuit:qui ligua arabica ex
omnibus ante ſe medicinæ auctoribus uolumen collegit.Sed diſtinctius & ſciẽ
tius:poſt eum in eadem lingua Auicenna hiſpalenſis effecit:qui cum reliquo
rum ſcripta uiderit:tum maxime Galienũ ſecutus ẽ:quẽ ſuo li.i.de infrigidã
dis medicorũ pricipẽ appellauit.Poſt hos coeperũt itali ĩ ea facultate plurimũ
pollere:ut Petrus de Apono patauinus uir in omni ætate admirãdus:tũ i phi
loſophia:tũ in his quæ ad medicinæ theorica ſpectãt:diuerſis cõciliando opini
ones ſua doctrina clariſſimus ẽ habitus:unde & conciliatoris cognomẽ adept9
eſt.Quin & ad problemata Ariſtotelis multa addidit:& illa ipſa ſubtili expoſiti
one declarauit.Hunc non longe poſt Thaddæus florentinus ſecutus eſt:qui a
deo obſcura oĩa Hippocratis:& aliorũ pricipũ ĩ medicĩa detexuit & explanauit
ut alter Hippocrates ſuo tẽpore habitus fuerit:diuitiaſq; cumulauit innumeras
nam a principibus italie conuocatus.l.aureos in mercedem diuernam paciſci
conſueuerat.ab Honorio uero ſũmo pontificeſemel uocatus:non prius accede
re uoluit:q̃ centum aurei illi in diem ſtatuerentur:unde liberatus pontifex de
cem milia illi aureorum condonauit.Tandem octogenarius moritur bononiæ
circa annos domini mille ducentos ſeptuaginta.Qua ætate etiam Acurſi.florẽ
tinus legum gloſator floruit.Thaddeo uero ſucceſſit ſimilitet Truſianus florẽ
tinus:qui pluſq̃ cõmentum ſup rechne Galieni mira doctrina conſcripſit.hic
cum in practica artis medicinæ ut multi ferunt infortunatum ſe conſpiceret
religioni ſe totum dicauit:& chartuſinus effectus eſt monachus.Poſt hunc flo
ruit Dinus de garbo florẽtinus ſimiliter & Thaddei diſcipulus: quĩ patrem ha
buit Brunum nomine & arte chirurgiæ clariſſimum:ut Thõas eius Dini filius
in ſũma quã de arte medicinæ ſcripſit:atteſtatur.Dinus uero adeo utilia ĩ Aui
cennam ſcripſit cõmentaria:ut ſine illis Auicẽne doctrinam ſtare non poſſe a
nõnullis creditum ſit.Scripſit etiam in Galienũ de malicia uariæ cõplexionis :
& in Hippocritẽ de natura fœtus.Quin & in philoſophia uarias & pulcherrias
diſputauit:ac terminauit quæſtiones:hunc non inferiori ingenio nec fama ſe
cutus eſt eius filius Thomas:Poſt quem floruit Chriſtoforus de honeſtis patria
bononienſis.fuit & Marſilius ſimiliter patauinus: qui multarum rerum cogni
tione:& ſcriptorum ſubtilitate ſua ætate præcelluit:Quẽ Iacobus de foro liuiæ
ſecutus:& fama & ingenio ſuperaſſe creditur.hunc Vgo ſenenſis noſtris tem
poribus ſecutus eſt.Qui diuinitate quadam ingenii:& peritia medendi omnes
qui anteillum apud noſtros floruerunt:excelluiſſe creditur.Cuius uitam incli
tã filius eiusSozinus philoſophus ſimiliter & medicus eleganti ſtilo ſcripſit.Sed
ut putamus ad Vgonem ſummum ſubtilitatis facultatis medicinæ peruenit
quæ iã declinare uidetur.Et hæc de Hippocrate:ac de ſucceſſoribus eius : quæ
nouimus breuiter dicta ſufficiant.

H ippolytus cum.i.latino ſequente duplicato.p.& penultima cum .y.græco.ulti
ma cum.t.exili ſcribitur:fuit filius Theſei atheniẽſiũ ducis ex Hippolyta Ama
zonum regina ſecundum Iuſtinum:uel antiopa ſecundum Senecã in Hippoly
to natus:& componitur ab hippos:quod eſt equus.& λύω quod eſt diſcerpo
ſeu diſſoluo:eo q; ab equis diſcerptus fuit fuerit:ut uidebimus in dictiõe phæ
dra.Nam ut oſtendit Plato in eo libro qui de nomine Cratilus inſcribitur: hoc
ut alia q̃plurima nõ uera fuerunt nomina:ſed a poetis conficta:Vnde ab euen
tu fabulæ nomen hoc inditum aſſumpſit.

H ippolytã eodẽ mõ cũ ſupiori ſcribitur:& fuit mater Hippoliti: quã Antiopiam
uero nomine dictã qdã uolunt.& ab euẽtu filii ſic poſtea cognominatã aſſerũt.
de qua Virgi.li.xi.æneidos meminit cũ ait:Bellãtur amazones armis Seu circuʒ
hippolyten:ſeu ſe cum martia curru Panteſilia refert.Nãq; ambæ fuerunt ama
zonum reginæ:ſed ab Hippolyta deuicta Hercules balteum abſtulit.

H ippolochus in cæteris eodẽ modo:& in ultima cũ.ch.aſpirato ſcribitur fuit teſte
home.libro iliados.vi.filius Bellerephontis:& Glauci pater.Alter teſte eodem li.
xi.fuit Antimachi troiani filius:qui una cum Piſandro fratre ab Agmennone
in troiano bello interfectus eſt.

H ippomanes eodem modo .ſcribitur:eſt teſte Seruio ſuper tertium georgicorum
uirus defluens ex equarum inguinibus:quo tempore feruntur in amoris furo
rem.Heſiodus uero dixit herbam eſſe:quam ſi comederent equi furorem paterẽ
tur:& dicitur ab ἵππων:ideſt equorum:μανία furia. Vnde etiam a poetis po
nitur pro ea caruncula in fronte equi pulli nata:quam ſiquis matri præriperet
nunq̃ deinceps pullum amaret.Et in quocunq; ſignificato neutrum eſt termi
natum in es:niſi cum pro uiri nomine ponitur.

H ipſicratea prima cum.i.latino & unico.p.ſequens cum.pſ.&.i.latino:antepẽul
tima cum.c.exili: & penultima cum.t.ſimiliter abſq; aſpiratione ſcribitur: fuit
uxor Mithridatis:quæ ſumme uirum ſuum dilexit.

H ypſipyle prima & penultima cũ:y.græco:antepenultĩa cũ.pſ.&.i.latino ſcribit̃
fuit Thoantis lemniadũ regis filia:dicente Statio libro.v.thebaidos:ubi induxit
narrare genus ſuũ Adraſto argiuorũ regi:Claro generata thoante: Seruitiũ hy
pſipyle ueſtri fero capta lycurgi.Et ut ipſe Statius ſcripſit:cum Venus Vulca
ni coniunx:indicante ſole.a marito in lemno inſula cũ Marte adulterari palaʒ
compræhenſa fuiſſet.Lẽniades aliis cum ſacra diis peragerent:Venerẽ ipſaʒ ad
ulterã ſine honore liquerunt:quæ illis irata hircinũ fetorem oĩbus immiſit:ob
quod a uiris ſuis ſpretæ cum ad bella cõtra uicinos thraces illi exiſſent: cõſilio
ſtatuerunt publico occidere oẽs cum redirent.Quod cum fieret ſola Hypſipyle
patri Thoanti pepcit:quẽ naui expoſitũ Bacchus pater ad coum inſulã pſperã
nauigatione pduxit.At Hypſipyle conſtructo rogo in ppria regia:alterius ſup
poſiti funera p patre:quẽ occidiſſe aiebat:celebrauit.Inde uero paulo poſt tran
ſeuntibus cum argonautis Iaſone:ab his fœminis hoſpicio ac lecto ſuſcæpti ſũt
Et ab Hypſipyle Iaſon:qui cum ea iam duobus annis demorantes orantibus ſo
ciis p diſceſſu:& pmiſſo reditu:ut teſtis eſt Ouidi.in ſexta epiſtolarũ heroiduʒ
grauidã illã reliqt:quæ gemellos deinde pepit:Thoantẽ.ſ.& Euneum:quos alio
alendos dimiſit:ne ſecundum ſuas ipſarum leges:in inſula maſculi nutrirent̃
hos niſi caſu poſtea reuiſere non ualuit. nã paulopoſt: Fama ſubit portus nec
tum tranſlata thoantẽ Fraterna regnare coo.Ex quo Hypſipyle tanq̃ pfida alẽ
nitatibus poſcitur ad ſuppliciũ:quæ cũ fugeret a piratis in littore capta Lycur
go regi nemeæ dona data fuit.In cuius ſeruitio dũ filium ipſius regis Opheltẽ
ipſa nutrix aleret:& redeuntibus ab obſidione thebarum regibus argiuis: ac in
nemea ſilua ſiti pene pereuntibus:interrogata de aqua illos ad langiam fonteʒ

perduxit:& quænam eſſet iterrogaretur:& ſuos illa enarraſſet caſus filii qui cũ
Adraſto erant matrem eſſe dignoſcẽtes in ipſius ꝓſilierũt amplexus. Sed dum
inter hæc moratur infans:quem inter flores & herbas ludẽtem liquerat a ſerpẽ
te necatus eſt.Quod Lycurgus pueri pater ſenciens:ira inflãmatus eam iferias
nato mittere accurrebat:ſed a regibis & filiis auxilia iplorans ſaluata eſt.Que
uero deiceps illi cõtigerit: nec apud grecos:nec apud latios memini me legiſſe

H ira cum.i.latino & unico.r.ſcribitur:fuit maritima urbs in agro propinqua py
lo ſub Agamẽnonis dominio:ut oſtendit Homerus libro.ix.iliados.

H yrcania prima cũ.y.græco ſequẽs cũ.c.exili:penultima cũ.i.latino ſcribitur:
Eſt in aſia ſcytharũ regio:ut.Q.Curtius degeſtis Alexãdri.& plinius libro xvi.
atteſtãtur.Quod Seneca inthyeſte cõfirmauit dicẽs:Quænã iſta regio ẽ:an ſub
æterna niue hyrcana tellus.Et lucanus ſimiliter libro.iiii.Tinxere ſagitas.Errã
tes ſcythiæ populi quos gurgite batros includit gelido uaſtiſq; hyrcania ſiluis
quæ teſte eodem Curtio pantheris & pardis abundat pluribus: ſed maxime ti-
gribus:Quob Lucanus etiam tetigit libro primo in oratione Cæſeris ad ſocios
cum dixit.

Vtq; feræ tigres nunq̃ poſuere furorem.
Quas nemore hyrcano matrum dum luſtra ſequntur.
Altus cæſorum pauit cruor armentorum.

H yrgis prima cũ.y.græco:& ultima cũ.i.latino ſcribitur:fluuius eſt ſcythiæ:qui
teſte Herodoto lib.hiſtoriarum.iiii.intrat in tanaim.

H yriæ prima cũ.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:fluuius eſt bœtiæ:de
quo Home.li.ii.iliados meminit:& facit gentile hyriates.

H yrmos cum.y.græco ſcribitur:& dicitur quaſi ſyrmos quod eſt tractus.Nam ſe
ries eſt orationis uel conſtructio tenorem ſuum in multos uerſus protendens.
ut apud Virgi.lib.æneidos.i.Eſt in ſeceſſu longo locus inſula portum Efficit:
& reliqua.ubi fit tractus uſq; in id Horrentiq; atrum nemus imminet umbra.
& libro.vi.Principio celum ac terras campoſq; liquentes:Lucentẽq; globum lu
næ:titaniaq; aſtra Spiritus intus alit. Vnde teſte Seruio hyrmos longiſſimum
eſt hyperbatum.

H yroeades prima cũ.y.græco antepenultima cũ.œ.diphthongo ſcribitur:fuit te-
ſte Herodoto libro hiſtoriarũ.i.uir mardus:qui primus ex Cyri exercitu muros
ſardium aſcendit.

H irpi cum.i.latino ſcribitur:uocabulum eſt ſabinum & ut puto a græco corru-
ptum.Cum a græcis etiam ſabini originem duxerunt.ſignificatq; teſte Seruio
apud nos lupos:quare ab ἅρπαξ:quod eſt rapax forſitan de ductum fuit. Naȝ
ut idem Seruius ſuper.xi. Virgilii refert:fuerunt populi habitantes in monte
ſoracte:qui cum Diti patri aliquando ſacrificarent:cum mõs ipſe manibus cõ
ſecratus eſſet:& uenientes lupi exta rapuiſſent:illos diu ſecuti ſunt:quoſq; tan
dem ad quandam peſtiferam ſpeluncã aduenerunt:unde peſtem contrahẽtes
habuerunt reſponſum poſſe eam ſedari ſi lupos imitarentur.i.rapto uiuerent.
Quod poſtq̃ factum eſt:dicti ſunt populi hirpiſorani.i.lupi Ditis:cũ pluto eo-
rum lingua Soranus uocatus eſſet:cuius rei memor Virgi.Arũcẽ ex eo loco du
centem originem lupo cõparauit libro.xi.At uero Plinius libro naturalis hiſto
riæ non populos fuiſſe hirpos dixit:ſed per paucas phaliſcorum familias: quæ
ſacrificium annuũ ad ſoractis montem Apollini celebrabãt:id operãtes: ut ait

Solinus geſticulationibus religioſis:& impune ardentibus lignorum ſtruibus i
honorem diuinæ rei inſultabant:flammis parcentibus illis.Quibus ob deuotio
nis miniſterium ſenatus perpetuo conſulto omnium numerũ uocationẽ dedit
Vnde Aruns apud Virgilium libro.xi.Superos ſic uoce precatur.

Summe deum ſancti cuſtos ſoractis apollo.
Quem primi colimus:cui pineus ardor aceruo
Paſcitur:& medium fræti pietate per ignem
Cultores multa premimus ueſtigia pruna:

Dat pater.& reliqua.Varro autem ubiq; teſte Seruio religionis expugnator cuȝ
quoddã medicamentũ deſcriberet ait ut ſolẽt hirpini.q ãbulaturi p ignes medi
camẽto plãtas tingũt:hæc ille. de his forte itellexit Virgili.li.æneidos.vii.cũ ait

At meſapus equum domitor neptunia proles:
Quem neq; fas igni cuiq̃ nec ſternere ferro:& ſubdit.
Hi feſceninas acies equoſq; phaliſcos
Hi ſoractus habent arces.& reliqua.

H yrtacus cum.y.græco &.t.ac.c.exilibus ſcribitur:fuit uir troianus ex ida mõte
qui filium habuit Niſum Aeneæ comitem.a quo Virgilius patronymicum du
cens ait Cyrtacides comitem Aeneæ quem miſerat ida. habuitq; teſte homero
libro.xii.iliados alterum filium nomine Aſium.

H yrus cũ.y.græco ſcribit:nomẽ ẽ uiri ꝓpriũ:de quo Oui.i remediis amoris:Cur
nemo eſt hecatem:nulla ẽ quæ cæpit hyrũ:Nẽpe ꝙ alter egens altera paup erat

H iſpon cum.i.latino ſcribitur:& eſt nomen uiri proprium.

H iſpania cuȝ.i.latino utrobiq; ſcribit:regio eſt europæ.quæ a mõtibus pyreneis
incipiens(ut dixit Appianus clariſſimus hiſtoricus)& p columnas herculis cir-
cuiens uſq; in borealem oceanum protenditur:ita ut omnia in eo circuitu ad
hiſpaniam ſpectent.cuius magnitudo(ut ait)multa eſt: & incredibilis in unica
regione.Nam decẽ milibus ſtadiis latitudo cõmenſuratur,lõgitudo uero ꝓrſus
eadem eſſe uidetur.Quam gentes quoq; diuerſæ & uariis nominibus cognomi-
natæ inhabitant.Quin & fluuios plures nauigabiles cõtinet:minoreſq; alios di-
uerſos & q̃plurimos in illos defluentes.Terra quoq; eſt fœlix: & optimaruȝ rerũ
fertilis.hæc ille.ut ad uerbum ex illo traduximus. Nam ſita eſt hæc regio inter
aphricam & galliam a ſeptẽtrione pyrenis mõtibus clauſa:reliquis partibus un-
diq; mari concluſa.Interfluũt eam flumina magna bethys mineus iberus & ta-
gus aurum trahens:ut in aſia pactolus & hermus,habet ꝓuincias ſex taraconẽ-
ſem:carthaginenſem:luſitaniam:galetiam:& bethicam,hæc eadem prius ibera
ab ibero amne cognominata fuit.Poſtea ab Heſpero fratre Atlantis heſperia,Vl
ma ab hiſpali urbe hiſpania nũcupatur:cuius urbis acculas Cæſar grauiter in-
crepuit.Quod Cneo:& ſex filiis Pompeii magni fauerant.Sane eã dictionẽ aſpi-
rari antiquæ inſcriptiones oſtendunt:ſed duæ ab hiſtoricis cognominantur hi-
ſpaniæ citerior:quæ eſt in ſeptẽtrionali plaga: & a pyreneo uſq; ad carthaginẽ
porrigit.Vlterior quæ in meridie a celtiberis uſq; ad gaditanũ fretũ extẽditur

H yſpeus cum.y.græco ſcribitur:fuit arcadiæ rex: quẽ nõnulli Cyrenes fuiſſe pa-
trẽ credunt.Virgi.uero eam fuiſſe penei fluuii filiã in libro georgic.iiii.oſtẽdit.

H yſtaſpes cum.y.græao:&.t.exili ſcribitur:fuit pater Darii perſarum regis.

H yſteron cum.y.græco:&.t.exili ſcribitur:dicitur a noſtris ultimum: & inde hi-
ſteron proteron figura nominatur:cum ſententia ordine cõmutatur: ut Poſtq̃

altos tetigit fluctus:& ad æquora uenit. Nam prius ad æquora uenit q̃ tāgeret
fluctus. Virgi. libro georgi. i. Area tum primū ingenti eſt æquāda cylindro. Et
uertēda manu. Nam primus manu uertitur: q̃ æquetur cylindro.
H yſterologia prima cum. y. græco:& ſequēs cum. t. exili ſcribitur: dici poteſt a no
ſtris ſermo præpoſterus.
H iſtiæus cū. i. latino utrobiq;:&. æ. diphthongo in penultima ſcribitur: fuit teſte
Herodoto libro hiſtoriarū. vi. mileſiorum tyrannus.
H iſtiæa eodē modo ſcribitur: ciuitas fuit in euboia: de qua meminit Home. li. ilia
dos ſecundo. πολυστάφυλον ἱστίαιαν.
H iſtoria p. i. latinū &. t. exile ſcribit̄:& dicitur ab ἱστορεῖν. quod eſt ſpectare & co
gnoſcere ſignificat. unde & ἵστορα ſciētem uocant:& ἱστέον ē ſciēdum: ſed pri
mū a græcis aſpiratur. unde nos hiſtoriā cū aſpiratiōe deduximus: reliqua nō
aſpirantur. Sane teſte Gellio libro. v. noctiū atticarū hiſtoriā ab annalibus qui
dā differre eo putant: q cū ſit utrūq; rerū geſtarū narratio: earū tamē proprie
rerū ſit hiſtoria: quibus rebus gerēdis interfuerit is q narret. Annales uero eſſe
cū res geſtæ pluriū annorum obſeruato cuiuſq; anni ordine deiceps cōponūt
Quā ſane differentiā accæptaſſe Seruiū i primo æneidos certū ē. Sed clarius ea
differētia cōcipitur ex libro Sēpronii Aſellionis primo oſtēdētis: q inter anna
les & res geſtas interſit. Verum inter eos inquit qui annales reliquere uoluiſſēt
& eos qui res geſtas a romanis pſcribere conati eſſent: omniū rerum hoc inter
fuit. Annales libri tantūmodo quod factū quoquo anno geſtum ſit ea demon
ſtrabant: id eſt quaſi q per diariū ſcribunt: quā græci ἐφημερίδα uocant. No
bis nō ſatis eſſe uideo quid factum eſſet id pnuntiare: ſed etiā quo cōſilio qua
q; ratione geſta eſſent demōſtrare:& paulo poſt idem Aſellio in eodem li. Nam
neq; alacriores ad rē. p. defendendam: neq; ſegniores ad rem pperam faciunda
annales libri cōmonere quicq̃ poſſunt.
H iſtopus cu. i. latino &. t. abſq; aſpiratione ſcribitur: genus eſt nauis: quam teſte
Gellio actuariam dicimus.
H yſtrix prima cū. y. græco:& ultima abſq; aſpiratione:&. i. latino ſcribitur eſt ani
malis genus: quod teſte Herodoto & Plinio li. viii. naturalis hiſtorie maxime in
india æthiopia:& aphrica creſcit: ericio ſimile: ſpinis tergus hiſpidum habens:
quas tenſa cute plærunq; laxatas uoluntaria iaculatione iacit:& aſſiduis acu
leorum nibis canes uulnerat inſequentes. Et ſex hybernis mēſibus latet.
H iſtrio cū. i. latino utrobiq; ſcribit̄:& licet a græca dictione deſcēdat: quæ mini
me aſpiratur: aſpirationem tamen apud noſtros ſuſcæpit. Nam (teſte Feſto) hu
iuſmodi ſcænici a nobis hiſtriones uocati ſunt. quia primus (qui hanc artem ro
mæ exercuit) ab iſtria profectus eſt: ſed certiſſimum ē iſtriam nullo modo aſpi
rari. At uero Liuius & Valerius Maximus nō ab iſtria: ſed ab hetruria illum ue
niſſe dicūt: a quo eiuſmodi nomē tractū fuit: quare non græcū. ſed hetruſcum
uocabulū ē. Similiter Cornelius Tacitus ab hetruſcis hiſtriones accitos dixit:
& a tyriis equorum certamina. Quos laudatiſſimo primū uſui fuiſſe habitos ui
dimus in dictione Aeſopus. Nam hi quoq; perſonati i ſcæna tragoedias agebāt.
comœdiaſq; uoce & corporis geſtu. Vnde ait Cicero hiſtro ſi paululū extra nu
merum: aut ſi uerſus pnuntiatus ē una ſyllaba breuior. aut longior exibilatur
explodirur. i. pulſatione manuū eiicitur.
H yaſquianus prima cū. y. græco ſequente. u. ſcribitur: herba eſt medicinalis: quæ
a noſtris dens caballinus uocatur.
H odius cum. i. latino ſcribitur: fuit teſte homero libro. ix. iliados unus ex græco
rum preconibus in bello troiano.
H oethyni cum œ diphthōgo:&. th. aſpirato ſequēte. y. græco ſcribitur: populi ſūt
H œtychius prima cum œ diphthongo ſequens cum. t. exili &. y. græco: penultima
cum. ch. aſpirato:&. i. latino ſcribitur: fuit teſte homero libro. vii. iliados uir achi
uus longe optimus artis ſtatuariæ opifex: qui apud hylen habitabat.
H olos cum unico. l. ſcribitur:& dicitur latine totus. Olus uero ſine aſpiratione la
tinum eſt. & uenit ab oleo uel olo: quod ſine aſpiratione ſcribitur.
H ololāpus ſimiliter cū aſpiratione & ſimplo. l. ſcribit̄: dicit̄ a nobis totus flāmeus
H olor cum aſpiratione ſimiliter:& unico. l. ſcribitur: auis albæ nomen ē: quā qui
dā cycnū putāt:& dicit̄ quaſi holos. i. totus oreos albus. de quo Oui. in heroidi
bus: Sic ubi fata uocāt udis abiectus in herbis. Ad uada mæādri cōcinit albus
holor:& Virgi. in bucolica: Argutos interſtrepere anſer holores.
H olocauſta ſimiliter cum unico. l. &. c. &. t. exilibus ſcribitur: ea ſacrificia diceban
tur: in quibus tota hoſtia comburebatur: Vnde componitur ex holon quod eſt
totum:& cauſtum combuſtum.
H olographum ſimili modo cum unico. l. ſcribitur: dici poteſt a noſtris totum ſcri
ptum & capi conſueuit pro teſtamento teſtatoris manu penitus ſcripto.
H oloſathron cum unico. l. &. th. aſpirato ſcribitur: dici poteſt undiq; quaſſatum.
Nam cōponitur ex holon qd̄ eſt totū:& σάθρον quaſſatum: quo nomine Pli.
li. xx. naturalis hiſtoriæ dixit genus quoddam petroſelini cognominari.
H omerus cum aſpiratione principii:& unico. m. ſcribitur: fuit omnium poetarū
clariſſimus: cuius mater teſte Herodoto in eius uita Eritheis uocata fuit: pater
uero quis fuerit ignoratur. Ariſto. li. iii. de arte poetica ut rettulit Plutarchus
Dæmonem quendam illius patrē fuiſſe dixit. Alii uero aliter ſenſerūt: ut de ge
nere patria & uita illius tā uariæ ſint ſententiæ: ut ſatius ſit de eo tacere: q̃ aliqd
affirmare. Nam ſi ab Ephoro: ut Plutarchus refert patriam quæras cumæū di
ces. Si a Pindaro omnium lyricorum principe uidelicet tum ſmyrneū tū chiū
aſſeuerabit: ſi ab Antimacho & Nicandro colophonium cenſebunt: Sin autem
ab Ariſtarcho:& Dionyſio thracio haud dubitabunt Atheniēſem dicere. Demū
cū Simonides chium Ariſtoteles Iecem fuiſſe ſcribat non deſunt qui eum ex cy
pro ſalaminium aut argiuum eſſe contendant. Qua item tepeſtate fuerit: tā ua
riæ ſententiæ ſunt: ut neſciamus quid efferre. Nam aliqui teſte Plutarcho eum
aſſerunt temporibus belli troiani natum fuiſſe. Alii uero poſt troianum bellū
annis centum. Nonnulli autem centum quinquaginta. Scripſit autē poeta hic
clariſſimus ut ſubdit Plutarchus poemata duo: iliaden. ſ. & odiſſea: Quorū al
terum bellum troianum. alterum Vlixis uarios errores cecinit: Batrachomyo
machiam uero non ſibi uideri Homero eſſe attribuēdam dixit idem Plutarchus
quin & margitē Homeri itidem eſſe negauit. de huius uero nullam prſus fecit
mentionem. Alii uero & hæc omnia homero aſcripſerunt. hic ut Quintilianus
quēadmodum ex oceano ipſe idem dixit Homerus animum fontium curſus i
itium capere omnibus eloquētiæ ptibus exemplum. & ortū dedit. hunc nemo
in magnis rebus ſublimitate. in paruis pprietate ſupauit. idem lætus ac preſſus
iocundus & grauis tum copia cum breuitate mirabilis. Nec poetico modo ſed
oratoria uirtute eminentiſſimus: hæc ille. & plura alia in laudes eiuſdem poete

admirandas ꝓſequitur libro nono de inſtitutione oratoria: & ut egomet quod
de illo ſentio fatear. Nihil iocundius aut dulcius aut gratius legere poſſuʒ. De
quo dixit Ouidius in libro ſecundo de ſine titulo.

Aſpice meoniden a quo ceu fonte perenni.
Vatum pieriis ora rigantur aquis.

H omelia cũ aſpiratione principii:& unico.l.atq;.i.latino ſecuudũ ueram ortho-
graphiã ſcribit̃:ĩdicatq; apd' nos ſermonẽ:& d'ſcẽdit ab ομιλω ꝙ ſermocinor.

H omœſis cũ.œ.diphthongo in antepenultima ſcribit̃:dicitur a noſtris ſimilitu-
do. Nam tropus ẽ cũ ex ſimilitudine alicuius cogniti in ſimilitudinem deueni-
mus incogniti. Cuius ſpecies ſunt tres.icon.parabola:& paradigma de quibus
in ſuis dictionibus uidebimus.

H omographia cum aſpiratione principii &.i.latino ſcribitur:dici poteſt æqualis
ſcriptura uel pictura.nam componitur ex ομου quod dicit pariter & γραφια
ſcriptura uel pictura.

H omolus cum unico.l.ſcribitur:mons eſt theſſaliæ.

H omonymus penultima cũ.y.græco ſcribitur:dicitur a noſtris eiuſdẽ nominis:
quo etiã proprio nomine pater Appolloni Tyanei dictus fuit.

H omonyma cũ.y.græco in penultima ſcribit̃:dicuntur a nobis æquoca: hoc eſt
æque uocata quaſi intelligi uelit non eadẽ in re exiſtentia.

H omonoea cũ aſpiratione principii:&.œ.diphthõgo in penultima ſcribitur fuit
liberta cæſaris phãphiliti & cõiũx dulciſſima Atimeti ut ĩ ea dictione uidimus.

H omoptoton cum aſpiratione principii:& cætera ſine aſpiratione ſcribuntur:di-
ci poteſt latine ſimilium caſuum:uel ut ait Cicero in dignitatibus ſimiliter ca-
dens. Nam componitur ex ὁμωσ quod eſt ſimiliter:& πτῶσις caſus:& dicitur
figura cum quis diuerſas dictiões in ſimiles caſus eximit:ut apud ennium me-
rentes flentes lachrymantes:& miſerantes.item neq; currentem neq; noſcit eũ-
tem. Tollentẽq; manus ſaxũq; in mane mouentem.

H omoteleuton cũ.t.exili utrobiq;:&.eu.diphthongo in penultima ſcribitur:dici-
citur a Cicerone in dignitatibus ſimiliter deſinens. Nam cõponitur ex ὁμῶσ
quod eſt ſimiliter & τελευτὸν finitũ:& eſt figura cum plura uerba in eandeʒ
uocem terminãtur.ut abiit abſceſſit euaſit erupit.ſimiliter malui eos reduci q̃
relinqui:teneri q̃ deſeri. Et differt a ſuperiori quoniam illa eſt ſolum nominuʒ
hæc aliarum dictionum. Hanc figuram uitans Virgilius in bucolico dixit. Cu-
ium pecus:& non cuius pecus:ut teſtis eſt Seruius.

H anapis cũ unico.p.&.i.latino ſcribitur:fluuius eſt ſcythiæ:ut ſcripſit Herodo-
tus libro hiſtoriarum.iiii.de quo in dictione tiarantus uidebimus.

H ora cũ aſpiratione a græcis tã ꝓ tẽpore:q̃ ꝓ termino ſeu loco ſcribit̃ : nos uero
ut differentiã annotemus:cũ ꝓ loco & termino accipit̃:abſq; aſpiratiõe ſcribi-
mus:ut Qui primus ab oris.& ut puto hinc deducit̃ ora quæ ſimiliter ſine aſpi-
ratione ſcribit̃:& ſignificat funẽ:quo nauis ad terrã ligatur ut apud Liuiũ ĩ li.
viiii.in ipſis quoq; trepidatũ nauibus:dũ ne hoſtes cũ ſuis ſimul irrũperẽt tra-
hunt ſcalas:oraſq; & anchoras:ne ĩ moliendo mora eſſet præcidũt. Quĩtilianus
in epiſtola ad triphonẽ ſimiliter ait. Permittamus uela uẽtis:& orã ſoluentibus
bene p̃cemur. Sane horæ ab Homero finguntur li.v.iliados nõ minus phyſicæ
q̃ poetice cæli portas cõſeruare:quin & ab hora oĩa deriuata aſpirationẽ habẽt.

H oroſcopos cum aſpiratione principii:&.c.exili:hoc eſt ſine aſpiratione ſcribitur:
dicitur latine ſolarium. Nã uas quoddã ſeu inſtrumentum fuit: quo numerus
horarum diei conſpici ad ſolem conſueuit:& componitur ex hora: & σκοπόσ:
quod eſt conſideratio ſiue proſpectio.de quo Plinius libro.ii.naturalis hiſtoriæ
inquit:uaſa horoſcopa nõ ubiq; eadem uſui ſunt.cum in tercentis ſtadiis aut
quingentis longiſſime mutentur umbre Solis.

H orologium cum aſpiratione principii ſimiliter &.i.latino ſcribitur:dicebatur ſi-
militer latine ſolarium:ut de horoſcopo expoſuimus:ſed iam relicto latino noĩe
multo ſignificantius eo noſtro inſtrumento concipitur.in quo non tantum ra-
tio horarum ex ſolaribus radiis:ſed etiã occultato Sole ſermo:ut ita dicam:hora-
rum agnoſcitur.utrunq; enĩ logos ſignificat rationem ſcilicet & ſermonẽ:Nam
nõ ſolum horam oculis oſtendit:ac præſcribit:ſed etiam auribus procul & do-
mi manentiũ nunciat cãpana:quæ ſup impoſita eſt numerum diſtinguente:
Vnde quodãmodo uitam habere uidet̃:cum ſponte ſua cietur:& dies ac noctes
pro homine opus facit:quo nihil neq; utilius neq; iucundius dici poteſt:nouũ
tamen inuentum eſt.ſimiliter & campana: ſed nõ admirabile: utilitatis tamen
tantæ ac iucunditatis:ut cum in rebus ciuilibus:tum uero in ſacris mirum ꝓ-
ſit:atq; oblectet:Campanã dixi more uſitato nõnulli nolam uocant: ſed alteruʒ
meo iudicio admirabilius inuentum habemus: & apud nautas quoſq; pariter
uſitatum:pixidem dico illam:quam prope dixerim uiuam ad lapidem ſideritẽ
qui magnes dicitur:nauigationem ita iam moderantur:ut cõmodius ne an a-
cutius excogitatum ſit dubitem. nam tabulam illam quæ ſocia huius eſt : ubi
ſpatia maris atq; terrarum deſcribuntur.neq; ita multum miror.eſt.n.longi la-
boris ac ſedulæ diligentiæ potius q̃ ingenii diuini:nec omnino ueteribus uau-
tis defuiſſe exiſtimo:qd' ſi nouũ genus uelificãdi:qd' latinũ uocãt ab amalphi-
tanis ut fert̃ excogitatũ:nup ꝑpetuã gloriã illis ĩmunitatẽ apud nos oẽs oras pe-
perit. Quid tandẽ laudis præmiiq; debeatur inuẽtoribus pyxidis:Quanq̃ haud
ſcio tantũ ne tribuamus gloriæ nauigãtibus:an credamus eos aliunde accæpiſ-
ſe:hoc ẽ ab eodẽ ĩgẽtiſſimo hominũ genere:q horologia iſta p̃clara excogitarũt:
Siqdẽ horologiũ illud ad eandẽ pene formã pyxidis:quæ magnete tẽpat̃:eandẽ
quoq; ꝓpe modũ rõnẽ cõtinet:& ubi q̃ttuor & uigĩti in orbẽ radii: totidẽ uẽtos
demõſtrat.ita hic pari nũero diei noctiſq; horas ſua in circulo puncta:hoc non-
nulli q̃drantem uocant:Quæ tria ſiue ab eodem:ſiue a diuerſis adiuncta ſunt.
Profecto nec Dædali q ſerrã:aſciã:ꝑpendiculũ:& alia quæ in dictione dædalus
uidimus. Nec Theodori ſamiis q normã:libella:tornum:clauẽ:nec ciclepũ:q fa-
bricã ferreã.nec Panos qui fiſtulã:nec Mercurii q monaulion adinuenit:iuen-
ta cũ his de qbus diximus cõpanda ſunt:ſicut ecõtrario. Nõ maioris ingenii fu-
it inueniſſe arcũ:& ſagittã:cuius auctorẽ ferunt ſcytherẽ Iouis filiũ: ut teſtis ẽ
Pli.li.vii.naturalis hiſtoriæ:nec alia pluria ad hominũ ꝑniciẽ:quorum ſingula
ad ſuos referuntur auctores q̃ excogitaſſe ad qd' ꝓxime accedit ad ſupiorũ mira-
culum:& bombardã uocamus:cuius auctorem execremur licet tam&ſi ignore-
mus dignum qui in morem Salmonei fulmine deflagraſſet : quoniã nihil tam
ſimile fulmini eſt luce:ſonitu:odore.huius nomen a bõbo qd' eſt græcũ:a non-
nullis quoq; latinorũ uſurpatũ:& ab ardeo cõpoſitũ ẽ. Aliq tormenta ænea ma-
gis dicere uolunt.habent & eius ſpecies ſua nomina. nec quẽ ſcriptorẽ ſeq̃mur
habemus:nec etiã ſcriptũ habemus:quo nomine uocaretur id ĩ quo uterq; pes
utrinq; quieſcit eius q inſidet equo. Nã ut marmoreis ſignis romæ cõſpeximus:

non utebantur illis antiqui. Quid ferruʒ quo uelut ſoleis calcianť pedes equo-
rum iumentorunq;: quid illud ex corio extrema in parte lancæ: quod ferreum
cornu ubi ad pectus lancea ipſa infeſta reponitur. Quid magna pars armatu-
ræ: ſed hæc non repono inter acute inuenta: acutius eſt inueniſſe ac multo uti
lius q̃ ratione frumentum quaſi in piſtrino ad decurrentis aquæ impetum mo
lerere: quod & ſi non admodum recens eſt: tamen nomine ſub apud litteratos
caret: Quidam ueteres uocant piſtrinum: uulgus uero molendinum: ſicut ea
quæ uento aguntur. ſane molendinarium: & molendinariam comperimus: ut
Paulus iuriſconſultus de fundo inſtructo. Aſinam inquit molendinariam: &
molam negat Neratius inſtrumento fundi contineri. idem conſultus de mæta
molendinaria reſpõdit. Si ruſticus eius fundi operariis moleretur eam quoq; de
beri. Et ſubdit eſt autem mæta inferior pars molæ cathyllus ſuperior. hæc ille:
rurſus & illud quoq; utilius qui acutius excogitatũ eſt ex eo frutice: cuius no-
men non legi. alii cottonem: alii bombycem ad ſimilitudinem bombycis: qui ſe
ricum gignit appellant. conficere tria præcipue quæ non deerant quidem no-
bis: ſed acceſſionem hanc adiectam gauiſi ſumus: ueſtes: chartas: uela. Adeo nec
ueſtibus: nec chartis nec uelis ullis melioribus utimnr. Multa ſunt inuenta ad
ſenſuum oblectationem. Partim eius generis cuius olim iam alia fuerant ut in
muſica quod equidem & admiratione & laude dignum eſt: adhuc carens apto
nomine organa uocant. Quædam item minora aptioribus appellata nomini-
bus Monachordium cum. ch. aſpiratione: & clauicymbalum cum. c. exili &. y.
græco in antepenultima: & nõnulla alia his addamus. zuccara ſic enim omnes
uocãt & plurima ex eis cõfecta: & pilam luſoriã. Non dico qua prius etiã uteba
mur: cuius Pithi inuentum. Plinius li. vii. dixit: ſed uento ut uulgus loquitur
plenã: & ſi ueteres pueros luſiſſe folle accæpimus: tamen & aliud fuiſſe illud &
hoc multo artificioſius eſſe nõ dubium eſt. Cuius inuentum ad marchionẽ fe-
rarienſem: qui proxime defunctus eſt referũt. ĩ eadem quoq; urbe rem ſordidã
ſed utilem primũ inuentã uolunt: e ſeuo candelam partim eiuſmodi apud pri-
ſcos nullũ exemplũ fuit domuiſſe aues ad uenãdũ. Nam de canibus q coturni
ces attagenes faſianos pdices anates. cæteraſq; huiuſmodi aues uenať minus af
firmare auſim: q̃ de alitibus: quæ ſuapte natura ſibi uenanť nunc etiam nobis
qu& diligentia aut exercitatio adeo increuit: ut in artẽ & quidẽ non paruã eua
ſerit: ſcripti ſunt multi & magni de ſtruzeria: ita enĩ hanc artẽ nominant libri
ſtudiũ nobilium hominũ ac diuitũ. ſicut pauperũ ac tenuiorũ. illud quod nec
ipſum affirmẽ: olim in uſu nõ fuiſſe: noctua aſcione ulula aliiſq; qbuſdã uolu-
cribus captare alias uolucres: quod ppríe aucupari dicit̃. Nam alterum magis
uenari eſt boc inſidioſum: illud uiolentũ: hoc ex oculto: illud ex aperto: hoc blã
da ſpecie decipiens: illud etiam anteq̃ noceat minãs: ut ſciamus uerũ eſſe quod
Ariſtoteles: & alii quidã ſcripſerunt pauperũ propriũ eſſe cum mali ſunt dolo
uti: diuitũ. ui. ideoq; alterũ uulpeculæ: alterũ leoni cõperatur. ſunt etiaʒ mino-
ra dictu alia nõnulla ut pelles bractea argentea indutas fuco tingere in aureuʒ
colorẽ: quas auripelles uocant: meſſanenſium ut aiunt inuẽtũ: qualia in ſingu
lis artibus ſua fortaſſe recẽtia inuenta ſunt: ut in aurificina Niellũ: illud in ar-
tẽ nullã cadit feciſſe duos orbes e tenui uitro chryſtalloue aut berillo: per que
infirmior uiſus melius ſi credibile e uideat: quæ ocularia nominãt. Nec id pre-
termittã quod ab ingenii arguitia non abeſt haſtã in modũ tubæ æqualiter p

foratam: per quam in pulſo ſpiritu cretaceas pilulas emittimus: quibus certiſſi
mo ictu auiculas occidimus: cuius nomẽ antiquum nõ eſt: quia nec res antiq̃
erat: purpuræ ãtiquis in uſu fuerũt: Nobis ut mille ſint facit: quæ rariſſima eis
fuit copia ſerici: & alia ſunt quæ his inſerere poſſemus: niſi in longum traheret̃
oratio: quibus conſtat nos rebus nouis noua nomina accõmodare poſſe: ut ue-
teres a quibus præcæpta habemus & exempla ſumimus factitarunt: Vnde ait
Priſcianus in. viii. Si enim auctoribus timidas obſtitiſſet: ut nullis nouis uterẽ-
tur dictionibus ipſa natura & ſignificatione rerum exigẽte perpetuis latinitas
anguſtiis damnata mãſiſſet.

H oratius cum aſpiratiõe principii. &. t. exili: atq;. i. latino ab emẽdatiſſimis græcis
ſcribitur: & ſecundum illos ab ὡραῖοσ: quod eſt pulcher deriuatur nõnulli ue-
ro ex noſtris latinum eſſe: & latinam deriuationem habere uolunt: & ab oro o-
ras oratus deduci aſſerunt quod ſi uerum eſſet abſq; aſpiratione ſcribi deberet:
ſed prior ſcriptura magis a doctiſſimis obſeruatur fuit ergo poeta laudatiſſi-
mus patria uenuſinus: dicente Iuuenale in prima ſatyra: Hæc ego non credam
uenuſia digna lucerna: fuitq; natus patre libertino: ut ipſe idem. xxiiii. epiſtola
atteſtatur dicens.
Me libertino natum patre: & in tenui re
Maiores pennas nidos extẽdiſſe loqueris.
Vt quantum generi demas uirtutibus addas. fuit ſtatura breuis: ut in eadeʒ e-
piſtola ipſe idem ſubdit:
Corporis exigui præcanum ſolibus aptum.
Iraſci celerem tamen ut placabilis eſſem. &. xxvi. oſtẽdit quẽadmoduʒ romæ lit
teris liberalibus eruditus fuerat: & deinde uberioris ſciẽtiæ gratia nãſciſcendæ
thenas cõceſſerit: & cum doctiſſimus euaſiſſet familiaritatem. M. Bruti occiſoris
Cæſaris adeptus: factuſq; ab illo tribunus militum contra. M. Antoniuʒ & Au-
guſtum: ſed uicto Bruto ex clade aufugit ipſo dicente in odis. Tecuʒ Philippos
& celerem fugam ſenſi recte no bene parmula: & ibidem: Sed me per hoſtes mer-
curius celer denſo pauentẽ ſuſtulit aere. cui deinde Auguſtus Mecœnatis gra-
tia ĩdulſit: itaq; liberatus ad poetica ſe conuertit: & præcipuus apud latinos uer
ſus lyricos expreſſit: imitatur Archilocum alcæum Sapphon & Pindarum poe-
tas græcos: unde in. xxiiii. epiſtola ait: Paruos ego primus iambos.
Oſtendi latio numeros animoſq; ſecutus
Archilochi. non res & agentia uerba lycambrem.
Temperat alcæus: & reliqua: ſcripſit igitur odos. libros ſermonum duos: inſtitu
tiones poeticas: quæ poetria dicitur: æ epiſtolas: & cum diuitias optimis ſtudiis
cumulaſſet: tandem romæ moriens Auguſtum rerum omnium ſuarum hære-
dem iuſtituit: obiitq;. lxiii. anno ſuæ ætatis. impii uero Auguſti anno. xxxv. fuit
q; maxima pompa ſepultus in exquiliis apud Mecœnatem.

H ormenus cum. e. abſq; diphthongo ſcribitur: fuit uir troianus interfectus a Po-
lypete filio perithoi: ut oſtendit Homerus libro. xii. iliados: & deſcendit ab ὁρμη
quod eſt impetus.

H orõtes cũ aſpiratione principii: &. t. exili ſcribit̃: fuit ex lycia troianorũ amicus
q occiſo apud troiã Pandaro lyciæ rege: q troianis auxilia tulerat: ipſi Pandaro
in militia ſucceſſit. Sed capta troia diſcedẽs cum Aenea in ſiculo mari periit: ut

oſtẽdit Virgi.li.æneidos:i.eadẽ litteratura fluuius qdam ſyriæ deſcribitur:q te
ſte Plinio li.v.naturalis hiſtoriæ inter libanũ & antilibanũ montes iuxta helio
poli urbs exorit̃.Et deinde anthiochiã nominatã epiphanem diuidit. De quo
meminit Iuuenalis in.iii.ſatyra cũ ait.lãpridẽ ſyrus in tyberim defluxit horon
tes.Quo etiã noĩe gener Artaxerxis ꝑſarum regis cognominatus fuit.

H orizon cũ.i.latino ſequente.z.conſonante ſcribitur:dici poteſt latine finitio uel
terminatio:& deſcendit ab ὁριζῶ:quod eſt finitio uel terminatio.

H orthes cũ.th.aſpirato ſcribit̃:fuit teſte Homero li.ii.iliados theſſaliæ urbs.

H ortenſius cũ aſpiratione principii:&.t.exili ſcribitur:latinum puto & ab hortor
deriuari.Nonnulli græcũ exiſtimant:& cum.th.aſpirato ſcribunt:atq; ab hor-
thes urbe theſſaliæ deductum putant:ſed prior ſcriptura etiam apud doctiſſi-
mos cõmunior fuit.Hortenſius teſte Quintiliano libro.vi.de inſtitutione ora-
toria:quandoq; oratorum prĩceps romæ habitus:inde æmulus Ciceronis & no
uiſſime quo ad uixit ſecundus.De eodem dixit Varro lib.iii.rerum ruſticarum
Et poſt eum Gellius lib.noctium atticarum primo. Q.Hortenſius fuit orator
clarus:ſed delicatior q̃ uirum deceat:& formæ non minus q̃ eloquantiæ ſtudio
ſus.Nunquam ſpeculo inconſulto proceſſit in publicum in illo ſe comere:in il-
lo ſe mirari:in illo uultum togãq; cõponere conſueuit. De quo plura idem pro
ſequũt̃ Et Valerius Maximus ac illi plures.

*De aſpiratioue dictionũ lattinarũ tã ĩ medio dictiõis q̃ initio & in fine.*

Is itaq; de dictionibus græcis:quæ latĩe ſcribunt̃:& initio dictio
nis aſpiratur ꝑ ordinem habitis:decreui latinas quaſdã quæ ma
xime difficultatẽ habere uidentur:hoc loco nõ præterire.Immo
per ordineꝫ eas annotare:quæ aliquo modo aſpirationis nota in
initio dictionum uel mediis ſyllabis ac etiam in fine deſignantur
Nam omnis aſpirationis nota aut principalis eſt ſyllabaruꝫ:aut terminalis aut
media.Quæ quidem principalis eſt ſolis uocalibus præponitur:& duos retinet
in dictionibus locos capitalem.ſ.& medium.Capitalem ut habeo:medium ut ꝓ
hibeo:Quæ uero media eſt ut plurimum ĩ dictionibus græcis ſcribitur: ut rhe
thor:rhaphanus Theophraſtus & ſimiles.in latinis etiam ut quidam uoluerũt
omnia termĩata in cher uel in chra uel in chrũ:& ante.c.habentia.l.ut pulcher
pulchra pulchrum:ſepulchrũ:fulchruꝫ.Nõnulli uero ſolum pulcher pulchra
pulchrum:& ab eo declinata aſpirari uolũt.Cætera ſine aſpiratione ſcribenda
eſſe dicunt.Quæ autẽ terminalis aſpiratio eſt in paucis interiectionibus latinis
inuenitur:ut uach ah oh:de quibus loco ſuo dicetur.Nunc de ea primũ aſpi-
ratione tractabimus:quæ capitalem in dictionibus locum obtinet:& ab.a.inci-
pientes hoc quoq; annotandum duximus:ipſum.a ante.f.g.k.l.o.p.q.&.t.ĩ la-
tinis dictionibus recte aſpirari non poſſe.

H a interiectio cum aſpiratione ſcribit̃:ut ab.a.differat cũ præpoſitio eſt.uel litte
ræ nomen.Nam tunc quoq; aſpiratione caret:uelut aliis magis placet:quia cũ
interiectio eſt:affectum ſignificat:& cum aſpiratione profertur. Inuenitur nõ
nũq̃ interiectio ah poſt ſe aſpirari:de qua poſtea ꝑtractabimus.

H abeo habes cũ aſpiratione ſcribit̃:ut ab abeo is differat quando cũ ab præpoſiti
one componit̃:& dicitur ſine aſpiratione abeo abis abit.& dicimus habui orati-
onem:magis q̃ feci orationem.ſed feci orationẽ frequẽtiuus q̃ habui dicimus.

H abito cum aſpiratione ſcribitur: & ab habeo uenit: ſimiliter habilis & habena

Nam cum aliquã dictionem aſpirari dicimus omnes ab ea deſcendentes aſpirã
das uolumus:Et cõſtruitur habito melius cum accuſatiuo:q̃ ablatiuo.ut Virgi
lius in Alexi: Atq; humiles habitare caſas:Sane abundo quod in nõnullis locis
aſpiratum comperitur:librariorum uitio tribuendũ eſt. Nam ex ab præpoſitio
ne cõponitur:& undo undas:quod deriuatur ab eo quod eſt unda.

H ac ꝓnomen ſiue aduerbium aſpiratur:ut differat ab ac cõiunctione: quæ ſine
aſpiratione ſcribitur.Verum in articularibus ꝓnominibus & aduerbiis mono-
ſyllabis inde deriuatis nõ ſolum.a.ſed cætere uocales aſpirãtur ut hic hæc hoc
huc.Quoniam hic ꝓnomen a quo cætera huiuſmodi oriunt̃ teſte Priſciano ab
græco articulo hoc deriuatuꝫ eſt:quod apud illos aſpirari minime dubitari po-
teſt:de quo in dictione eius uidebimus.

H actenus cũ aſpiratione ſcribit̃:& ex hac aduerbio & tenus cõponit̃: ſed ĩ cõpoſi
tione pẽultĩa ipſa corripit̃.Virgi.Hactenus aruorũ cultus & ſidera cæli. & teſte
Feſto hac fine deſignat.ait enim quatenus ſignificat q̃ fine:ſicut hactenus hac
fine ſed antiq q̃tenos dicebant:& quãdo ꝓ quãdo.q̃tinus uero quoniã: hæc ille
Sane ꝓ horuꝫ uerborũ declaratione:qa multi q̃tinus ꝓ q̃tenus:& ecõuerſo ſcri-
ptitare cõſueuerunt:exẽpla adducemus: inquit enĩ Iuuenalis in ſatyta Natali:
Exiſtunt q ꝓmittunt hecatõben Quatinus hic nõ ſunt:nec uænales elephanti
q̃tinus ſcripſit ꝓ.i.hoc ẽ ſunt nulli q promittunt deis ſacrificiũ centum boum
ꝓ ſalute diuitis.Et ſubdit ꝑ antipophorã nec enĩ mactare & ſacrificare de ele-
phantis poſſent.nõ enĩ ſunt in latio:& ſi ſunt nõ uendunt̃:& ſic q̃tinus poſuit
ꝓ quia:ut dixit Feſtus.At uero q̃tenus cum.e.ꝓ q̃ fine ponitur:hoc ẽ ad quãtũ
ſiue ut exemplũ ſit:cupio ſcire q̃tenus amor in amicitia debeat intẽdi ac ꝓgredi
i.ad quãtum ut ſcripſit Cicero in Lælio: q̃ſi ut uelíꝫ dicere utrũ habeat finẽ ſeu
mætam uel limitem amor & amicitia.Similiter dicimus uerberaui filium meuꝫ
quatenus ſit bonus.i.ad hunc finẽ ut ſit bonus.i.ad hoc ꝙ ſit bonus.Itaq; male
dicitur.Iniunxit mihi dominus meus quatenus legam.

H æ quod eſt plurale huius ꝓnominis hæc aſpiratur:& diphthongatur:duꝫ uero
eſt præpoſitio minime:ſed quod ab ea deſcendit ſine aſpiratione & cum cuꝫ du
plicato.e.ſecundo ſcilicet diphthongato ſcribitur.

H ædus cum aſpiratione & æ diphthongo ſcribitur:ut plene uidimus in dictione
diphthongus ab illo tamẽ Iſidorus aſpirationeꝫ abſtulit:Sed præualet antiquo
rum uſus:&.M.Varronie ſententia.

H æreo uerbum cum aſpiratione & æ diphthongo: ut uidimus in dictione diph-
thongus:ſcribitur.

H æres ſimiliter aſpiratur:& cum diphthõgo ſcribitur: ut in dictione diphthõgus
uidimus a quo exhæredo penultima producta deducitur.

H alo uerbum primæ cõiugationis cũ aſpiratiõe ſcribit̃:ut ab alo differat cõiuga
tionis tertiæ:quod ſine aſpiratione ſcribitur:& nutrire deſignat.At cũ aſpiratio
ne halare ſpirare ẽ:unde halitum ſpiritum dicimus.Iungit̃q; cum ablatiuo: ut
Sertiſq; recentibus halant.At exhalo cum accuſatiuo:ut Virgilius.vii.æneidos.
Sæuamq; exhalat opaca mephitim.Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris Bello
rum pompa animẽ exhalaſſet opimã.

H alitus cũ aſpiratiõe ſcribit̃:& ab halo halas primæ cõiugatiõis uerbo deſcendit.

H amus cum aſpiracione ſcribitur: ut in datiuo uel ablatiuo: quod eſt hamo ab
amo uerbo differat.

Hara cū ſtabulum ſignificat porcorū cum aſpiratione ſcribitur: ut ab ara deorū quæ aſpirationē non habet differat. Significat etiā interdum hara aſpiratum teſte Seruio in Donatum auē quandā auguralē: a quo nomine haruſpex & hariolus aſſerit deriuata: eoſq; falſitatis arguit: qui ab ara deorū hæc ipſa aſtruūt deriuari. cum in ara deorum principalis ſyllaba producta ſit: in haruſpex uero & hariolus ſit breuis. Sane Donatus in phormiune inquit. Hariolus quaſi fariolus dicitur: aſpiratione poſita pro. f. litrera.

Haruſpex cum aſpiratione ſcribitur: ut uidimus in præcedenti dictione.

Hariolus cū aſpiratione ſimiliter ſcribit̄: ut in dictione hara notauimus:

Harena a uerbo hæreo teſte Seruio deriuari uidetur: eo quod mixta calce parietibus hæreat: & ob hoc aſpirandū eſt. Alii uero cōuenientius ab areo uerbo deriuatam putantes ſine aſpiratione ſcribunt arena. ſimiliter arundo cū ab ariditate dicat̄. nunq̄ recte aſpiratur. Sunt q uelint cū haſtā arundo ipſa deſignat: ut per aſpirationem ab arundine quæ cannam ſignificat: diſcrepare faciant. Sane arūdo mihi ubiq; nomē uidetur: quod cannā ex ſua proprietate ſignificat haſtam uero p quandā inter ſe ſimilitudinē. Vnde nullo modo aſpirandū puto.

Haſta cum aſpiratione principii ſcribitur: unde licet ab aſto uerbo: quod ſine aſpiratione ſcribitur deriuari dicatur: tamen ad differentiam ſecundæ pſone eiuſdem uerbi in impatiuo aſpirationem aſſumpſiſſe uidetur.

Haurio cū aſpiratione ſcribitur: ut in ſecunda perſona ab auris nomine diſcrepet quod non aſpiratur.

Haue uerbū ſalutatiuū antiqui nōnulli cū aſpiratione ſcribebant: ut ab aue ablatiuo nominis auis differret: & ab impatiuo uerbi aueo: unde auidus & auarus. Sed iam tenet conſuetudo: ut ſine aſpiratione ſcribatur.

Hebeo ſecunde cōiugationis uerbū aſpiratur: ut ab ebeo ebeas coniugationis primæ differat. Vnde ebiti dicuntur qui fœlicitate aliqua ceciderunt

Hei interiectio cum aſpiratione ſcribitur: ut ab ei ꝓnomine diſtet: & quoniā affectum ſignificat: cū auctiore ſpiritu promendum eſt.

Heiulor aſpiratur: quoniam ab hei interiectione deſcendit.

Hem interiectio ob maiorem ſpiritum aſpiratur.

Helluor aris teſte Gellio li. ii. noctiū atticarum cum aſpiratione ſcribitur nulla ſane ratione niſi ut firmitas & uigor uocis: quaſi quibuſdam neruis additis intēderetur: & in helluones guloſi dicti ſunt.

Herus cū aſpiratione ſcribit̄: ut ī datio & ablatio a uerbo futuri tēpis ero differat.

Herba cū aſpiratione & ſine diphthongo ſcribit̄: licet ut quidam uolunt a uerbo hæreo: quod cū diphthongo ſcribitur: deriuari dicat̄: quia non naturaliter dip thongū hæreo: ſed ex quadā differentia accæpiſſe dicatur.

Heruha & herugo ſimiliter aſpirari: & a uerbo hæreo deducta dicuntur: quia tenaciter rebus quas occupāt hærent. licet ſine diphthongo ob eandē cām quam in præcedenti dictione diximus ſcribantur.

Heri ſimiliter aſpirari: & ab eodē uerbo hæreo deduci dicunt. quia heſternus dies hodierno ſine alterius. ſ. diei īterpellatiōe cohæreat: & ſine diphthōgo ſcribitur:

Heritius ſiue herinatius cū aſpiratiōe ſcribūt̄: & ab eo qđ ſetis horreat dictū eſt.

Hernia cū aſpiratiōe & abſq; diphthongo ſcribit̄: dicit̄ teſte Seruio lingua ſabinorum ſaxum: ſed magis placet illorum expoſitio: qui dicunt herniam aſperum una & durum indicare. Nam ſi ſaxum tantummodo indicaret non dixiſſet Virgi. Hrenica ſaxa colunt: ſed tantūmodo hernia uel hernica. Nam cum deſcēdunt inteſtina ad pygā teſticulorū efficiunt illā durā & aſperam: ob qđ poſtea hernia dicit̄: Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiā. Quibus incendi iam frigidus æuo Laomedōtiades & næſtoris hernia poſſit. Vnde & populi illi qui ī cāpania aſpera ſaxa incolunt hernici ſunt cognominati: ut anagnini cum. g. ante. n. in penultima Priſciano teſte: ferentinates: uerulani: alatrini: fruſinonii & his finitimi. Virgi. i. vii. æneidos: Hernica ſaxa colunt quos diues anagnia paſcit. i. aſpera. uel ut alii uolunt a quodam ſabino illic habitāte ac regnante hernici dicti ſunt. Macrobius uero dixit pelaſgū quendā noīe hernicum cōdidiſſe anagniā.

Herēnius proprium uiri nomen cum aſpiratione & abſq; diphthongo ſcribitur: licet ab hæreo deductum credatur. quaſi hæreat annis. ſic enim ueteres quandoq; filiis annos præſagientes nomina imponebant.

Heſternus cum aſpiratione ſcribitur: & ab heri deſcendit.

Heus aduerbium uocandi aſpiratur: quia huiuſcemodi uocationes cū augmento ſpiritus efferri conſueuerunt.

Heu interiectio dolentis uel aduerbium reſpondendi: quiā ex dolore uel turbida reſponſione effertur cum aſpiratione: hoc eſt cum augmēto ſpiritus profertur.

Hic ſiue ꝓnomen ſit ſiue aduerbium ſemp aſpiratur: ad quorū differentiam ſignandā qdā ueterū ut in marmoribus cōpluribus legi ſolebat aduerbium ſcribere diphthongo græca uidelicet heic: idq; ratione. Nā aduerbium ſemp ꝓducitur: ꝓnomē nōnunq̄ corripit̄: ut apud Virgi. li. iiii. Vnus hic inflexit ſenſus quin & ꝓnomen illud idē differentiam ſimilē detinet: quia cum maſculinū eſt primā producit: ut Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris: Exitus ergo qs eſt o gloria uincitur idem. Nā de hānibale loqt̄. cū uero neutrum ſemp illā corripit. datiuus autē ſiue ablatiuus pluralis facit eiſdē & iiſdē cū duplicato. i. uel iſdem cū unico utrunq; bene ſcribit̄: ſꝫ ī ſcāſiōe unico ſemp. i. utimur: ſicut ī Virgilii & Antonii dii & diis ii & iis. Iuuenalis in ſatyra Omnibus ī terris: Et quicquid græcia mēdax Audet ī hiſtoria cōſtratum cladibus iſdē Suppoſitumq; rotis ſolidum mare credimus. Nō tamē hic ponitur uerſus eiſdem: quo tamen alibi poſuit: ut in ſatyra Credo pudicitiam: Dat eiſdem ferre cinædis.

Hinnio hinnis uerbum aſpirat̄: & cum duplicato. n. ſcribitur: quia cum augmēto ſpiritus hinnitus ab equis profertur.

Hio hias uerbum: & quæ ab eo tracta ſunt: ut hiatus hiatio aſpirantur: eo q; hiando maior fit ſpiritus. Nam ab oris ſono cum aperitur os tractum uidetur. oratores tamen hiare pro eo ſumunt: quod eſt aliquid ſua ſpōte & extrema aliqua ui diffindi: ut tellus æſtu: & lingua ariditate: aut nimio labore hiant,

Hir cum aſpiratione ſcribitur: quoniam ab hæreo uerbo deriuatur & uolā ſignificat. nam (ut aiunt phyſici) in uola porri magis ſibi coherent q̄ in cæteris corporis ptibus: unde hæ ptes ſolidiores eſſe dicuntur. alii uero ideo ab hærendo hir dici putant: quoniā palmæ ipſæ rebus quibuſlibet hærere ſoleant.

Hirſutus aſpirari: & ab horreo deriuari uolunt: ut quaſi horrens ſetis dicatur.

Hirtus ſimili modo: & per ſyncopam idem eſt: quod complete hirſutus dicitur.

Hircus cum aſpiratione principii ſcribitur: & ab hirſuto deducitur: unde teſte Feſto hircipuli dicuntur homines durorum pilorum. Quidaꝫ exiſtimāt hircos dictos ab oculorum angulis: quos antiqui hirquos uocabant: ad quos frequēter libidinoſa illa animalia luminū aciē in actu laſciuiæ cōtorquære cōſueuerunt

unde etiam teſte feſto hirquitalli pueri primum ad uirilitatem accedentes:a libidine ſcilicet hircorũ dicũt:at Terentius Varra ut ĩ dictiõe diphthõgus commemorauimus dicit hircũ a ſabis accæptũ p cõmutationẽ.f.in.h.aſpirationẽ.

Hirqus cũ aſpiratione principii &.q.ſequẽte unico.u.ſcribit:oculorũ dicit angulus & oculis nõnũq̃ capit:ut Virgi.ĩ bucolicis.Trãſuerſa tuẽtibus hirquis.

Hirudo cũ aſpiratione ſcribit:& ab hærendo carni dicta uidet.nã ſanguiſuga dicit.Horatius ĩ inſtitutis pœticis.Nõ miſſura cutẽ niſi plena cruoris hirudo.

Hirundo cũ.n.ante.d.ſimiliter in principio.aſpirat:auis ẽ:quæ ex terra pulchro artificio nidũ tignis ſuſpendit:& græce χελιδών dicitur:de qua bene Ouidius.Sub tradibus cunas tectaq; parua facit.

Hiſpidus cum aſpiratione ſcribitur:& ab horreo quidam deriuari putant quaſi horrens ſetis.

Hi pluralis nominatiuus ab eo quod eſt hic aſpirationis notam traxit.per quam ſane differt ab.i.uerbo.& per unicum.i.ſcribitur: ſicut & uerbum.ſi uero ſine aſpiratione ſcribitur:ipſum quoq;.i.duplicatur:& dicitur ii:uenitq; ab illo pronomine is ea id.

Hiulcus aſpiratur.& ab hio uerbo deducitur.

Hiſco ſimiliter aſpiratur:quia frequẽtatiuũ eſt ab hio tractũ.Sane facere deberet hiaſco:ſed hiatus cauſa abiicitur.a.Et ut oſtendunt oratores hiſcere eſt quidẽ oris:& tantum humani:accipiturq; pro eo quod eſt loqui aut os aperire ad loquendum:ſed fere p negationem:ut corã illo nõ auderes hiſcere.uel quid nũc habes:quod hiſcere audeas.Ouidius tamẽ pœtice dixit.Hiſcere nempe tibi terra neganda foret:cũ id quoq; oratores ſoleant potius dicere dehiſcere id eſt deorſum peſſunq; apiri.Quuin.& Virgi.in primo:His unda dehiſcens.

Hodie & hodiernus aſpiratur:eo ꝙ ab hoc & die compoſita dicuntur.

Homo aſpiratur:& ut omnes ferunt ab humo deſcẽdit:quod Quintilianus deridere uidetur:cũ ait libro.i.de inſtitutione oratoria.Etiã ne hominem appellari quia ſit humo natus:quaſi uero nõ omnibus animalibus eadem origo:aut illi primi mortales ante nomen impoſuerunt terræ q̃ ſibi.

Honor & alter eius nominatiuus honos cũ aſpiratione ſcribunt:& ut multi putant differẽtiæ cauſa:ut ab onos qui eſt aſinus differat:cur uero duplex ſit terminatio nominatiui Seruius dixit:qui tunc honos dici cum ſcilicet affirmat:cum opus ẽ ultimam longam habere in uerſu:cũ.r.uero quando breuem.

Hortor aſpiratur:ne ab orior frequentatiuũ eſſe credatur.

Horreo aſpirat:ut aſpiratiõis horror cũ eiuſdẽ uerbi ſignificatione cõcordet.

Hordeum cũ aſpiratione ſcribendũ perhibent:eo ꝙ horrore trahi uolũt. alii uero nõ aſpirant:& ab oriendi celeritate deduci putant.ſed magis ex teſtimonio.

Quintiliani aſpirari placet:qui ait in primo de inſtitutione oratoria: fordeũ apd' uetuſtiores conſueuiſſe per.f.loco aſpirationis ſcribi:ut ſimiliter fædus pro hædus:& alia nõnulla de quibus ſupra uidimus.

Horreum cũ aſpiratione ſcribitur:& teſte Varrone ab hordeo deriuatur:hoc teſte Feſto antiqui farreum a farre dicebant

Hortus horti:q̃uis ob orior ueniat plæriq; aſpirandũ putant:ut ab huius ortus huic ortui:& ab ortus orta ortum pticipio differat:is dicit in quo olera & arbores oriũtur:unde olus unaquæq; herba ſatiua dicit.q̃ ueſcimur: & cuius foliis & caule ĩ eduliũ utimur:Verũ horti in plurali tantũ nõ olerũ ſunt.ſed arboribus cõſiti uoluptatis amœnitatiſq; cã parati:ut horti Saluſtiani:Pompeiani:Luculliani:Claudiani:de quibus Plinius in.xix.naturalis hiſtoriæ inquit: In.xii.tabulis legũ noſtrarũ nuſq̃ nominat uilla:ſed ſemp in ea ſignificatione hortus.Et non longe hinc ſubdit.Iã qdẽ hortorum noĩe in ipſa urbe delitias agros uillaſq; poſſident:Et pgit:Primus hoc inſtituit athenis Epicurus hortorum magiſter.Fueruntq; ut idẽ auctor ait teſte Plauto ſub Veneris tutela.At Virgi.Priapo hortorũ curã dediſſe uidetur:cum ad illũ in bucolicis ait: Cuſtos es paupis horti:& in.iiii.georgicorũ:ubi de hortis loqtur:inqt:Et cuſtos furum atq; auiũ cum falce ſaligna Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.de quo pulchre Horatius meminit in primo ſermonum ipſum Priapum ſic loquentem introducens.

Olim truncus eram ficulnus inutile lignum:
Cum faber incertus ſcamnum faceret ne priapum:
Maluit eſſe deum.deus inde ego furum auiumq;
Maxima formido.nam fures dextra coercet:
Obſcœnoq; ruber porrectus ab inguine palus:
Aſt importunas uolucres in uertice arundo
Terret fixa:uetatq; nouis conſidere in hortis.

Hoſtio is hoſtit quartæ coniugationis uerbũ:qd' æquo æquas ſignificat aſpirat:ut per id a datiuo & ablatiuo eius nominis quod eſt oſtium differat: quod teſtimonio plurium grãmaticorum aſpirari nõ debet:eo ꝙ obſto obſtas nõ aſpirato deriuetur.Item nec oſpes:quia a nomine quod ẽ oſtium deducitur.Sed utputo tenet conſuetudo:quæ eſt hoſtium & hoſpes aſpirant. Sed hoſtio uerbum ideo ſumptum ẽ:quia in hoſtiũ cõflictu quædam fueri conſueuit ordinũ adæq̃tio.

Hoſtis licet ab obſto obſtas nõ aſpirato deduci uelint:cũ aſpiratione tamẽ ſcribendum differentiæ cã dicunt:ne in genitiuo plurali cum noĩe pdicto.ſ. oſtiũ cõueniret:& teſte Feſto apud ãtiquos pegrinus dicebat:q nunc hoſtis pduellio.

Hoſtia declinationis primæ ab nomine hoſtis deduci perhibent: quia teſte Feſto laribus immolabant:qd' ab illis hoſtes arceri putabant. Sed alio loco ait Feſtus hoſtia dicta ab eo quod eſt hoſtire id eſt ferire.

Hoſtimentum ſimiliter aſpiratur:& teſte Feſto eſt beneficii compenſatio.

Hoſticapax.i.hoſtium captor:& aſpiratur eodem modo.

Huc aſpiratur.quia ab hoc:deriuatur.

Humus cum aſpiratione ſcribitur.

Humare ſimiliter aſpiratur:& dicitur quaſi humo tegere.

Humor aſpiratur:& ut ferunt ab humo dicitur.

Humeo eodem modo ſcribitur:& ſignificat humorem teneo:unde humeſco.

Humilis aſpiratur:quia ab humo dicitur.hoc eſt humi decliuis.

Humerus aſpiratur:quia ut perhibent ab humo deſcendit:eo ꝙ humeri inſtar humi ſufferendis oneribus ſint apti.

Hudus aſpirari quidam uolunt:& per ſyncopam ab humo deduci. alii uero ſine aſpiratione ſcribendum uolunt:& per abiectionẽ primæ litteræ a ſudore deducunt:unde & uuidus & uliginoſus.

Hululo cum aſpiratione & ſimplo.l.utrobiq; nonnulli ſcribi uolunt:& hoc ob ſpiritus uehementiam:uel quia ab hui interiectione deriuari putant.

Humanus cum aſpiratione ſcribitur:& iuxta litteram ab humo:ſecundum ſenſũ uero ab hõ deriuari uidet.Vnde etiã humanitas:quæ(teſte Petronio grãmatico)

proprie eſt eruditio inſtitutioq; :hi ſunt maxime humaniſſimi. Et quoniam diſciplia hæc ex uniuerſis aïantibus ſoli hoi ẽ cõceſſa humanitas maxie appellaẽ

### De aſpiratis in medio dictionis.

Vidimus (ut putamus) ſufficienter de his dictionibus: quæ apud latinos in initio aſpirantur. Reſtat iam ut de his: quæ in medio aſpirationem retinent pertractemus.

Aha interiectio eſt: & in medio duarum uocalium aſpirationem detinet. Nam (ut aiunt grãmatici) ipſe affectus (quo interiectiones promuntur) cogit eas interdũ præaſpirari: ut cum dicimus Ha uirgo infœlix. Interdum poſt aſpirari: ut Ab te ne frigora lædant. Nam maior in fine dictionis huius ſpiritus exigi uidetur: & maior alterius in principio. Interdum interaſpirari. ut Plautus aha ohe. Iuuenalis in ſeptima ſatyra. Satur eſt cum dixit Hora. ohe. nam non ad placitum ueræ interiectiones eſſe uidentur: uelut ceteræ orationis dictiones: ſed naturales potius. Vnde etiam omni ſunt interdum nationi cõmunes. Aſpirantur ergo ĩ medio aha uah ohe: quæ p apocopem plærũq; proferimus dicentes ab uah. ut Terentius. Vah conſilium callidum. ſimiter oh.

Abhorreo cum aſpiratione poſt ab ſcribitur. Et uniuerſaliter oẽs dictiones: quæ in initio aſpirantur: ſi cũ præpoſitionibus cõponuntur: ſeruant aſpirationem ĩ medio: ut perhorreo: inhorreo: & ſimiles.

Abhinc ob eandem cauſam in medio aſpiratur.

Adhæreo ex ad & hæreo cõponitur: & aſpirationẽ ſeruat in medio.

Ahenum aſpirandum eſſe ante. e. poſt. a. litteram putauit Gellius libro ſecundo noctiũ atticarum ex Fidi multi nominis romæ grãmatici auctoritate: qui ei librum æneidos ſecundum mirandæ uetuſtatis oſtẽdit emptum uiginti aureis: quem ipſius Virgilii fuiſſe credebat: in quo duo iſti uerſus cum ita ſcripti forẽt Veſtibulum ante ipſum primoq; in limine pyrrhus Exultat telis & luce coruſcus ahena. additam inquit ſupra uidimus. h. litteram: & ahena factum: ſic in illo quoq; Virgilii uerſu in optimis inquit libris ſcriptum inueniemus. Aut foliis undam tepidi deſpumat aheni: cuius ut parum ſupra ait: nulla ratio uiſa ẽ niſi ut firmitas & uigor uocis: quaſi quibuſdam neruis additis intenderetur.

Anhelo ſcribitur ſimiliter per aſpirationem ante. e. nam ab halo trahitur: & am. præpoſitione: quæ non inuenitur niſi in compoſitione. & mutatur. m. in. n. alii uolunt ab ad. alii ab ana.

Cohors cum aſpiratione in medio ſcribitur: & quidam ſimplicem putant: Quidã ex con & hortor compoſitam uolunt: eo q tribunus illam: uel ipſa ſeſe mutuo frequenter ad pugnam hortari ſoleat.

Cohabito cum aſpiratione ĩ medio ſcribitur: quam ex ſua cõpoſitione cõſeruat.

Cohereo ſimiliter in medio aſpiraẽ: quia aſpirationẽ ex ſua cõpoſitionẽ nõ reiicit

Cohibeo cũ aſpiratione ante. i. ſcribitur: nam deriuatur a con & habeo: ubi abiicitur n. & ipſum. a. in. i. conuertitur. Non tamen coerceo cum aſpiratione ſcribitur: quia arceo. a quo deriuatur. illam minime detinet.

Dehinc ob eandem aſpirationem in medio detinet.

Exhalo aſpiratur in medio: quia ab ex & halo componitur.

Inhio quia ab hio aſpirato cõponitur: aſpirationem conſeruat in medio.

Inhibeo ſimili modo aſpirationem mediam ſeruat.

Inhabilis eodem modo ſcribi habet.

Incoho hac ratione aſpiratur in medio: ut ſecũda ſcilicet uocalis per aſpirationẽ auctiore & differenti ſpiritu a prima eiuſdem ſpeciei littera ſonare uideatur. & licet in aliis temporibus & perſonis ſecunda uocalis in aliam cõmutetur: tamen ne a principali diſcrepent: aſpirationem conſeruant.

Inchoo cum aſpiratione poſt. c. ſcribendum aſſerunt: alii ab ipſo. c. amouentes: inter duo. o. collocant: ac incoho ſcribunt.

Inhorreo aſpiratur in medio: ut ſupra uidimus in abhorreo

Lachryma teſte Gellio libro ſecundo noctium atticarum cum aſpiratione poſt. c ſcribitur. ex eadem ratione: quam diximus in dictione ahenum.

Mihi cũ aſpiratiõe in medio ſcribitur: nec ante aſpirationẽ habet. c. cõſonantẽ: ut in ãtiqs marmorũ ĩſcriptionibus romæ aſpeximus. nec utputo cũ ſono eius cõſonãtis pferebaẽ: ſed cũ ab ĩſciis qbuſdã cũ. c. littera ante aſpirationẽ ſcribi cœptũ fuerit: eius litteræ ſonũ aſſũpſit: quẽ etiã ea dictio nũc quoq; recte dẽſcripta cõſeruat: nã tunc quoq; ut ſcribebaẽ: ſic plată ſine exiſtĩo: qđ ſimile de nihil & nihilũ puto. at nõnunq̃ a noſtris mi unica ſyllaba abſq; ſequẽti aſpirata ſcribiẽ & pferẽ. Iuuenalis ĩ ſatyra Omnibus ĩ terris. Pallidulus mi Brutidius meus ad martis fuit obuius aram. ſimiliter Catullus: Leſbia mi dicit ſemper male: idẽ alio in loco: Miniſter ueculi puer phalerni. Inger mi calices amariores. Virgilius. Et mi genus ab Ioue ſummo. Quod ex græcorũ imitatione pceſſiſſe puto: qui uoĩ ſcribunt & dicunt: ita ut diphthongus ipſa. oi. in. i. noſtrum ſit conuerſa: quæ ĩ in. œ. conuerti debuit: & dici mœ: quod teſte Feſto antiqui noſtri obſeruauerũt dicentes ac ſcribentes mœ cum œ diphthongo pro mi. Vnde in emendatiſſimo Gellio circa initium libri. xi. noctium atticarum ſcriptum repperi italœ cum œ diphthongo in fine pro itali.

Nihilum cũ aſpiratione media ſcribitur: a quo per apocopen extremæ ſyllabæ factum eſt nihil: & per ſyncopam nil. Quibus hoc modo teſte Seruio ſuper. vi. æneidos in conſtructione utimur: ut ſi pars ſequens orationis a uocali inchoet dicimus nihil: ut Virgilius. Heu nihil inuitis fas queq̃ fidere diuis. Si autem a cõſonante initium ſumat: nil ponimus: ut Iuuenalis: Nil tale expectes: & tamẽ nil producitur cum nihil corripiatur.

Pulchrũ cũ aſpiratiõe poſt. c. ſcribi conſueuit: q̃q̃ teſte Seruio & Priſciano in dictionibus latinis regulariter poſt eã cõſonantẽ aſpirationis nota nunq̃ ſcribatur.

Præhendo aſpiratur in medio: ut ſecũda uocalis p aſpirationẽ auctiore & differẽti ſpiritu a prima eiuſdẽ ſpeciei littera ſonare uideaẽ. Quod ſiqs quærat cur in Beẽ Creẽ Screẽ & cæteris huiuſmodi nota aſpiratiõis nõ poniẽ: reſpõdemus: ne a principalibus diſcrepare uideanẽ. nã Beo, Creo Screo aſpiratione carent: q̃re & cætere perſonæ etiã ſi eiuſdẽ ſpeciei uocales habeant: minime aſpirantur.

Perhorreo in medio aſpiratur: ut ſupra uidimus in dictione abhorreo.

Sepulchrũ cũ aſpirat. media a plæriſq; ſcribiẽ: ut pulchrũ de quo ſupra uidimus

Traho cum. c. ſimplici & aſpiratione ante. o. ſcribitur: idq; fieri dicunt ut in ſecũda & tertia perſona a uerbo differat Traeo: quod minime aſpiratur: & ex trãs & eo cõponitur. nam quẽadmodum tranſpono cũ. ns. & trapono abſq;. ns. ſcribiẽ & tranſduco ac truco ſimiliter: ita etiam tranſeo & traeo ueteres protulerunt.

Vehemens cum aſpiratione media ſcribitur: & ut aiunt dictum quaſi uehatur eminenter. alii ob id quoq; aſpirari dicunt: ut augmento ſpiritus eædem uocales in eadem dictione proferantur: ut de præhendo diximus.

De aſpiratione terminali.

Eſtat ut de terminali aſpirationis nota aliqua ptractemus: quæ ſane i nullis dictionibus latinis reperitur: præterq̃ in paucis interiectiõibus: ut ah uah oh: quæ (Priſciano teſte) per apocopem ultimæ uocalis proferuntur. Quod ſimiliter nec indictionibus græcis comperiri libet, at in barbaris quibuſdam poſt tres mutas terminalis babetur: uidelicet poſt. c. p. & . t. ut Sadoch Ioſeph Deleth. Et hæc de aſpiratione dicta ſufficiant.

Dictionum græcarum & latinarum (quæ ſcribuntur per. h. litteram tam in principio medio q̃ in fine) orthographia finit. Incipit earum quæ ab. i. uocali ſcribuntur.

IA cum. i. latino ſcribitur: fuit minor Atlantis filia. de qua Homerus libro. xiiii. odyſſeæ ait τὴν μὲν ἰαὼ νύμφην, eſt etiam interiectio exultantis.

Iachus cum. i. latino & . ch. aſpirato ſcribitur: nomen eſt Bacchi quod deductum uolunt ab ia: hoc eſt eiuſmodi uoce: & χέων hoc eſt fundens: quaſi eiuſmodi leticiæ uoce clametur, alii uero componi uolunt ex ἴνοσ quod eſt uinum per abiectionem partis diphthongi: & commutationem aliarum litterarum in. a. uocalem: & χέων qđ eſt fundens.

Ialyſus cũ. y. græco in penultima ſcribitur: fuit urbs cypri.

Iambus cum. i. latino & ſine aſpiratione ſcribitur: pes eſt conſtans ex prima breui & ultima longa. ſic quoq; dictus ab inuentore: ut in gloſula quadam Ariſtarchi ſup Homerum comperi.

Ianira cum. i. latino urtobiq; ſcribitur: fuit (teſte Heſiodo in theogonia) Oceani & Thethyos filia.

Ianyſus penultima cum. y. græco ſcribitur: fuit (teſte Herodoto libro hiſtoriaruꝫ primo) urbs in arabia.

Iantha cum. th. aſpirato ſcribitur: fuit nympga Oceani & Tethyos filia: ut rettulit Heſiodus in theogonia.

Iapyx huius iapygos prima cum. i. latino in initio: ſequens cum. y. græco ſcribitur. fuit Dædali filius. a quo ea pars italiæ quæ calabrya dicitur Iapygia dicta fuit: ut dixit Herodoto. & Solinus confirmauit. de quo Virgi. libro æneidos. xi. Victor gargani condebat iapygis agris: pro gargani iapygi ut expoſuit Seruius nam (eo teſte) garganus mons eſt in iapygia: qui per calabryam uſq; in hadriaticum tendit pelagus.

Iapix cum. i. latino utrobiq;: & ſimili mõ declinatus: uentus eſt: quem quidã circiũ uocant. Gellius uero caurũ propemodũ exiſtimat: de quo meminit Luca. libro vi. cũ ait. Excipit aduerſos zephyros & iapiga pindus.

Iapis cũ. i. latino utrobiq; & . s. conſonante in fine ſcripto: huius iapidis declinatͤ fuit nomen ætholi: qui ad uenetiæ partes deueniens oppidum de ſuo nomine cõdidit. a quo & ea uenetiæ pars ubi fluuius eſt timauus ſimili modo cognominata fuit: ut Virgi. libro georgicorũ tertio.

Caſtella in tumulis & iapidis arua timaui:

Iapetus cũ. t. exili ſcribitur: & habet accentũ in prima: fuit teſte Heſiodo in theogonia Titani filius ex aſia coniuge: ex qua etiam Prometheum genuiſſe Epimetheũq; & Heſperum atq; Atlantem dixit.

Iaſon cum. i. latino in principio & unico. ſ. ſcribitur: fuit Aeſonis filius fratris Peliæ regis theſſaliæ: quem cũ rex Pelias perditũ ꝓpter inſignem periculoſãq; regno ſuo uirtutẽ cuperet: denunciata militia in colchos eum abire iubet: pelleq; arietis memorabilẽ gentibus reportare mandat: ſperans interitũ uiri: aut ex periculis tam longæ nauigationis. aut ex bello taꝫ profundæ barbariæ: ut hæc & alia. xlii. li. ſui epitomatis ſcripſit Iuſtinus. Diodorus uero ſiculus lib. hiſtoriarũ v. narrat: Iaſoneꝫ cum argonautis quo tempore ad colchos delatus fuit: Medeã iuxta littus ubi templum erat Solis cõperiſſe: quæ ob ſuam humanitatẽ a crudelibus parentibus ſub libera cuſtodia expulſam fuiſſe ait. cui cauſa aduentus patefacta ipſa iminens a patre periculum crudelitatẽq; in hoſpitẽ explicans: ut cauerent admonuit interim forma Iaſonis capta & cõmunicato conſilio Medea ſe adiutricẽ ad pficiendũ certamen ꝓpoſitum pollicita eſt: ita ut Iaſon iureiurãdo data fide uxoreꝫ illã quo ad uita ſupſtes eſſet ſibi futurã ſpoſpondit: cũ qua argonaute relictis in tẽplo cuſtodibus: ad reliqua pagendo profecti ſunt ꝓut ab ipſo Diodoro late enarratur: & ab Ouidio libro. vii. metamorphoſeos: Et duodecima heroidum epiſtolaruꝫ: quin & ab aliis poetis græcis & latinis qui argonautica ſcripſerunt reliqua referuntur: & aliqua uidebimus in dictione Oeta. Sane in hac dictione Iaſon ponitur illud. i. a poetis quandoq; uocalis græco more: & quandoq; conſonans: ut Ouidius in duobus uerſibus utrunq; obſeruauit: cuꝫ ait libro ſeptimo metamorphoſeos:

Vt ſine amore licet: quid enim cõmiſit iaſon?
Quem niſi crudelem non tangit iaſonis ætas.

Nam in primo uerſu eſt. i. uocalis: in ſecundo uero conſonans.

Iaſpis cum. i. latino ſcribitur: lapis eſt precioſus: de quo Pli. libr. xxxvii. naturalis hiſtoriæ ait iaſpis de græco in latinum uiridis gemma interpretatur. Et ſubdit Eius uocabuli cõpoſitionẽ: quæ adeo iemẽdate i omnibus codicibus ſcripta habetur: ut nec ego nec alii uiri græcorum doctiſſimi elicere potuerimus. Quare ſubdit idem Pli. Eſt autem uiridis ſicut ſmaragdus: ſed craſſi coloris. Alii uero putant magis componi ex ἴον: quod eſt uiola: & πᾶσ totus. quaſi totus ſit uiolaceus: cuius primum. i. nõnunq̃ uocalis: ut Iuuenalis in quarta ſatyra. Præclara illic laudatur iaſpis. Aliquando autẽ & cõſonãs eſſe poteſt: & uocalis: ut Virgilius li. æneidos. iiii. Stellatus iaſpide fulua.

Iberus cum. i. latino in initio: & abſq; aſpiratione ſcribitur: ut clariſſime mõſtrauimus in dictione celtiberi: fluuius eſt hiſpaniæ nauigabili cõmertio diues: ut dixerunt Plin. & Solinus. & oritͬ in cantabris ſub radicibus montis pyrenæi: ut aſſerit Albertus alamanus: a quo uniuerſa hiſpania iberia oli dicta fuit: ut Virgilius: vii. libro æneidos: Tyrrhenoq; boues in flumine lauit iberas id eſt hiſpanitas. Tandem in in balearicum mare ſub feraria ꝓmontorio cadit.

Iberia abſq; aſpiratione: & cum. i. latino utrobiq; ſcribitur: dicta eſt hiſpania ab ibero fluuio: ut teſtatur Plinius li. iiii. naturalis hiſtoriæ. Eſt etiam ꝓuincia quædam alia iuxta pontũ inter colchida & armeniã: a rege quodã cognominata: de qua Horatius: Herbaſq; quas colchis atq; ibernia mittit uenenoruꝫ ferax. & Virgilius li. ix. Pictus acu chalmidẽ & ferrugine clarus ibera.

Ibis cum. i. latino utrobiq; ſcribitur: auis eſt nili fluminis: quam ſemetipſam roſtro p anũ purgare dicunt:ueſciq; ſerpentũ ouis: & ex eis gratiſſimã eſcaꝫ ſuis nidis reportare. Iuuenalis in ultima ſatyra: Ille pauet ſaturam ſerpentibus ibin

h z

Quá quidá ciconiam eé uolunt. Eſt etiá ibis ꝓpriũ nomen hominis: quod ſin-
git Oui. iimico ſuo. contra qué opuſculũ: quod in Ibim iſcribitur: cõpoſuit. uo
luitq; Archilocum noíe inimici imitari: quod dicit his uerſibus.
Nunc quoq; betiades inimicum deuouet ibim.
Hoc ego deuoueo teq; tuoſq; modo.

I byx ultima cum. y. græco ſcribitur: genus eſt ſilueſtris capreæ ꝑnicitatis admi
randæ: ut oſtendit Pli. li. viii. naturalis hiſtoriæ.

I carus cũ. c. exili ſcribitur: fuit filius Dædali: q cũ patre e creta fugiés fræꞇus ala
rũ fiducia: ultra parentis iuſſa altius euolaſſet: & ſolis ardore cæra qua pannæ
cõtinebãtur: liquefacta eſſet: ita ut ab alis deflueret: in mare decidit: quod é iter
myconé & gyarũ. quod de ſuo nomine abinde icareũ mare deductũ é: dicente
Oui. li. iii. de triſtibus. Icarus imméſas noíe fecit aquas: unde Iuuenalis. Et ma-
re pcuſſum puero: fabrunq; ſonantem. Sane Varro teſte Solino Icarum cretem
dixit ibi naufraugo interiſſe: a cuius exitu locis nomen impoſitum fuit.

I carius cũ. c. exili &. i. latino ante. u. uocalé ſemp ab Homero: & aliis poetis ſcribi-
tur: fuit Oebali laconum regis filius: pater Penolopes ut dixit Homerus in odyſ
ſæa κόυρη ικαριο πηνελοπειæ. & ut puto ex Dorodoche filia Orſilochi: quam
teſte Homero in. xv. odiſſæ uxoré habuit. Fuitq; Liberi patris comes: cui ob iu-
ſticiam & pietatem loco muneris uinum dedit: ut eius uſum mortalibus demõ
ſtraret. Quod cum meſſoribus ſuis ad potandum dediſſet: & illi ebrii efficeren
tur: poſt ſomnum ad ſe reducti: putantes ab illo uenenum accæpiſſe: eum inte
remerũt: quod altera filia Erigone comperiens: dolore percita laqueo ſe ſuſpen-
dit ut Iginus latiſſime de aſtronomia poetica pertractauit. Et Seruius circa fi-
nem libri ſecundi georgicorum tetigit. Eſt etiá icarius ſimili ſcriptura: ut Plini
us li. iiii. naturalis hiſtoriæ atteſtatur: mons in attica regione.

I cõn cũ. i. latino in initio p abiectioné e. &. c. exili ſcribitur: ná apud græcos pri-
ma ei dipht hõgũ hʒ: uidelicet εικων: & latine effigies dicit: qn & ſimulachrũ &
imago per unicũ. m. & ſtatua & inde iconia effigies oí ꝓprietate expſſa dicitur.
unde Pli. li. xxxiiiii. naturalis hiſtoriæ ait. Effigies hominũ nõ ſolebant exprimi
niſi aliqua induſtriæ cá ꝑpetuitaté merentiũ. Ft primo ſacrorum certaminum
uictoria maximeq; olympiæ: ubi oí q uiciſſet: ſtatuas dicari mos erat. Eoruʒ ue-
ro q ter ibi uiciſſent: ex membris ipſorũ ſimilitudine expſſa: qs iconas uocant.
Et parũ ſupra dixerat: romæ ſimulachrũ ex ære factum primũ repio ex pecu-
lio Spurii Caſſii: qué regnũ affectanté pater ipſius interemerat. Tranſiit a diis
ad hominũ ſtatuas atq; imagines: qs multis modis antiq tingebãt: bitumine &
quod magis mirum é: placuiſſe auro integre. hoc neſcio an fuerit romanum in
uétum: certe etiá romæ nõ habet uetuſtaté. Et infra ſubdit. Athenienſes neſcio
an primi omnium Harmodio & Ariſtogitoni tyrãnicidis publice poſuerunt ſta
tuas. Hoc actum eſt eodé anno quo & reges romæ pulſi: excæpta deinde res é a
toto orbe terraruʒ humaniſſima ambitione etiá omnium municipiorum: & fo
ri ſtatue ornamẽtum eſſe coepe. ꝓrogariq; memoria hominum & honores legi
& baſibus inſcribi: ne in ſepulchris tãtum legerent. mox & in domibus priua-
tis. factũ atq; i atriis colentiũ: q iſtituerũt ſic colere patronos. togata effigie an-
tiqtus ſtatuæ dicabantur. Placuere & nude tenentes haſtam ab eppeſiorũ gym
naſiis exemplaribus: quas achilleas uocant. Græcis mos eſt nihil uelare: at con-
tra romani militia thoracas addere. Cæſar quidem dictator loricatam ſibi dica-
re i foro ſuo paſſus eſt. Ná nup factæ & nouiciæ ſunt: quæ nup ꝓdiere penulis
indutæ. Fuiſſe auté ſtatuatricé arté familiaré italiæ: ut inqt Pli. ſimulachra ue
tuſta indicant. Hercules in foro boario ab Euandro ſacratus ut ꝓdunt: q triũ-
phalis uocatur: atq; per triumphũ ueſtitur in habitu triũphali. Præterea ianus
geminus a Numa rege dicatus: q pacis belliq; argumẽto colitur: ſigna quoq; tu
ſcanica per terras diſperſa: quæ in hetruria factitata ſunt. Et ut idem Pli. in eo-
dem libro ſcripſit: Rhodi etiá nunc tria milia ſignorum eſſe Mutianus. iii. cos ꝓ
didit. nec pauciora athenis: & olympiæ delphis ſupeſſe credunt. Eſt etiam icon
figura teſte Cicerone ad Herenium cum formæ ad formam cum quadam ſimi
litudine fit collatio aut laudis: aut uituperationis cauſa: ut ibat in prelium cor-
pore tauri ualidiſſimi. impetu leonis accerrimi: . ſimilis iſte quotidie per forum
tanq̃ iubatus draco ſerpit dentibus aduncis.

I cus cũ. c. exili ſequẽte. u. ſcribit a Cicerone í rethoricis breuis cõplexio appellat.

I ctericus abſq; aliqua aſpiratione: &. i. latino ſcribitur: paſſio eſt ex diffuſione fel-
lis ꝓcedens. colorem inducens ſimilé animali: quod græci icterim uocãt: ex quo
nomen apud alios aſſumpſit. nõnulli uero ex noſtris arcuatum morbũ dixerũt
a ſimilitudine arcus cæleſtis. At Varro auriginoſum ab auri colore: quo infir-
mos inficit appellauit. Iuuenalis tamen in ſatyra Credo pudicitiá græco uoca-
bulo uſus eſt: cum ait: Conſulit ictericæ lento de funere matris.

I chthyophagi prima cum. i. latino in initio: ſequẽte. ch. aſpirato: ſecunda cũ. th.
ſimiliter aſpirata: &. y. græco ſcribitur: populi ſunt Solino teſte: q montanas in-
dorum regiones inhabitanr: quos ſubactos magnus Alexáder iuſſit a piſcibus
abſtinere: quibus antea alebantur. Nam cõpoſita dictio eſt ex ichthys: quod é pi
ſcis: & phago cum. ph. aſpirato: quod eſt comedo.

I da cum. i. latino & abſq; aſpiratione ſcribitur: mons eſt & ſilua troianorũ í phry
gia: quam Homerus li. viii. iliados ferarum parenté dixit: & locum cõtinere: qđ
gargaron uocant. Vnde etiá ſcamander & ſimois flumina maiora. fama q̃ natu
rá defluunt: ut ſcripſit Pomponiũs li. i. & etiá eodé nomine mons alius in creta
dicente Ouidio li. faſtorum. v. Et cræta nobilis ida. Virgilius ſimiliter lib. ænei-
dos. ii. inquit: Mons idæus ubi. unde quæ ab ida per æus formantur. per æ di-
phthongum ſcribuntur: ut idæus.

I dæus p. æ. diphthongum ſcribitur: & nõ ſolũ appellatiuum: ſed ꝓprium etiam
nomen ponit ab Homero. l. vii. iliados: qué troianorũ præconé eſſe dixit.

I das huius idæ cum. i. latino ſcribitur: fuit teſte Homero libro. ix. iliados omniuʒ
ſui ſeculi uirorum formoſiſſimus: & maritus Marpiſſæ: ut in ea dictione uide-
bimus. Idem eodem Homero teſte arcu ſagitiſq; ſumptis Apollineʒ inuadere au-
ſus eſt: ob Marpiſſam ſibi a deo ereptam.

I dalius cũ. i. latino: & unico. l. ſcribit: mons é in cypro Veneri ſacer. de quo Vir-
gilius libro æneidos. i. Aut ſup idalium ſacrata ſede recondam.

I dathyrſus penultima cum. th. aſpirato: &. y. græco ſcribitur: q̃q̃ nõnulli græci
indathyrſus cum. n. in prima ſcribere conſueuerunt: fuit teſte Herodoto: & Plu
tarcho ſcytharum rex.

I dios cum. i. latino utrobiq; ſcribitur: & dicitur a noſtris proprius.

I diota cum. i. latino utrobiq;: &. t. exili ſcribitur: dici poteſt a noſtris illiteratus
uel litterarum ignarus. Quo uerbo doctiſſimi uiri: ut Hieronymus Ambroſius
Hilarius Auguſtinus Cyprianus: & plures alii ſæpe utuntur. Cicero etiam in

Piſonē. Sed plane animi ſui cauſa ludos nobis idiotis relinquet. Et in eadem ea
cōtentus quæ illi idiotæ ut tu appellas præclare dixerūt. hinc idiomata: ut aro
mata: ut themata: ut piſtromata: ut emblemata: ut theoremata. & alia mille ſimi
liter prouenerunt.

I dolū cū unico. l. ſcribitur. nā licet apud græcos in initio ſit ei diphthongus: nos
tamē abiicimus e. & ipſum. i. lōgum retinemus. & dici pōt a noſtris ſimulachrū
Et inde idolatria: quaſi ſimulachrorum cultura.

I dolatria cum unico. l. & t. exili atqꝫ. i. latino ſcribitur: dictio ē compoſita ex ido-
lorum latria. i. cultura. nam λατρεύω uerbū: a quo latria deducitur. apud nos
colo interpretatur.

I dothea cum. th. aſpirato ſcribitur: fuit Prœti regis argiuorum filia. ut oſtendit
Homerus in odyſſea.

I domeneus cū. e. abſqꝫ diphthongo ſcribitur: fuit deucalionis filius & erectenſuꝫ
rex: qui ſtrenue in expeditione troiana militauit. imo ut narrat Helena Priamo
regi apud Homerū li. iii. iliados cretenſes illū ut deū in honore habebant. idem
cum poſt euerſam troiā ad cretam reuerteretꝰ ut rettulit Seruius ſuper tertiuꝫ
æneidos orta tempeſtate uouit rē: cui primo in patria obuiaret ſe ſacrificaturū
itaqꝫ ſoſpes reuerſus cū primū filio obuiaſſet: illum ut aliqui aſſerunt immola-
uit: uel ut alii ferunt: cū immolare uellet: a ciuibus ob eam ſæuiciam pulſus: ca
labryam aduenieus: ſalentinū calabrye ꝓmontoriū occupauit. ſuꝑ quo petiliā
paruam condidit ciuitatem: dicente Virgilio.
Fama uolat pulſum regnis ceſſiſſe paternis.
Idomenea ducē deſertaqꝫ littora cræte. & ſubdit in oratione Heleni ad Aeneam.
Et Salentinos obſedit milite campos Lyctius idomeneus: dictus itaqꝫ lyctius a
lycto ciuitate cretæ. Vnde teſte Seruio pulſus fuit. de quo in dictione lyctus ui
debimus. ſub eodē militaſſe ſe ſcribit apud troiam Ditis cretenſis.

I dumæa cū unico. m. & æ. diphthongo a græcis ſcribitur: regio eſt in ſyria teſte
Plinio. li. v. naturalis hiſtoriæ: a meridie quidē cōtermina arabiæ: a ſeptētrione
uero phœniciæ: a qua libanus eā diuidit: habetqꝫ ciuitatē idumē phœniciæ cō
terminam: & abundātem palmis: ut oſtendit Lucanus li. iii. dicens. Et arbuſto
palmarum diues idume. Vnde idumæus idumæa idumæum: etiam pro epithe
to palmarum ponitur a Virgilio tertio georgicoruꝫ cum ait. Primus idumæas
referam tibi mantua palmas. Quin & regionem ipſam ab eo quoqꝫ græco nomi
ne phœniciam cognominatam puto: uel econtrario.

I dume cum unico. m. ſcribitur: ciuitas eſt contermina phœniciæ: ut in præcedē
ti dictione uidimus.

I es cū. e. abſqꝫ diphthongo ſcribitur: ciuitas ē achaiæ ſuꝑ ꝓmōtoria eiuſdem no-
minis: iuxta quod alpheus amnis præterfluens ſex milibus paſſuū nauigatur.
Et declinatur in genitiuo huius ietis. ex qua etiā patrium ietes deducitꝰ: ut Ho-
mernm Ariſtoteles ietem eē putauit.

I eſus abſqꝫ aliqua aſpiratione: & cū. i. latino in principio ſcribitur. ſic eni græce
ſcribitur ιησοσ: quā ſane ſcripturā nos imitari oportet.

I elyſos penultima cum. y. græco ſcribitꝰ: ponitur ab Homero li. iliados. ii. ciuitas
rhodi. Altera eiuſdē nominis narratur ab Hero. in dorica regione greciæ.

I yrce prima cū. i. latino: ſecunda cū. y. græco: & ultima cuꝫ. e. exili. atqꝫ. æ. diph-
thongo ſcribitur: populi ſunt ſcythiæ ultra thiſſagetas: quibus teſte Herodoto

libro hiſtoriarum. iiii. conterinini ſunt & propinqui.

I larus cum. i. latino: & abſqꝫ aſpiratione: atqꝫ unico. l. a græcis ſcribitur: quæ ſcri
ptura. & a doctis noſtris obſeruatur: & dici poteſt a nobis ilarus ilara ilarum: &
hic & hæc ilaris & hoc ilare letus.

I llyris cū duplicato. l. ſequēte. y. græco: & ultima cum. i. latino a græcis iā ſcribi-
tur: Noſtri uero in triumphalibus. M. Plautii apud tybur cōperi: cum unico. l.
ſcribebant: uidelicet ob res ī ilyrico bene geſtas: & ē ꝓuincia: cuius fines latiſſi-
mi ſunt. Nā hinc ē italia: ſuꝑiorqꝫ germania: inde macedonia thracia & epirus.
hinc ſinus adriatieus. inde fluuiorum maximus noſtri orbis dānubius: & ab eo
qđ eſt illyris: illyricus deriuatur: ut Virgilius: Illyricus penetrare ſinus.

I lus cū. i. latino abſqꝫ aſpiratiōe: & unico. l. ſcribitꝰ: fuit Troi regis dardaniæ filius
qui eam ꝓuinciam a ſe troiam dixerat: Et fuit frater Aſaraci. hic patruo ī regno
ſuccedens: ciuitatem ampliaſſe ſcribitur: quam a ſe ilion dixit.

I lion ſimiliter cū. i. latino abſqꝫ aſpiratione ſcribitꝰ: regia fuit Priami: quæ & troia
a nōīe regionis cognominata fuit: ab Homero & omnibus poetis cantatiſſima
Hæc teſte Plinio libro. v. naturalis hiſtoriæ mille quingentis paſſibus a portu re
mota erat. & ſubdit: Omnis rerum claritas: extra ſinum eſt.

I lias cum unico. l. & i. latino utrobiqꝫ ſcribitur: opus eſt illud clariſſimuꝫ Home-
ri: in quo bellum de ilio ſcripſit. Vnde Ouidius libro. iii. de arte Quis noſſet Ho
merum: Ilias æternum ſi latuiſſet opus.

I lioneus ſimiliter ſcribitꝰ: & Ilione maxīa natarū Priami & iliades crinibus ſparſis
atqꝫ iliacas ex ordine pugnas. Ilia ſimiliter Romuli mater & Remi.

I lba cum. i. latino ſcribitur: inſula ē teſte Virgi. li. æneidos. x. ī exhauſtis calybuꝫ
generoſa metallis. Eſtqꝫ ī mari tuſco a cōtinēti diſtans decēmilibus paſſuū: de ꝗ
dixit Plin. cū in aliis regionibus effoſſis metallis terræ ſunt uacuæ. apud ilbam
hoc eſſe mirum: quod ſublata renaſcantꝰ: & rurſum de iſdē locis effodiantur.

I lys ultima cū. y græco ſcribitur: dicitur a noſtris limus. unde limax deducitur.

I mber cum. i. latino: & ſine aſpiratione ſcribitur: deductum eſt a græco ꝑ cōmu-
tationē unius litteræ. o. in. i. noſtrū. nā apud illos dicitur ὄμβροσ ſine aliqua
aſpiratione: & ut ait Lucretius Omnia ex igni terra atqꝫ anima naſcuntꝰ & ībre
a quo imbrices dici uolunt quaſi ſint imbrem recipientes.

I narime cum. i. latino utrobiqꝫ & unico. m. ſcribitur: dicitur a noſtris poetis īſu-
la: quæ ſita eſt in tuſco mari ſinuqꝫ campano. in quo mons erat inſtar ætnæ in-
cendia eructans: de quo in dictione prochyta uidebimus. Quamobrem dixerūt
Typhœum gigantem Iouis imperio ſub illo comprimi. Virgilius libro æneidos
nono: Tum ſonitu prochyta alta tremit: durumqꝫ cubile Inarime Iouis imperi-
is impoſita typhæo. Et Lucanus ſimiliter libro quinto. Homerus uero in ſecun-
do iliadis ait εἰνάριμοισ quaſi diceret a græcis exponitur εὐάριμοις ὄρεσι: hoc
eſt in arimis montibus.

I na hus cuꝫ. ch. aſpirato ſcribitꝰ: fuit pater Ionis. & primus qui apud argiuos re
gnanit: cui Phoroneus ſucceſſit. hic a ſe fluuiū achaiæ inachū nominauit: qui
argolicū ꝑſecat tractum: & ab inacho inachius inachia inachium deriuatur: di
cente Virgi. li. georgicorum. iii. Ioachiæ iuno peſtē meditata iuuēcæ. Et libr. xi.
æneidos: Vltro inachias ueniſſe ad urbes Dardanus.

I nachis cum. ch. aſpirato: &. i. latino ſcribitꝰ: patronymicū ē fœmininū deductuꝫ
ab inacho. nam ſic quoqꝫ Io filia inachi cognominatur: & facit in genitiuo ina-

chidos Martialis in.xi.Nec petit inachidos limina ne futuat.

Idathyrſus cuʒ. th·aſpirato &.y.græco ſcribitur:fuit rex ſcytharum:filius Sauli ſcytharum regis.

India cū.i.latino utrobiq; ſcribitur:regio eſt oriētalis aſiæ terminus:quæ ut omnes atteſtanť ab indo flumine nomen aſſumpſit.itaq; ab oriente incipiens uſq; ad aſiam ex occidentali parte ꝑtenditur:ex meridiana uero uſq; ad indicū mare ex ſeptētrione uero uſq; ad caucaſum.at indus ille fluuius teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto ſolus poſt nilum crocodilos producit.

Intyba cū.t.exili &.y.græco in penultima ſcribitur:herba ē capilloſa & amara: cuius tenues capilli ſegetes ambiunt & necant:dicente Virgilio libro georgicorum.i.Strymoniæq; grues & amaris intyba fibris.& ut quidam uolunt eadem dicitur cicorea:quod nobis minime uidetur.

Ino cū.i.latino abſq; aſpiratione ſcribitur:fuit Cadmi filia ex Harmione coniuge:uxorq; Athamatis regis thebarum:& liberi patris nutrix:nouercaq; Phryxi & Helles.eadem cū Melicerta filio in mare præcipitē ſe dedit:ut narrauit Ouidius li.metamorphoſeos.iiii.eadem teſte Cicerone de natura deorū a græcis diciť λευκοθεα:hoc eſt alba dea:a nobis uero Matuta:quæ aurora ſignificat:unde matutinus Priſciano teſte deriuatur.

Inclytus prima cū.i.latino:penultima cū.y.græco:& abſq; aliqua aſpiratiōe ſcribiť:deduciťq; ακλυτος quod almū & clarū indicat: q̄ſi nobilis ſit & eximius.

Intaphernes cū.t.exili ſcribitur:fuit nobilis pſa:unus ex his:q cū Dario in Magum coniurauerunt:ut in dictione Darius uidimus.

Io cum.i.latino ſcribiť:fuit Inachi argiuorum regis filia a Ioue ardenter amata. de qua Oui.libro metamorphoſeos.i.omnia ꝑtractauit.hæc cum ad ægiptios ꝑgeret dicta fuit Iſis.& Oſiri Iouis filio:qui poſt mortem dictus fuit Apis nupſit ut ī dictione Oſiris uidebimus.Et declinať ī genitiuo huius Ionis & huic Ioni & hanc Ionem.Plautus in uidularia. Quod ſi argus ſeruet qui oculeus totus fuit quem quondam Ioni Iuno cuſtodem addidit.

Ion ſimiliter ſcribitur:fuit pœta græcus.de quo ſæpe meminit Plutarchus & latine interpretatur uiola.

Iocaſta abſq; aliqua aſpiratione ſcribiť:fuit Creōtis thebani ex alto ſanguine filia:ut ſæpius Statius in thebaide:& Seneca in tragœdiis oſtenderunt: nupſitq; primū.Laio thebanorum regi.Poſt ciuius necem nupſit Oedipo incognito filio:quem poſtq̄ regnū abieciſſe uidit:& filios Eteoclē & Polynicem mutuis uulneribus ſe confixiſſe:gladio ſe pemit.uel ut alii dicunt laqueo ſe ſuſpendit. Eadem habuit fratrē Creontē noīe:ut oſtēdit Sene.in ihitio ſecūdi actus Oedipi.

Iocaſtus eodem modo ſcribitur:fuit teſte Homero li.x.odyſſeæ filius Aeoli ex Lepatra coniuge.

Ionia cū.i.latino utrobiq; ſcribitur græcorum eſt regio.atq; colonia in extremitate minoris aſiæ uerſus nos:media ut ſcribit Pomponius inter cariam & æoliam:quam a caria ut ait Solinus mæander filius diuidit. accæpitq; nomen teſte Vitruuio li.iiii.de architectura a duce Ionio.nā ut ait poſteaq̄ athenieſes ex reſponſis Apollinis delphici cōmuni totius hellados conſilio tredecim colonias uno tempore in aſiā deduxerunt:duceſq; in ſingulis coloniis conſtituerunt: & ſummā imperii poteſtatē Iono dederunt:quē etiā Apollo delphicus ſuū filiū in reſponſis ē ꝓfeſſus:iſq; eas colonias in aſiam deduxit:& cariæ fines occupauit: ubiq; ciuitates ampliſſimas conſtituit epheſum milituʒ: myantha: quæ ut ait: olim ab aqua uorata fuit:proenē ſanniteon:colophona:chiū:erythras: phacæa clazomene:glebede:melite:& ultimo uenit ſmyrnā.nā & ſubdit idē auctor: eam terræ regionem a duce ſuo Ione appellarunt ioniā.ibiq; deorum immortalium templa conſtituentes cœperunt phana ædificare. Er primo Apollini Pan ionio ædem uti uiderant in achaia conſtituerunt:& eā doricam appellarunt: qđ in doricon ciuitatibus primā factā eo genere uiderunt.nonnulli uero alii ab Ione Inachi filia hoc mare ionicuʒ cognominatū uolunt:quæ uerſa in bouē:& a Iunone œſtro exagitata in id mare ſe iecit.ponitur etiā alia Ioniæ regio a Solino ī extremis italiæ:quā ſic quoq; dictaʒ dixit ab Iono Naulochi filia: quā ꝓcacider inſidentē uiis Hercules interemit:a qua quidē regiūcula ionicum mare dictuʒ quidam uolunt.alii uero a ſuperiori ionia:eo ꝙ interiacentes inſulas intra ſe duodecī ciuitates habentes contineat:& hoc ionium magnū dici uolunt:ut Virgilius li.æneidos.iii.Inſulæ ionio in magno.Quod uero italiæ & ſiciliæ ꝓpinquū eſt.ionium minus cognominari contendunt. Seruius autem ſuper id Virgilii Ionio in magno inquit:ionium ſinum eſſe immenſum ab ionia uſq; ad ſiciliam & eius partes eſſe adriaticum arcadicūq; & epiroticum.

Iole cum unico.l.ſcribitur:fuit filia Euriti regis œchaliæ: ut in dictiōe œchalia oſtendimus:& in dictione hyllus uidimus:qualiter poſt mortē Herculis ex eius iuſſu Hyllus uxorem illam duxit:

Iopas cum.i.latino:& unico.p.ſcribitur:fuit aphrorum rex unus de procis Didonis:ut punica teſtatur hiſtoria.

Ioppe cum.i.latino:& duplici.p.ſcribitur:urbs eſt maritima palæſtinæ: quæ ut quidam uolunt regia fuit Cephei patris Andromadæ. hæc referente Solino in collectaneis:& Pli.lib.v.naturalis hiſtoriæ: fuit antiquiſſima omnium urbium in toto orbe utpote ante inundationē terrarū condita.Quin & oſtendit ſaxum qđ uinculorū Andromadæ ueſtigia adhuc retinet: quā expoſitā bæluæ ut ait Solinus non irritus rumor circūtulit.nōnulli uero alii nō ioppē palæſtine:ſed aliā indiæ urbē fuiſſe dicunt:ubi Andromada marinæ beluæ fuit expoſita.cū dicat Oui.li.i.de arte amandi: Perſeus andromadē nigris portauit ab indis : & Sappho ad Phaonē:Candida ſi nō ſū placuit cepheia pſeo Andromadæ patriæ fuſca colore ſuæ.Ego uero & ſi ex æthiopiæ indicæ ptibus illā fuiſſe cōfitear:ad Ioppem tamen palæſtine deductam exiſtimo:cum bæluæ exponenda fuit.

Iota cum.t.exili ſcribitur: nomen eſt litteræ græce: quæ formam habet noſtri i. latini de qua Martialis in fine libri ſecundi inquit.Vnum de titulo tollere iota potes:de quo in dictione beta.

Iphe fuit teſte Homero in.x.odyſſeæ filia Aeoli ex Lepatra coniuge.

Iphianaſſa cum.i.latino utrobiq; & duplicato.ſ.ſcribiť:fuit una ex filiabus Proeti argiuorum regis:quæ poſt liberationē ſuā & ſororum nupſit Melampo liberatori:ut uidebimus in dictione Proetus.fuit & alia eiuſdē nominis Agamēnonis ex Clytæmnæſtra filia:ut libro iliados.ix.monſtrauit Home.

Iphis cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit teſte Homero libro iliados.ix. Patrocli amica:quam Achilles euerſa urbe in ſchyro quæ troianis auxilia miſerat: inde raptam amico donauit.

Iphicrates cum.i. latino:&.c.&.t. exilibus ſcribitur: fuit teſte Aemilio Probo: & Plutarcho uir athenienſes non tam magnitudine rerum geſtarum q̄ diſciplina

militari nobilitatus.talis enĩ dux fuit ut non ſolũ ætatis ſuæ cum primis cõpa
raretur:ſed ne de maioribus quidã natu quiſq̃ anteponeretur.multũ ĩ bello eſt
uerſatus:ſæpe exercitibus præfuit:nunq̃ ſua culpa male rem geſſit:ſemp conſi
lio uicit.tantũq; eo ualuit:ut multa in re militari partim noua attulerit: parti
meliora fecerit:

I phidamas cũ.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero li.xi.iliados Antenoris filius
corpore lato atq; ꝓcero:q ab Agamẽnone interẽptus fuit bello troiano.

I phigenia cũ.i.latino tribus in locis:&.ph.aſpirato ſcribit̃: fuit Agamẽnonis fi
lia ex Clytæmneſtra:hãc ut poete ferunt dũ Agmẽnon in aulide famoſiſſimo
portu bœtie ceruã Dianæ ignarus occidiſſet:& ob id Diana a græcis uentos ab
ſtuliſſet:reſponſo habito:ut Agamẽnonio ſanguine dea placeret̃: impetratam
Vlyxis aſtu a matre Clytæmneſtra ſub colore facti matrimonii cũ achille ĩmo
lare parabãt:ſed miſeratione numinis:oblata a Diana ꝓ ea cerua Iphigeniam ĩ
tauricã regione uentis deportauit:ubi operãte dea a rege Thoante eius ſacris ꝓ
poſita fuit:quæ ipſi Dianæ ex humano ſanguine fieri cõſueuerãt:unde ait co
rus apud Sene.ĩ octauia:Leues auræ zephyriq; leues tectã quõdã nube ætherea
Qui uexiſtis raptam ſæuæ.
Virginis aræ iphigeniaꝫ. Poſt hæc cũ dixit Oui.li.quarto de triſtibus epiſtola
quarta: Oreſtes Iphigeniæ frater mactata Clytæmneſtra matre:& Aegiſto pa
truelle adultero ob ultionem patris factus exul:& regno pulſus:ac rapta ſibi a
Pyrrho Hermione coniuge inſanus efficitur:ob quod liberandus a Pilade ſocio
in tauricam regionẽ ad aram Dianæ deducitur. ſed cum gentes illæ alienigẽas
pro hoſtiis Dianæ ĩmolandis capere cõſueuerint Oreſtem tunc ipſum forte ad
uenientem cæperunt.Qui a ſorore Iphigenia cognitus:occiſo Thoante rege ip
ſa Dianæ ſimulachrũ abſconditum in faſce lignorum ſuſtulit: atq; cum fratre
Oreſte aufugit:qui tandem ad italiam uenientes in aricia ſimulachrũ locauere
unde & teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto Iphigenia ipſa deĩde apud tau
ricos pro dea habita & honorata fuit.

I phthime cum.ph.&.th.aſpiratis atq;.i.latino ſcribit̃.fuit teſte Home.in odiſſea
una ex filiis Icari.

I pidamus cũ.i.latino utrobiq; ſcribit̃:fuit teſte Orpheo unus ex argonautis:

I phiclus cũ.i.latiuo &.c.exili ſcribit̃:fuit filius Amphitryõis:& frater Hercu.ha
buitq; filiũ nomine Iolaum:ut oſtendit Heſiodus in aſpida.

I phitus cũ.i.latino &.t.exili ſcribitur:fuit teſte Homero lib.viii.iliados uir troia
nus:quẽ Virgil.li.æneidos.ii.maximũ armis dixit.huius filius Archeptolemus
fuit auriga Hectoris:poſt mortẽ Eniphei prioris aurigæ.

I ris cũ.i.latiuo utrobiq; ſcribitur:dicitur a poetis Iunonis nũtia.immo & Iouis:
ut ſæpiſſime oſtendit Homerus.hãc li.xi.iliados dixit idẽ Home. habere alas ex
auro & pedes ex aura.& ut Seruius ſup quintum æneidos:ex magna parte ſer
uatur:ut Mercurius ad cõcordiã:Iris ad diſcordiã mittat̃.unde græce dicitur
ἔρις:quæ lis eſt & diſcordia dici uoluit.accipiturq; ꝓ arcu:quem uariis colori
bus in cælo conſpicimus.ob quod dicit̃ thaumantis.i.admirationis filia: quæ
ex illius uariis coloribus naſcitur.nam θαῦμα græce.i.latine admiratio inter
pretatur:Eſt etiam Iris teſte Plinio lib.xxi.naturalis hiſtoriæ herba ſuauiſſimi
odoris:cuius radicem in unguentis & medicinis commendari dixit laudatiſſi
ma in illyrico locis ſilueſtribus.habetq; caulem cubitalem & rectum: floremq;

diuerſi coloris:ſpecie ſicut arcus cæleſtis:unde nomen aſſumpſit.

I ronia cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:eius tamen prima apud græcos ẽ ei diph
thongus:ſed quidã abiiciunt.e.& retinet.i.ꝓductã.alii cõtra abiiciunt.i. & reti
nent.e.ſimiliter ꝓductam:ac ſcribunt eroniã.nam deriuatur ab εἴρω: quod eſt
dico:& inde εἰρωνεύομαι in uoce paſſiui:qđ eſt cauillor: unde ironiã illuſioneꝫ
interpretati fuerunt.nam figura eſt.cum aliqd per cõtrarium & illuſionẽ affer
tur:ut Horatius:Optat ephippia bos piger optat arare caballus. unde teſte Ser
uio tunc quoq; fit:cum aliud uerba:& aliud continet ſenſus:ut Virgilius libro
iiii.æneidos.Egregiam uero laudem:& ſpolia ampla refertis Tuq; puerq; tuus
magnum & memorabile numen.

I ſchyros prima cum.i.latino:ſequẽs cum.ch.aſpirato:&.y.græco ſcribitur:& la
tine fortis interpretatur.nam deſcendit ab ἰσχύω: quod eſt preualeo: habetq;
accentum in prima.

I ſagoge cuꝫ.i.latino:& unico.ſ.ſcribitur:q̃q̃ in initio apud græcos ſit ei diphthõ
gus:ſed a noſtris abiecto.e.retinetur.i.longa:& dici poteſt introductio:nam cõ
ponitur ex εἰς:quod eſt in:& ἄγω duco.unde ἀγωγή ductio.

I ſæus cum.i.latino:&.æ.diphthongo ſcribit̃ a græcis. hic teſte Libano ſophiſta
græco fuit romæ tẽpore Domitiani declamator admirandus. de hoc meminit
Quintilia.li.xii.de inſtitutione oratoria:quum de genere dicendi ꝑtractans ait.
Tranſeo plurimos Lycurgũ Ariſtogitona:& his priores Iſæũ Antiphontẽ:quos
ut hoĩes ĩter ſe genere ſimiles:differẽtes dixeris ſpecie.Iuuenalis etiã ĩ.iii.ſatyra
cum ait de græculis:Ingenium uelox audacia ꝑdita ſermo ꝓmptus & iſæo tor
rentior.ede qd illum Eſſe putes hunc etiã Plinius nepos:q eiſdẽ tẽporibus fuit:
plurimũ laudat in q̃dã epiſtola inqens:magna Iſæũ fama præceſſerat:maior ĩ
uentus eſt:ſumma eſt facultas:copia:ubertas.dicit ſemp ex tẽpore:ſed tanq̃ ſcri
pſerit diu.ſermo græcus ĩmo atticus:præfationes terſæ gratiles dulces:graues ĩ
terdum & erectæ.poſcit cõtrouerſias plures:electionẽ auditoribus ꝑmittit.ſæpe
etiam partis ſurgit.Iam igitur incipit:ſtatim omnia ac pene pariter ad manum
ſenſus reconditi occurſant uerba: ſed qualia quæſita & exculcta multa lectio:
ſubitis multa ſcriptio elucet ꝓœmiatur apte:narrat aperte:pugnat acriter:colli
git fortiter:ornat excelſe:poſtremo docet:delectat:afficit.quod maxime dubites
crebra anthymemata ſyllogiſmi circũſcripti & effecti: quod ſtilo quoq; aſſequi
magnum eſt.incredibilis memoria:repetit altius:quæ dixit ex tempore: ne uer
bo quidem labitur:at tantam φρασιν ſtudio & exercitatione peruenit.nam di
ebus & noctibus nihil agit:nihil audit:nihil loquitur:annum ſexageſimũ exceſ
ſit:& adhuc ſcolaſticus tantum eſt:quo genere hominũ nihil aut ſincerius: aut
ſimplicius:aut melius:nos uero q ĩ foro ueriſq; litibus terimur multũ maliciæ
q̃uis nolimus addiſcimus.ſcola & auditorium ficta causa:res inermis: innoxia
eſt.nec minus fœlix ſenibus præſertim.nam qd in ſenectute fœlicius: q̃ qđ dul
ciſſimum eſt in iuuenta.Quare ego Iſæum nõ diſertiſſimũ tantum: uerũ etiaꝫ
beatiſſimum iudico.hæc de illo Plinius præfatus ſcripſit.at uero cõtra uel ex ĩ
uidiã:uel ex alia q̃uis cã Quintilianus li.x. de inſtitutione oratoria dixiſſe uide
tur:cuꝫ ait:declamatores quoſdã ꝑuerſa ducit ambitio: ut expoſita cõtrouerſia
protinus dicere uelint:qum etiã quod eſt in primis friuolum: ac ſcænicuꝫ uer
bum petant:quo incipiant:ſed tam contumelioſos in ſe ridet inuicem eloquen
tia:& qui ſtultis eruditi uideri uelint:ſtulti eruditis uidentur.

Iſandrus cum.i.latino ſcribitur:fuit filius Bellerophontis:

Is p.i.latinũ ſcribiť:fuit teſtc Herodoto li.hiſtoriarũ.i.urbs a babylone diſtans itinere dierum octo:apud quã fluuius eſt nõ magnus:is ſimiliter cognominatus qui bitumen ut ait ſtructure totius babylonis ſubminiſtrauit.

Iſis p.i.latinũ utrobiq; ſcribiť:fuit filia Inachi argiuorũ regis.dicta primo Io.ut ĩ ea dictione uidimus.de qua latins uidebimus in dictione Oſiris.& declinatur genitiuo Iſidis & Iſis:ſicut Paridis & Paris.Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiã Vt ſpargat in ædem iſidis antiquo quæ ꝓxima ſurgit ouili.idem & in ea quæ incipit Scire uelim.Nuper enĩ repeto phanũ iſidis.ſed ꝙ etiam faciat huius Iſis oſtendunt poetæ cum ponunt in accuſatiuo Iſim Lucanus circa finẽ libri.viii. Nos in tẽpla tuã romana recæpimus iſim.niſi dicamus eiuſmodi genitiuũ nõ ſemꝑ accuſatiui regulam ſequi:ut thybridis thybrim.

Iſidorus abſq; aſpiratione:& p.i.latinum ubiq; ſcribiť: habetq; accentum in penultima:ut uidebiuus in dictione ꝓſodia:nomẽ ẽ uiri ꝓpriũ:quod multi peruerſe ſcribũt:inter quos Apuleius grammaticus alias præſtantiſſimus aſpirari uoluit:quod inter græcos nũq̃ emendate comperit.

Iſion cum.i.latino ſcribitur:fuit filius Phlegyæ:& pater cẽtaurorum.de quo uidimus in dictione centaurus.

Iſmenius cum.i.latino ſcribitur:fluuius eſt bœtiæ.ſic quoq; cognominatus teſte Diodoro libro hiſtoriarum quinto ab Iſmeno filio Pelaſgi.

Iſter abſq; aliqua aſpiratione:& p.i.latinũ in initio ſcribitur:eſt maximus fluuiorum europæ.alio nomine uocatus danubius:ut Ouidius li.primo de ponto. Ripæ uicina binominis iſtri.Oritur teſte Plinio libro quarto naturalis hiſtoriæ in germania iugis montis noriæ:ex aduerſo oppidi gallorum ſcauri. q uerſus ſeptẽtrionem ꝑ innumeras lapſus gentes ĩmenſo aquarum actu : a ſiniſtris germanos liquens:& a dextris teutonicos:cũ primũ in illyricum uenit:mutato nomine iſter dicitur.& longiſſimo pacto curſu ſeptẽq; diuiſus hoſtiis ſecundum ſolinum.uel ſex ſecundũ Pliniũ in mare ponticum deffuit:ut latæ præfati auctores executi ſunt:& Ariſto.li.ii.meteororũ ait ſingula ora tanta eſſe: ut i ſexaginta milia paſſuũ longitudinis:mare uincant.

Iſtria abſq; aliqua aſpiratione:& p.i.latinũ utrobiq; ſcribitur. ponitur locus ab Herodoto libro hiſtoriarũ ſecundo iuxta pontuȝ: ad hoſtia iſtri.quem incolere dixit mileſiorũ colonos:& ab iſtria abſq; aſpiratione deducitur teſte Pompeio: hiſtrio:quæ apud nos aſpiratur:ut in ea dictione uidimus.

Iſtmos cũ.th.aſpirato ſcribitur:diciť hoc nomine ea terræ ſtrictura : quæ inter duo maria concluſa iter porrigit ad cheroneſum.dicente Ouidio in quarta epiſtolarum heroidũ:Aequora bina ſuis oppugnant fluctibus iſthmon. Et tenuis tellus audit utrũq; mare.idẽ in octaua.Qua duo porrectus longe freta detinet iſthmos Vecta peregrinis hippodania rotis.Et Lucanus lib.i.Gracilis mare ſepat iſthmos.ſuntq; duo celebres achaicus:ſuper quo fuit urbs corinthi:& thracius ſuper quo teſte Plinio libro quarto naturalis hiſtoriæ cardia ſimiliter ciuitas fuit.

Iſmarus abſq; aſpiratione & unico.r.ſcribitur:mõs eſt thracie teſte Seruio ſuper decimum æneidos:& inbucolico:& ut refert Vibius:in quadam ſui parte aſperrimus eſt & incultus:in reſiduo uero fertilis uinetis & oliuis. Quin etiam clariſſimus eſt Orphei incolatus : & inde iſmarius : ut Ouidius in prima epiſtolarum:Dictus es iſmariis iſſe per agmen equis.ſuꝑ hoc monte fuit iſmara ciuitas ciconum:quia gentes ſunt thraciæ:de qua meminit Virgi.libro.x.cum ait: Et tris quos idas pater: & patria iſmara mittit: hanc teſte Homero libro.ix.odiſſeæ: Vlixes a troia diſcedens deſtruxit: quam iam maroniam uocari in gloſula quadam Homeri comperi.

Iſocrates abſq; aliqua aſpiratione:& per.i.latinum ſcribitur: fuit græcus orator clariſſimus Gorgiæ auditor:multorum philoſophorum preceptor eximius : ut Macrobius atteſtatur. hic teſte Quintiliano in diuerſo dicendi genere nitidus fuit & comptus:& paleſtræ magiſq̃ pugnæ accõmodatus. omnes dicendi ueneres lectatus in inẽntione facilis: honeſti ſtndioſus: in cõpoſitione adeo diligens ut cura eius repræhendatur.huius orationes adhuc extant:quas maxima ſemper cum uoluptate lego

Iſus cũ unico.ſ.ſcribiť.fuit filius nothus Priãi:de quo ĩ dictiõe ãtimus uidimus

Italia græcum uocabulum eſt:& cũ unico.l.&.i.latino utrobiq; atq;.t. exili ſcribitur:regio eſt europæ & omnium totius orbis celeberrima.prius quidem dicta heſperia ab Heſpero Atlantis fratre:a quo & heſperus occidentalis ſtella cognominata fuit.hic teſte Igino pulſus a fratre ab ea regione:quæ nunc hiſpania dicitur:& ea loca ubi nunc eſt italia occupans heſperiam a ſe:ut priſtinam aliam prouinciam nominauit.At uero Macrobius libro ſaturnalium primo qum de diei partibus loquitur inquit:ab heſpero ſtella:quam græci heſperam dicũt dicta eſt italia heſperia.ꝙ occaſui ſubiecta ſit. Quod Virgilius libro primo æneidos confirmaſſe uidetur:cum ait:

Eſt locus heſperiam graii cognomine dicunt.
Terra antiqua:potens armis atq; ubere glebæ.
Oenotrii coluere uiri.nunc fama minores.
Italiã dixiſſe ducis de nomine genteȝ. Nam poſt cognomen heſperiæ dicta fuit

œnotria:ſiue ab optimo uino qđ in illa naſcitur:ut dixit Seruiuus ſuꝑ.i. æneidos οἶνος græce:latine uinum dicitur:ſiue ut Varro docet: & Plinius libro.iii. naturalis hiſtoriæ confirmauit:ab Oenotrio ſabinorum rege in ea regnante. Poſt hæc uero & italiæ nomen aſſumpſit ab Italo ſiculoruȝ rege:qui ut ait Seruius uenit ad eam parteȝ:in qua regnauit Turnus:eamq; ſuo nomine uocauit italiam.unde illud eſt:Fines ſuper uſq; ſicanos:hoc eſt uſq; ad ea loca:quæ ſicani.i.ſiculi ſic quoq; a fratre itali cognominati tenuere.at uero Ariſtote.li. politicorum.vii.hæc de italia iuquit.Tradunt periti homines illorum locorum fuiſſe italum quendam œnotriæ regem:a quo mutato nomĩe:ꝓ œnotriis itali ſũt uocitati.orãq; illam maritimã europæ.quæ inter ſcylacæũ & lameticum ſinuȝ. diſtant uero hæc loca inter ſe meridiei iter.italiæ nomen primũ cæpiſſe: hũc ergo Italum tradunt agriculturam œnotrios docuiſſe: cum prius eſſent paſtores uagi:& palãtes.illiſq; leges poſuiſſe:& cõmeſſationes inſtituiſſe primũ.hæc ille. ſed Varro ab omnibus diſcordare uidetur:nam li.ii.de agricultura ſic ait:Græcia antiqua ꝓut ſcribit Timæus in hiſtoriis:quas de rebus publicis ſcripſit:tauros uocabat italos.a quorum multitudine pulchritudine ac fœtu italiam dixit. Eſt & italiæ pars latium ſic dictum:ut quidã aſſeruut:ꝙ in italia inter præcipitia alpium apœnini lateat.Varro a latino dictum putauit.Virgi.a latando:unde ait libro.viii.æneidos: cum Euandrum Aeneæ loquentem induceret.

Primus ab æthereo uenit ſaturnus olympo

Arma iouis fugiens:& regnis exul ademptis.
Hic genus indocile:ac diſperſum montibus altis.
Compoſuit.legeſq; dedit.latinunq; uocari.
Maluit.his quoniã latuit ſaturnus in oris.Idẽ Oui.li.faſtorũ.i.cõfirmauit di-
cens.Dicta quoq; ẽ latiũ terra latente deo.& fnit teſte Solino latium antiquuȝ
ãtea a tyberis hoſtiis ád uſq; lyrim amnẽ:qui cãpaniæ fluuius ẽ:miturnas ma
ritimã urbẽ curſu mediã diuidẽs. Seruius uero ſup primũ æneidos ait uſq; ad
fundos urbẽ cãpaniæ cõtineri:& aliud inſup eſſe latiũ dixit:quod a fũdis uſq;
ad uulturnũ ꝓtendit.Quare cũ antiquũ latiũ heſperiam poſtea cognomina-
tũ ipſe dixerit:uoluit hoc a Virgi.annotari cũ dixit libro æneidos.vii.Mos erat
heſperio in latio.Rurſum & hæc omnis ora nõnũq̃ poſt hæc auſonia dicta fuit
nam ut ſubdit Ariſtote.ad ea quæ ſupra dixit:incolebant inquit eã italiæ ꝑtem
quæ ad tyrrhenã uerſa eſt opici:q nũc auſonii nominant.hæc ille.& ut quidã
ferũt ab Auſonio Vlyxis filio ſic quoq; cognominata fuit. Quodq; nomen du-
raſſe uſq; ad romanos conſules oſtendit Liuius li.ix.ab urbe dicans.Miturnas
& ueſtias urbes auſonidũ gentẽ eſſe. Quare dixit Virgilius.libro.viii. æneidos
Tũ manus auſoniæ & gentes uenere ſicanæ.Sepius & nomẽ poſuit ſaturnia tel
lus:nã poſt hæc quoq; ipſa eadẽ ora magna græcia nuncupata fuit.Et ut dixit
Pli.lib.iii.naturalis hiſtoriæ fluuius ſilaris campaniam a lucania diuidit: erat
igitur in campania.neapolis ſalernũ.& capua:a cuius planicie quia:alia italiæ
ꝑs ẽ plurimũ mõtuoſa dictã cãpaniã multi uoluerũt.Poſt campaniã ẽ lucania.
poſt lucaniã uero brutiũ ſiue calabrya:quæ uſq; in rhegiũ terminatˀ:oĩs igitur
iã italia īter adriaticũ & tuſcũ mare ſiue ſuperũ & inferũ in formã cruris: ut
nobis magis placet extenditur.& a iugis alpiũ porrecta dorſoq; apœnini mõtis
ſe paulatim attollens uſq; ad rheginũ uerticẽ & littora brutiorũ protenditur.
nã ĩ ultimo ſui in duo cornua ſcinditˀ.Quorũ alterũ:& quod breuis ẽ ionium
reſpectat æquor alterũ ſiculũ in extremitate rhegiũ oppidũ cõtinens.eius lon-
gitudo ab auguſta prætoria:quæ ut dixit Plinius li.iiii.in alpineo fine ſita eſt
& ꝑ romã capuauq; porrigitˀ uſq; ad oppidũ rhegiũ:teſte Solino decies centena
& uiginti milia paſſuũ colligitˀ.latitudo uero ubi plurimum quadrigentadecẽ
Vbi minimuu centum triginta ſex milia.umbilicũ ut Varro tradidit in agro
reatino habet.hæc dudum teſte Plinio præfato in.li.iii. ex latere maris ſuperi
rubiconẽ fluuiũ ꝓ finibus habuit.Quod Luca.li.i.prius dixiſſe uideˀ:cuȝ ait.
Et gallica certus Limes ab auſoniis diſtermiat arua colonis.ita ut a rubricõ ne
uſq; ad alpes gallia fuerit:quæ ciſalpina dicebatur:& nõ italia. nonnulli uero
hos fines de prouincia quo ad romanos duces:& non quo ad generalem italiæ
ſitum intelligere uoluerunt

I thaca cũ.i.latino in initio:&.th.aſpirato atq;.c.exili ſcribitˀ:iſula ẽ teſte Pli.lib:
iiii.naturalis hiſtoriæ ante leucada & achaiã poſita:cãratiſſima qdam domino
ulyxeo,ĩ qua mõs neritos eẽ dicitur:a quo tota inſula nõnũq̃ neritos uũcupatˀ.

I thacus eodẽ mõ ſcribitˀ:& cognomẽ fuit Vlyxis ab ithaca iſule ſuſcæptũ.

I tymoneus prima cũ.i.latino ſequẽs cũ.t.exili ſequẽte.y.græco ſcribitˀ: fuit teſte
Homero li.xi.iliados Hyperochi filius:uir in primis ſtrenuus:& in bello pylio-
rum cuȝ helidenſibus ab Neſtore iaculo interfectus.

I thyreus cũ.th.aſpirato ſequente.y.græco ſcribitˀ:dicitˀ quaſi ithyneus:hoc ẽ di
rectimus:ab ιθυνω uerbo græco:quod ẽ dirigo.unde epitheton ponitˀ a Virgi-
lio arcuum parthicorum:cum dixit libro georgicornm ſecundo: Ithyreos taxi
torquentur in arcus.

I tys prima cum.i.latino:ſequens cum.t.exili:ſequente.y.græco ſcribitur:fuit Te
rei thracum regis filius:qui a matre Progne in fruſtra deſectus patri in cibum
datus fuit:ut late monſtrauit Ouidius libro metamorphoſeos.vii.& lib.ii.de ſi-
ne titulo ait:Atq; ſua cæſum matre quærũtur itym.& eſt faſianus:ut dixit Ser-
uius.nam in faſianum conuerſum Itym dixere poetæ.

I udæus cum.æ.diphthongo ſcribitur:nomen eſt deductum a iudæa:quæ ſimi-
liter per.æ.diphthongum ſcribitur: & prouincia eſt palæſtinæ. quam pulcher
rime Solinus in collectaneis deſcripſit:& iudei populi: quæ gens eſt teſte Plinio
libro.xiii.naturalis hiſtoriæ contumelia numinum inſignis.

I ugurtha cum.th.aſpirato ſcribitur a græcis:fuit numidiæ rex:de quo Saluſtius
elegantiſſimam ſcripſit hiſtoriam.

I ulus cum unico.l.ſequente.u.ſcribitur:fuit Aeneæ filius:de quo uidimus in di
ctione Aſcanius:cuius deriuatiuum teſte Priſciano li.ii.eſt iulius:cum.i.latino
poſt.l.& ante.u.Virgi.li.æneidos.i.iulius a magno demiſſum nomen iulo.

Dictionũ græcarũ:quæ latine ſcribuntur:& ab.i.littera initium ſumunt
orthographia finit. ¶ Incipit earũ:quæ a.K.cõſonante ſcribuntur.

Litterã conſonans cũ eandẽ habeat in metro poteſtatẽ:ac ĩ uoce
K ſonum cum.c.noſtra conſonante:penitus ſuꝑuacua eſſe uideˀ:
ut dixit Priſcianus:& ante illum prius dixerat Quintilianus:nec
ulla prorſus uideˀ ratio cur in dictionibus græcis.a.ſequenti po
tius ſcribi debeat.K.q̃.c.ut nonnullis ex modernioribus abſq; ra-
tione uoluerunt:cõperimus etiã Nigidiũ Figulum:quo & Varrone nemo apud
romanos doctior habitus fuit:nunq̃ in cõmẽtariis ſuis.K.aut.q.fuiſſe uſum: iõ
q; nos omnes dictiones græcas:quas latine tranſcribendas nouimus p.c.ipſum
& non per.K.ex maiorũ noſtrorũ auctoritate ſcribemus. Et maxime cum id idẽ
Feſtum approbatiſſimum auctorem obſeruaſſe nouerimus.

K yrieleiſon prima cum.y. græco: & reliquæ cum.i. latino ſcribuntur: dictio eſt
compoſita ex Kyrie: quod ſignificat domine: hoc eſt uocatium huius nominis
Kyrios:qui eſt dominus:& eleiſon:quod eſt miſerere:hoc eſt imperatiuuȝ huius
uerbi ελεω:quod eſt miſereor:ſed in cõpoſitione per colliſioneȝ abiicitur primæ
dictionis ultimum e:per modum quem ſupra uidimus:& proferri debet cuȝ ac
centu in antepenultima.

Dictionum græcarum:quæ latine ſcribunˀ:& a.K.littera initiũ ſumũt or
thographia finit. ¶ Incipit earũ:quæ ab.l.cõſonante ſcribunˀ.

Abatus cum.t.exili ſcribitur:nomen eſt uiri propriuȝ:de quo
L ſæpe Plutarchus meminit.

Labdacus cum.c.exili ſcribitur:fuit Polydori filius filii Cad-
mi:& frater Laii.

Labynetus cum.i.græco &.t.exili ſcribitur:fuit teſte Herodo-
to libro hiſtoriarum primo uir babylonius filius Nictocris re-
ginæ babiloniæ:& ipſe fuit babyloniorum tyrãnus. Labyrinthus ſecunda
cũ.y.græco:ſequẽs cum.i.latino:& ultima cum.th.aſpirato ſcribitˀ:fuit ſtructu
ra pro magna ſui parte ſubterranea:uiaruȝ ambagibus adeo inflexa:ut nemo:q

intraſſet poſſe inde exire diceretur:& teſte Pli.lib.xxvi.naturalis hiſtorie:i quattuor mundi partibus compertus fuit:ut primus in ægipto:ſecundus in inſula cretæ:tertius in inſula lemni:quartus in cluſio italiæ oppido.ſed creticus famoſior habetur & a poetis græcis & latinis maxime decantatus:fabricatuſq; a Dædalo ingenioſo fabro:dicente Oui.lib.viii.metamorpho.

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis.
Ponit opus:turbaq; notas & limina flexu.
Ducit in errorem uariarum ambage uiarum.Et ſubdit:Vix ipſe reuerti Ad limen potuit:tanta eſt fallacia tecti.Sed teſte Plinio centeſimam tantum portionem labrynthi ægiptii accæpit:quem pro exemplo habuit.

L acæna cū.æ.diphthongo &.c.exili ſcribitur.genus eſt ueſtimenti.

L achana cum.ch.aſpirato ſcribitur.græcum eſt uocabulum & numeri pluralis atq; omne genus oleris in ſe compræhendit.

L acenus cum.c.exili:&.e.abſq; diphthongo ſcribitur:& facit fœmininum lacena & neutrum lacenum:nomen eſt deductum a laconia:& dicitur laconicus. Virgilius libro georgicorū ſecundo. Virginibus bacchata lacenis.i.laconicis.

L aconia cum.c.exili ſcribitur: ꝓuincia eſt in achaia ſiue peloponneſo:quæ teſte Seruio ſup quartum georgicorum œbalia dicta fuit.Idem ſenſiſſe uidetur Virgilius & Statius in achilleide cuꝫ dixit Soluerat œbalio claſſem de litore paſtor Dardanus.De quo in ea dictione uidebimus.

L acedæmonia ſecunda cū.c.exili:&.e.abſq; diphthongo : ſequens cum.æ.diphthongo ſcribitur:fuit laconiæ urbs condita a Lacedæmone iouis filio ex Taygeta:& nōnunq̄ a poetis declinatur lacedæmon huius lacedæmonis: ut Oui.in prima epiſtolarum.O utinam runc cum lacedæmona claſſe petebat Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.Hæc eadem alio nomine etiam ſparta dicta fuit: ut in.ea dictione uidebimus.

L acheſis cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit una ex parcis:ut uidimus in dictione Atropos.de qua ait Martialis in primo.Nil adiicit penſo lacheſis:fuſoſq; ſororuꝫ Explicat:& ſemper de tribus una rogat.

L acinium cum.c.exili:&.i.latino utrobiq; ſcribitur:promontorium eſt italiæ:inter adriaticum & ionium mare.ſic quoq; cognominatuꝫ ut in quibuſdā Theocriti gloſulis comperi:a Lacinio latrone quodam.qui illum inhabitans ab Hercule in teremptus fuit.Idem Seruius ſup tertium æneidos affirmare uidetur: Fuit etiam famoſum ex templo Iunonis laciniæ:ut Virgi.Attollit ſe diua lacinie contra.eſtq; ex parte orientali propinquum crotonæ: ut oſtendit Theocritus in ea ægloga.quæ incipit ἐιπέμοι ω κορύδων.

L acinia eodem modo ſcribitur:cognomen eſt Iunonis.a lacinio promontorio tractum:ſuper quo ædem habuiſſe diximus: quam Herculem interfecto Lacinio latrone:& loco expiato:cōſtituiſſe in eiſdem Theocriti gloſulis comperi.

L acydes cum.c.exili &.y.græco ſcribitur:fuit cyrenæus philoſophus Alexandri filius:& nouæ academiæ princeps:atq; Arceſilai ſucceſſor.fuit q; uir mire ſeueritatis:& ab adoleſcentia ſtudioſus:ſed pauper.Habuitq; ſcholā in horto: quem Attalus rex fieri curauerat:qui & lacydius eſt appellatus.Mortuus eſt ex paralyſi:quam ex immodica potatione contraxerat: cum iam uiginti ſex annos in ſchola regenda conſumpſiſſet.

L aocoon cum.c.exili precedente unico.o.& duobus ſequentibus pleno nomine hoc eſt ſine ſynæreſi ſcribit̄ : nā cum ſynæreſi duo illa.o. quorum primum eſt breue & ultimū lōgum:qa ē ω mega apud illos:i unū lōgum cōuertunt̄:& ſcribit̄ apud græcos Λαοκῶν cū accētu circūflexo in ultio: ut uidebimus in dictione ꝓſodia.at cū plenū nomē ē:hꝫ accētū acutū in pēultia:qđ ī dictiōe græce declinata etiā a noſtris obſeruari debet:ut ibidē oſtendemus. Fuitq; ut nōnulli ferūt regis Priami filius:& Apollinis ſacerdos.de quo Virgi.li.æneidos.ii.inqt: Primus ibi ante oēs magna comitāte caterua Laocoon ardēs ſūma decurrit ab arce.Et deinde ꝓſeqtur.quēadmodū haſta ꝑcuſſit fatalē equū a doloſis græcis cōfectū:ob quod a duobus ſerpētibus cum duobus ꝑuis filiis poſtea cōpræhenſum necatum:depaſtūq; oſtendit.Verum Euphorion referente Seruio dixit cū poſt aduētum græcorū ad troiā ſacerdos Neptuni lapidibus a troianis occiſus eſſet:qa illorum aduētum ſacrificiis nō prædixit:& poſtea Neptuno troiani ipſi ſacrificare uellent Laocoon tymbræi Apollinis ſacerdos ſorte ad id ductus ē: ut ſolet fieri cum deeſſet ſacerdos certus. Et cum hic piaculum cōmiſiſſet ante ſimulachrum numinis cum uxore:coeundo:ob id quoq; īmiſſis draconibus cuꝫ ſuis filiis interēptus ē.Et hoc qdē habere hiſtoriā dixit Seruius. Sed Virgili. ad troianorum excuſationē aliter interpretatum fuiſſe:cuius rei a Virgi.deſcripte ſimulachruꝫ dixit Pli.li.xxxvi.naturalis hiſtoriæ in domo Titi iꝑatoris romæ ſuo tēpore eſſe opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis præponēdū: ex uno lapide eum ac liberos draconūq; mirabiles nexus de conſilii ſententia fecere ſūmi artifices Argeander Polydorus & Athenodorus.

L acrines cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.i. uir lacedæmonius miſſus ad Cyrum.

L æmargia cum.œ.diphthongo ſcribitur:dicitur a noſtris ingluuies: & inde læmargus guloſus.

L æna cum.æ.diphthongo ſcribitur:genus eſt uirilis ueſtimenti:quod ſuper alia portabatur:ut Virgilius in quarto Ardebat murice læna:hoc Homerus clænaꝫ uocat:ut in ea dictione uidimus.

L æpherigones prima cum.æ.diphthongo ſequens cum.ph.aſpirato ſcribitur:populi ſunt quidam.

L aertes cum.t.exili ſcribit̄:fuit Acriſii filius & pater Vlixis: ipſo dicente apud Ouidi.li.xiii.metamorphoſeos:Acriſius illi Iuppiter huic. hic cuꝫ ob filii abſentiā laborioſam uitā duxerit tertio anno poſt reditum Vlixis mortuus ē ut teſtis eſt Ditis:& quia eiuſmodi nomina græca terminata in es mittunt etiā nominatiui terminationē in.a.declinationē recipiunt latinaꝫ:ut Anchiſes & anchiſa huius anchiſæ:& laertes laerta huius laertæ.& ablatiuum etiam finit in.a.Ouidi. tertia epiſtolarum Laertaq; ſatus per quos comitata redirem.nam ſi diceret laerte minime ſtaret uerſus:cum illud.e.breue eſſet.ſed de his ſatis ſupq; uidimus in dictione Anchiſes:quin & notandum ē nō ſolum laertes triſyllabum iueniri ſed biſſyllabum:qđ in patronymico laertiades apud Horatiuꝫ in primo carminum ānotauimus:ſic eni antiqſſimos textus ſcriptos cōperimus:Non tu laertiaden exitium tuæ gētis nō pylium neſtora reſpicis:ſunt eni uerſus aſclepiadei. alii uolunt ab eo uerſu tu abiiciat̄:remaneatq; nō laertiaden exitiū tue:ſtaretq; uerſus ſine ſynæreſi:ſicut apud Oui.i heroidibus. Laerteſq; ſenex telemachuſq; puer:& apud Horatium in.ii.ſermonum: O laertiade qcqd dicam aut erit:aut non:ubi ea biſſyllabum poſuit.at Ouidius Horatii textum quē adduximus in

carminibus.æ.monaſyllabum cõfirmãs in duodecimo ſic inquit: Laertiadeq; fuit tantæ fiducia laudis.ubi aliter uerſus non ſtaret:niſi laertiadæ tetraſyllabum eſſet.

L æſtrygones prima cũ.æ.diphthongo ſequens cum.t.exili&.y.græco ſcribit̃.fuerunt teſte Martiano li.vi.in extremo italiæ uerſus ſiciliã gentes feritate famoſe ad hos teſte Homero libro.x.odyſſeæ cũ diuerteret Vlyxes:& illos aduerſos experiretur unica pdita naue diffugiens puenit ad Circen.deinde cũ rediẽs peruniret ad phæacas:& in cõuiuio alcinoi hos & cyclopas humana carne ueſci narraret:tanq̃ fingentẽ & mendacẽ nonnulli aſpnati ſuus.ut Iuuenalis in ſatyra: Quis neſcit uoluſi:Fingentẽ immanes læſtrigonas atq; cyclopas.Sed id uerum fuiſſe aſſerunt Plinius circa initiũ libri ſeptimi naturalis hiſtoriæ.ob quod Aulus Gellius li.xv.noctiũ atticarũ:præſtantiſſimos inqt uirtute prudentia uiribus Iouis filios poetæ appellarum:ut Aeacũ:& Minoa: & Serpedona. ferociſſimos & imanes & alienos ab omni humanitate tanq̃ in mari genitos Neptuni filios dixerunt.ut cyclopa & cercyona & læſtrygonas.

L aius cuʒ.i.latino ſcribitur:fuit unus pater Oedipi.alter filius Polydori filii Cadmi & frater labdaci.

L amachus cũ.ch.aſpirato ſcribitur:nomen eſt uiri athenienſis proprium.

L amius cum.i.latino ſcribitur:mons eſt ioniæ notus fama Endymionis.unde & ipſe endymion lamius cognominatus eſt.Oui.li.ii.triſtium:Inuenerem anchiſes in lunam lamius heros.

In cereręʒ iaſius qui referatur erit.Et lib.iii.de arte amandi:lamius endymion non eſt tibi luna rubori & reliqua.

L ampia cũ.i.latino ſcribitur:fluuius eſt arcadiæ.de quo meminit Statius ĩ quarto thebaidos cum ait:Cadenſq; iugis lampida niuoſis.

L ampaſcum cũ.m.ante.ps.&.c.exili ſcribit̃;fuit teſte Cicerone lib.iii.uerrinaruʒ oppidũ in helleſponto clarũ & nobile.cuius ciues lãpſaceni dicuntur:quæ dictio abſq;.æ.diphthongo ſcribit̃.ex eo oppido oriũdus fuit Priapus:q teſte Seruio ob magnitudinem uirilis mẽbri ab aliis ciuibus pulſus fuit:& teſte Plinio li.v.naturalis hiſtoriæ eã urbẽ Homerus adraſtiam uocitauit.

L ampetia cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit Solis filia ex Neæra ſororq; phætuſæ.hæ tranſeunte Vlyxe patri armenta cuſtodiebant:ut uidebimus in dictione Phætuſa.

L ampheus cum.ph.aſpirato ſcribitur:mons eſt arcadiæ teſte Plinio libro.iiii.naturalis hiſtoriæ.

L angia cũ.i.latino ſcribit̃:fons eſt in nemæa ſilua arcadiæ ut oſtendit Statius in quarto thebaidos:& nos ſupra uidimus in dictione Hypſyphile.

L aphithæ ab aliquibus cũ.ph.aſpirato:a nõnullis cũ.p.exili:uidelicet lapithæ: & ultima cũ th.aſpirato ſcribitur:fuerũt in theſſalia alpeſtres populi: qui bella cũ centauris geſſere.unde Virgilius li.georgicorum ſecũdo ait.Et magno ilæũ laphithis cratere minantẽ.de quibus in dictione centauri uidimus.

L a pathum cũ.p.exili & th.aſpirato ſcribit̃:herba ea eſt:quã ſolo radicis nomine a uulgo cognominari exiſtimo:eãquæ uſque ad tria cubita deſcẽdere dixit Plinius li.xviiii.naturalis hiſtoriæ:ubi plura de lapatho loquitur.

L arius cũ.i.latio ſcribitur.Quidã græcũ nomẽ eſſe putant.& a λάρος aue:quæ latine fulica dicitur deductum.nam lacus eſt italiæ teſte Seruio ſuper ſecũdũ georgicorum uicinus alpibus:apud quem fulica maxime abundat.idem iuxta Catonem in originibus per.lx.tenditur miliaria.& larius huius larii facit: ſicut Iulius iulii Mercurius mercurii.

L ariſſa cum.i.latino:& duplici.ſ.ſcribitur:fuit theſſaliæ urbs.& ob uicinitatem: quã habebat ad pthiã ut dixit Seruius:Achillis eſt dicta patria: dicẽte Virgi.li.æneidos.ii.Quos neq; tydides nec lariſſæus achilles:& Lucanus.li.vi. ciuitates theſſaliæ cõnumerans ait:Atq; olim lariſſa potens.

L ariſe quæ cum.i.latino & unico.ſ.ſcribitur:urbs eſt æoliæ:ut ſcribit Herodotus libro hiſtoriarum primo.

L arodii cum unico.r.ſcribitur: populi ſunt teſte Herodoto lib.hiſtoriarum quarto in aſia ſcythica.

L aodoma cum.o.poſt.a.in ſecunda:& per.i.latinum in penultima ſcribitur: fuit teſte Homero libro.vi.iliados filia bellerophontis:quæ ex compreſſu Iouis effecta grauida dium Sarpedonem genuit.Sed Laodamiæ:ut ait Homerus: Diana irãta mortem attulit.

Laomedon cum.o.poſt.a.ſcribitur:fuit filius Ili regis troiæ: cuius omnem genealogiam poſuit Homerus uſq; ad Hectorem & Aeneam: de qua in dictione Priamus plene uidebimus.

L aodocia cum.o.poſt.a.&.c.exili:atq;.i.latino ſcribit̃:nomen fuit prouinciæ.

L aodice cum.o.poſt.a.&.i.latino:atq;.c exili ſcribitur: fuit una ex filiabus Priami formoſa quidem:& quæ Halicaoni filio Antenoris regis thraciæ nupſit: ut oſtendit Homerus libro iliados quarto.altera fuit Agmẽnonis filia ex Clytæmneſtra:ut idem libro octauo iliados enarrauit.

L aodicus cum.o.poſt.a.& per.i.latinum:atq;.c.exili ſcribitur: fuit teſte Homero libro iliados quarto Antenoris troiani filius.

L aodocus cum.o.poſt.a.& ante.c. exile ſcribitur: fuit teſte Homero libro octauo odiſſeæ Alchinoi regis phæacum filius.Item & Laodomas alter ἀγαθὸς παῖς ἀλκινόοιο.

L atona cum.t.exili ſcribitur:fuit Cæi Titani filia:dicente Niobe apud Ouid. lib.vi.Neſcio quam audetis natam titanida cæo Latonam præferre mihi.fuitq; mater Apollinis & Dianæ:quæ ab illa Latonia dicitur.Virgili. Aſtrorum decus & nemorum latonia cuſtos.

L atomiæ cum.t.exili ſcribitur.dicũtur a noſtris lapidicinæ. Nec apud nos ſingulare hʒ'q̃q̃ apud græcos λατόμιον cõperim ĩ ſingulari. at ĩ plurali dici poſſũt q̃ſi λίθον.id ẽ lapiũ τόμοι inciſores.unde Liuius in bello macedonico ſcribit. M.Catonẽ ſupiorẽ:q dictus eſt cenſorinus in cẽſura feciſſe atria duo martium & titium in latomiis.idẽ in.vi.li.belli punici ſecũdi incẽdium romæ deſcribens ſic ait.Cõpræhenſa poſtea priuata ædificia:neq; enĩ tunc baſylice erãt cõpræhẽſe latomiæ:forũq; piſcariũ:& atriũ regium:ædes uix Veſtæ defenſa.

L atymnus cum.t.exili:&.y.græco ſequente in ultima.m.ante.n.ſcribitur: mons eſt cariæ:ſuper quem Endymiona etiã obdormiuiſſe dicunt poetæ: ut Cicero refert libo primo de queſtionibus tuſculanis.

L atro cum.t.exili ſcribitur:dictio eſt græca teſte Seruio ſup.xii.æneidos circa initium:& deducitur a λατρεύω:quod ẽ ſeruio. nã (ut ipſe Seruius inqt) latrones dicuntur obſeq & ſeruire mercede:& cõducti milites uocantur latrones. Et ſubdit:moris autem erat :ut hos impator cica ſe haberet:& primos mitteret ad

omne diſcrimen.nam ut dixit Virgil.latronis telo.i.uenatoris fixum leoné ić dixit:qa etiá uenatores operas ſuas locare cõſueuerunt. Varro tamen dixit hoc nomẽ poſſe etiá latiná habere etymologiá:ut latrones dicti ſint: quaſi laterones quia circa latera leguntur:quos nunc ſatellites uocant:una tamen eſt ſignificatio licet diuerſa etymologia.

L eæna prima cũ.e.abſq; diphthongo:ſecũda cũ.æ.diph.ſcribit̃: græcũ eſt uocabulũ:quod leonẽ fœminá indicát.Virgi.in Alexi.Torua leæna lupũ ſequit̃. & li.georgicorũ.iii.Catulorũ oblita leæna.Vbi dixit Seruius.leæna græcum ẽ ſicut dracæna.ná nos hic & hæc leo dicimus.lea náq; uſurpatum ẽ:quia in.o.exeuntia maſculina ex ſe fœminina nõ faciũt:ut fullo latro leo.Sane an inter omnem uitá leæna uuũ pariat:ut ſcripſit Herodotus libro hiſtoriarum tertio. uel plures gignat & educet catulos:ut uoluit Homerus:ab Ariſtotele in libro ď animalibus determinatum fuit plene.

L ebes cum.e.abſq; aliqua diphthongo ſcribitur:& eſt teſte porphyrio ſup nonu; iliados Homeri librum uas æneum in quo res bulliunt.

L eleges cum unico.l.& abſq; diphthongo ſcribitur:populi ſunt:quos ut nõnulli ferunt alio noíe theſſalos uocitamus:quaſi λελογισμένους hoc ẽ rationales: quia cæteris græcie populis præſtare uidebant̃. Lucanus de theſſalia loquens ait:Mox lelegũ dextra preſſum deſcendit aratro.Herodotus uero lib.hiſtoriarũ primo dicere uidetur hos illos maritimos fuiſſe populos:qui poſtea cares uocati fuerunt.

L ectus cum.c.&.t.exilibus ſcribitur:uerbum eſt græcum:& apud illos in neutro genere λέκτρον dicitur.Euripides in ἑκάβη inquit:λέκτρα γαμεύμον.Homerus ſimiliter in batrachomyomachia.

L eda cũ.e.abſq; diphthongo ſcribit̃:fuit Tyndari regis cõiunx:cum q̃ Iouẽ ſub forma Cycni concubuiſſe dixere poetæ.Eanq; ouum unũ ꝑperiſſe:ex quo nati ſunt Caſtor & Pollux.Sed quod duo oua ediderit: ĩtellexiſſe uidetur Horatius cũ dixit:Nec gemino bellum troianum ordit̃ ab ouo. Fuit etiá mater Helenæ. & a Leda ledæus cũ.æ.diphthongo in penultima deriuatur. Virgi.lib.eneidos iii.Ledæam hermionem lacedæmonioſq; hymenæos.

L emnos cũ.m.áte.n.ſcribit̃:una eſt ex cycladibus æhæo mari circumflua ĩ qua; Iuno uulcanũ filiũ cum eum turpẽ pepiſſe cõſpiceret:eᵉcælo deiecit. Hic poſtea cum deorũm faber effectus eſſet:ad hanc inſulá ab ætna refocilationis cá redire ſolebat.ubi ut ait Statius li.v.thebaidos:lemnius ignifera feſſus reſpirat ab ætna:Veſtit athos nemorumq; obſcurat imagine pontum.

L enæus prima cum.e.abſq; diphthongo:ſequẽs cum.æ.diphthõgo ſcribitur: nomen eſt Bacchi deductum a ληνός:quod eſt torcular. Virgilius libro georgicorum ſecundo.Huc pater o lenæe ueni.

L eochares cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit ſculptor ſua ætate eximius:de quo uidebimus in dictione mauſolus.

L eonides cũ.i.latino ſcribitur:fuit nobilis ſparta:& deinde rex eo mõ quo ſpartani regẽ habebát.Hic nõ mõ miranda cõtra Xerxẽ ægit:ſed pene incredibilia ut apud græcos Herodorus li.hiſtoriarum ſeptimo:& apud noſtros Iuſtinus libro epitomatum ſecundo oſtenderunt. Quin & genealogiam traxiſſe ab Hercule oſtendit idẽ Herodotus in eodẽ li.cõnumerans oẽs eius ꝓgenitores uſq; ad Hyllum & Hercule;.Fuit & alius leonides Alexandri magni pædagogus : qui teſte Quintiliano li.i.de inſtitutione oratoria eũ quibuſdá uitiis imbuit:quæ robuſtum quoq; & magnum regem ab illa inſtitutione puerili perſecuta ſunt.

L eitus cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:fuit teſte Homero libro.ii.iliados unus ex quinq; boeticorum principibus:qui ad troiam uenere.

L erna cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur:regiuncula quædam eſt in arcadia: ſic quoq; a Lerno rege cognominata:iuxta qua; fuit argos.iuxta quam fuit Argo oppidum:unde græci argiui dicti ſunt:ut uidimus in dictione Argos.Et a lernas lernæus cum.æ.diphthongo deducitur:unde lernæa palus:in qua fuit hydra quinquaginta capitum ab Hercule poſtea interfecta: ut uidimus in dictione dydrus. Ideo ait Virgilius libro æneidos octauo. Lernæus turba capitum circũſtetit anguis.

L ethargus prima cum.e.abſq; diphthongo: ſequens cum.th. aſpirato ſcribitur: ille dicitur qui obliuionem patitur:& deſcendit a λήθη:quod eſt obliuio. unde etiam lethæus.

L ethæus eodẽ mõ ſcribitur:& eandẽ habet deriuationẽ.põt latine dici obliuioſus

L ethum eodem modo ſcribit̃:ponitur a noſtris pro morte.& a λήθη quod ẽ obliuio:teſte Feſto traductum eſt.Alii teſte Priſciano in decimo latinum faciunt & a leo uerbo ſimplici naſci dicunt:quod in uſu ſic quoq; non eſt: ſed in compoſitione deleo deleui habetur.unde letum dici uolunt: quia uitam deleat: qď ſi ſic eſſet:abſq; aſpiratione ſcribi deberet.Sed magis placet græcum eſſe:& a λήθη deduci:unde etiam teſte Solino fluuius ille qui in aphrica iuxta beronicem urbem fluit:lethes hoc eſt obliuionis amnis uocatur:quem ut ait putát inferna inundatione prorumpere:& apud priſcos uates latex obliuionis cõmemoratur De quo Luca.libro.viii.meminit cum ait: Quam iuxta lethes tacitus prælabit̃ amnis:Infernis ut fama trahens obliuia uenis.Et inde lethargus & lethæus:ut ſupra uidimus.At uero lætum quod latinum eſt:& a lato deſcendit: eo ꝙ ex lætitia quis faciem delatare dicatur:cum.æ.diphthongo:&.t.exili ſcribit̃: Idq; appellamus:quod aſpectu gaudium promittit.Nam gaudere proprie eſt intrinſecus:Lætari extrinſecus.Et quia natura ſic inſtitutum eſt: ut quæ bona corporis habitudine ſunt alacriora:quæ uero debili triſtiora ſint.eo fit ut piguia uocemus læta:ut lætas oues:lætos greges:læta armenta:& hinc tráſferimus ad ſimilia:ut ad ſegetes:ad uites:ad oliueta:ad cæteras arbores. Vnde quéamodum illa:ita hæc quoq; qualia ſint:declarat aſpectus: Verũtamen nõ appellant̃ homines læti ob fœcunditatẽ:pinguedinem:pulchritudinem:grauitatem & ſimilia.Sed ob ea quæ tantum in noſtros uſus cedunt:lætitiam nobis uoluptatẽq; parientia.Qua ſane regula multiſariam lætum & ſine ambiguitate in utendo ſuppeditabit.Vnde apud Seruium ſignificat fœcundũ:pingue:grauidum:pulchrum:uiride.& multa alia:quæ ex Virgilio annotauit.

L eucothea cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur:fuit filia Cadmi ex Hermione coniuge:quæ & alio nomine dicta fuit Ino uxor Athamantis regis thebarum: quæ ut maritum ſuũ furere cõſpexit cũ Melicerta filio in mare præcipitem ſe dedit. Et ut ait Cicero de natura deorum dicta fuit a græcis quidem leuchota: a noſtris uero Albunea:ſeu alba dea. Nam λευκή alba dicitur: θεά dea. Ab aliqbus uero interprætatur Matuta etiam græco uocabulo: quæ ab Homero ponit̃ ꝓ Aurora.Vnde teſte Priſciano matutinum deriuatur. At uero Melicertam Palæmona dixerunt: dicente Ouidio Leucotheaq; deam cum matre palæmona

omne diſcrimen.nam ut dixit Virgil.latronis telo.i.uenatoris fixum leoné ic dixit:qa etiá uenatores operas ſuas locare cōſueuerunt. Varro tamen dixit hoc nomē poſſe etiá latiná habere etymologiá:ut latrones dicti ſint: quaſi laterones quia circa latera leguntur:quos nunc ſatellites uocant:una tamen eſt ſignificatio licet diuerſa etymologia.

Leæna prima cū.e.abſq; diphthongo:ſecūda cū.æ.diph.ſcribit̄: græcū eſt uocabulū:quod leonē fœminá indicát.Virgi.in Alexi.Torua leæna lupū ſequit̄. & li.georgicorū.iii.Catulorū oblita leæna.Vbi dixit Seruius.leæna græcum ē ſicut dracæna.ná nos hic & hæc leo dicimus.lea náq; uſurpatum ē:quia in.o.exeuntia maſculina ex ſe fœminina nō faciūt:ut fullo latro leo.Sane an inter omnem uitá leæna uuū pariat:ut ſcripſit Herodotus libro hiſtoriarum tertio. uel plures gignat & educet catulos:ut uoluit Homerus:ab Ariſtotele in libro d' animalibus determinatum fuit plene.

Lebes cum.e.abſq; aliqua diphthongo ſcribitur:& eſt teſte porphyrio ſup nonu; iliados Homeri librum uas æneum in quo res bulliunt.

Leleges cum unico.l.& abſq; diphthongo ſcribitur:populi ſunt:quos ut nōnulli ferunt alio noīe theſſalos uocitamus:quaſi λελογισμένους hoc ē rationales: quia cæteris græcie populis præſtare uidebant̄. Lucanus de theſſalia loquens ait:Mox lelegū dextra preſſum deſcendit aratro.Herodotus uero lib.hiſtoriarū primo dicere uidetur hos illos maritimos fuiſſe populos:qui poſtea cares uocati fuerunt.

Lectus cum.c.&.t.exilibus ſcribitur:uerbum eſt græcum:& apud illos in neutro genere λέκτρον dicitur.Euripides in ἑκάβη inquit:λέκτρα γαμεύμενον.Homerus ſimiliter in batrachomyomachia.

Leda cū.e.abſq; diphthongo ſcribit̄:fuit Tyndari regis cōiunx:cum q̃ Iouē ſub forma Cycni concubuiſſe dixere poetæ.Eanq; ouum unū ꝑperiſſe:ex quo nati ſunt Caſtor & Pollux.Sed quod duo oua ediderit:ītellexiſſe uidetur Horatius cū dixit:Nec gemino bellum troianum ordit̄ ab ouo. Fuit etiá mater Helenæ. & a Leda ledæus cū.æ.diphthongo in penultima deriuatur. Virgi.lib.eneidos iii.Ledæam hermionem lacedæmonioſq; hymenæos.

Lemnos cū.m.āte.n.ſcribit̄:una eſt ex cycladibus æhæo mari circumflua ī qua; Iuno uulcanū filiū cum eum turpē pepiſſe cōſpiceret:e cælo deiecit. Hic poſtea cum deorūm faber effectus eſſet:ad hanc inſulá ab ætna refocilationis cá redire ſolebat.ubi ut ait Statius li.v.thebaidos:lemnius ignifera feſſus reſpirat ab ætna:Veſtit athos nemorumq; obſcurat imagine pontum.

Lenæus prima cum.e.abſq; diphthongo:ſequēs cum.æ.diphthōgo ſcribitur: nomen eſt Bacchi deductum a ληνὸσ:quod eſt torcular. Virgilius libro georgicorum ſecundo.Huc pater o lenæe ueni.

Leochares cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit ſculptor ſua ætate eximius:de quo uidebimus in dictione mauſolus.

Leonides cū.i.latino ſcribitur:fuit nobilis ſparta:& deinde rex eo mō quo ſpartani regē habebát.Hic nō mō mirauda cōtra Xerxē ægit:ſed pene incredibilia ut apud græcos Herodotus li.hiſtoriarum ſeptimo:& apud noſtros Iuſtinus libro epitomatum ſecundo oſtenderunt. Quin & genealogiam traxiſſe ab Hercule oſtendit idē Herodotus in eodē li.cōnumerans oēs eius ꝓgenitores uſq; ad Hyllum & Hercule;.Fuit & alius leonides Alexandri magni pædagogus : qui teſte Quintiliano li.i.de inſtitutione oratoria eū quibuſdá uitiis imbuit:quæ robuſtum quoq; & magnum regem ab illa inſtitutione puerili perſecuta ſunt.

Leitus cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:fuit teſte Homero libro.ii.iliados unus ex quinq; boeticorum principibus:qui ad troiam uenere.

Lerna cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur:regiuncula quædam eſt in arcadia: ſic quoq; a Lerno rege cognominata:iuxta qua; fuit argos.iuxta quam fuit Argo oppidum:unde græci argiui dicti ſunt:ut uidimus in dictione Argos.Et a lernas lernæus cum.æ.diphthongo deducitur:unde lernæa palus:in qua fuit hydra quinquaginta capitum ab Hercule poſtea interfecta: ut uidimus in dictione dydrus. Ideo ait Virgilius libro æneidos octauo. Lernæus turba capitum circūſtetit anguis.

Lethargus prima cum.e.abſq; diphthongo: ſequens cum.th. aſpirato ſcribitur: ille dicitur qui obliuionem patitur:& deſcendit a λήθη:quod eſt obliuio. unde etiam lethæus.

Lethæus eodē mō ſcribitur:& eandē habet deriuationē.pōt latine dici obliuioſus

Lethum eodem modo ſcribit̄:ponitur a noſtris pro morte.& a λήθη quod ē obliuio:teſte Feſto traductum eſt.Alii teſte Priſciano in decimo latinum faciunt & a leo uerbo ſimplici naſci dicunt:quod in uſu ſic quoq; non eſt: ſed in compoſitione deleo deleui habetur.unde letum dici uolunt: quia uitam deleat: qd' ſi ſic eſſet:abſq; aſpiratione ſcribi deberet.Sed magis placet græcum eſſe:& a λήθη deduci:unde etiam teſte Solino fluuius ille qui in aphrica iuxta beronicem urbem fluit:lethes hoc eſt obliuionis amnis uocatur:quem ut ait putát inferna inundatione prorumpere:& apud priſcos uates latex obliuionis cōmemoratur De quo Luca.libro.viii.meminit cum ait: Quam iuxta lethes tacitus prælabit̄ amnis:Infernis ut fama trahens obliuia uenis.Et inde lethargus & lethæus:ut ſupra uidimus.At uero lætum quod latinum eſt:& a lato deſcendit: eo ꝙ ex lætitia quis faciem delatare dicatur:cum.æ.diphthongo:&.t.exili ſcribit̄: Idq; appellamus:quod aſpectu gaudium promittit.Nam gaudere proprie eſt intrinſecus:Lætari extrinſecus.Et quia natura ſic inſtitutum eſt: ut quæ bona corporis habitudine ſunt alacriora:quæ uero debili triſtiora ſint.eo fit ut piguia uocemus læta:ut lætas oues:lætos greges:læta armenta:& hinc tráſferimus ad ſimilia:ut ad ſegetes:ad uites:ad olioueta:ad cæteras arbores. Vnde quēamodum illa:ita hæc quoq; qualia ſint:declarat aſpectus: Verūtamen nō appellant̄ homines læti ob fœcunditatē:pinguedinem:pulchritudinem:grauitatem & ſimilia.Sed ob ea quæ tantum in noſtros uſus cedunt:lætitiam nobis uoluptatēq; parientia.Qua ſane regula multifariam lætum & ſine ambiguitate in utendo ſuppeditabit.Vnde apud Seruium ſignificat fœcundū:pingue:grauidum:pulchrum:uiride.& multa alia:quæ ex Virgilio annotauit.

Leucothea cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur:fuit filia Cadmi ex Hermione coniuge:quæ & alio nomine dicta fuit Ino uxor Athamantis regis thebarum: quæ ut maritum ſuū furere cōſpexit cū Melicerta filio in mare præcipitem ſe dedit. Et ut ait Cicero de natura deorum dicta fuit a græcis quidem leuchota: a noſtris uero Albunea:ſeu alba dea. Nam λευκὴ alba dicitur: θεά dea. Ab aliqbus uero interpræatur Matuta etiam græco uocabulo: quæ ab Homero ponit̄ ꝓ Aurora.Vnde teſte Priſciano matutinum deriuatur.At uero Melicertam Palæmona dixerunt: dicente Ouidio Leucotheaq; deam cum matre palæmona

dixit. Sed a noſtris Portunus cognominatus eſt.

Leucothoe ſecunda cum.c.exili:penultima uero per.th.aſpiratum ſequēte.o.uo
cali ſcribitur:& alia fuit a ſuperiori.nam a θέω:quod eſt curro deriuatur: qua
ſi alba fuerit & currens:fuit Orcami ex Eurymone filia:illa dicente apud Oui.
libro.metamor.iiii.Rexit achimenias urbes pater orcamus:iſq;.
Septimus a priſco numeratus origine belo.Et paulo prius dixerat.
Tempore leucothoe multarum obliuia fecit.
Gentis odoriferæ:quam formoſiſſima partu.
Edidit eurymone.& reliqua.

Leucippus cum.c.exili cōtra græcorum grāmaticas regulas:&.i.latino:atq; du-
plicato.p.ſcribitur:fuit philoſophus eleates patria.ſecūdum uero quoſdam ali-
os ab derites:& fuit Senonis auditor.

Leutychides ſecunda cum.t.exili ſequente.y.græco atq;.ch.aſpirato: &.i.latino
ſcribitur:fuit teſte Horodoto lib.hiſtoriarū.vi.uir lacedæmonius inimicus De
marati:poſt cuius fugam conſtitutus fuit ſpartanorum rex.

Leucargillon cum.c.exili &.i.latino:atq; duplicato.l.ſcribitur: dici poteſt latine
candida argilla.

Leucas cum.c.exili ſcribitur:inſula eſt teſte Pomponio diſpoſita contra ſinū am
bracium iuxta epirum:habens montem altiſſimū. & eſt memorabilis uictoria
Auguſtiu contra. M. Antonium & Cleopartam. Eadem fuit hactenus conti-
tinenti coniuncta:ut oſtendit Oui.libro metamorphoſeos.xv.cum ait.
Leucada cōtinuam ueteres habuere coloni.
Nunc freta circueūt.& reliqua.Eſt etiam leucas oppidū percelebre in acarna-
nia parte epiri:olim teſte Plinio nereitum uocitatum.& a leucas deducitur leu
cadius. Virgilius libro æneidos tertio.
Mox & leucadii nimboſa cacumina montis.
Et formidatus nautis aperitur apollo.

Lyæus prima cum.y.græco.ſequēs cum.æ.diphthongo ſcribitur:ut in antiquis
exactiſq; marmorum inſcriptionibus ſcriptum comperi:nomen eſt Bacchi: di-
cente Ouidin libro.iii.metamorphoſeos.
Tura quæ dant Bacchūq; uocant bromiūq; lyæum.Et deriuatur a λύω:quod
eſt ſoluo:eo q mentem & mēbra uinū diſſoluat.unde ſequitur paralyſis.

Libanus cum.i. latino ſcribitur mons eſt inter arabes & phoenices. eſt etiam ge-
nus arboris tus producentis.

Libya prima cū.i. latino ſequēs cū.y.græco ſcribit̃.& terminatur in.a.& in.e.ac
dici poteſt in recto libye abſq; diphthongo.& ſiquidem in.a.deſinat accæpta.e.
facit genitiuū cū diphthongo.ut lbiya huius libyæ. ſi uero in.e.deſinat i recto
græce declinatur huius libyes.Et ē regio aphricæ:quæ ab atlante monte mau-
ritanie incipit:& ad canopū uſq; nili hoſtiū pandit̃.ſic quoq; dicta:ut plurimi
aſſerunt ab libya uxore epaphi Iouis filii. Qua utiq; litteratura omnia ab illa
deſcendentia ſcribuntur:ut libyſſa huius libyſſæ oppidū bithyniæ.libyſtis hu
ius libyſtidis.Virgilius lib. æneidos.v.Horridus in iaculis & pelle libyſtidis ur
ſæ.libyſtinus libyſtina libyſtinum.

Libyſſa eodē mō:ut ſupior:ac p duplex.s.ſcribit̃:oppidū fuit bitynie: ubi teſte
Pli.circa finē.li.v.naturalis hiſtoriæ:nūc Hannibalis.tantum tumulus eſt.

Libyſtis ſimili mō cū.i.latino in prima:ſequens p.y.græcū:ultima cū.t. exili &.
i.latino ſcribitur:& eſt ac ſi lybicam diceres.

Libyſtinus in eadem ſcriptura cū ſuperiori:dictus fuit Apollo ab his:qui pachi-
num ſiciliæ promontorium incolebant: eo q immiſſa libycis: hoc eſt hoſtibus
carthaginenſibus peſte pene cuncti ſubita morte interierunt.

Libs cum.i.latino:ſequente.bs.ſcribitur:q̃q̃.ps.proprie ſequi deberet. nam græce
λιψ ſcribitur:& eſt uentus aduerſus uulturnum: quem aphricum uocamus:
& inde libonatus dicitur:quem nos auſtrum dicimus.

Liburnum cum.i.latino ſcribitur:græce uero λιβυρνου dicitur.ſed nos illud.y.
græcum in.u.noſtrum cōuertimus:& præponētes ad.r.dicimus liburnum:ge
nus eſt nauiculæ uelociſſime a liburnis primo comptæ: ut Parthenius grāma
ticus atteſtatur:ad cuius ſimilitudinē cōſtructū fuit uehiculum: quo romani
nobiles uelociſſime portabantur:dicente Iuuenale in tertia ſatyra: Diues & in-
genti curret ſup ora liburno:cuius uelocitatem oſtendit cū dixit curret:ob qđ
etiam præco feſtinans liburnus dictus eſt:ut idē in ſatyra Criſpini ait: Primus
clamante liburno Currite iam ſedit rapta pperabat abolla.ſed liburnis p naui
bus uſus eſt Horatius in epodo:Ibis liburnis inter alta nauiū amice ppugnacu
la:q̃s & liburnicas in uita Auguſti Sueto. appellauit:alia tēpeſtate in traiectu
bis cōflictatus primo inter promontoria peloponneſi:atq; ætholiæ:rurſus circa
montes ceraunios utrobiq; parte liburnicarum demerſa:ſimulq; eius in qua ue
hebatur fuſis armamentis:& gubernaculo diſtracto:

Liburnia cum.i.latino utrobiq; ſcribit̃:regio ē īter illyrī & dalmatiā:de q̃ ait Pli.
li.iiii.naturalis hiſtoriæ:liburniæ finis ad initium dalmatiæ ſalona eſt.

Lycia prima cū.y.græco:ſequens cum.c.exili &.i.latino ſcribitur: regio eſt in mi
nori aſia finis pāphiliæ ex pte orientali:ex pte uero occidentali cariam termīat
ſic quoq; cognominata a Lyco Pandionis filia.cum prius teſte Herodoto lib.hi
ſtoriarum.i.termile diceretur:in hac ciuitas eſt patera in qua ſex menſibus āni
ab Apollini reſponſa dabantur: reliquū uero tēporis apud delon. unde & liciæ
ſortes a Virgilio nuncupatur:eſt etiaʒ in ea prouincia mons chimæra . ut in ea
dictione uidimus.

Lycus cum.y.græco &.c.exili ſcribitur:a noſtris proprie lupus dicit̃:ut ī dictiōe
agnus uidimus.At eo noīe & ſcriptura plures leguntur uiri memorandi.Vnus
qdem troianus fuit:de quo Virgi.li.æneidos.i.Et crudelia ſecū fata lyci. Alius
thebanus genere ignobilis:q cū a Creōte Herculis ſocio exulaſſet: & Hercu.cū
Perithoo & Theſeo ad inferos deſcēdiſſet:regnū thebanum cæpit:ut plene oīa
ſcripſit Sene.in Hercu.furēte.Alius fuit etiā thebanus rex:q cum uxorē formo
ſiſſimā antiopen a Ioue grauidā conſpexiſſet: eā ab ſe abdicauit.ut in dictione
Dirce uidimus.Alius fuit regis Pandionis filius qui a ſe liciā nominauit.

Lycaon cum.y:græco:&.c.exili ſcribitur:fuit arcadiæ rex Titani & Terræ filius
qui cum ſolitus eſſet necare hoſpites:& Iouē ſimiliter hoſpitio ſuſcæptum neca
re uellet:mutatur a Ioue in lupum: ut Ouidi.li.metamorphoſeos primo plene
monſtrauit:Fuitq; pater Caliſtonis:quæ in arcton cōmutata.ut in ea dictione
uidimus.Tandem cælo locata fuit:dicente Virgi.libro georgicorum.i. Claráq;
lycaonis arcton.& Ouidio libro.iii. de triſtibus . Queq; lycaonio terra ſub axe
iacet.Alius fuit Priami filius:& patet Pandari.Cuius thoracem teſte Homero li
bro iliados.iii.Paris cum Menelao induit.

Lycæus prima cū.y.græco:ſequēs cū.c.exili:&.æ. diphthongo ſcribitur: mons ē

arcadiæ:in quo bicornis Fauni templũ fuerat:a quo lycæa ludicra illi ſacrata:
a nobis lupcalia dicta ſunt. Vnde Oui.li.faſtorũ.ii.ait.Quid uetat arcadico di
ctos a mõte lupcos.Faunus ĩ arcadia tẽpla lycæus habet.Nã:ut diximus quos
græce loycos:latĩe lupus dicit̃.Et quẽadmodũ ex illo deriuat̃ lycæus & lycæa
ſic ex noſtro lupcal.& lupcalia ludicra quædã dicunt̃:quæ ob tp̃is obſeruatio-
nẽ ut dixit Plutarchus in uita Romuli:quã ego e græcis in latinũ tranſtulit ad
expiandos manes conſtituta uidebant̃.Fiebant enĩ ut ille ait nephaſtis diebus
menſis februarii:quẽ piacularẽ interpretant̃.Vnde priſci quoq; diem illam fe-
bratam uocabant.Quod Ouidius tetigit cũ ait.

Februa romani dixere piamina patres.Et ſubdit in eodem libro:

Tertia poſt idus nudos aurora lupercos.

Aſpicit:& fauni ſacra bicornis eunt.Et ut plæriq; exiſtimãt ab arcadiis: qui cũ
Euandro uenerant hoc ſolemne ad eas partes.ubi nunc eſt roma allatum fuit.
Quod expreſſit Ouidius cum de his ludis locutus eſt dicens:Tranſtulit euan-
der ſilueſtria numina ſecum. Hic ubi nunc urbs eſt:tunc locus urbis erat. Et
inde Liuius libro primo ab urbe ait:Ferunt Euandrum ſolẽne allatum ex arca
dia inſtituiſſe:ut nudi iuuenes lycæũ Pana uenerantes:p luxum atq; laſciuiã
currerent:quem romani deinde uocauerunt Inuũ.Hunc Seruius Pana eẽ di-
xit ab ineundo paſſim cum animalibus.Alii uero referente Plutarcho putant
a lupa:quæ Romulum educauit potius emanaſſe:cum ut ait lupercales ludi-
crum incohent.ubi expoſitũ Romulũ fuiſſe ferũt:tam etſi quæ ad ſacra perti-
nent:minus cõueniant.Nam ut ſubdit:Capellas mactãt:deinde gemini adoleſ
cẽtes præclari ſanguinolento gladio fædatã ſibi faciẽ attingunt. Alii ilico cum
lana lacte madida accurrunt:atq; abſtergũt ſanguinẽ:tũ uero opus eſt ut ride
ant adoleſcentes.Et demũ ereptis caprarũ tergoribus nudi:in ſubligaculis per
ciuitatẽ diſcurrunt:quicũq; ſibi obuiã fiunt uerberãt coriis. Et ut idẽ Plutar-
chus pſequit̃:Mulieres uero iã adultæ ultro ſe his offerũt:ac palmas uerberan
das porrigunt:exiſtimantes id ſibi fœlicẽ pariundi facultatem præſtare.Quod
Oui.præfato.ii.faſtorum libro tetigit cum ait.

Nupta quid expectas:non tu pallentibus herbis.
Nec prece:nec magico carmine mater eris.
Excipe fœcundæ pacienter uerbera dextræ.
Iam ſocer optatum nomen habebit aui.

Et iuuenalis ſimiliter in ſatyra ſecũda in adoleſcentulos:q nubebãt inuehẽs in
quit.Et illis turgida non pdeſt condita in pyxide lydæ.

Nec pdeſt agili palmas præbere lupco.Sed ut refert Plutarchus: Bucas quidã
in illis elegiis:q̃s de romanarũ rerũ deſcriptionibus inſcripſit: fabuloſaq; quãdã
ſup his attulit ſententiã.Ait enĩ q cũ Romulus Amuliũ ſupaſſet:una cum fra
tre Remo ad eum uſq; locũ:ĩ quo lupæ mãmas expoſiti ſuxiſſent:præ lætitia
cucurriſſe.Et ut ait Aeterna eius rei memoria poſteritati foret eos ludos inſtitu
iſſe:Ideoq; nobiles genere adoleſcentes currere:ac ferire eo pacto quicunq; ob-
uiam fiebant:ut ſignificarent Romolum ac Remũ ipſum:cũ olim ſtrictis enſi-
bus ex alba pfugiſſent:atq; gladio illo ſanguinolẽto faciẽ attingere:ut cæd is il
lius & piculi poſteris monumẽtum eẽt.Et deniq; eo lacte i ſanguinis abſterſiõe
uti:ut indicarẽt eorum mirificã ac pene diuinã educationem.Sed mouet quæ-
ſtionem Oui.ac in hiſce uerſibus diſſoluit:aliam a Buca ſententiam afferens.

Cur igitur currant:& cur ſic currere mos eſt:
Nuda ferant poſita corpora ueſte rogas.
Ipſe deus uelox diſcurrere gaudet in altis
Montibus:& ſubitas concipit ille feras.
Ipſe deus nudus nudos iubet eſſe miniſtros.

Nec ſatis ad curſus cõmoda ueſtis erat.Refert etiam Plutarchus.C. Aciliũ ſcri
pſiſſe Romulum:cum ante conditam urbem ſua pecora pdidiſſet: ſupplicatũ
Fauno primo conceſſiſſe:deinde nudum ne ſudore impediretur: omnes ſaltus
currendo luſtraſſe.Iõ nudatos lupercales hæc ludrica celebrare.Seruius uero ĩ
octauum æneidos Virgilii:ſup eo uerſu cum ait:Hinc exultantes ſalios nudoſ
q; lupercos dixit.Cum in honorem Fauni ſeu Panis lupcalium ſolennitas cole
retur:romanorũ pecora repente a latronibus rapta ſunt:illi mox proiectis ueſti
bus latrones ſunt perſecuti:quibus oppreſſis atq; recæptis animalibus propter
rem a nudis pſpere geſtam:conſuetudo manſit:ut nudi lupercalia celebrarent
Iuſtinus uero libro.xxxiii.ſui epitomatis cum Ouidio concordans magis ex ha
bitu dei:cui ea ſacra fiebant:q̃ ex alio nuditatis cauſam referre uidetur.Ait enĩ
ſub Fauno italiæ rege Euander arcadiæ urbe pallanteo in italiã cum mediocri
turba popularium uenit.Cui Faunos & agros & montem:quem ille poſtea pal-
latium appellauit:benigne aſſignauit.In huius radicibus templum lycæo: quẽ
græci Pana:romani Luperculum appellant conſtituit:Ipſum dei ſimulachrũ
nudum:caprina pelle amictum eſt:quo habitu romæ lupercalibus decurritur.
hæc ille.Verum quia in his ſacris canẽ imolabant romani:cauſam reddit Plu-
tharcus ait:Canem ad id ſacrificii genus plurimum pertinere.Nã & græci ipſi
in huiuſmodi piacularibus ſaccis περισκυλάκισμα uocãt catulos mactare cõ-
ſuerant.Vel potius ut Romulus ipſe lupæ eius nutrici gratias referret:quæ at-
trociſſimos hoſtes canes habet:uel forte ut laceſſeret ad curſum lupercales:quẽ
admodum canis ſuccendi ad iracundiam facile conſueuit.

Lycaſtus abſq; aliqua aſpiratione:&.y.græco ſcribitur:fuit teſte Homero libr.ilia
dos ſecundo urbs in creta.

Lycida prima cum.y.græco:ſequens cum.c.exili &.i.latino ſcribitur: fuit pro-
prium cuiuſdam paſtoris nomen a lycos deductum. De quo ſæpe Theocritus
& Virgilius:

Lycimnius pria cũ.y.græco:ſequẽs cũ.c.exili &.i.latio ſcribit̃:fuit frater Aſtyo-
ches:& ĩ bello troiano a Tlepolemo ĩterfectus:ut in ea dictione uidebimus.

Lycinius prima cum.y.græco:& ſequens cum.c.exili:&.i.latino ſcribitur:nomẽ
fuit proprium nonnullorum illuſtrium uirorum.

Lycomedes cum.y.græco:&.c.exili ſcribitur:fuit teſte Homero libro iliados nono
Creontis filius.

Lyciſca prima cum.y.græco:ſequẽs cum.c.exili:&.i. latino: atq; ſimiliter ultima
ſcribitur:nomen eſt compoſitum ex lycos:quod eſt lupus:& ſcylos canis quaſi
lyci:id eſt lupi:ſcylos canis.Nam canis eſt natus ex lupa:ut Virgilius. Multũ
latrante lyciſca.

Lycopa cum.y.græco:&.c.exili ſcribitur:fuit urbs ætoliæ.

Lyctus cum.y.græco:&.c.ac.t.exilibus ſcribitur: fuit teſte Homero libro.ii. ilia-
dos oppidum in creta ſub regno Idomenei:a quo eũ lyctium Virgi.dixit libro
æneidos.iii.cum ait.Et ſalentinos obſedit milite campos lyctius idomeneus. &

i.bucolico. Lyctius ægon.

Lyctonia eodem modo ſcribitur:& ſimiliter cretæ fuit urbs.

Lychnus prima cum.y.græco:ſeqnens cum.ch.aſpirato ſcribitur:a noſtris dicit lucerna:quo nomine uſus fuit Virgilius in fine libri æneidos primi cum ait: Dependent lychni laquearibus aureis. Martialis in quarto.

Pondere.poto.cano.lauo.laudo.coeno.quieſco.

Dū puns lychnus modicū cōſumit oliui. Sueto. in uita Cæſaris: Aſcenditq; capitoliū ad lumina ſexaginta elephantis dextra & ſiniſtra lychnos. at lucerna teſte Seruio a lychno deducit :alii a luce:lʒ ſyllabæ priē q̄ntitatē cōmutet.

Lychnites prima cū.y.græco:ſequens cū.ch.aſpirato &.i.latino:ultima cū.t.exili ſcribitur:marmor eſt albū:quod in paro inſula effodiebatur:ſic quoq; cognominatum teſte Plinio libro.xxxvi.naturalis hiſtoriæ:q ad lucernam in cuniculis cæderetur. Ideʒ Varronem dixiſſe affirmat.

Lycophron cū.y.græco &.c.exili ſcribitur:fuit Periādri corinthiorū tyranni filius. Hic teſte Herodoto li.hiſtoriarum.iiii.patri qa matrem occiderat conciliari nunq̄ potuit:quē etiā pater iam ſeneſcens cū in ſucceſſionem tyrannidis aduocaret:conſtantiſſime recuſauit: aſſerēs ſe nūq̄ rediturū corinthū:quo ad pater ſupeſſet. Tandē cū Periander iā decreuiſſet dimiſſo filio cercyrā e corintho cōcedere:ubi filius erat:re cognita a cercyrēſibus Lycophrō ipſe interficitur:& Periander audito nouo defecit:ut in dictione Periander uidebimus. Alius eodem nomine fuit poeta tragicus.

Lycon cū.y.græco &.c.exili ſcribitur fuit philoſophus troadenſis filius cuiuſdā Aſtyanactis:uir eloquēs:& educandis inſtruendiſq; pueris maxime idoneus. Aiebat adiungi neceſſario pueris pudorē & laudis ſtudiū:uelut eqs calcar. Erat mūdiſſimus habitu:& ueſtium incredibili munditie ac nitore teſte Hermippo utebat̄. Erat fortiſſimo corpore. pilæ ſe ludo exercuit. Tenuit ſcholæ principatum annis quadraginta quattuor. Obiit ānos natus. lxxiiii. feſſus morbo podagræ. Fuere & alii Lycones: Primus pythagoricns. Secundus hic ipſe. Tertius uerſificator. Quartus epigramatnm artrfex.

Lycopolis eodē mō:ut ſupior ſcribit̄:fuit teſte Diodoro ſiculo libro hiſtoriarū ſecundo urbs ægipti:ſic quoq; a lupis cognominata:eo q æthiopes agros egyptios incurſantes:lupi facta acie uſq; ad ciuitatē elephantinam repulerūt. Sed ibidem ciuitatē conſtruentes ægiptii: ubi aciē ſtruxerant a beſtiis illis lycopolim cognominarunt. ac pro diis lupos ipſos uenerantur.

Lycoris cū.y.græco &.c.exili ſcribit̄:ac a lycos deducit̄:fuit cognomē liberte.

Lycurgus prima cū.y.græco:ſequēs cū.c.exili:ultima cū.g.cōſonante ſcribitur fuit lacedæmoniorū princeps uir clariſſimus:& in omnibus philoſophis admirandus. Hic lacedæmoniis leges ſanctiſſimas tulit. De quo Valeri.de ingratis: Iuſtinus li.epitomatū.iii.& Ariſto.i politicis plura ſcripſerūt. Alius fuit nemeæ regionis rex:q Hypſiphylē Thoantis regis filiam p filio nutricē habuit:ut in dictione Hypſiphyle uidimus. Alius fuit thracū rex:uel ut alii uolunt macedonū q Bacchū deum eſſe negabat. Ob quod dum conaret̄ uites incidere: crura ſibi amputauit. Vnde abſtenium eum fuiſſe Seruius atteſtatur.

Lictor cū.i.latino &.ct.exilibus ſcribit̄. Quidā græcum uocabulū eē uolunt. Et ut ait Plutarchus i uita Romuli litor ſine. c.dicebatur:eo q a græcis λειτουργοσ:hoc ē populi miniſter dictus ſit. Nam ut ait λειτον graeci adhuc populū uocant:& ἐργάτησ miniſter nuncupat̄. Sed ut idē pgit iā interpoſito.c. romani lictorem dicunt. Alii uero ut late oſtēdit Gellius li.xii.noctiū atticarū nō græcā ſed latinā etymologiā illi tribuunt:& a ligādo lictorē appellatū uolūt eo q quū magiſtratus populi romani uirgis quēpiā uerberari iuſſiſſēt:crura eius ac manus ligari a uiatore ſolitæ ſunt:& is q ex collegio uiatorū officium ligādi habebat :lictor eſt appellatus. Tyro uero Ciceronis libertus lictoreʒ a lino uel a litio:quod idē eſt dici ſcripſit. Litio.n.ex tranuerſo q miniſtrabant magiſtratibus cincti erāt. Nāq; erat lictor miniſter conſulis: pcōſulis: præſulis: & pretoris q faſcē uirgarum alligatum cū ſecuri portabat. Et erant lictores cōſulis duodeni:ſiue a numero auium: quæ Romulo auguriū regni portēderant:ſiue ut magis placet Liuio ab ipſo numero:q ab hetruſcis accæptus fuit. Nam ut ait apud hetruſcos ex duodecim populis cōmuniter creato rege:ſingulos ſinguli populi lictores dabant:a qbus ſellā curulē:& togam:& pretextā aſſumptā rettulit. Aliorum uero ut diximus officiorum lictores tantūmō ſeni erant. Sed ex qua materia uirgæ faſcium fuiſſent:nuſq̄ memini me legiſſe. Exiſtimari tamen poteſt p locorum natura nunc ex hac nunc ex illa arbore fuiſſe. Nōnulli uero ex uite: hoc eſt ex ſarmentis uirgas illas fuiſſe contendunt. quod ex Iuuenale pbare uolunt:q ait in ſatyra Omnibus in terris:de Mario tunc uiliſſimo milite loquens cū nōnunq̄ uerberaret:Nodoſā poſt hæc frāgebat uertice uitē. Ego uero alium puto eius uerſus intellectum. Nā ſicut cōſulū inſigne erat.xii.faſces habere prætorum ac præſidū ſex:ita cēturionis erat iſigne nō ſarmētū: ſʒ uitē manu deferre:aut certe illa milites delinquētes uerberare. qđ ſane cēturionatus fuiſſe ſignū declarat Lucanus de Scæua:q ex milite factus erat centurio ingens. Promotus latina lōgo gerit ordine uitē. Hac caſtigatū uite Mariū ut uiliſſimū militeʒ nō mō in aliis mēbris:ſed in capite Iuuenalis intelligit. Idē declarare uidet̄ Martianus iuriſconſultus libro digeſtorū unde qnquageſimo de re militari his uerbis Is q centurioni uolēti ſe caſtigari reſtiterit:ſi uitē tenuit militiā mutat:ſi ex induſtria frægit. uel manum centurioni intulit: capite punitur

Lydus cum.y.græco ſcribitur:fuit Herculis filius ex Iole Eurithi regis œchaliæ filia. Alter eodem nomine filius Atyis regis mœniæ:a quo ipſa mœnia teſte Herodoto libro hiſtoriarum.i. Lydia cognominata fuit.

Lydia prima cum.y.græco:ſequens cum.i.latino ſcribitur:regio eſt teſte Pli.li.v. naturalis hiſtoriæ in minori aſia antiqua regnorū ſedes:quam mæandri ſinuoſi & pactoli unda facit celebrē:cum aureas ducunt arenas. Hæc a Lydo filio Atyis & fratre thyrrheni lydia cognominata fuit:quæ prius mœnia dicebat̄. Nā cum ob regni breuitatem fratres ſe ſimul ferre nō poſſent: Tyrrhenus ſorte diſcedens:atq; ad italiam ueniens:eam tenuit partem:quæ ad mare inferum uerſa eſt:& a ſe tyrrheniam nominauit. & Lydius remanens mœniā a ſe lydiam uocari uoluit. In qua ſunt urbes teſte Herodoto libro hiſtoriarum.i. lepra:epheſus colophon: clazomene:& phocea.

Lyenteria prima cum.y.græco:ſequēs abſq; diphthongo uel aſpiratione:& pēultima cum.i.latino ſcribitur:infirmitas quædam eſt:quæ a noſtris inteſtinoruʒ diſſolutio interpretatur. Nam componitur ex λύω: quod eſt diſſolno: & ἔντερα inteſtina.

Lygdamus cum.y.græco in prima ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

Ligyſtus prima cū.i.latino:ſequens cū.y. græco:ultima cum.t. exili ſcribit̄:fuit

teſte Fabio pictore phaetontis filius: a quo liguria cognominata fuit.

L iguria cuꝫ.i.latino ſcribit̃: regio eſt italiæ ꝑ maiori ſui parte montuoſa: & apoenino conſtituta: ut monſtrat Liuius lib. tertio de bello macedonico. Hanc a Lygiſto phaetontis filio conuerſione.y.græci in.u.noſtrum dictam fuiſſe in ſupiori dictione oſtendimus. Eius caput eſt genua.

L igyes prima cū.i.latino: ſequens cū.y.græco ſcribitur: populi ſunt aſiatici: qui cum Xerxe teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto contra græccs militarunt.

L ympha cum.y.græco ſcribit̃. & dicitur a noſtris aqua. fitqꝫ per mutationē.n. i l. Nam proprie dicitur nympha.

L ymphaticus prima cū.y.græco: penultima cum.t.exili & i.latino: ultima cum c.exili ſcribitur: proprie ille dicitur: q uitiū ex aqua cōtraxit: qui eſt huc atqꝫ illuc diſcurrere. Vnde poetæ ꝑ furioſis iam uocabulū accæperunt.

L ilybæum prima cū.i.latino: ſequens cum.y.græco: penultima cū.æ.diphthōgo ſcribit̃ ꝓmontoriū ē ſiciliæ uerſus zephyros diſpoſitum. quo nomine & ciuitas illi propinqua dicebatur. de quo in dictione ſicilia habebitur.

L yndus cū.y.græco ſcribit̃: fuit teſte Homero li. iliados ſecundo ciuitas in inſula rhodi: in qua teſte Lactantio li. primo diuinarum inſtitutionum Herculis ſacra fiebant: ritu omnino diuerſo ab aliis. hoc eſt maledictis & execratiōibus. Ita ut ſi inter ſolemnia uerbum bonum exciderit: uiolata crederentur: cauſanqꝫ rei illius ibidem explicat: Eſt & eodem nomine teſte Herodoto libro hiſtoriarnm.i.ciuitas altera indorica regione.

L ynter prima cum.y.græco: ſequens cuꝫ.t.exili ſcribitur. Et teſte priſciano libro quito græce dicitur λουτήρ. Vnde ex diphthongo abiecta.o.uocali: & adiecta n.fit lynter: quæ apud nos: ut idē notat Priſcianus: generis eſt fœminini: apud græcos uero maſculini. Liuius in ſeptimo ab urbe: Iam multum expulſa lyntre. & genos eſt paruæ nauis:

L inus cū.i.latino &.n.ſcribit̃: fuit teſte Hermo. platonico: li.i. diſciplinarū Mercu. ex muſa Vrania filius: & thebis genitus: ut elogiū ſepulchro īciſum oſtēdit Virgilius uero ait ī bucolico illi patrē fuiſſe formoſum Apollinem. Scripſitqꝫ teſte eodē Hermodoro mundi generationē. Solis item & Lunæ curſus: animaliūqꝫ: & fructuum generationes. Et in primo uerſu ſui operis cūcta ſimul nata dixit. quē ſecutus Anaxagoras facta ſimul omnia ſimiliter dixit: eaqꝫ mente accedente cōpoſita. Occubuitqꝫ in euboia ſagitta ab Apolline tranſfixus.

L yrneſos cū.y.græco & ſimplo.s.ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarnm quinto phrygiæ ciuitas. Hanc Seruius ſup decimū æneidos Briſeidis patriam fuiſſe dicit. & inde lyrneſius. Virgilius: Haud patrem exiguā montis lyrneſius agmon. ubi exponit Seruius.i.phryx:

L yrneſſus cum.y.græco: & duplicato.s.ſcribitur: fuit teſte Homero libro iliados ſecundo theſſaliæ ciuitas.

L yſanias prima cum.y.græco: & penultima cū.i.latino ſcribitur: fuit unus orator græcus. Alter uir arcas: qui Lycaonem regno expulit.

L iptote cū.i.latino ſequēte.p. & abſqꝫ aſpiratione ſcribitur: dici poteſt latine defectiua. Nam a λείπω: quod eſt deficio deriuatur. Et eſt figura: quæ fit: cum minus dicitur: & plus intelligitur. ut Virgilius in bucolico: Quid prodeſt ꝙ meipſe animo non ſpernis amynta.i. libentiſſime amas. Et libro georgicorū primo: Nec nulla interea ē iaratæ gratia terræ.i. multa gratia. & libro tertio: nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo: id eſt ualde placeat. & Munera nec ſperno: id eſt libenter accipio.

L ipſana cum.i.latino ſequente.pſ.ſcribitur: dicūntur a nobis reliquiæ: quæ tantum pluraliter declinantur.

L ynx cum.y.græco ſcribitur: fuit teſte Seruio ſuper primuꝫ æneidos rex ſcythiæ qui miſſum a Cerere Triptolomeum: ut hominibus frumēta monſtraret ſuſceptum hoſpitio ut in ſe tanta gloria demigaret interimere cogitauit. ob quam rē irata Ceres: eum conuertit in lyncem feram uarii coloris. Nam quadrupes ē habens terga maculis diſtincta: ut pardus: ſed lupo ſimilis: & forte eiuſdem generis. dicente Virgilio libro georgicorum tertio. Quid lynces bacchi uariæ: & genus acre luporum? At lynx uiſus acumine cætera animalia ſuperare ſcribitur: cuius urina teſte Plinio libro octauo naturalis hiſtoriæ: ubi redditur glatiatur in gemmas carbunculis ſimiles: & igneo colore fulgentes: lyncuriuꝫ dictas. Vnde Ouidius libro.xv. metamorphoſeos.

Victa racemifero lyncas dedit india bacchos:
E quibus ut memorant quicquid ueſica remiſit
Vertitur in lapides: & congelat aere tacto. Et eſt generis fœminini: ut lynces bacchi uariæ.

L yncurium prima cum.y.græco: & ſequens cum.c.exili ſcribitur: dicitur lyncis uirium: ideſt urina.

L ynceus eodem modo ſcribitur: fuit uir quidam teſte Seneca in Medea ſummæ ī uidendo acuitatis: ut Quiqꝫ tranſpontum quoqꝫ ſummota lynceus lumine immiſſo uidet.

L yra cū.y.græco ſcribit̃: inſtrumentū ē muſicū: qđ teſte Heracoſthne poeta græco Mercurius primus ex teſtudine fecit: atqꝫ Orpheo tradidit: qui Calliopes & Oeagri fluminis fuerat filius: & eius rei maxime ſtudioſus: & a lyra lyrici illi dicti ſunt poetæ: qui uerſus ad lyrā decantandos componebant.

L yſias prima cuꝫ.y.græco: ſequens cum.i.latino ſcribitur: fuit orator græcus miræ iucūditatis. Immo ut ait Quintilianus ſubtilis eſt atqꝫ elegans. & quo nihil ſi orat[illegible] ſatis ſit dicere quæras perfectius.

L yſius [illegible]ima cum.y. græco: ſequēs cum.i.latino ſcribitur: fluuius eſt Archadiæ iuxta cuius ripas tumulus fuit Aeſculapii.

L yſippus prima cū.y.græco: ſequens cum.i.latino ſcribit̃ fuit in arte ſculptoria artifex clariſſimus: ut Martialis in epigrāmatibus li.ix. Nobile lyſippi munus opuſqꝫ uides. Vnde Karolus arretinus conterraneus meus: ludēs cū Poggio de Mercurio ſibi miſſo a Kiriaco anconitano ī quodā carmine elegiaco inquit.

Deniqꝫ lyſippus fingat ſpirantia ſigna.
Omnia mercurio cedere uiſa meo. Nam animoſa ſigna effingere dicebatur. & teſte Quintiliano libro duodecimo ad ueritatem optime acceſſit. Ac ut refert Plinius libro uigeſimoquarto naturalis hiſtoriæ ad ſexcenta decem ſignorum opera effeciſſe dicitur.

L yſippe eodem modo ſcribitur: fuit una ex natis Proeti: quæ in uaccas cōmutatæ fuerunt: ut uidebimus in dictione Proetus.

L yſimachus prima cum.y.græco ſequens cum.i.latino: ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur: fuit macedo uir illuſtris: & Calliſthenis diſcipulus: de quo clariſſima ſcripſit Iuſtinus libro.x. Alius fuit unus ex principibus Alexandri.

L yſimachia eodẽ modo ſcribitur. nã tã hæc dictio: q̃ ſupior ex lyſio: & machia qđ eſt bellũ componit̃. Verũ lyſimachia teſte Iuſtio li. xviii. ſui epitomatis fuit urbs helleſpõti: quæ terræmotu corruit uigeſimo ſecũdo anno poſtq̃ a Lyſimacho rege uno ex principibus Alexandri magni fuerat condita. Sed poſtmoduꝫ reædificata: cauſa fuit multarũ claudũ: dicente. L. Floro in ſecũdo ſuarũ hiſtoriaruꝫ li. Lyſimachia urbs a regibus ſyriæ cõdita: ab Antiocho magno hæreditario iure poſcebat̃. ſed a romanis negata: fuit cã potiſſima ſecũdi belli macedonici.

L yſander cum. y. græco: ſequẽte. s. ſcribit̃: fuit uir lacedæmonius: & fœlicitate magis q̃ uirtute glorioſus. Nam bellum athenienſium cũ peloponneſis: quod iam ſex & uiginti annis durauerat: ille non ſui exercitus uirtute: ſed aduerſariorum ĩmodeſtia: athenienſium omnem claſſem apud egon fluuiũ cæpit. & bellum cõfecit. Quo facto athenienſes ſe lacædæmoniis dedidere. & Lyſander mirũ ĩn modum elatus eſt. Quo id ſecutũ fuit: ut lacedæmonii in maximũ odiũ grætiæ ꝑuenerint. Nam cũ ſemꝑ factioſus fuiſſet: nil aliud moliebatur: q̃ ut omnes ciuitates in ſua teneret poteſtate: quod ſed lacedæmoniorũ cauſa facere ſimulabat. Sed ille tandem a thebanis occiſus fuit.

L inũ cũ. i. latino ſcribit̃: dictũ ẽ a lineo uerbo græco & antiquo: quod detinere ſignificat. qa illo oĩa detinent̃: ac primã producit. Virgilius li. georgicorum primo: Vrit enĩ lini campũ ſeges: urit auenæ: & ſimili modo apud græcos ꝓducit: At ꝓ homine breuis ẽ. Virgilius in bucolico: Vt linus hæc illi diuino carmine paſtor. Sunt lini genera nõnulla: ſed illud famoſius: quod a græcis ἀσβέστην hoc eſt inextinguibile ex argumento naturæ ſuæ teſte Plinio li. xviii. naturalis hiſtoriæ denoĩat̃: eo ꝙ nõ abſumat̃ ignibus. Id noſtri: ut ait: uiuiũ uocant: ardẽteſqꝫ ĩ focis cõuiuiorũ ex eo ſe uidiſſe mappas Plinius atteſtatur: quæ ſordibus exuſtis ſplenduerũt igni magis: q̃ poſſẽt aquis: uidẽ aſſerit: regũ indefunebres tunicæ corporis fauilla ab reliquo ſperatur cinere. Naſcitur ĩ deſertis aduſtiſqꝫ ſole indiæ locis: ubi non cadunt imberes inter diras ſerpẽtes: aſſueſcitqꝫ uiuere ardendo: rarum inuẽtu: difficile textu ꝓpter breuitatem. cum inuentũ eſt æq̃t precia excellentiũ margaritarum. Hæc de illo Plinius. & huic proximum dicit byſſum: de quo in ea dictione uidimus.

L ipare cum. i. latino & unico. p. ſcribitur: inſula eſt una ex æoliis: ſic quoqꝫ teſte Plinio li. iii. naturalis hiſtoriæ a Liparo rege: qui poſt Aeolũ regnauit: cognominata: ut interpretat̃ λίπαρος pinguis. Vnde liparæus deducitur: cuꝫ. æ. diphthongo in penultima ſcribitur: Iuuenalis in ſatyra Exemplo quodcunqꝫ malo: Et ſiccato nectare tergens Brachia uulcanus lipæa nigra taberna.

L iſus cum. i. lat iuo & ſimplo. s. ſcribitur: fluuius eſt thraciæ ꝑ thaſiorum mediuꝫ fluens. Ad hunc cum ueniſſet Xerxes rex ꝑſarum cum exercitu: ut teſtatur Herodotus libro hiſtoriarum. vii. nõ ſufficiẽs ad potum defecit. Vnde ait Iuuenalis in ſatyra Oĩbus in terris: Epotaqꝫ flumina medo Prandente.

L ithargyrium prima cũ. i. latino: ſequẽs cũ. th. aſpirato: tertia cum. y. græco: & penultima cum. i. latino ſcribitur: ſpuma ẽ argenti. & uocabulum eſt compoſitũ ex λίθος: quod eſt lapis. & argyrium: quaſi ea ſpuma in lapidem argenteuꝫ ſit compacta.

L ithoſtratũ prima cum. i. latino: ſequens cũ. th. aſpirato: & reliquæ ſine aſpiratione ſcribuntur. & eſt λιθῶν. i. lapidum ſtratum pauimentum. unde ex græco & uerbo latino a ſterno deducto componitur.

L ituus cum. i. latino: & t. exili ſcribit̃: nõnulli uocabuluꝫ græcũ putauerunt. ac nomẽ accæpiſſe a ſonitu ex auctoritate Homeri conant̃. Alii latinuꝫ uolũt: & a lito uerbo deducunt. erat nanqꝫ baculus ĩcuruus: quo ſedẽtes augures auibus tẽpla deſignabant. Et ut rettulit Plutarchus ĩ uita Romuli fuit Romuli lituus cõſeruatus in palatino colle uſqꝫ ad celtarum tẽpora: a quibus capta urbs: incẽſa fuit. Sed poſtea expulſi a Camillo hoſtibus inter altiſſimas fauillas illeſus cuꝫ omnia ignis conſumpſit inuẽtus eſt. Eſt etiaꝫ teſte Feſto lituus genus buccinæ incuruæ: qua q cecinerit dicitur liticen. Ennius: Inde loci lituus ſonitus effudit acutos. Virgi. li. æneidos. vi. Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta.

L yus cum. y. græco ſcribitur: fluuius eſt minoris aſiæ in pontum defluens.

L olligo cum duplici. l. & i. latino ſcribitur: piſcis eſt: ut ſepia: uel forte ipſa ſepia: & inde diminitiuum lolliguncula. Plautus in Caſina: Emitto ſepiolas lepidas lolliguncularis.

L ocrinus cum. o. poſt. l. & c. exili atqꝫ. i. latino ſcribit̃: mons eſt in brutiis ad extremum italiæ: ex oppoſito ad pelorũ: ſup quo locrus ciuitas ab Aiace Oileo: & naritiis: qui illum ſecuti ſunt ad italiam cõdita fuit dicente Virgi. li. æneidos. iii. Hic & naritii poſuerunt mœnia locri. de quibus Iuſtinus li. xxii. ſui epitomatis plura dixit: Nam cum nauigaret Aiax a troia ꝓcella naues diſpergens: cum illarum partem in libyam tranſportaret: remanentes ibidem illi oppidum condiderunt: qđ locrum uocauere. de q̃bus Virgi. li. æneidos. xi. Libyco ne habitãtes litore locros. partẽ uero aliã cum Aiace in italiã deportauit: ubi cõdiderunt ſo tii oppidum: qđ ſimiliter locrum uocauerunt. Et fuit hactenus teſte Platone libro. i. timæi flos italiæ nobilitate diuitiis: & gloria geſtarum rerum: quã uſqꝫ ad ſua tẽpora dicit in arte ſapientiæ triũphaſſe. In hac & crotone teſte Pli. li. ii. naturalis hiſtoriæ uſqꝫ ad ſua tẽpora epidimia nuſq̃ fuit: nec terræmotus aliq̃s annotatus ẽ. At lucrinus cũ. u. poſt. l. ſcriptus: lacus eſt cãpaniæ inter baias: & cumas: & dictio eſt latina a lucro deducta. nam cũ in eodem multitudo piſciũ caperetur: e quibus lucra mercatores cõſequebant̃: lucrinus a lucro uocitatus eſt eſt. Verum cum ei proximum ſit mare: & ſæpe in lacum exæſtuaret grãdia quãdoqꝫ damna mercatoribus ipſis & piſcatoribus inferebat. ob quod grande uectigal: quod romanis ꝑſolui debebãt: ſæpius fruſtrabatur. Vnde a ſenatu iulio Cæſari cõmiſſum fuit: ut lucrinum a maris impetu immuneꝫ redderet: qui oppoſiti murorum molibus: & paruo relicto mari: quod ad lacum tranſcenderet rem ipſaꝫ confecit: Ob quod aquas iulias uocari uoluit. Vnde Virgi. li. georgi. ii. illius laudes hæc ipſa cõmemorat dicens: An memorem potius lucrinoqꝫ addita clauſtra. Atqꝫ indignatum magnis ſtridoribus æquor: Iulia qua ponto lõge ſonat unda refuſo. Verum ea loca ſaxoſa eſſe & oſtreis referta oſtendere uidetur Iuuenalis: cum ait in ſatyra Criſpini: Nulli maior fuit uſus edendi Tempeſtate mea circeis nata forent: an lucrinum ad ſaxum rutupinoue edita fundo Oſtrea callebat primo depræhendere morſu. ſane teſte Plinio libro. xi. naturalis hiſtoriæ. Oſtrearũ uiuaria primum omnium ſergius orata inuenit in baiano ætate Lucii Craſſi oratoris. Et ut pergit. Is primum optimũ ſaporem oſtreis lucrinis adiudicauit: quando eadem aquatilia generantur alibi meliora: ſicut lupi piſces in tyberi amne inter duos pontes. rombus rauennæ muræna in ſicilia: elobs rhodi: & alia genera ſimiliter.

L ocrus cum. o. poſt. l. & c. exili ſcribitur: ciuitas eſt in brutiis ſup monte lucrino:

ut in præcedenti dictione uidimus.

Lodix cum.i.latino ſcribitur:& ut quidam uolunt a λοῦσις dictione græca deducitur:quæ apud nos eſt lotio.ita ut ſit omne:quod lectulo imponitur:& lauari poteſt. Alii uero latinū magis putāt.atq; id apud nos deſignare uolūt: qđ apud græcos σαγίου hoc ē lecti compertorium. Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciā. Modo ſub lodice relictis ac pnultima pducit.

Lotus cū.t.exili ſcribit̃.fuit teſte Oui.lib.ix.metamor.nympha:quam cum amatā Priapus pſequeret̃.illa fugiēs:& deorū adiutoriuȝ iplorās:illorū miſeratione conuerſa ē in arborē ſui nominis:quæ in aphrica teſte Pli.li.xiii.natu.hiſtoriæ ea pte:quæ ad nos uergit naſcit̃ iſignis:& præcipue circa ſyraes & naſſamonas Eius magitudo ē:quæ piro.q̄q̄.Cornelius nepos breuē dicat icīſura:& folia breuiora q̄ quæ ilicis uidētur ȝ quāto tēpore hæc arbor durare potuerit oſtendit idem ipſe Plinius circa fineȝ libri.xvi.naturalis hiſtoriæ dicens:Lotus eſt romæ in area lucinæ:quæ eo anno condita fuit: qui ſine magiſtratibus tricenteſimo ſexageſimonono urbis fuerat incertum quanto uetuſtior eſſe quidem uetuſtiorem non ē dubiū:cū ab eo loco lucina nominet̃.Sed incerta eius loci œtas:que capillata dicit̃:quoniā ueſtaliū uirginū capillus ad eā defert̃.Verum altera Lotus in uulcanali:quod Romulus cōſtituit ex uictoria de cunis.Ea æquæua urbi intelligitur:ut teſtis ē Maſſurius.radices eius in foro uſq; ad Cæſaris præſtationes municipiorum penetrāt.Et ut pgit fuit cum ea Cupreſſus æqualis ætatis circa ſuprema Neronis principis prolapſa atq; neglecta: ex hac arbore teſte Iulio Polluce de uocabulis rerum ad Commodum Cæſarem optime conficiuntur tibiæ ſane teſte Plinio libro.xxii.Qui lotum arborem tantum putant: Homero auctore argui poſſunt.Is eni inter herbas ſubnaſcentes deorum uoluptati lotum primam nominauit.

Lotophagi cum.t.exili &.ph.aſpirato ſcribitur:populi ſunt libyci. quorum quidam littora libyæ iuxta ſyrtes inhabitant.quidam uero magis ad auſtrum tendentes uſq; ad fluuium tritonia protenduntur.hi teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iii.uiuunt ex fructibus arboris loti:qui dulciores ſunt dactylis:ex quibus etiam uinum eos conficere dixit. Ad hos teſte Homero i odyſſea tempeſtate maris pductus acceſſit Vlyxes:a quibus in ſiciliam nauigauit.

Lucani cum.c.exili ſcribitur:populi ſunt inter campaniam:& brutium:ſiue inter appulos & calabros.Hi teſte Plinio libro.iii. naturalis hiſtoriæ i ſamnitibus originem habuerunt.

Lucrinus cū.c.exili ſcribitur:& eſt dictio latina denotans lacū cāpaniæ a lucro deducta:ut uidimus in dictione locrinus.

Luthum pro colore.Et inde lutheus luthea lutheum cum.th.aſpirato ſcribitur. Nam a λύθρον:quod eſt ſanguinolentum traductum eſt.Eſt eniȝ color ruber ſanguini conſimilis.Perſius:iam chlamydes regum:iam luthea cauſapa captas & inde lutheolus lutheola lutheolum: Vir.inbucolico: Mollia lutheola pingit uaccinia caltha.habetq; primam longam. At cum pro cœno ponitur & ſorde: abſq; aſpiratione ſcribitur:& habet primam breuem.Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam:Dum reddit:terrāq; luto ferit inteſtio.Verum & pro colore nōnulli latinum putant:& a luce nomen aſſumpſiſſe Gellius libro.ii. noctium atticarum.Lutheus contra ruffus color eſt dillucidior. unde eius nomen quoq; eſſe factum uidet̃.Sed magis placet græcū eſſe.& cū.th.aſpirato ſcribitur.

m

Macarius cum.c.exili:&.i.latino ſcribitur:fuit nomen uiri proprium:& interpretatur beatus.

Machaon cum.ch.aſpirato ſcribit̃:fuit teſte Homero libro.ii. iliados filius Aeſculapii:& frater Polidarii:ut in ea dictiōe uidebimus.Hic ob ſolertiā medicinæ artis cum aliis heroibus græcorum ad troiam e creta cōuocatus fuit. a quo Machaonius deducitur:ut Oui.libro primo de ponto:Vtq; machaoniis pæantius artibus heros Lenito medica uulnere ſenſit opem.

Maceria cum.c.exili.&.i.latino ſcribit̃. græcum multi eſſe uolunt. & a μακρᾶν: quod eſt longum deriuari.Nam parietes ſunt ex lapidibus abſq; cemento qbus ſepiri conſueuit uinea:qui non niſi longi eſſe poſſunt.

Machæra cū.ch.aſpirato:&.æ.diphthōgo in penultīa ſcribit̃:dicitur a noſtris ſica.culter.cutellus.gladius.Iuuenalis in ſatyra Et ſpes & ratio ait. Nam ſi pieria quadrans tibi nullus in arca Oſtendatur ames nomen uictūq; machæræ.

Maccabæus cum duplici.c.& in penultima cum.æ.diphthongo ſcribitur: nomē eſt barbarum:ſed a græcis ſic conſcriptum.

Macedonia cum.c.exili & abſq; aliqua diphthōgo ſcribitur: prouincia eſt i europa a Macedone filio Oſiridis teſte Deodoro ſicilio libro hiſtoriarum.i.cognominata.hæc anguſtos primitus terminos habuit.ſed uirtute ſuorum regum & gentis induſtria ſubactis finitimis ita ampliata eſt:quod de ea ſic Solinus ſcripſerit Qui edoni olim populi:quæq; mygdonia erat terra:aut emathium theſſalicuȝ q; erat ſolum: nunc omne uniformi uocabulo macedonica res eſt: factūq; corpus unum.Nanq; teſte Plinio libro.iiii.naturalis hiſtoriæ centum quinquagita populos tenuit.Quod ſane facit ad auctorum quorundam concordiam qui in eiuſmodi prouinciis deſcribendis diſcordare uidentur. At teſte Solino mecedoniam ab orienre præcingit thracius limes. meridiana theſſaliæ epirote tenēt ab occidente dardani ſunt & illyri. Qua in ſeptentrionem tendit: pæonia paphlagonia protenditur.

Macyberna cum.c.exili:&.y.græco ſcribitur: fuit teſte Herodoto urbs ſithoniæ: ut in ea dictione uidimus.

Machina cū.ch.aſpirato:&.i.latino ſcribit̃:naȝ græce dicitur μηχανή: qđ apud nos imuentionē indicat:& inde mechanicus cū.e.abſq; diphthōgo deducitur.

Macrocoſmus abſq; aliq̄ aſpiratiōe ſcribitur:& dicitur a noſtris longus mundus. Nā cōponitur ex μακρὸς:quod eſt longus:& κόσμος mundus.

Macrologia ſimiliter abſq; aſpiratione ſcribitur:& dicitur longus ſermo.

Macrobius ſimiliter ſcribitur:& dicit̃ lōgæuus.Nā βίος quoq; uita nuncupatur

Mactrochir ſecūda cū.c.exili:penultīa cuȝ.ch.aſpirato ſcribit̃:&.i.latino: dicitur a noſtris lōgimanus.Nā cōponitur ex macros:qđ eſt lōga & chir manus.

Mæander cum.æ.diphthongo ſcribitur:fluuius eſt phrygiæ: ut Ouidius libr.ix. metamorphoſeos. Non ſecus ac liquidis phrygius mæander in undis Ludit. & reliqua quæ de eodem ſcribit:& inde mæandrius: qui etiam pro nomine pprio ab Herodoto ponitur:& Polycratis amicus.

Mænalus cum.æ.diphthōgo ſcribitur:mons eſt arcadiæ teſte Plinio libro.iiii.naturalis hiſtoriæ altiſſimus & amœniſſimus: propinquus ad argos: ut dixit Liuius lib.iii.de bello macedonico:& refertus pinis:ut oſtendit Virgi.in bucolico cum ait:mænalus argutumq; nemus pinoſq; loquentes Semper habet.ſemper

paſtorum ille audit amores. Sed in plurali facit mænala in neutro genere: atq;
idem quod ſingulare ſignificat.

M ænades cū.æ.diphthongo ſcribiť: deſcēditq; a μαινομαι: quod eſt furio. Qua
re apud nos furioſæ ſeu inſanæ uſitatiori uocabulo mulieres ille dicebanť: que
Bacchi ſacra capillis ſparſis hinc inde curſitabant. Iuuenalis ĩ ſatyra credo pu
diciciam: Crinēq; rotant ululante priapo mænades. & Perſius: Baſſaris & lyncē
mænas flexura corymbis.

M æotis cum.æ.diphthongo &.t.exili atq;.i.latino ſcribitur: eſt ſcytharum maxīa
palus: quæ ex tanai ab aquilone in pontū defluit. & ut ait Virgili.li.georgicorū
iii. Puppibus illa prius patulis nūc hoſpita plauſtris. & alia q̄plura: de qua ple
niſſime Oui.lib.iii.triſtium epiſtola.x.

M æra cū.æ.diphthongo ſcribiť: fuit quarta Prœti filia ex Antia uxore.

M agnes cū.g.ĩmediate poſt.a.ante.n. ſcribitur: lapis ē attrahēs ferrū: cuius plu
res ſpecies Plenius cōnumerat.li.xxxvi.naturalis hiſtoriæ. Et eodē teſte ſic quo
q; appellatus eſt ab inuētore: ut auctor ē Nicander: & in ida primū comptus.

M agneſia eodē mō atq; p.i.latinū ſcribiť. regio eſt teſte Pli.lib.iiii.naturalis hiſto
riæ theſſaliæ annexa. Vnde & magneſii populi nominantur. Item & eodē noīe
urbs eſt in aſia: iuxta quā Scipio aſiaticus Antiochum regē pculit.

M agnetes eodē mō: ac p.t.exile ſcribiť: populi ſunt theſſaliæ in equeſtri certamīe
docti. de q̄bus Lucanus.li.vi.gentes theſſalicas deſcribens inquit. Et magnetes
equis minyæ gens cognita remis. hos & alio uocabulo magneſios uocitamus.

M agus cū unico.g.ſcribitur: uocabulū eſt perſicum id denotās: quod apud græ
cos philoſophus. & apud latinos ſapiēs dicitur. hos.galli dryiudas uocauere: ut
in ea dictione uidimus. Aegiptii uero in ea ſignificatione qua nos ſacerdotes: &
græci prophetas dixere. Indi gymnoſophiſtas græco uocabulo: & ſua interpre
tatione uocabant: ut ſimiliter in ea dictione uidimus. Babilonii nec non & aſſi
rii ſuos magos ſeu ſapiētes chaldæos uocauere. Itaq; Laertio teſte magi apud p
ſas deorum cultui maxime inſiſtunt. preces illis ac uota & ſacrificia offerūt. de
deorū ſubſtantia & generatione diſſerūt. Signa ſtatuaſq; reprehendunt. impro
bant illorū errores: q dicunt mares etiā & fœminas in deis imperiū eſſe. Dicunt
teſte Socione matri aut filiæ miſceri. Plenū eſſe demonū aera aſſerunt. cultum
& uſum auri interdicunt. his eſſe ueſtē candidā: lectū humū: æſcas olus: caſeū
panē. arundine uti p baculo. Hos magice eſſe diuinationis ignaros dixit Ariſto
teles in li.de magico. Quin & Zoroaſtrē ipſum. cui eius artis initia ac principa
tum tribuūt: Dion ex interpretatione eius noīs aſtrorū aſſerit fuiſſe cultorem
Duoq; eſſe apud illos pricipia bonū dæmona & malū. Vnum ex his Iouē quē
Horamaſdē: alterū Plutonē: quē Arinaniū uocant. Dixerūt teſte Eudoxo homi
nes reuicturos. eos fuiſſe antiquiores ægyptiis dixit Ariſtoteles libro de philoſo
phia. i. ab his fuiſſe gymnoſophiſtas Clearchus ſolēſis aſſeruit. Sed poſt hæc tra
ctu temporis hi tantūmō magi dicti ſunt: q ob facinorum magnitudinē uulgo
malefici appellantur. Nam & elementa ſæpe cōcutiunt: turbam mentes homi
num: & ſæpe ſine ullo ueneni haſtu: uiolentia tantū carminis interimūt: decē
te Lucano: mens hauſti nulla ſanie polluta ueneni: Incantata perit. Et Virgili.
in Damone: Carmina uel cælo poſſunt deducere lunā. Carminibus circe ſoci
os mutauit ulyxis. Frigidus in pratis cantādo rūpitur anguis. Et alia quæ ſta
tiʒ uidebimus. magos ergo ex Zoroaſtre perſa habuiſſe initium dicunt: quē ſex

milibus annorum fuiſſe ante Platonis mortē Pli.lib.xxxv.naturalis hiſtoriæ ex
teſtimonio Eudoxi pdidit. Hermodorus uero platonicus in libro diſciplinaruʒ
uſq; ad excidium troiæ teſte Laertio annos qnq; milia cōputauit. Sed unus hic
tantū Zoroaſtres fuerit: an poſtea: & alius nō ſatis cōſtare Plinius dixit. Et pau
lulum ſupra oſtendit eā artē: quē magicā dicimus: ab ipſo Zoroaſtre: ut omnes
auctores conueniunt in pſide ortum habuiſſe: q̄ ut ait fraudulentiſſima artiū
in toto terrarum orbe plurimis ſæculis ualuit. Et ſubdit ei auctoritatē maximā
fuiſſe: nemo miretur. q̄ ſola artium tres alias impioſiſſimas humanæ mentis cō
plexa: in unam ſeſe redægit. natā primo e medicina nemo dubitauit. hac ſpecie
ſalutari irrepſiſſe uelut altiorem ſanctiorēq; q̄ medicinam: ita blandiſſimis deſi
deratiſſimiſq; pmiſſis addidiſſe uires religionis: ad quaʒ maxīe alligatur huma
num genus. Atq; ut hoc quoq; ſuggeſſerit: miſcuiſſe artes mathematicas: nullo
nō auido futura de ſeſe ſciendi: atq; ea e cælo ueriſſime peti credenti. Ita poſſeſ
ſis hominum ſenſibus triplici uinculo in tantuʒ faſtigii adoleuit: ut hodie etiaʒ
in magna pte gentium p̄ualeat. & in oriēte regum legibus imperet. Sine dubio
illic orta in pſide a Zoroaſtre: ut inter auctores cōuenit. Et infra ſubdens idem
auctor pgit. Mirum hoc in primis duraſſe memoriā ardentēq; tā lōgo æuo cō
mentariis nō intercedentibus. p̄terea nec claris nec cōtinuis ſucceſſionibus cu
ſtoditam. Mirum eſt etiā in bello troiano tantum de ea pte ſilentium fuiſſe Ho
mero: & tantum opis ex eadem ĩ Vlyxis erroribus: ut totum opus nō aliūde cō
ſtet. Et ĩfra ſubdit: troianis itaq; tēporibus Chironis medicinis cōtenta eſt ætas
ſolo Marte fulminante. hæc ille. Sed q fuerint eius artis ſcriptores: aut quo ordi
ne ſucceſſerint: difficile eſt cōperire. putant qdā Orpheū thraca primitus intu
liſſe ad medicinæ profectum. Deinde mortua uxore Euridice: temptaſſe eam q
buſdā carmibus teſte Seruio ſup.iiii.georgi. Virgi. ad lucem reuocare. Quod qa
fecere nequiuit: finxiſſe poetas coniugem iam recæptam iterum necauiſſe dura
Plutonis lege: quin & id Virgilium ſenſiſſe confirmat: cum ait: Si potuit manes
arceſſere coniugis orpheus: cum arceſſere pprie euocantis ſit. Sed eius rei nō ĩ
exptem fuiſſe Orpheuʒ prſus exiſtimauit Plinius: ex eo tunc quoq; q̄ tota thra
cia magices fuiſſet. Sane nō thraciam: ſed theſſaliam ſolam in eo orbe eius uene
ficii infamem fuiſſe oſtendit Lucanus lib.vi.ſuæ pharſaliæ. Et Apuleius de ma
gia libro.i.&.ii. Quin & ipſe Plinius qui ait: Miror equidem illis theſſaliæ po
pulis famam eius artis tantā adeſſe: ut Neander quoq; litterarum ſubtilis illis ĩ
locis genitus: theſſalam cognominaret fabulam complexaʒ ambages fœminarū
detrahentiū lunā. q̄re primum de ea arte cōmentatum Hoſtenem putat: qui ut
ait maxime ad rabidem nō auiditatem mō eius ſcientiæ græcorum populos æ
git. Ita ut ſummā litterarum claritatem gloriāq; ex ea ſciētia peterent. hinc cer
te Pythagoras Emphedocles: Democritus: Plato: ad hāc diſcēdā nauigauere: ex
iliis uerius q̄ pigrinatiōibus ſuſcæptis. hanc reuerſi p̄dicauere. hanc in arcanis
habuere. dixit etiā Pli. Xerxē pſarum regem in ea uerſatum fuiſſe: & ut pgit dili
gentiores inqens ante hunc ponunt Zoroaſtrē alium pcōneſium: quē ego illū
puto. de quo Xantus lydius teſte Laertio inqt: a Zoroaſtre uſq; ad Xerxis tranſi
tum ſexcenti cōnumerantur anni. poſt quē plures magos ſibi inuicem ſucceſ
ſiſſe dixit idem Laertius: ut Hoſtanes: Aſtropſychos: Gobryas: Paratas: donec ab
Alexandro euerſum pſarum regnum fuit. cōcluſit ergo Pli. in eodem lib. medi
cinam & magiceʒ pariter eadē ætate effloruiſſe. illā Hippocrate: hāc Democrito

illuſtrantibus circa peloponneſiacum græcie bellum:quod geſtũ eſt a tricenteſimo noſtræ urbis ãno.hæc ille.ſubdens eã artem totum orbem peragraſſe:atq; trãſgreſſam oceanũ:& britãniã uſq; pfectã:quã ſuo tẽpe tantis cerimoniis celebrare dicit:ut dediſſe pſis uideri poſſit.nãq; & antiqoribus tẽporibus in italia fuiſſe oſtendit Home.in tota odyſſea.& cæteri poſt illum poetæ referentes Circem habitantẽ montẽ circæũ iuxta caietã:ex ea arte mirandos oſtendiſſe effectus:ut Virgili.in bucolico.Carminibus circe ſocios mutauit ulyxis.& li.æneidos. vii. Hominũ ex facie dea ſæua potentibus herbis Induerat circe uultus ac terga ferarum.Qua de re Aeſchylum antiquũ poetã græcum dixiſſe puto italiã herbarum potentẽ.unde etiã Virgi.in Moeri quædã de his talibus dicit:quæ lege foeliciter.Durauit etiã & hæc uenifica ars in italia p longa chriſtianorũ tempora. Ita ut tpibus Theodoſii iunioris chriſtianiſſimi pricipis dicat celeberrimus Auguſtinus li.xv.de ciuitate dei.Cum eſſemus i italia audiuimus quaſdã mulieres imbutas his malis artibus dato caſeo ſtatim homines in iumenta cõuertiſſe que ut alia iumenta neceſſaria quæq; portabãt:& finita opa iterum hoĩes ab illis reſtitui.quibus ut ait mens ſemp humana conſeruata fuit Quid non ne & Apuleius ipſe platonicæ ſectæ philoſophus hiſtorice ſcripſit ſe in aſinum apud theſſaliam ueneficiis cuiuſdam mulieris:dum p magicã fieri auis conaretur.cõuerſum fuiſſe:& tractu temporis in hominem reſtitutum atq; ſuæ metamorphoſeos librum ſcripſiſſe.Nonne etiam Plinius.Seneca:& Cicero certiſſime affirmarunt meſſes in uarios agros magorum præſtigiis traduci poſſe.Vnde etiam apud Virgiliũ in Moeri.Atq; ſaras alio uidi traducere meſſes.Ouidius etiã de ſine titulo inquit:Carmine læſa ceres ſterilem uaneſcit in herbã.Deficiũt læſi carmine fontis aquæ:Ilicibus glandes.cantataq; uitibus uua Decidit.& nullo poma mouente fluunt.Quãobrẽ dixit Pli.li.xxviii.romæ ſcriptum in.xii.tabulis:qui fruges excãtaſſet.& alibi qui malum carmen incantaſſet.Et a libi teſte Seruio neue alienam ſegetem pellexeris.Sed mirabiliora etiã ex hac arte patrata narrant poetæ.ut Medea apud Ouidi.lib.metamorpho.vii.Cum uolui ripis ipſis mirantibus amnes In fontes rediere ſuos:concuſſaq; ſiſto.Stantia cõcutio cãtu freta:nubila bello.Nubilaq; induco:uẽtos abigoq; uocoq;.Viuaq; ſaxa ſua cõuulſaq; robora terra.Et ſiluas moueo:iubeoq; tremiſcere mõtes.Et mugire ſolum maneſq; exire ſepulchris:Te quoq; luna traho.& reliqua.Tibullus etiam de maga locutus ait:Hanc ego de cælo ducentem ſidera uidi.Fluminis hec rapidi carmine uertit iter.Hæc cantu ſindiq; ſolum: maneſq; ſepulchris elicit. & tepido deuocat oſſa rogo.Cum libet hæc triſti depellit lumina cælo:Cum libet æſtiuo conuocat orbe niues.& alia complura:quæ ipſe & alii poete loquuntur:non ergo tam grauiter romanis legibus ars hæc plecteret̃:ſi non perniciosa & cum effectu multarum rerum cognita fuiſſet.Quare coactem & inuitã didonem iduxit Virgi.li.æneidos.iiii.cũ ait:Inuitẽ magicas accingier artes:ſane nõ oia quæ p eã mõſtrant̃ artem uera eſſe noſcuntur:ſed multa dæmonum illuſionibus oſtendunt̃:que ueridice facta minime fuerunt:ut hominem cõuerti i lupũ:aut i iumentũ:lunã trahi & ſimilia:quæ p humanorũ ſenſuum alterationem.qbus illi plurimũ pſunt:& nõ p uerum inducunt effectũ.Nã ſolum ea uere exeq poſſunt:quæ naturale uirtute ducunt̃:ſed cum rerum cognitiõe ex ingenii acrimonia & lõga expientia ac agilitate naturæ alterabilia facile cõiungere ualeãt:ea nõnunq̃ iducunt:quæ miracula hominibus eſſe uident̃: & non ſunt.Sed hæc hactenus.Nunc ad eius artis ſpecies tranſeamus: q̃rũ nõnullæ a romanis legibus pmittebant̃.M.Varro.li.vii.rerum diuinarũ q̃ttuor tantũmõ ſpecies aſſignauit.pyromantiã:aeromantiã:hydromantiã:& necromantiã.pyromantiã illã uocitauit:q̃ p ignẽ diuinare cõſueuit:Nã pyr ignis:& mantia diuinatio a græcis dicitur.hæc inſpicit qd fulgur qd fulmen qſq; ignis ſignificet.p quẽ modũ Cicero.uxor eũ ſequenti ãno futurũ cõſulẽ diuinaſſe dicitur:qa cũ poſt pactũ ſacrificiũ quædã in cineribus cõſpicere uellet:flãma repente exiluit ut ipſe li.de diuinatiõe deſcripſit.iuxta qd' Virgi.in Damone: Aſpice corripuit tremulis altaria flammis Spõte ſua:dum ferre moror:cinis ipſe bonum ſit.& Tanaquil Tarqnii priſci uxor uidens flammã lambere Seruii Tullii caput dixit teſte Liuio li.i.ab urbe futurum ut puer unica fieret ſalus regis in rebus dubiis. & regnum illi pdixit.Simili mõ poſt captam troiã diſceptãte Aenea de fuga cũ Anchiſe patre flammula quædã appuit uerticem lambens Aſcanii: & nullã illi inferens læſionẽ:quæ cũ regnum Aſcanio futurum portẽderet:diſcedere pſuaſit.Aeromantia ea diuinatio erat:quæ in aere fieri uidebatur:ut auiũ auſpicia: auguriaq;:& uentorũ aut grandiũ iſuetæ pcellæ.Quẽadmodũ etiã teſte Pli.li. ii.na.hiſto.relatũ ẽ in monumenta.M.Actilio:&.C.Portio.coſſ.lac & ſanguinẽ pluiſſe:qd' ut alii ferunt ſequenti anno peſtẽ ualidã romam inuaſurã pnunciauit.Tẽpore etiã quo Hannibal lacerabat italiã teſte Li.de.ii.bello pũico aquæ ſanguini pmixtæ e cælo ceciderunt in modũ pluuiæ.& li.viii.de bello macedonico anno inqt:quo deceſſit Hannibal p biduum pluit ſanguis.Itẽ teſte Pli.eo. li.ii.ferrũ in lucanis:anteq̃.M.Craſſus in pthis itereptus eſt pluit.oẽſq; deinde lucani milites:quorũ magnus numerus in exercitu erat: cum eo iterfecti ſunt. Et ſubdit: Effigies ferri q̃ pluit ſpongiarum ferro ſimilis erat etiam.L.Paulo:& C.Marcello cõs.lana:ut idẽ inqt auctor circa caſtellum cariphanum pluit. iuxta qd' poſt annum Titus Mamilius occiſus ẽ.Et ſubdit armorum crepitus & tube ſonitus auditos e cælo cĩbricis bellis accæpimus.Tertio uero cõſolatu Marii a mamertis & tuderdis ſpectata arma cæleſtia ab ortu occaſuq; iter ſe cõcurrentia:& ſimilia plura:q̃ diuerſis tẽporibus cõtigerunt.ex qbus ſemp aliqd pdiuinatum fuit.Hydromantia uero diuinatio illa ẽ:quæ in aq̃ cõcipitur:ut teſte Varrone uidit puer in aq̃ Mercurii effigiẽ:quæ centum qnq̃ginta uerſibus omnem mithridati belli euentum pnunciauit:& ſimilia quæ multa ſimiliter fuiſſe cõſpecta iã legimus.Necromantia ẽ p mortuos diuinatio νεκρῶν enim.i.mortuorum:& mantia diuinatio.ut Ericto apud Lucanum li.vi.mortuum ſuſcitans euentum belli pharſalici.Sexto Põpeio pdixit.Verum & a nõnullis aliis plures ſubduntur diuinationum ſpecies.& chiromantia quæ p manuum inſpectionẽ diuinat.Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiam:Frontẽq; manũq; præbebit Vati Geomantia quæ ex terræ cõcuſſionibus & apitionibus diuinare cõſueuit: q̃ſi ſit terræ diuinatio.Haruſpicina & ſacrificiis animaliũ & extis diuinat.Iuuena. in præfata ſatyra: Armenius uel comagenus haruſpex Pectora pullorum rimatur & exta catelli.interdũ & pueri.Et ut uult Donatus in cõmento phormi.haruſpex cum aſpiratione ſcribit:& a fari quæ inſpicit ſeu inſpexit dicitur: q̃ſi faruſpex:ita ut.f.digamma in aſpirationeʒ fuerit cõuerſiam ſecũdum ea: quæ ſupra circa horum cõmentariorum initia monſtrauimus.Arioli a ſacrificiis aræ ſup impoſitis diuinare ſatagebant:unde & nomen aſſumpſere. Sed præ cæteris auguria & auſpicia lege pmittente:imo & in publicis negociis iubente a romãis

obſeruabãtur:& augures illi dicebantur:qui ex auium garritibus & uolatibus
diuinabant.cõtra quos acrianum illud eſt:quod refert Gellius li.xiiii.noctium
atticarum:Nihil inquit credo auguribus:qui aures uerbis diuitant alienas:ſu-
as ut auro locupletent domos.ſed horum initium & ꝓgreſſum uidebimus ĩ di-
ctione Tages:Auſpicium uero dicitur uel a paſtu:uel ab inſpectione auiũ. Sed
quia conſul antequã iret in expeditionem capiebat auſpiciũ.hinc factum ẽ: ut
dicamus auſpicio ductum.antequaꝫ principio quæ a ſolo duce capiuntur. Et
hinc auſpicari non modo auſpicium capere:ſed & incipere dicitur.Nec ĩ bonã
tantum partem:uerum in malam quoq;:ut apud Plinium nepotem. At homo
infœliciter natus manibus pedibuſq; deuinctus animal cæteris imperaturũ:ab
auſpiciis uita auſpiratur:ſed æ̃læ̃rũq; in bonum accipitur:ut apud Terentiuꝫ:
Haud auſpicato me huc attuli.i.non fœliciter:quaſi auſpiciis repugnantibus.
quod melius Quintilianus ipſe declarauit in declamationibus:cuꝫ de Achille:
ut opinor locutus.qui ad mortem:quã dii futurã denuntiauerant: cupiditate
ulciſcendi Patrocli ruebat.ſic ait.Eant cũ antiquarũ conditores fabularuꝫ pœ-
tæ:& ſe ad exhortandũ aniciciæ fidẽ magna quædã cõpoſuiſſe carminibus pu
tent:ſi dixerint aliquos ꝑ maria terraſq; aſperiorem fortunam amicorum cauſa
ſecutos:aut principẽ græciæ uirũ in ultionẽ interfecti amici inauſpicata bella
geſſiſſe.& alibi.lib.ix.de inſtitutione oratoria.Itaq; ut apud illos Homerus : ſic
apud nos Virgi.auſpicatiſſimum dederit exordiũ.Dicebat̃ etiam auſpex qui p̃
erat celebrandis nuptiis:quia auſpiciũ ꝓ nuptiis capere ſolebant. Iuuenalis in
ſatyra Oĩbus in terris.Veniet cũ ſignatoribus auſpex & adhibebat̃ hic ꝓ parte
mariti:ut ꝓnuba quæ præeſt & ipſa nuptiis celebrãdis ꝓ uxore: ut uidebimus
in dictione paranymphus.Aliquando etiaꝫ auſpex magis proprie accipitur ꝓ
eo:qui dux ẽ militiæ.ut apud Horatiũ li.i.carminuꝫ. Nil deſpirandum teucro
duce:& auſpice teucro.Præter hos autẽ & alii ſunt peiores malefici:ut ſpecula-
rii qui in ſpeculis & terſis corporibus:uti ſunt enſes pelues & ſimilia: futura ſe
poſſe prædicere prædicant.Phytonici ſimiliter & dicũt̃.quos phytonicus ideſt
Apollinis ſpiritus replet.& loquẽdo futura prænuntiant.Præſtygiatores cum
t.exili ſequẽte.y.græco ſcribitur.& a ſtyge:in qua ſunt tenebræ componitur.hi
eni humanis ſenſibus tenebras & fantaſmata incutiunt.Geneathliaci ſunt qui
ex die natiuitatis fortunam hominis ac ſucceſſum etiam in ſingulis actibus p̃-
nuntiare ſe poſſe iactãt.Iuuenalis in præfata ſatyra:Si prurit frictus ocelli.An
gulus in ſpecta geneſi collyria poſcit.His ſimiles ſunt:qui mathematici uocitã-
tur:quos teſte Gellio gentilitio uocabulo chadæos dicere oportebat.Et ut Iuue
nalis ait:Nemo mathematicus genium indemnatis habebit. Ex iſtis hi ſunt: q
aſtrologi nominantur:non ſolum ex aſtrorum naturali curſu futura prædi-
centes:ſed & minuta quæque ex aſtris ſe poſſe prædicere promittunt: ut conſi
lia ipſa hominum:arbitria & uarias uoluntates:appetitioneſq; & declinationes
& fortuitos repentinoſq; in leuiſſimis rebus animorum impetus: receſſuſq; mo
ueri agitariq; deſuper e cælo creduut.Ita ut ex neceſſaria quadam ſiderum er-
rantiun reciprocatione:eiuſmodi talia contingere pertinaci fronte aſſerant. Et
hi cæteris uaticinantibus præſtare uidebantur.Vt Iuuenalis in eadem ſatyra.
Sed maior erit fiducia quicquid Dixerit aſtrologus.credunt a frõte relatũ Am-
monis.Sortilegi ſunt qui per ſortes futura prænuntiare ſe credunt.Prodigiato
res qui ex prodigio futura prænuntiant.Sed teſte Seruio ſuper.ii.æneidos ĩ lõ-
gum tempus dirigit ſignificationem. Vnde explanauit aliqui prodigium dici:
quaſi procul elogium.Sed cum omnia hæc:& ſimilia cum ex ſapientiſſimis an-
tiquis:tum ex chriſtiana religione uana & deceptoria fuiſſe claruerit.Reliquuꝫ
eſt ut ab omnibus quoq; abiiciantur:& abominentur.

Maia cum.i.latino ſcribitur:& apud græcos eſt diphthongus αι:ſed apud noſtros
diuiditur:ut in antecedentibus uidimus. Fuit atlantis filia ex Pleione cõiuge:
& mater Mercurii:quam ſolam præ cæteris iouis pellicibus Iuno adamauit: ut
uidimus in dictione Mercurius. Ab hac nonnulli antiqui uoluerunt menſem
maii denominatum:id maxime ex eo probantes: ꝙ illo menſe mercatores omẽs
Maiæ pariter & Mercurio ſacrificabant.Sed ut rettulit Macrobius in primo Sa
turnaliorum Cornelius Labeo dixit eam maiam:cui menſe maio res diuina agi
tur:terrã eſſe hoc adeptam nomen a magnitudine:& ipſam eandẽ bonam deaꝫ
eſſe ex ipſo occultiori ritu ſacrorum faunaq; & opem & fatuã pontificum libris
indicari.Bonã ꝙ omniũ nobis ad uictum bonorum cauſa eſt.Faunam ꝙ omni
uſu animatium fauet.Opem ꝙ ipſius auxilio uita cõſtet.Fatuam a fando ꝙ in
fantes partu editi nõ prius uocẽ edunt:ꝗ attigerint terram. Hæc apud græcos
ut idẽ aſſeruit Macrobius θεὸσ λυναικεια dicitur:quã Varro Fauni filiã tra-
didit adeo pudicam:ut extra γυναικωνιτην.i.gynecium nunq̃ ſit egreſſa.nec
nomen eius in publico fuit auditum:nec uirum unq̃ uiderit:uel a uiro uiſa ſit
propter quod nec uir templum eius ingreditur.Vnde Iuuenalis cõqueſtus de
turpitudinibus fœminarum ſui tẽporis inq̃t in ſatyra Credo pudicitiam: Nota
bonæ ſecreta deæ:& poſt plures uerſus oſtendit non licere uirilis ſexus figuraꝫ
in eo templo deſcribere:aut maſculum murem adeſſe.

Malachias cum.ch.aſpirato:&.i.latino ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

Malagma cum unico.l.&.g.ante.m.ſcribit̃.Id dicitur cuꝫ res dura ꝑ admixtionẽ
alterius rei in mollẽ eſt redacta.& deriuat̃ a μαλακια:quod ẽ molicies.adde q̃d
malua herba eſt.ideo ſic dicta ꝙ molliat alluum ut ait macer.dixerunt maluaꝫ
ueteres ꝙ molliat aluum unde Martialis utere lactucis & mollibus utere mal-
uis.Nam faciem durum phœbe cacantis habes.

Melea cum unico.l.&.e.abſq; diphthongo ſcribit̃:naꝫ licet apud græcos ſit ει diph-
thõgus:tamen abiecto.i.ꝑ ſolam.e.ꝓductam a nobis ſcribitur: atq; eius prima
corripitur.ut Homerus li.odyſſeæ.ix περι γναμπτον μαλειαν.Et ut ibidem
oſtendit Homerus ꝓmõtorium eſt laconiæ:quod teſte Seruio ſuꝑ quintũ ænei
dos ꝑ.l.miliaria in mare ꝓtenditur:ubi unda adeo ſæua eſt:ꝙ pſequi nauigan-
tes appareat:dicente Statio li.vii.thebaidos:Et rauce circũ ſonat ira maleæ.Vir
gi.lib.v.Ionioq; mari maleæq; ſequacibus undis:id eſt pſequentibus.Aſſumpſit
q; nomen a Maleo argiuorum rege.q ſuꝑ illo ſumptuoſiſſimum etiam Apollini
templum cõſtruxit:quod maleoticum dixit.

Maliea cum unico.l.&.i.latino ſcribitur:urbs fuit iuxta theſſaliam: cuius populi
maliees:& mare maliacum uocitatur.

Malimnus cum.i.latino:&.m.ante.n.ſcribit̃:ponitur a Theocrito ſiciliæ mons.

Mandane abſq; diphthõgo ſcribitur:fuit Aſtyagis filia:quã teſte Herodoto lib.hi-
ſtoriarum.i.pater in ſomnniis tantum minxiſſe uidit: ut omnẽ eius ciuitatem
repleret.hæc Cambyſæ perſæ nupſit:ex qua natus eſt Cyrus:

Mantia cum.t.exili:&.i.latino ſcribitur:eſt tamen apud græcos ει diphthõgus in
penultima:& dicit̃ a noſtris diuinatio:& mantis diuinus uel uates quæ omnia

ſimilia per.t.exile ſcribuntur ut Necromantia:Chiromantia: Pyromantia:Hydromantia:& ſimilia.

Manto cum.t.exili ſcribitur:fuit Tireſiæ uatis thebani filia:quæ poſt thebanorũ clades:ſeruitutem primo ſub Creonte:poſtea ſub Theſeo:quin & poſt patris interitum ad diuerſa loca diffugiens:primo in aſiam uenit:in cuius littore lebedon & clarii Apollinis fanum ſtruxit:deinde italiam ueniens:sociis ſuis græcis mantuam oppidum condidit. Sed cum interim ex Thyberino tuſco rege Ocnus ei natus eſſet:qui & Bianor deinde cognominatus fuit:& ad ipſum oppidũ tuſci quoq; & ueneti confluerent:circumdedit Ocnus oppidum muris:& in aliam formam redægit.Quin & a matre mantuam appellauit : dicente Virgilius libro æneidos.x.

Ille etiam patriis agmen ciet ocnus ab oris.
Fatidicæ mantus:& tuſci filius amnis.
Qui muros matriſq; dedit tibi mantua nomen. Verum cum manto diuina fuerit:ab ea mantiam.ideſt diuinationem deduci q̃plurimi putauerũt.& teſte Priſciano in ſexto declinatur hæc Manto huius mantus.Inducit uerſum Virgilii quem modo uidimus.

Mantua cum.t.exili ſcribitur:ciuitas ẽ ĩ uenetia galliæ ciſalpinæ cõdita ab Ocno Mantus filio:ut in præcedenti dictione uidimus.

Mantius cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit melampi filius ex Iphianaſſa filia Prœti.Ex qua teſte Homero libro.xv.odyſſeæ duos filios genuit Polyphicleum & Cletum.

Manichei cum.i.latino &.ch.aſpirato:atq;.æ.diphthongo in penultima ſcribitur fuerunt hæretici quidam:qui ab auctore hæreſeos manichæo ſic quoq; cognominati fuerunt.

Mapalia cũ unico.p.atq; unico.l.&.i.latino ſcribit̃.Vocabulũ eſt aphrũ. De quo Hieronymus ſup amos:agreſtes inquit caſas & furnorũ ſimiles aphri appellant mapalia.Eadẽ & magalia eſſe dixit Seruius ſup.iii.æneidos:ubi ait Virgi.miratur molẽ æneas magalia quondam:Et in eodem lib. Vt primũ allatis tetigit magalia plantis.ubi magalia primã produxit.Sed mapalia primam corripit:ut idem.
Et raris habitata mapalia tectis.

Marclylas cum.y.græco ſcribitur:fuit latro quidam in ſilua dodonæa.

Maræa penultima cum.æ.diphthongo ſcribitur:ciuitas fuit æthiopiæ.

Mardoneus cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſeptimo Gobryæ filius ex ſorore Darii:qui primum Xerxem Darii filium ad bellum cõtra græcos incitauit.

Marathon cũ.th.aſpirato ſcribit̃:fuit ciuitas atticæ:diſtans ab athenis paſſus circiter.x.milia:in cuius cãpis Artaphernes & Dathis Darii pſarũ regis præfecti cũ centũ milibus peditũ &.x.milibus eqtũ:ab athenienſibus ſolũ.x. milibus armatis cõſilio & induſtria milciadis pfecti pfligati ſunt:& adeo pterriti:ut nõ caſtra:ſʒ naues petierit:ut late deſcripſit Hero.li.hiſto.vii. Quæ oĩa cõtigerunt teſte Gellio ãno duodecimo & ſexageſimo poſt urbẽ conditam.

Marathõ cum.th.aſpirato ſequẽte.r.ſcribitur:& dicit̃ a noſtris fœniculũ.ſed græco uocabulo Plinius & alii nõnulli ſæpe utuntur.

Mariandyni ſecunda cum.i.latino.& penultima cum.y.græco ſcribitur : populi ſunt teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo iuxta pontum.olim ſub tyrannide Crœſi.

Maris cum.i.latino ſcribitur:fluuius eſt teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iiii.agathyrſorum in iſtrum defluens.

Marſi cum.i.latino ſcribitur:populi ſunt in italia.nõ multum ab urbe lõginq.de qbus Pli.li.vii.&.xxiii.naturalis hiſtoriæ ait:Gens marſorũ a marſo Circes filio ortum habuit.iõq; marſis ui quadam genitali aſſerit datum eſſe:ut nõ ſolum a ſerpentibus ſint illæſi:ſed ſerpentum ſint ipſi domitores. & incãtationibus: atq; herbarum ſuccis faciunt miracula madelarum. Alii ſunt teſte Herodoto lib.hiſtoriarum.iiii.eodem nomine populi ſcythiæ:quæ eſt in aſia.

Marſya cum.y.græco ſcribitur:& apud nos terminatur in.a.quæ apud græcos in as.deſinit:habetq; accentum in prima:fuit uir quidam: qui cum Mineruæ ſonoram tibiam comperiſſet:& afflatam pulchrum habere ſonum ſenſiſſet: cœpit inter nymphas pulſitare.Vnde ex ea iam arte ſuperbus effectus. teſte Ouidio libro ſexto faſtorum.
Prouocat & phœbum.phœbo ſuperante pependit.
Cæſa receſſerunt acute membra ſua.Idẽ & latius lib.vi.metamorphoſeon enarrauit.Ob quod inqt Iuuenalis ad Neuolã : Occurritis fronte obducta ceu marſya uictus.ſic ergo a phœbo excoriatus & uictus:dicit̃ a poetis cõuerſus ĩ fluuiũ ſui nominis:q teſte Liuio li.vii.de bello macedonico a celenis phrygiæ ciuitate.nec pcul a meandri fontibus oritur.Quin & ipſum meandrũ cadit:dicente Lucano li.iii.Qua celer & rectis deſcendens marſya ripis Errantẽ meandron adit mixtuſq; refertur:& reliqua.Solinus uero nõ a celenis:ſed ab apamia magis dicere uidetur.Quã ſane diſſonantiam ſoluerat Pli.li.vi.naturalis hiſtoriæ:cũ ait Apamia quæ prius celene dicta eſt.Iuxta hunc fluuium:teſte Herodoto circa finem libri qnti ſuarum hiſtoriarum:Perſeæ & cares grande prœliũ inierunt.

Marmaridæ cum.i.latino ſcribitur.populi ſunt aphrorum:teſte Plinio libro quinto naturalis hiſtoriæ: & egypto contermini : qui & uſq; ad maiores ſyrtes protenduntur.

Martyr cum.t.exili:&.y.græco ſcribitur: & nonnunq̃ more græco cum.ſ. in fine terminamus:dicitur a noſtris teſtis.

Martha cum.th.aſpirato a græcis ſcribitur:nomen eſt hebreæ fœmine pprium.

Marpiſſa cum.i.latino & duplici.ſ.ſcribitur:fuit teſte Homero libr.ix.iliados filia Eueni & ſpecioſa inter paucas nymphas:uxorq; Idæ omnium illius ſæculi uirorum formoſiſſimi.fuitq; mater Cleopatre pulcherrimæ fæminæ & amãtiſſime uxoris Meleagri.Et ut ſubdit idem Homerus cum eadem raperetur ab Apolline eius uir Idas arcu ſagittiſq; ſumptis Apollinem inuadere nõ dubitauit.Quã poſtq̃ rapta eſt parentes Halcyonem cognominauerunt:quod mater eam domi deflebat ſortita luctuoſum ac flebile Halcyonis fatum.

Marpeſia cum.e.abſq; diphthongo:& unico.ſ.atq;.i.latino ſcribitur: mõs eſt teſte Seruio ſuper ſexto æneidos in inſula paro.de quo Virgilius. Quam ſi dura ſilex aut ſtet marpeſia cautes.

Maſaniſſa prima cum.a.ſecunda ſimiliter cum.a.poſt unicum.ſ.penultima cuʒ i.latino ſubſequenti duplici.ſ.ſcribitur:non enim primum.ſ.aliquo pacto duplicari potuit:ut ignari quidam ſyllabarum uoluerunt:cum eius prima a poetis breuis ponatur.Ouidius libro ſexto faſtorum.
Poſtera lux melior ſuperat maſaniſſa ſyphacẽ.

Et cecidit telis haſtrubal ipſe ſuis: At uero ex noſtris conſueuere quidam ſecun
dum.a.in.e.cõmutare:ac dicere Maſeniſſam.Nonnulli uero in.i.ſed melius eſt
more græco p.a.quanquam barbarum ſit uocabulum. Fuit Galæ numidaruꝫ
regis filius:cui ſuccedens in regno primo romanis capitalis hoſtis fuit: deinde
amiciſſimus effectus uſque in finem ꝑſeuerauit.De quo omnia Liuius de ſecũ-
do bello punico:& maxime libro.vii.

Maſſagetæ cum duplicato.s.&.t.exili ſcribitur:diciturq; in ſingulari maſſagetes:
ſunt teſte Plinio libro vii.naturalis hiſtoriæ nobiles populi ſcythiæ aſiaticæ.Hi
cum ꝑ deſerta diſcurrunt:ſanguinem ſuorum potant equorum dicente Lucão
in libro.iii.Longaque ſarmatici ſoluens ieiunia belli.

Maſſagetes quo fugit equo:uolucreſq; geloni. Et Claudianus in Rufinum: Et q
cornipedes in pocula uulnerat audax Maſſagetes.De quibus late ſcripſit Hero-
dotus libro hiſtoriarum.iiii:

Maſſilia cum duplicato.s.atq;.i.latino utrobiq;:& unico.l.ſcribitur:urbs eſt iſinu
galliæ tranſalpinæ:ſeu teſte Solino in narbonenſi ꝓuincia:a phocenſibus quõ
dam fugatis ꝑſarum aduentu quadrageſima quinta olympiade cõdita fuit.Iu
ſtinus uero libro.lxiii. inquit:Phocẽſes coacti exiguitatẽ terræ:mare curioſius
exercebãt piſcando mercando:plærũq; latrocinio maris: quod illis temporibus
decus erat:uenientes in ſinum gallicum ad hoſtium amnis rhodani: cuius loci
amœnitate capti:reuerſi domũ ſollicitauere plures.Qui tandem duce Proto ue
nientes:maſſiliam condidere:ut idem late proſequitur.

Maſſylia cum duplicato.s.atq;.y.græco ſubſequente:& penultima cũ unico.l.&.i
latino ſcribitur.nõnulli uero illud.y.græcũ in.u.noſtrum cõuerterunt:& maſ
ſuliam uocauerunt.Quod ſæpe fieri in antehabitis oſtendimus.Hæc teſte Ser-
uio ſup.iiii.æneidos mediterranea eſt beronicæ ciuitatis libyæ:unde haud lon-
ge ſunt horti heſperidum:& mons atlas.dicente Didone apud Virgili.eo.in li.
Hinc mihi maſſyliæ gentis monſtrata ſacerdos.
Heſperidum templi cuſtos epulaſq; draconi.
Quæ dabat.& ſacros ſeruabat in arbore fœtus.Martialis in.x. Non mea maſſyli
lius ſeruat pomaria ſerpens.Ab hac teſte eodem Seruio ſup ſextum æneidos po
puli dicti ſunt maſſylii: quos alio nomine mauros dicimus. Liuius uero libro
octauo de ſecundo bello punico nõ mauros ſed mauris affines dixit.Hos fuiſſe
ualidiſſimos teſtaẽ Pli.li.v.naturalis hiſtoriæ.Ipſi quoq; neque ſellam neq; fræ
na quærẽtes:ſꝫ ſola uirga cõtẽti ſuos uelociter equos exagitãt: dicẽte Lu.li.iiii.
Et gens quæ nudo reſidens maſſylia dorſo.
Ora leuit flectit frænorum neſcia uirga.Sed hanc genteꝫ bellis fuiſſe extinctaꝫ
dixit Plinius præallegato libro.

Maſſulii cũ duplicato.s.ſequente.u.uocali:& unico.l.ſcribitur:populi ſunt: qui
& maſſylii cũ.y.græco ſcribunẽ:ut præcedenti in dictione uidimus.

Maſtiche cum.t.exili:ſubſequente.i.latino:&.ch.aſpirato ſcribitur: genus eſt gũ-
mi.& teſte Plinio libro.xii.naturalis hiſtoriæ gemma eſt. Laudatiſſima autem
chia:quæ & candida eſt.

Mathematica ſecunda cũ.th.aſpirato:& abſq; diphthongo:reliquæ ſine aſpiratio-
ne ſcribuntur:dici poteſt latine diſciplinalis.ad diſciplinam enim mathemati-
cæ maxime ſpectant:ut geometria.arithmetrica:muſica: & aſtrologia:ſed alia ẽ
ſupſticioſa:de qua in dictione magus uidimus.

Matuta abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:ponitur ab Homero pro aurora:unde te
ſte Priſciano matutinus deriuatur.A nonnullis uero græcis λευκοτέα id eſt al
ba dea uocatur.

Matthæus cum duplici.t.ſecundo aſpirato:ſubſequente.æ.diphthongo ſcribitur
nomen eſt hebræum & uiri proprium.

Mauritania cũ.t.exili:&.i.latino ſcribiẽ:nomen eſt regionis cuiuſdam in aphrica
deductũ a μαύρον:qđ eſt nigrum:eo ꝙ nigros colonos habeat.Eſtq; in ultimo
aphricæ uerſus gaditanũ fretum:& occidentale oceanum.gignitq; ſimias: dra-
cones:ſtruchiones:& olim plena elephantibus fuit:quos iam ſola india gignit.

Mauſolus prima cum au diphthongo:ſequens cuꝫ unico.ſ.&.o.uocali:ultima cũ
unico.l.&.u.uocali ſcribitur:ſic græci:ſic Cicero:ſic Pli.& Gellius pro proprio
uiri nomine ſcribunt.At uero poetæ noſtri cum pro monumẽto accipiunt: in-
ter.ſ.&.o.interponere unum.e.conſueuerunt:& dicere mauſeolum: ut id Karo
li mei arretini:Nunc caria antiquo fuerit ſpoliata ſepulchro.
Vel mauſeoli nobilis extet opus.Naꝫ fuit eo nomine dictus maritus Arthemiſiæ
cariæ rex:cui iam mortuo amantiſſima uxor nobile ſtruxit ſepulchrũ:& de ma
riti nomine mauſeolum uocauit:ut Martialis li.x.epigrãmatum:Marmora par
ua qdẽ:ſed nõ ceſſura uiator Mauſeoli ſaxis pyramidumq; lege. Quandoq; ue-
ro & pro ſepulchro addiderunt nõnulli poetæ ante ſyllabam eius dictionis ulti
mam in plurali alterum.e.& dixerunt mauſeoleaꝫ:ut idem Martialis li. epigrã
matum.i.Aere nec uacuo pendentia mauſeolea. Et Lucanus li.viii. Pyramides
claudant idignaq; mauſeolea.Sane id opus teſte Pli.li.xxxvi.naturalis hiſtoriæ
inter ſeptẽ miracula cõputatur. Quod maximi eius tẽporis ſculptores Scopas
Bryas:Tinotheus:& Leochares pariter cælauere.patetq; ab auſtro & ſeptẽtrione
ſexagenos ternos pedes:breuis a frontibus: toto circuitu pedes quadringentos:
undecim attollitur in altitudinem.uigintiquinq; cubitis cingitur columnis tri
ginta ſex.ab oriente celauit ſcopas:a ſeptẽtrione Bryas:a meridie Timotheus:ab
occaſu Leochares:& ut ſubdit priuſq̃ ꝑagerent: regina Arthemiſia: quæ mariti
memoriæ id opus extrui iuſſerat obiit.nõ tamen ſculptores illi receſſerunt niſi
abſoluto.id gloriæ ipſorum temporum artiq; monumentũ iudicantes: ſed ante
mortem regina Arthemiſia teſte Gellio li.x.noctium atticarum monumentum
illud diis manibus ſacris mauſoli dicauit.fecitque agona.i. certamen laudibus
eius dicundis & premia poſuit pecuniæ aliarumq; rerum bonaruꝫ ampliſſima
ad eas laudes decertandas ueniſſe dicuntur uiri nobiles:ingenio atq; lingua ꝑ-
ſtabili Theopompus:Theodoctus:Naucrites.Sunt etiã q Iſocratem ipſum cum
his certauiſſe memoriæ mandauerint:ſed eo certamine uiciſſe Theopõpum iu-
dicatum eſt. Is fuit Iſocratis diſcipulus:& ut idem Gellius teſtatur extat nunc
quoq; Theodocti tragœdia:quæ inſcribitur:Mauſolus:in qua eum magiſq̃ in ꝑ
ſa placuiſſe Iginius in exemplis refert.

Mazares cum.z.conſonante ſcribitur:fuit Cyri miles.

Mechanicus ſecunda cum.ch. aſpirato: ultima cum.c. exili ſcribitur:dicitur ui-
lis artifex.

Meciſteus abſq; aſpiratiõe aliq̃ &.i.latino atq; eu diphthõgo in fine ſcribitur. fuit
teſte Homero li.viii.iliados:filius Echii:& ex ſociis Aiacis thelamonii.

Medea abſq; aliq̃ diphthongo a noſtris ſcribitur:licet in penultima apud græcos
ſit.ei.diphthõgus:ſed nos abiiciẽtes.i.ſolũ.e.ꝓductã retinemus. fuit filia Oetæ

regis colchorum ex Hypſea cõiuge: quæ Iaſonẽ ſecuta: ab illo deinde ob Creuſã Creõtis corinthioruꝫ regis filiã abdicata fuit. ex quo furiis exagitata filios: quos ex Iaſõe ſuſcæpat interfecit: atq; athenas aduolans Aegæo rege annoſo nupſit. ex quo filium ſuo nomine Medum ſuſcæpit. ſed cum deinde Theſeus Aegæi ex priori uxore filius a lõga pegrinatione rediſſet: uidens illũ Medea teſte Iuſtino li. xlii. magnæ uirtutis uirũ: & Medũ filiũ iſantẽ eſſe: ac maritũ ſenẽ ab Aegæo p diuortiũ diſceſſit: & in aſiam cũ filio deide prexit: atq; ibi urbẽ condẽs: ab eius noie mediã dixit. A qua tota deinde regio media dicta fuit. Hæc eadem a poetis nõnũq̃ dicta eſt Phaſides: ut ĩ dictiõe phaſis uidebimus. A Medea etiam madeides deriuat᷑. Oui. li. ii. de arte amandi. Nõ faciẽt ut uiuat amor medeides herbæ

Media cũ. e. abſq; diphthongo ſcribit᷑: regio eſt in aſia cõtermina aſyriæ & perſiæ: atq; mari hircano: ſic quoq; cognominata a Medo Medeæ filio.

Medon cum. e. abſq; diphthongo ſcribitur: fuit teſte Homero libro ſecũdo iliados filius nothus Oilei ex matre Rhena.

Medeſicaſtes abſq; aliqua aſpiratione uel diphthongo ſcribitur: fuit teſte Homero filia notha Priami.

Mediſtuticus abſq; aliqua aſpiratione a græcis hiſtoricis trãſlatuꝫ comperi: nomẽ eſt magiſtratus qui in campania ſũmus habebatur.

Meduſa abſq; aliqua diphthongo: & cum unico. s. ſcribitur: fuit filia Phorci ex Cetho coniuge. De qua plene uidebimus in dictione pegaſus.

Megæra prima cum. e. abſq; diphthongo: ſecunda cum. æ. diphthongo ſcribit᷑: cũ profuria ponitur. primanq; ſemper corripit: & ſecundam producit. Virgilius libro duodecimo æneidos.

Dicuntur geminæ peſtes cognomine diræ.
Quas & tartaream nox intempeſta megæram:
Vno eodenq;. tulit partu. Et alibi: Furiali a ſede megæra. Claudianus ſimiliter de laudibus Stiliconis inq̃t: Improba mox ſurgit triſti de ſede megæra.

Megara prima cum. e. abſq; diphthongo: ſequens cum. g. ſequente. a. ſcribitur: & primã ſemp producit: ac ſecundam corripit. Fuit filia Creontis dicente. Homero lib. xi. odiſſæ: καὶ μεγάρην κρείοντοσ ὑπέρθυμοιό θύγατρα. Eadem fuit uxor Herculis: quam in ſaniens interfecit: ut idem Homerus: & Seneca in Hercule furente oſtenderunt.

Megabyzus cum. y. græco ſequente. z. cõſonãte ſcribitur: fuit nobilis pſaunus ex his: qui cum Dario in magũ cõiurauerunt: ut in dictione Darius uidimus. Et fuit Zophyri pater: ut in ea dictione uidebimus. qui zophyrus filium ſimiliter Megabyzum habuit: qui teſte Herodoto lihro hiſtoriarum. vii. unus fuit ex ducibus Xerxis.

Megacles cum. c. exili ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum. i. uir athenienſis & filius Alcmeonis.

Megaleſia cũ unico. l. &. i. latino ſcribit᷑: fuerũt ludi magnæ matri deum facti. de q̃bus Liuius in bello macedonico inquit. M. Iunius Brutus ædem magnæ matris deũ ĩ palatio dedicauit. & ludos ob eã dedicationẽ factos: megaleſia appellauit. Et a mega: quod eſt magnum deductum uocabulum eſt.

Meges cuꝫ. e. abſq; diphthongo ſcribitur. fuit teſte Homero Phylei filius: & unus ex græcorum ducibus:

Melan cũ. e. abſq; diphthongo: & unico. l. ſcribit᷑: dicitur apud nos nigrũ. ſed non niſi in cõpoſitione utimur: ut melancholia: melancholicus dicitur: aut ſimile.

Melancholicus antepenultima cum. ch. aſpirato: ſequens cum unico. l. &. i. latino ultima cum. c. exili ſcribitur: Cõponiturq; ex melan: quod eſt nigrum: & cholicus: quod a chole: quæ apud nos eſt bilis deducitur. Nam ille eſt: qui nigraꝫ bilem habet. Et ut refert Cicero libro tuſculanarum. i. Ariſto. quidam ait ingenioſos melancolicos eſſe: ut ego me tardiorem eſſe non moleſte feram.

Melanthius cum. th. aſpirato: &. i. latino ſcribit᷑: nomen eſt uiri ꝓpriũ. Et unus teſte Homero fuit uir troianus: quem Euripilus in eo bello interemit. Alius teſte Theoc. fuit paſtor. Alius Quintiliano teſte pictor fuit cura pingendi p̃cipuus.

Melanthia eodem modo ſcribitur: fuit teſte Ariſtarcho ſuper. x. odyſſeæ Homeri filia Deucalionis ex Pyrrha.

Melas cum unico. l. ſcribit᷑: nomen eſt nõnullorũ fluuiorum. Nam unũ eẽ ĩ mygdonia oſtendere uidetur Oui. cuꝫ ait li. metamor. ii. Mygdoniuſq; melas: & trænarius eurotas. Alium eſſe in minori aſia & ſmyrnam circũeuntem. Solinus in collectaneis dixit. Alium nauigabilem eſſe in cilicia: & ipſius terminum dixit Pli. li. v. hoc eſt ciliciam a pamphilia diuidens. Aliuꝫ in thracia: ut in eodem li. Pli. idem cõfirmat. Alium dixit eſſe Pli. li. ii. in boetia: q a pnaſo ꝓfluens. Mineruæ ſacer dicitur a poetis: qa ripæ eius oliuis ſint refertæ. De quo meminit Herodotus li. hiſtoriarum. vii. Alium eſſe in ſicilia oſtendere uidetur Ouidi. li. faſtorum. iiii. cum de fluminibus: & locis ſiciliæ quæ pagrauerat Ceres loquens inquit: Sacratumq; melam paſcua læta boum.

Melampus abſq; aliqua diphthõgo: & cum unico. l. ſcribitur: & declinatur in genitiuo huius melampodis: ſicut huius Oedipodis. Nam nomen cõpoſitum eſt ex melan: qđ eſt nigrum: & ποῦς pes: ob qđ ultimæ dictionis declinationem ſeq̃tur. fuit teſte Homero li. xv. odyſſeæ filius Amithaõnis ex patria argo: qui ut ait mantes fuit egregius. iuxta quod Statius lib. thebaidos. iii. Amythaõe cretus iam ſenior: ſed mente uirens. phœboq; melampus.
Aſſotiat. paſſus dubium cui pronus apollo.
Oraq; cirrheã ſaitaret largius unda. At alii dicunt euꝫ fuiſſe medicum illuſtreꝫ & filias Proeti helleboro ſanauiſſe. Quod tetigiſſe uidetur Virgi. cum dixit ĩ. iii. georgicorum: cum de medicinis ꝓ ſæua peſte loqueretur: Nocent artes: ceſſere magiſtri Phylirides chiron amythaoniuſq; melampus

Meleager abſq; aliq̃ diphthõgo: & cuꝫ unico. l. ſcribitur: & habet accentum ĩ p̃cultima. fuit Oenei regis calydoniæ & Alteæ filius: in natiuitate cuius infert Ouidi. parcas tres ab Altea iam labore ꝑtus ſoluta uiſas circa ignem ſtamina nentes & cum flammis ligni ſtipidem poſuiſſent dixere: omne nati erit æqua cum ſtipite uita. Quod cum audiſſet Altea illis diſcedentibus ſurgens ſtipidem igni ſubtraxit: illumq; ne comburetur diligenter ſeruauit. Quid uero de eo poſt fuerit: ipſe Oui. late deſcripſit metamorphoſeos in octouo.

Meliboeus cum unico. l. ſequente. i. latino: penultima cum. œ. diphthongo ſcribit᷑ pro paſtore ponitur a poetis: & eſt q̃ſi curam boum gerat.

Meliboea cum eadem ortographia ſcribitur: urbs fuit litoralis magneſiæ propinqua theſſaliæ: ut eſt Herodotus libro hiſtoriarum ſexto. Et fuit patria Phyloctetæ dicente Lucano libro ſexto. Precioq; nephande lampados herculeis fortis meliboea pharetris.

Melicerta cum. i. latino: & abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: fuit filius Leuco

theæ & Athamãtis regis thebarū: cū quo mater uidēs furentē maritū in mare ſe precipitem dedit. Et cū apud nos terminet in a: apud græcos deſinit in. s. de quo parthenius poeta græcus γλαύκω καὶ νηρεῖ καὶ εἰναλίω μελικέρτη.

Melciades cū. c. exili &. i. latino ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſexto uir athenienſis Cypſeli filius. Vel ut ait Aemelius Probus Cimonis: q factus dux belli contra dariū Hyſtapſis filiuꝫ: miranda contra illum confecit: ut uidimus in dictione marathon. Habuitq; duos filios Cimonē & metiochum. Tandē ob crimen peculatus in carcere defunctus eſt: ut omnia de illo Aemilius Probus breuiter collegit.

Melicratū cum unico. l. &. i. latino: & abſq; aſpiratione ſcribitur: dicit uinum coctū cū melle. Nā meli cū unico. l. apud græcos dicit mel: & cratū potens uinuꝫ.

Melimella in primis habet ſimplum . l. in ultimis duplicatum. Et puto cannas illas eſſe: ex quibus iam ſaccharum elicimus. Martialis in primo.

Dulcibus aut certant quæ melimella fauis.

Meliſphyllū ſecunda cū unico. l. &. i. latino: penultima cum. ph. aſpirato &. y. græco: atq; cū duplici. l. ſcribitur: dicitur apud nos apiaſtrū: hoc eſt μέλιττης: id eſt apis: φύλλον: Nam herba ē cuius folia ſapiunt mel: uel quia ex illis apes q̃ facillime mel excudunt. Itaq; famelicis apibus cōuenire dixit Virgilius libro georgicorum quarto cum ait: Trita meliſphylla: & cerinthe ignobile gramen. Plinius ſimiliter libro. xx. naturalis hiſtoriæ Apiaſtrum Iginius quidē meliſphyllum appellat. Sed in confeſſa damnatione eſt uenenatum in ſardinia.

Melilotō cū. i. latino & ſimplo. l. utrobiq;: atq;. t. exili. ſcribit: herba ē cū flore: q̃ teſte Plinius libro xxi. naturalis hiſtoriæ ſertulam campanā uocant a ſertis: quæ ex illa fieri conſueuerant. Odor eius croco uicinus eſt: & flos ipſa canna placet maxime filiis breuiſſimis & pinguiſſimis. Vnde Ouidi. iiii. faſtorun pars tyma pars rores: pars meliloton amāt.

Meliſſus cū. l. &. i. latino atq; duplicato. ſ. ſcribit: fuit rex cretēſis antiqſſimus: qui teſte Didymo in libro narrationis tyndaricæ: ut rettulit Lactantius li. inſtitutionum. i. primus diis ſacrificauit. Habuitq; filias duas Amaltheā. ſ. & Meliſſam: quæ Iouē puerū caprino lacte ac melle pauerunt. Vnde Meliſſa apes dicta fuit & Amalthea capræ cuiuſdem nomē accæpit. Fuit Meliſſus alius philoſophus ex ſamo inſula Ithagenis filius ab Ariſto. ſæpiſſime nominatus. fuitq; Parmenidis auditor: deīde pfectus claſſis electus: magna dedit uirtutis documenta.

Melita cū unico. l. &. i. latino atq;. t. exili ſcribit: inſula ē in ſiculo mari: haud longe a ſicilia: periculoſo tamen diſiuncta mari: ut atteſtatur Pli. li. iii. naturalis hiſtoriæ: & Cicero li. vi. uerrinarū. In hac etiā fuit oppidum eiuſdem nominis: a quo non longe in promontorio fanum Iunonis erat: a cunctis ſumma cum reuerentia celebratum.

Melodia ſecundū rectā traductionē deberet ſcribi in ſecūda cum. œ. diphthongo ac dici melœdia. Nam cōponitur ex meli: ὠδία: cuius prima apud nos in. œ. diphthongum transfertur: ut ſupra uidimus. Sed ut ſeruet ſonus græcus abiicitur e: & ſolum. o. retinetur. ſignificatq; dulcem ſonum.

Meloboſis cum unico. l. &. i. latino ſcribitur: fuit teſte Heſiodo nympha oceani & Tethyos filia.

Melpomene cum. p. non aſpirato ſcribitur: fuit una muſarum: ut uidebimus in dictione muſæ.

Memnon cum. m. ante. n. in eadem ſyllaba ſcribitur: fuit teſte Homero Tithoni filii Laomedontis troiani regis filius. De quo Diodorus ſiculus li. iii. hiſtoriaruꝫ ſcribit Theutamo in aſia regnante: q uigeſimus a Nino atq; Semiramide deſcendit Agamemnon aduerſus troiam: cū græcis bellū mouit: cū iā aſſyrii amplius mille annis aſiæ imperaſſent. Priamus uero bello oppreſſus ab rege Theutamo præſidium (ut poetæ) aſſyriis ſubditus per legatos poſtulauit. Ille decem milia æthiopū: totidēq; ſuſianos cū ducētis curribus duce Mēnone ad troiam miſit. Erat tunc quoq; Tithonus illius pater præfectus pſarum accæptus maxīe regi Mēnon uero ætate florens: ac animi corporiſq; præſtās uiribus: ea maxīe tēpeſtate uigebat. Aedificaſſe eū ferunt in ſuſis loco excelſiori regina: quæ uſq; ad pſarum impium pmāſit. mēnonia ab illo denominata. Strauit & uiā leopherā in ea regione quæ adhuc mēnonia uocatur. Hic cū apud troiā multos græcos in bello occidiſſet: tandē a theſſalis p inſidias interficit: cuius corpus ab æthiopibus ereptum fuit & crematum. ac illius oſſa ad Tithonū patrē delata. Plato uero li. iii. de legibus dixit troiā nō aſſyriis ſubiectā: ſed illorū potentia fræta3. Ait eni: Nemo pfecto ambiget: troianorū exēplo cōmonitus: q aſſyriorum potentia fræti: quæ a Nino traxit originem: bellum in ſeipſos cōcitarunt. Erat enim adhuc principatus nō contemnēda potentia. Et ſubdit aſſyriorum enim principatus particula quædam troiæ potentia fuit.

Memphis cum. i. latino ſcribitur: fuit urbs in ægypto: quā teſte Diodoro ſiculo li. hiſtoriarum. ii. Ogelous rex ægypti cōdidit. ambitus ſtadiorum centum: & quinquagita: urbē omniū ægypti præclariſſimā opportuniori totius eius oræ loco: ubi nilus in plures ſciſſus ptes: efficit formā deltæ. quo fit ut tanq̃ in nili clauſtro poſita aditum præbeat. phibeatq; ad ſupiora loca nauigantibus: & ad cohibendam aquarum inundationē uerſus notum aggeres ingentes oppoſuit. Et a ptibus cæteris undiq; effoſſus eſt lacus ingēs: ac pfundus: q urbē efficit munitiſſimā. Vnde & poſteri reges fere omnes relictis thebis: & regiā habitationē ī ea ædificarint. Refertq; etiā idē auctor quoſdā dixiſſe denominata memphim a cōditoris filia. aliāq; referemus opinionem in dictione Oſiris.

Menalippe cum unico. l. &. i. latino atq; duplicato. p. ſcribitur: fuit Antiopes amazonum reginæ ſoror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello: quod cōtra amazones geſſit: quam cum ſorori reſtitueret: accæpit in præciuꝫ reginæ arma & baltheū. Nam hæc quoq; ex eo bello reportare fuerat iuſſus ab Ariſteo. De illa etiam Iuuenalis meminit in ſatyra: quæ incipit Stemmata quid faciunt: cum ait: Tu perſonam menalippes.

Mendenſium cum. i. latino ſcribitur: unum eſt ex nili hoſtiis.

Menechæus penultima cum. ch. aſpirato: &. æ. diphthongo ſcribitur. De uiro hoc meminit etiam Cicero circa fineꝫ libri primi tuſculanarum: qui oraculo edito: largitus eſt patriæ ſuum ſanguinem.

Menedemus abſq; aliqua diphthōgo ſcribitur: fuit erethrienſis philoſophus: phædonis cuiuſdam uiri nobilis filius: ſed pauperis architecti. Alii ſutorē tabernaculorū aiunt fuiſſe: & utrāq; artē Menedemū didiciſſe. cōcedēs deinde ad Platonē militiā deſeruit. Fuitq; honeſtate & grauitate celebris: & præcipue auctoritatis in obiurgando. Fuit magnanimus & plane liberalis. Corporis in eo ſene ut in iuuene ſtatus fuit: athletæ inſtar firmus & ualidus atque aduſtus. Amabat inter poetas Aratum: & Lycophronem tragicum. Maxime ſtudebat Homero.

deinde lyricis.deinde Sophocli.Atq; Achæo ſecundas partes inter tragicos da-
bat:Aeſchylo primas.Magiſtros Platonem & Xenocratez pariter aſpernabatur.
Stilponem admirabatur ſolum infinitáq; orationis copiam fundebat.Prius ha
bitus ludibrio ab omnibus:poſtea in tanta fuit omnium admiratione:ut ei gu
bernacula ciuitatis traderent.Et cum ob calumniam ad Antigonuz proficiſce-
retur:nec induci poſſet:ut patriam eriperet:ſeptem dies cibo abſtinuiſſe ferunt
& ſic.lxxiiii.ſuæ ætatis ãno animam exhalaſſe.Alius fuit Menedemus ſimiliter
philoſophus Caloti lampſaceni diſcipulus.Hic teſte Hippoboto eo uenerat : ut
ſumpto habitu furiæ circũiret dicens:ueniſſe ſe ex inferno ſpeculatorem peccã
tium.ut iterato deſcendens omnia dæmonibus renuntiaret:quæ uidiſſet. Ve-
ſtis hæc erat pulla tunica tallaris aſtricta puniceo baltheo pilleus arcadicus ca
piti impoſitus:habens intexta elementa.xii.cothurni tragici:prolixa barba:uir
ga in manu fraxinea.

M enippus cũ.i.latino & duplicato.p.ſcribitur:fuit philoſophus cynicus genere
phœnix.& ut ſcripſit Achaicus in æthicis cõditione ſeruus:cuius dominus te-
ſte Diocle fuit Bathus quidam ponticus.& ut rettulit Hermippus fuit diurnus
fœnerator.& uocatus Hemerodaniſtes.tandem inſidias paſſus:omnia quæ ha-
bebat amiſit.ex qua re ſeſuſpendit.Fuere ſex Menippi. Primus qui de lydiis ſcri
pſit.Xanthũq; breuiauit.Secũdus hic ipſe.Tertius ſtrotonicus ſophiſta. Quar-
tus ſculptor.Quintus & ſextus pictores.quorũ meminit Apollodorus.

M enalchas abſq; diphthongo & cum.c.exili ſcribitur:nomen ponitur a poetis pa-
ſtoris proprium.

M eneſtius cum.th.aſpirato:&.i.latino in penultima ſcribitur : fuit teſte Homero
in initio libri ſexti iliados ex arna urbe Arithoi & Philomeduſe filius:quem Pa-
ris in bello occidit.

M eneſtheus cum.e.poſt.th.aſpiratum:fuit Petei filius:& Diomedis auriga.Alius
fuit athenarum dux Theſei & Phædræ filius:ac frater Demophontis. At uero
cum ſcribitur.n.imediate poſt.m.uidelicet Mineſthens:fuit uir troianus:ut in
ea dictione uidebimus.

M eneſtho cuz.th.aſpirato ſcribitur:una eſt ex nymphis:quæ teſte Heſiodo ĩ theo-
gonia filia fuit Oceani & Tethyos.

M enœtius ſecunda cum.œ.diphthongo:& penultima cum.t.exili &.i. latino ſcri
bitur fuit teſte Homero lib.xi.iliados Actoris filius:& Patrocli pater:a quo Me-
nœtiades Patroclus a poetis noſtris ſæpæ dictus eſt:ut Oui.in prima herodium
ſiue menœtiadem falſis cecidiſſe ſub armis.

M entor cum.t.exili ſcribitur:fuit in uaſis cælandis mirus artifex.de quo Plinius
libro.xii.naturalis hiſtoriæ.Mentori inquit quotidie teſtimonium perhibet ca-
pitolinus Iuppiter:& Diana Epheſia : quibus fuere conſecrata artis eius uaſa.
Quare ait Iuuenalis in ſatyra Stẽmata quid faciunt:Rare ſine mentore menſe.
& Caro.noſter Arreti.ad cyriacum.
Parrhaſium tabulis uinces:uinceſq; cauandis.
Pyrgotelem gemmis:mentoraq; in pateris.

M enander cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur.& nõnunq̃ Menandrus etiam tra-
ducitur at primã ſemp corripit.Ouidius de triſtibus.
Fabula iucundi nulla eſt ſine amore menandri.
Et ſolet hic pueris uirginibuſq; legi.Naz fuit hic poeta comicus:& Theophraſti
diſcipulus:atq; ab eo teſte Pamphila.xxii.cõmẽtariorũ libro inſtitutus.Qui uel
unus:ut ait in hæc uerba Quintilianus de inſtitutione oratoria libro.viii.Meo
quidem iudicio diligenter lectus ad cuncta.quæ præcipimus efficienda ſuffici
at:ita omnem uitæ imaginem expræſſit:tanta in eo inueniendi copia.eloquen
di facultas:ita eſt omnibus rebus pſonis affectibus accõmodatus. hæc ille.Ob
quæ putauerat illũ Oui.ppetuo duraturũ:cũ de illo libro de ſine titulo dixerat
Dum fallax ſeruus:durus pater:improba lena.
Vixerit:& meretrix blanda:menãdrus erit. Hunc & apoſtolus Paulus ſe legiſſe
indicat:cum ad corinthios ſcribens inqt:Vt ait unus ex ueſtris: Corrũpunt bo
nos mores cõfabulationes peſſimæ:qui uerſiculus eſt menandri.

M enyllus cum.y.græco:& duplici.l.ſcribitur:fuit uir quidam athenienſis.

M entha cum.th.aſpirato ſcribitur:& uocabulum eſt græcum herbæ nobis notiſ-
ſimæ.De qua Pli.lib.xix.naturalis hiſtoriæ:Menthæ inqt nomen ſuauitatis o-
doris apud græcos mutauit:cum alioquin menta uocaretur. Vnde ueteres no-
ſtri declinauerant.

M eonia cũ.e.abſq; diphthõgo &.i.latino ſcribit:regio eſt in minori aſia quæ dei-
de lydia a Lydo fratre Tyrrheni cognominata fuit:ut in ea dictiõe uidimus. Et
a meonia meonis patronymicum fœmininũ deducitur:ut Oui. li.ii.de ſine ti-
tulo.Meonia aſſyrium fœmina tinxit ebur.& meonides maſculinũ:ut idẽ li.iii.
Aſpice meoniden:a quo ceu fonte perenni
Vatum pieriis ora rigauit aquis.

M ephitis cum.i.latino utrobiq;:&.t.exili ſcribitur.Nã teſte Priſciano libro.vii.Me
phitis quoq; quod pprium eſt a græco μεφιτις (ut quibuſdã uideur) mutati-
one.ſ.in.ph.tranſlatum:rationabiliter in.m.facit accuſatiuum.Et proprie teſte
Seruio ſuper ſeptimum æneidos eſt terræ putor:qui de aquis naſcitur ſulphu-
ratis:& eſt in nemoribus grauior ex denſitate ſiluarum.Vnde ait Virgilius Lu
coſq; ſub alta Conſulit albunea nemorum:quæ maxime ſacro Fonte ſonat ſæ-
uamq; exhalat opaca mephitim.Et ob hoc Iunonem eam eſſe quidam uolunt:
quam aerem eſſe conſtat:ex cuius corruptiõe putor naſcitur:ita ut dea ſit odo-
ris grauiſſimi. Alii Mephitim deum eſſe uolunt Leucotheæ connexum: ſicut
Veneri Adonis.

M enones cũ.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero li.x.iliados Moli filius:& li.ii.di-
xerat fuiſſe aurigam Idomenei:& cũ eo ducẽ nauiũ: quæ uenerant ad troiam:
ipſi Marti ut ait:Martis arbitrio cõparandũ. Habetq; accentum in antepenul-
tima. De quo Horatius in.i.carminum ad Agrippam memor fuit his uerſibus.
Quis martem tunica tectum adamantina
Digne ſcripſerit:aut puluere troico.
Nigrum merionen:aut ope palladis.
Tiriden ſuperis parem.

M ercurius cũ.c.exili ſcribitur:nec dictio græca eſt:ſed latina a mercibus ut qdaz
aſſerunt deducta.Nã græce hermes dicitur:ut in ea dictione uidimus.Fuit Io-
uis filius ex Maia Atlantis filia:quam Iuno præ omnibus pellicibus adamauit
ita ut illum mox natum teſte Martiano Capella ſuis uberibus allactauerit. ſic
q; diuino lacte perfuſus:licet ex mortali fœmina natus immortalis tamen effe-
ctus eſt.dictuſq; deus facundiæ:mercatorũ:palæſtræ furum: nũciuſq; & ĩterpſ
deorum.Eundẽ dicunt ex ſorore Venere Hermaphroditum.Exq; Lycaone Dæ

dalionis filia Autholium genuiſſe. Idem precibus Iunonis Martem e duris car-
ceribus liberauit : ut uidimus in dictione Aloeus. Ipſe idem Argum interemit.
Prometheum in caucaſo religauit. & mille alia : quæ de illo poetæ confinguut.
Ipſe lyram ſeptichordem comperit. illi datur uirga caducea: & tallariaallata ſibi
nectit: dicente Virgilio in quarto æneidos.

Primum pedibus tallaria nectit.
Aurea. quæ ſublimen allis ſiue æquora ſupra.
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.
Tunc uirgam capit: hac animas ille euocas orcho:
Pallentes: alias ſub tartara triſtia mittit.
Dat ſomnos: adimitq;: & lumina morte reſignat.
Illa fræɛtus agit uentos: & turbida tranat Nubila.
Addidit etiam his Statius galerum cum ait.
Obnubitq; comas: & temperat aſtra galero.
De quo Horatius in primo carminum hymnum ſcripſit.
Mercuri facunde nepos atlantis.
Qui feros cultus hominum recentum.
Voce formaſti catus: & decoræ.
More palæſtræ.
Te canam magni iouis: & deorum.
Nuntium: curuæq; lyræ parentem.
Callidum quicquid placuit iocoſo.
Condere furto. & plura.

Meroe cum. œ. diuiſis ſyllabis ſcribitur. eſt teſte Heredoto libro hiſtoriarũ. ii. & Dio-
doro libro. i. inſulæ cuiuſdam nili metropolis: a qua & tota inſula nomen aſſũ-
pſit: quam Cambyſes condidit. atq; a matre denominauit. Et ut ſubdit Diodo-
rus inſulæ forma ſcuto eſt perſimilis: atq; magnitudine ſuperat cæteras nili, in-
ſulas. patet enim longitudine ſtadiis tribus milibus: latitudine mille. ciuitates ĩ
ea ſunt plures: ſed cæteris nobilior merore: ab cuius uno latere libyá uerſus plu-
rimi aerenæ cumuli: ab altero ad arabiam poſito præcipitia montium inſulam
cingunt. Effodiuntur in ea aurum: argentum: æs: ferrum: inſuper & hebenum
fert. Lapidũq; multiplex genus: diſtatq; a ſyene teſte Pli. lib. ii. natu. hiſto. quin-
q; milibus ſtadiorum: in qua bis in anno abſumitur umbra rerum. Sole ſcilicet
tenente duodecimam partem tauri: & quartamdecimam leonis. Quare dicebat
Achoreus ad Cæſarem apud lucanum libro. x.

Ambitur nigris meroe fœcunda colonis.
Læta comis hebeni: quæ quamuis arbore multa.
Frondeat æſtatem nulla ſibi mitigat umbra:
Linea tam rectũ mundi fert illa leonẽ. Cuius incolis teſte Pomponio. li. iii. dimi-
dio eſt protenſior uita q̃ noſtra. Horum fœminæ mãmas habent grandes: & æq̃-
les infantibus. Vnde Iuuenalis in ſatyra Exemplo quodcunq; malo inquit.
Quis tumidum guttur miratur in alpibus: & quis.
In meroe craſſo maiorem infante mamillam.

Meſana cum unico. s. ſcribitur: ciuitas eſt teſte Pli. libro. iii. in ſicilia propinqua
peloro monti: fuitq; teſte Floro libro. ii. cauſa primi belli punici. & inde meſani
eius urbis ciues.

Meſpila cum. i. latino ſcribitur: & uocabulum eſt græcũ arboris nobis notiſſimæ.

Meſoporamia cũ unico. ſ. atq; unico. p. & . t. exili ſcribitur: regio eſt maioris aſiæ in
medio euphratis & tigris. Vnde & nomen aſſumpſit. naʒ meſos græce latine me-
dium: & potamos: fluuius. Itaq; habet tigrim ab oriente: & euphratẽ ab occidẽte
a meridie uero babylonia: & a ſeptẽtrione caucaſum.

Meſonyction cum unico. ſ. & . y. græco: ſequentibus. c. & . t. exilibus: atq;. i. latino ĩ
penultimo ſcribitur: tempus eſt mediæ noctis: quaſi μέσω: quod eſt mediuʒ: &
νυκτιων noctium.

Meſſalina cũ duplici. ſ. & unico. l. atq;. i. latino ſcribitur: pntant quidã dictionem
hanc originaliter eſſe græcã: & a Meſſalla quod cognomen fuit uiri a deuicta
meſſana teſte Caſſiodoro accæptum. & fuit fœmina romana filia Barbati Meſ-
ſalæ cõſobrini Tiberii Claudii qnti impatoris: quæ cum aduleſcẽtula eſſet ipſi
Claudio ſeni nupta fuit. Eadẽ tantæ libidinis fuiſſe fertur: ut innumeris adul-
teris ſe ſubmiſerit. & ſæpe mutata ueſte lupanaria celebrauerit. Quin teſte Pli.
lib. x. naturalis hiſtoriæ: & Suetonio in uita Claudii certauit cum ſcorto famo-
ſo ad libidinis actus: ſeq; meretricẽ ſupaſſe inter diẽ & noctem quinq;: & uiginti
cõcubitus affirmauit. Et iterrogata reſpõdit: potius labore feſſa: q̃ cõcubitu ſati-
ata. Quod Iuuenalis per plures uerſus lepidiſſime tetigit in ſatyra Credo pudi-
citiam: quos q uoluerit ibidem legere poterit: ubi tandẽ cõcludens inqt. Et qđ
potuit tamẽ ultima cellã Clauſit: adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ.
Et laſſata uiris nondum ſatiata receſſit.
Tandẽ teſte Cornelio Tacito li. xi. ſuarũ hiſtoriarũ Meſſalina ita fuit libidinis
ſtimulata in furore in. C. Silium iuuẽtutis romanæ pulcherrimũ genere nobi-
lem: ingenio pſpicacẽ: q Iuliam Syllanã nobilẽ fœminã eius matrimonio extur-
bauit: ut uacuo adultero potiretur. Nec illa furtim: ſed multo comitatu uenie-
bat ad domum: eius greſſibus adherebat: largiebat̃ opes: eũ honoribus ſublima-
bat: & cum iã illa facilitate adulterorũ in faſtidiũ uerſa eſſet: ne Silius eã adulte-
ram aſpernaret̃: nomẽ matrimonii cõcupiuit Cũ ergo Claudius ſacrificii gratia
hoſtiam iuiſſet: cuncta nuptiarũ ſolẽnia celebrauit. duxitq; inſomnem nocteʒ
licentia cõiugali. Timebant omnes principi narrare patrata: reputantes hebetẽ
Claudium: & faſcinationibus uxoris deuictũ. Reminiſcebantur multorũ necis
iuſſu Meſſalinæ factæ: tandẽ cũ longa mora eſſet principis apud hoſtiaʒ dixit
Narciſcus impatori: Veniã peto: matrimoniũ Silii & Meſſalinæ uidit populus
& ſenatus. Et ni ppere reuertaris: tenebit maritus urbem. Reuertitur ergo prin-
ceps: moxq; adulteruʒ iuſſit ad ſe uenire. Cui & Meſſalinæ cuſtodem dedit: tra-
xiſſetq; Claudium Meſſalina in iudicium ſuũ ni in cædẽ eius Narciſcus prope-
raſſet: dicendo cẽturioni & tribuno: q aderat impatorem iubere cædẽ. tribuni
ergo ictu necata eſt: dũ cũ matre in horto eſſet. fuitq; corpus conceſſum matri
Quæ hoc in loco tranſferre uoluit: ut id Iuuenalis ĩtelligi poſſet: quod ille in ſa-
tyra: quæ incipit Omnibus in terris: in hæc uerba explicauit. Sed caſto qđ for-
ma nocet. Et ſubdit: Elige quid nam Suadendum eſſe putes: cui nubere cæſaris
uxor Deſtinat. optimus hic: & formoſiſſimus idem
Gentis patritiæ rapitur miſer extinguendus.
Meſſalinæ oculis. & reliqua: quæ elegantiſſime pluribus uerſibus exequitur.

Meſſena cum duplici. ſ. ſequente. e. ſcribitur: fuit ciuitas græciæ propinqua pylo:
quam teſte Lactantio ſuper. iiii. thebaidos amyſus amnis interfluit.

M eſtles cum.th.aſpirato ſequente.l.ſcribitur:fuit teſte Homero lib.ii.iliados unus ex his ducibus:qui in auxilium troianorum aduentarunt.

M etapontum abſq; aſpiratione ſcribitur:fuit italiæ oppidū in ſinu tarentino cōditum teſte Solino a locrenſibes.Et inde mataponitini populi:de quibus Herodotus libro hiſtoriarum tertio meminit.

M etaplaſmus cū.t.exili ſcribit̃:dici poteſt a noſtris tráſſormatio. Nam compouit̃ ex meta:quod dicitur trans:& plaſma figmentum.unde tranſlatio quædam eſt recti ſolitiq; ſermonis in alterá ſpecié metri ornatus:uel neceſſitatis cauſa.cuius ſpecies ſunt q̄plures:ut diuerſis in dictionibus apparebit.

M etaphora cū.t.exili &.ph.aſpirato ſcribitur:dicitur a Cicerone & Quītiliano latine tranſlatio.Fitq; Quintiliano auctore lib.viii. de inſtitutione oratoria cum nomé aut uerbum ex eo loco:in quo propriū eſt:tranſfertur in eum: ī quo aut ꝓpriū deeſt:aut ut dixi quia decētius:ubi nihil horū præſtabit: quod tranſfert̃ improprīū erit.Et a cōparatione diſtat:eo ꝙ illa cōperatur rei: quam uolumus exprimere.hæc ꝓ ipſa re dicitur.Ná cōparatio eſt:cū dico fecisſe quid hominez ut leoné,tranſlatio cū dico de homine leoné.Huius uis omnis maxime quadruplex uidetur:cū in rebus animalibus aliud ꝓ alio ponitur. Vt Liuius Scipioné a Catone allatrari ſolitū refert.In anima pro aliis generis eiuſdem ſumuntur.ut Virgi.in.vi.Claſſiq; immitit habenas.Aut pro rebus animalibus ī anima ut ferro an fato metus argiuū occidit.Aut contra:ut Virgi.li.ii.æneidos:Sedet inſcius alto accipiens ſonitum ſaxi de uertice paſtor.Quid ꝙ ex his teſte Quintiliano oritur mira ſublimitas: quæ audaciæ ꝓxima ꝑiculo tranſlationis attollitur Cum rebus ſenſu carentibus actū quendá & animos damus.Qualis eſt id Virgilii in.viii.Pontem indignatus araxes.Et illa Ciceronis pro Ligario Quid eniz tuus ille Tubero diſtrictus ī acie pharſalica gladius agebat:cuius latus ille mucro petebat.Qui ſenſus erat armorum tuorum. Duplicatur interim hec uirtus apud Virgiliuz:cum ait in.vii.Ferrumq; armare ueneno:Nam & uenenum armare:& ferrum armari:tranſlatio eſt.

M etallū cum.t.exili & duplicato.l.ſcribitur:dici poteſt apud nos ꝑſcutatum.Naz a μεταλλῶ uerbo græcō:quod apud nos perſcrutor dici poteſt:certiſſime deriuatur.Vnde dicebat Iuppiter apud Homerū:μήτε σύ ταῦτα ἕκαστα διείρεο μήτε μετάλλα.Ad quem Iuno reſpondens ait:καὶ λίην σε πάρος γ' οὔτ' ἤρομαι οὔτε μεταλλῶ.

M etis cū.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha quædam una ex filiis Oceani & Tethyos.

M ethymna penultima cū.th.aſpirato ſequēte.y.græco:ultima cū.m.ante.n.ſcribitur Ciuitas é in leſbo optimū uinum bibens. Oui.in.primo de arte. Gargara quot ſegetes:quot habet methymma racenos.& inde methymnæus cuz.æ.diphthongo in penultima deducit̃.Virgi.in.ii.georgi. Non eadem arboribus pédet uidemia noſtris:Quá methymneo carpit de palmite leſbos. Oui.ī.xi.metamor. Et methymnæi potiuntur littore leſbi.

M etatheſis ſecunda cum.th.aſpirato:& ultima cum.i.latino ſcribitur. dicitur ad uerbum tranſpoſitio. Nam meta tráns: & θέσις poſitio.Fitq; apud poetas cum unica littera neceſſitatis cá ex uno dictionis loco in alium tranſponitur.Virgi.in.x.At tibi thymbre caput euandrius abſtulit enſis.Ná dixit teſte Seruio thymbre pro tymber.Apud oratores uero fieri dicitur : cum animos iudicum in res præteritas tranſfert.

M etamorphoſis cum.t.exili &.ph.aſpirato.atq;.i.latino ſcribitur.dicitur a noſtris tráſſormatio. Ná cōpoſitū ē nomen ex meta:quod ē trás:& morphoſis mutatio. Vnde & nobile illud opus Ouidii inſcribitur metamorphoſeon ideſt de tráſſormationibus.

M ethona cum.th.aſpirato ſcribitur.Vrbs ē littoralis in pelopōneſo.

M etalepſis cum.t.exili.&.p.ante.s.ſequente.i.latino ſcribitur:figura eſt quá teſte Quintiliano lib.iii. de inſtitutione oratoria nos uarie tranſatiuá: tráſſumptiuá tráſpoſitiuam uocamus. Nam ex meta:& λῆψις:quæ ē acceptio componitur. Fitq; cū aliqua dictio aliud a ſua propria ſignificatione ex his:quæ præceſſerūt denotat:Virgi.in Tityro. poſt aliquot mea regna uidés mirabor ariſtas hoc ē ſegetes:& ſic æſtates:& ob id annos.

M ethodus cū.th.aſpirato ſcribitur: ut in antehabitis uidimus .dicitur apud nos uiá:quæ ꝓ ratione ſumitur.Virgi.in primo georgicorū:
Ignariſq; uiæ mecum miſeratus agreſtes.

M etonymia ſecūda cum.t.exili:ſequés cum.y.græco:penultīa cū.i.latino ſcribit̃ dicit̃ a Cicerone denomīatio:ut Bacchus ꝓ uino:Ceres ꝓ pane.Terētius in eunucho:Sine cerere & Baccho friget Venus.Et in andria:fac ꝑiculum ideſt experientiá:quæ ex ꝑiculis grádis accipit̃.Ad idem ideſt Virgilii.Iam ꝓximus ardet Vcalegon.i. domus Vcalegonis . Dicimus etiá ꝑ hác figurá pigrum frigus:qa hoīes pigros facit:pallidum temoré:eo ꝙ pallidos hoīes reddat.

M etiochus cum.t.exili &.i.latino:atq;.ch.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Herodoto lib hiſtoriarum.vi.filius Melciadis atheniéſis nō ex Hegeſiphyle filia Oloris regis thraciæ:ſed ex priore defuncta:cuius nomen nō explicat Herodotus.Et ut ꝑgit idem auctor cum hic a phoenicibus caperet̃:& Dario perſarū regi:cōtra quem pater bellum agebat præſentaret̃:in nullo ꝓrſus læſus fuit:ſed eū donauit Darius pulcherrimo palatio multis poſſeſſionibus & diuitiis:qn & uxorem Perſam illi dedit:ex qua foeliciter liberos ꝓcreauit.

M etrum cū.t.exili ſcribitur:dicit̃ a noſtris méſura:qua qa uerſus cōmenſurantur græco etiá uocabulo a nobis metra dicunt̃.Suntq; eius genera multiplicia:de quibus diuus Auguſtinus in muſica abſolutiſſime ꝓſecutus ē.

M etrodorus cum.t.exili ſcribitur:interpretari poteſt menſuræ donum:uel menſuratum donum.fuit atheniéſis pictor:idemq; philoſophus.& ī utraq; ſciétia teſte Plinio lib.xxxv.naturalis hiſtoriæ magnæ auctoritatis.Itaq; cū.L.Paulus deuicto Perſe petiiſſet ab atheniéſibus:uti ſibi q̄probatiſſimum philoſophū mitterét ad erudiédos liberos atheniéſes: Metrodorum elegerunt: ꝓfeſſi eundé ī utroq; deſiderio præſtantiſſimum.Quod ita Paulus quoq; iudicauit.

M etrocles cum.c.&.t.exilibus ſcribitur:fuit philoſophus maronites:frater hipparchiæ:auditor primo Teophraſti:deinde Cratis thebani leuiri ſui.Obiit ſenex a ſe ipſo ſuffocatus.

M etropolis abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:dici poteſt ad uerbum matritia ciuitas.Nam componitur ex μήτηρ:quæ eſt mater & πόλις.ciuitas Et inde metropolites is dicitur:qui ei ciuitati ſacerdotio præeſt.

M yia prima cum.y græco &.i.latino unam facientibus diphthongon ſcribitur. dicit̃ a noſtris muſca. Quá ſane dictioné cū aliis dictionibus cōpoſitá nos eo mō ſéꝑ tráſcribimus:ut cynomyia.i.camiamuſca:queadmodū ī ea dictiōe uidimus

Eſt itaq; muſca animal ĩmundiſſimũ & prorſus ſine memoria. Et ut teſtis ē Pli. li. xxi. naturalis hiſtoriæ mõs quidã ē ĩ creta carma nomine nouē milia paſſuũ ambitu: ĩtra quod ſpatiũ muſcæ nõ reperiunt. natũq; ibi mel nuſq̃ attingunt.

M ycale cum. y. græco &. c. exili: atq; unico. l. ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo ciuitas apud ioniam: ubi eſt panionium: ut in ea dictione uidebimus. Fuit etia m cuiuſdam concubinæ nomē: ut Iuuenalis in ſatyra Si te propoſiti. Sed tua nunc mycale.

M ycaleſſus cum. y. græco &. c. exili: atq; unico. l. & duplici. s. ſcribit. puto regionē fuiſſe bœtiæ: cum dicat Home. de bœtia tractãs lateq; diffuſam mycaleſſum.

M ycenæ prima cum. y. græco: & ſequēs cum. c. exili &. e. abſq; diphthongo ſcribit urbs fuit teſte Pli. lib. iiii. naturalis hiſtoriæ in achaia: hoc ē in argolica achaiæ regiuncula: ſic quoq; cognominata teſte Porphyrio in ſecundum iliadis Homeri librum a mycena nympha laconica. Fuitq; Agamennonis patria & regnum: dicente Virgilio: Eruet ille argos: agamēnoniaſq; mycenas. Ponitur a poetis etiã nõnunq̃ in ſingulari. ut Virgi. in quinto æneidos: Argolicoue mari depræhenſus & urbe mycenæ. ubi dixit Seruius declinari mycene mycenes: ſicut Agaue Agaues. Vel latina declinatione mycena mycenæ.

M ycerinus prima cum. y. græco: ſequēs cum. c. exili: penultima cum. i. latino ſcribitur fuit teſte Herodoto filius Cleopis regis ægypti: poſt quem & ipſe in ægypto regnauit.

M icythus prima cum. i. latino: ſequens cum ypſilo: & cum. c. exili: ultima cum. th aſpirato ſcribitur: fuit uerna Anaxilei ꝓcuratoris reginorum: & cã magnæ cladis tarentinorum.

M ycone prima cum. y. græco: ſequens cum. c. exili ſcribitur: inſula eſt una ex cycladibus uicina delo: ita ut Apollo ipſam delon per mare errãtem: ut dixit Virgi. in tertio mycone gyaroq; reuinxit.

M icrocoſmus cum. i. latino: & abſq; aliqua aſpiratiõe ſcribitur: dicitur minor mũdus. Nam cõponitur ex μικρὸσ. quod eſt paruus. & κόσμος mundus.

M icrologus eodem modo ſcribitur: & dicitur ꝑuus ſermo: uel etiam ꝑua ratio. Nã utrunq; logos deſignat.

M icropſychos penultima cum. y. græco: & ultima cum. ch. aſpirato ſcribitur: dicit puſillanimus. Nam a ψυχῆ: quæ eſt anima componitur.

M idas cum. i. latino ſcribitur. & a nonnullis abſq; finalis: fuit Gordiæ bubulci filius: & rex phrygũ. q cunctorũ pene regũ opes pecuniæ abundãtia anteceſſit. de quo Hero. in li. hiſto. & Iuſtinus libro epitomatũ. xi. plura ſcripſerunt. Quin. & Oui. ſimiliter li. xi. metamorphoſeon illius fabulã elegãtiſſime ē ꝓſecutus. Ita ut cum ultimo inter Apollinē & Marſyã decertantes in canendo iudex cõſtitutus eſſet: & ipſe ex hibeti ingenio ꝓ Marſya ſententiã ferret: aſininis auriculis a phœbo deturbatus eſt: ut tetigit etiam in prima ſua ſatyra Perſius.

M ydon cum. y. græco ſcribit: fuit teſte Homero i. v. iliados auriga Pylæmenis ducis paphlagonum: quē antilochus Neſtoris filius ĩ bello troiano occidit.

M ygdonia prima cum. y. græco: ſequēs cum. g. ante. d. penultima cum. i. latio ſcribit: regio eſt macedoniæ littoralis: incipiēs ab ænea ciuitate craſſææ. quæ teſte Herodoto in ſeptimo hiſtoriarum ab oriente eſt illi cõtermina: & uſq; in termopontum ſeu thermicum ſinum ut alii uocant: ꝓtenditur. In hac Niobe in ſaxũ conuerſa conſpicitur. ut Oui. in. xiiii. epiſtola heroidum.

Quæq; ſuperba parens ſaxo per corpus aborto:
Nunc quoq; mygdonia flebilis aſtat humo. Et Sappho in epiſtola ad Phaonem: Quæ mihi mygdonii marmoris inſtar erant. Iuxta hanc ē inſula mygdon: de q̃ meminit Iuuenalis in tertia ſatyra cum dixit: Aſt hic mygdone relicta.

M ygdonus eodem mõ uti ſuꝑior ſcribitur: fuit frater Otrei. ac teſte Porphirio ſuper. iii. iliados Homeri librum ambo fratres Heccubæ uxoris regis Priami: & Ciſſei filii: ambo reges in thracia: & patrueles Polymeſtoris. Et a

M ygdono eius filius Chorebus mygdonides. Nam teſte Seruio patronymicum ē: quia ſi gentis eſſet: mygdonius diceretur. Nam ut ait nullum gentis patronymicum in des exit.

M iletus cum. i. latino & unico. l. atq;. t. exili ſcribitur: fuit teſte Plinio li. v. naturalis hiſtoriæ urbs in ionia: atq; eius regionis caput. in qua teſte Seruio ſuꝑ tertio georgicorum Virgilii lana optime tingebatur: a qua mileſia uelera dicta eſſe cēſemus. ut Virgilius in. iiii. georgicorum. Mileſia uelera nymphæ Carpebant. Alia fuit teſte Homero libro. ii. iliados in creta. Alia in leſbo: a qua nonnulli magis mileſia dici uelera uoluerunt.

M ily prima cum. i. latino: ſequens cum. y. græco ſcribitur: fuit teſte Herodoto locus in aſia: qui ante ſolyma uocabatur: quem litii incolunt.

M ylytta prima cum. y. græco: ſequens cum unico. l. &. i. latino atque ſubſequente duplicato. t. ſcribitur: dicitur teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo aſſyriorũ lingua Venus.

M ilo cum. i. latino & unico. ſ. ſcribit: fuit uir crotonenſis athleta illuſtris: & qui ſupra humanas uires feciſſe dicitur. Nã taurũ in olympico certamine ictu nudæ dextræ occidiſſe tradit: & ꝑ ſtadiũ in humeris ſine fatigatiõe portaſſe: totumq; die quo illũ mactauerat comediſſe. Hũc teſte Gellio li. xv. noctiũ atticarũ ĩ chronicis ſcriptũ ē: Olympiade primum coronatũ eſſe. Exitũq; habuit uita miſerandum & mirandũ: ut idē late ꝓſeqtur. Et Valerius de mortibus nõ uulgaribus.

M imas cum. i. latino ſcribitur: mons eſt in minori aſia: ut oſtēdit Homerus ĩ hymnis. In quo cum Bacchus mirum in modum a mulieribus celebraretur. dictæ ſunt bacchantes mimallonides.

M imallonides cũ. i. latino & duplicato. l. ſcribitur: cognomē fuit bacchantiũ mulierũ deductũ a mõte minoris aſiæ: q mimas uocatur: de qbus Ouidi. de arte amandi li. i. tetigit. Ecce mimallonides ſparſis in terga capillis.

M imus cum. i. latino ſcribitur: dici poteſt a noſtris effictor. Nã a μιμοῦμαι: quod eſt imitor deriuatur: & uel intra uel extra ſcænam geſticulationes quaſdam exercebat: quibus geſtis hominum ac naturas effingens: lætiſſimis ſententiis populum in riſum conuertebat.

M inerua cum. i. latino ſcribitur: nec dictio græca eſt: ut qdã ignari putauerunt: ſed latina: cuius interpretationē dixit Balbus apud Ciceronem in. ii. de natura deorum: quaſi uim minetur. Nã græce quoq; Pallas dicitur: ut in ea dictiõe late uidebimus. & a uerbo πάλλω: quod ē uibro: deducta eſt: eo ꝙ haſtam uibrare & docuerit: & cõſueuerit. Vnde palladium eius ſimulachrum dictũ fuit: qd' romæ in æde Veſtæ fuiſſe oſtendit Pli. li. vii. naturalis hiſtoriæ. Nã cum laudes ſummas. L. Metelli eius fœlicitatē indicãtes enarraſſet: quæ nulli alii poſt romã conditam cõtigere: ſubdit hæc omnia abunde uno caſu refutari poſſunt. quoniam is Metellus orbã luminibus exægit ſenectam amiſſis incēdio cũ palladiũ

raperet ex æde Veſte memorabili cauſa:ſed euentu miſero. Quo fit:ut infœlix q dem dici non debeat:fœlix tamen eſſe non poſſit. Tribuit ei populus romanus: quod nulli alii abs condito æuo:aut quotiens in ſenatum iret:curru ueheretur ad curiam. Magnum ei & ſublime:ſed pro oculis datum. de quo certa intellexit Iuuenalis cum ait in.iii.ſatyra.

Da teſtem romæ tam ſanctum q̄ fuit hoſpes.
Numinis idæi:procedat uel numa:uel qui.
Seruauit trepidā flagranti ex æde mineruā. fuit nanq̧ hoſpes numinis idæi Scipio Naſica eius. Cn. Scipionis filius:teſte Liuio libro nono de ſecundo bello punico:qui cū. P. Scipione patre maioris Aphricani in hiſpania cæſus eſt dictus Naſica:Donato teſte in arte maiori cū de agnomine tractat:quia maiores nares habuit. hic teſte Plinio lib. vii. natu. hiſto. & eius nepote de uiris illuſtribus cuꝫ adoleſcens eſſet:uir optimus omniū romāorū iuditio ſenatus & populi decret⁹ eſt. Quare idæam matrē peſſimūte uenientem nō modo in urbē:uerum a mari in palatium detulit. Procedat Numa:qui teſte Liuio lib. i. ab urbe: ſecūdus fuit romanorum rex e curibus ſabinis claro oppido natus:Pompilii filius ſuo ſæculo iuſtitia & religione clariſſimus. plene ius diuinum & humanum nouerat.
Quare dixit Oui. in quintodecimo metamor.
Deſtinat imperio clarum prænuntia ueri.
Fama numam. hanc tantam prudentiam natura portendit: cum prima fuerit ætate canus:uel procedat qui ſeruauit a flammis illæſum trepidam Mineruam quæ lignea erat: & facile ab igni cōburi poterat:quo ſane incendio luminibus orbatus euaſit. Quare dixit idē Iuuenalis ī ſatyra Credo pudiciciā:dicite uos neptes lepidi cæciq̧ metelli:quādo ſcilicet Mineruam ꝑ flāmas ex flagranti æde.ſ. Veſte eripuit. Vnde Liuius in ſexto belli punici ſecundi incēdiū deſcribēs quo tabernæ argentariæ arſerunt:ſubiunxit compræhenſa poſtea priuata ædificia: neq̧ enim tunc baſilicæ erant compræhenſe latomiæ: forunq̧ piſcarium & atrium regum ædes uix Veſtæ defenſa eſt:ſed ut puto aliud fuit eius ædis incendium uel forte alterius.

M inyæ prima cum. i. latino:alia cū. y. græco ſcribitur:fuerunt theſſaliæ populi q teſte Orpheo in argonautica Iaſonem ad colchos ꝓficiſcentem ſecuti ſunt:unde ait Oui. in initio ſeptimi metamorphoſeos. Iāq̧ fretum minyæ pegaſea pupe ſecabant. Quare dixit Luca. in ſexto theſſaliam deſcribens. Vnde minyæ gens cognita remis.

M inyæus eodē modo uti ſupior dictio ſcribitur:fluuius eſt a theſſalia ueniēs:qui teſte Homero in. xi. iliados oppido arenæ uicinis hoſtia mari facit.

M inos cum. i. latino ſcribitur:fuit Iouis filius ex Europa:ut pœte fere omnes aſſerunt. Alii uero nōnulli affirmant eū non Iouis:ſed Xanthi regis cretenſium ex Europa filium fuiſſe:cui in regno ſucceſſit. Herodotus uero in libro hiſtoriaruꝫ .i. de illo loquens dixit cum fratre Sarpidone de regno cretæ diſſenſiſſe: ſed illo fugato regnum obtinuiſſe. idem teſte Ariſto. in æthicis & politicis primus cretenſibus leges dedit.

M inotaurus cum. i. latino & t. exili ſcribit̄:dictio ē cōpoſita ex Minoe & tauro:q̄ſi Minois taurus. Nam (ut ſcribit Home. li. viii. odyſſeæ) cum Minos bello contra athenienſes & megerenſes (qui Androgeū filiū interemerant) detineret̄: Paſyphæ eius uxor a Venere:quæ in ſobolē ſolis irata erat:ad infauſtum amorem formoſi tauri cōpellit̄:cū quo arte Dedali in uacca lignea corio amatæ uaccæ circuꝫ poſita cōcubuit:ac grauida facta Minotaurū genuit. dicēte & Vir. i. vi. æneidos
Contra elata mari reſpondet gnoſia tellus
Hic crudelis amor thauri ſuppoſtaq̧ furto
Paſyphæ:mixtūq̧ genus proleſq̧ biformis
Minotaurus ineſt:ueneris mounmenta nefandæ. Idem in bucolico.
Et fortunatam ſi nunq̄ armenta fuiſſent
Paſyphæn:niuei ſolatur amore iuuenci.
Quod cū reſciuiſſet Minos mōſtruoſū filiuꝫ ex uxore natū:qa media ꝑte homo & altera media taurus erat̄: illū ī labarynto cōcluſit dicēte etiā Oui. ī. viii. meta.
Quo poſtq̄ geminam tauri iuueniſq̧ figuram
Clauſit:& acteo bis paſtum ſanguine monſtrum.
Tertia ſors annis domuit repetita nouenis. Nā uictis athenieſibus iuſſit Minos in uindictam Androgei illos quotānis ſeptem ex filiis dare:quos minotauro deuorādos præbebat:dicente Virgilio in. vi. Tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi miſerum ſeptena quotannis Corpora natorum:ſtat ductis ſortibus urna. Et ut nōnulli ferunt primis tribus annis plæbeiorum natos:ſecundis tribus ānis populares:tertiis uero nobiles exhibuerunt:inter quos Theſeus ſorte miſſus adiutorio Ariadnes Minotaurum interemit:& ex ipſo laborynto euaſit:ac claꝫ diffugiens Ariadnen & Phedram ſorores & Minois filias trāſportauit:ut uidimus in dictione Ariadne.

M inturne cum. i. latino:& t. exili ſcribitur:fuit oppidum in cāpania habēs ꝓpinquas paludes. in qbus Marius cū Syllæ rabiē effugeret delituit. De quo Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris inqt:Exilium ut carcer minturnarūq̧ paludes. Et mendicatus uicta carthagine panis:de Mario loquitur: ſed ſuboſcure quædam tangit:quæ explanatione indigent. itaq̧ ꝓ loci huius declaratione traducendum duxi id Plutarchi quod in uita Marii ad rem hanc ſpectare uidet̄:cū narrauerit Plutarchus diſceſſum Marii ex minturnis:q fere nudus & omni auxilio deſtitutus abſceſſit:& delatū eū ad ænariam inſulam dixerit:ubi Graniuꝫ & amicos alios quoſdā cōperit:ꝓſeqt̄ queādmodū cum illis ad Hiempſalem numidarum regē ꝓ auxiliis nauigare deareuerat. Sed omnium egēs cū & aquæ inopia grauaret̄ ericē uſq̧ ſiliciā maxime aquatum uenit:ubi a locis eius quæſtore nōnullis ex ſociis amiſſis: uix ipſe euadere potuit: qn cōprehenderet̄. Sed ad nauem reductus ad meningā inde inſulā nauigauit:in q̄ certitudine ſuſcæpta de ſalute filii:q cū Cethego erat paulum reſpirauit. interim uenit in mentē petere carthaginē:& hoc iō qa erat libyæ & eius urbis præfectus Sextilius uir qdē romanus ſibi diu cognitus:q licet a ſe hactenus neq̧ grata neq̧ ingrata ſuſcæpiſſet:ſperabat tamen illum q̄dam cōmiſeratione in ſe cōmoturuꝫ. & ſibi ad minus in cōmeatu præſidio affuturum. q̄re carthaginē attingens cum paucis ſociis naui egreſſus ē. Quod cū Sextilius præfectus ꝑſenſiſſet:ſtatim obuiā mario lictorē emiſit:q illi quoq̧ nunciaret ex aphrica q̄primū diſcederet:quod ſi ſecus faceret:uelle ſe decretis ſenatus obtempare: & romanorum hoſtem habere. Quibus a lictore auditis magna Marius mæſticia afficitur:& ingenti dolore cōfractus immobiles in lictorē oculos defixit:ac diu intra ſilentium ſe continens: repēſitabat caſus acerbitatē:& cōmeatus neceſſitatē cōſiderabat. Sed inſtāte lictore ac interrogante qd præfecto reſpōderet:Marius tūc ſuſpiriis ab alto pectore

cractis:& a trocis oculos in lictorem intendens: in hæc tandem uerba prorupit nũtia. Sextilio.te uidiſſe. C. Mariũ in ruinis carthaginis ſedentem: exuléq; & panem mendicantẽ. Nec plura dicens ad nauem q̃primũ rediit. hæc ex Plutarcho traducere uolui: ut id Iuuenalis intelligi poſſit. Et mendicatus uicta carthagie panis: hoc eſt apud carthaginem uictam: quia in ipſius carthaginis ruinis nec impetrare ualuiſſe.

M yoparo cum.y.græco ſcribitur: genus eſt nauis qua piratæ uti conſueuerant: a qua & ipſi myoparones uocati ſunt.

M yoparones cũ.y.græco ſcribit̃: dicti ſunt pyrate ut in p̃cedenti dictiõe uidimus

Myophones cuʒ.y.græco ſcribitur: dicitur myon ideſt muriũ interfector: quo nomine nõnulli aconitum uocauere: ut in ea dictione uidimus.

M ipſæi prima cum.i.latino: ſequens cum.ps.ſequente.æ.diphthõgo ſcribitur: populi ſunt thraciæ: ut oſtendit Herodotus in.iiii.hiſtoriarum libro.

Miracium cum.i.latino &.c.exili ſcribitur. Nõnunq̃ ab antiquis habitũ eſt in uſu & adoleſcentulum denotat.

M yriandrus prima cum.y.græco: ſequens cum.i.latino ſcribitur: nomen eſt uiri proprium: quod decem milia uir ſignificat.

M yrica prima cum.y.græco: ſequens cum.i.latino & ultima cum.c.exili ſcribitur genus eſt uirgulti humilis: ut dixit Seruius: quod apud nos geneſtam quidam dici putant. Ideo ait Virgi.in bucolico humileſq; myricæ.

M yrmix prima cum.y.græco; ſequens cum.i.latino ſcribitur: dicitur apud nos formica.

M yrmidones prima cũ.y.græco: ſequens cum.i.latino ſcribitur; populi fuerunt theſſaliæ a myrmidone Iouis filio & eorũ duce cognominati: ut ſcripſit Heratoſthenes. Seruius uero ſup.ii.æneidos librũ: dicitur fuiſſe ĩ attica regione puellã myrmionem nomine: ob ſolertiam & caſtimoniam mineruæ gratã: quæ cũ aratrum in odium Cereris a minerua conditum hominibus demonſtraret: ĩa turbata minerua in formicam uerſa fuit: quæ græca lingua myrmix dicitur: quã dãnauit: ut nunq̃ deſiſteret a cõgregandis granis. ſed quia adueniẽte peſte in ægina inſula ex formicis deinde populi reſtituti ſunt: ut late narrauit Oui.li.metamorphſeos populi illi dicti ſunt myrmidones.

M yrmilon eodem modo ut ſuperior dictio ſcribitur: fuit hiſtrionis nomen ut Iuuenalis: Aut myrmilonem ex prima infans: & a myrmice quæ latine formica dicitur: quaſi ferens micam peſcendit.

M yron cũ.y.græco ſcribit̃: fuit teſte Plinio li.xxiiii.natura.hiſto.ſtatuarius Eleutheris natus: & Hegeſiladis diſcipulus. Eſt etiã myron apud græcos quod a noſtris unguentũ dicit̃. & ut dixit Pli.ĩ initio li.xiii.unguẽta quis primus inuenit nõ tradit̃. Iliacis tẽporibus nõ erat nec ture ſupplicabitur: cedri tantum & citri ſuorum fruticum & in ſacris fumo cõuolutum in nidorẽ uerius q̃ odorem nouerant: iam roſe ſucco recæpto. Et ſubdit primũ quod equidem inueniã caſtris Darii regis expugnatis in reliquo eius apparatu Alexander cæpit ſcrineum unguentorum. Et in ſequentibus inquit unguentis cognomina dederunt aliis patriæ: aliis ſucci: aliis arbores: aliis cauſæ: & ut alibi ait fuit unguẽtaria uoluptas etiã a romanis inter laudatiſſima atq; etiã honeſtiſſima uitæ bona admiſſa.

M yrapia prima cum.y.græco & penultima cũ.i.latino ſcribitur: genus eſt pyrorũ ſic quoq; teſte dictorũ Pli.li.xv. quia odorẽ gratiſſimum gerunt: unde a myron deducitur: quaſi odorem redolentiu.

M yrobalanũ cũ.y.&.o.ante.b.&.a.ãte.l.ſcribit̃: fructus ẽ teſte Pli.li.xii.natu. hiſto. arboris: quã helitropiũ uocant: magnitudine auellanæ nucis. Cõmunis trogoditis: & thebaidi: & arabiæ: quæ iudæã ab ægypto diſtermiat. Noſcẽtibus unguenta cognitus: ut ipſo nomine appet. nã μύρον unguentum deſignat: & βάλανος nucẽ ſeu glandẽ: unde alio in loco de quodã palmarũ fructu inqt rotũdi ſunt: & q̃ balanis ſimiliores: & illũ eſſe puto: quẽ alibi phœnicobalaũ uocauit

M yronides prima cum.y.græco ſcribitur: nomen fuit ꝓprium uiri athenienſis.

M yrtus cum.y.græco &.t.exili ſcribitur: & non cum.th.aſpirato: ut qdã putauerunt: arbuſcula eſt nobis notiſſima: & ut dicunt poetæ Veneri ſacra: & hoc teſte Seruio ſup.ii.georgi.uel ꝙ gaudet litoribus: & Venus de mari dicitur ꝓcreata uel quod ut medicorum indicant libri apta eſt mulierum neceſſitatibus plurimis eadem teſte Plinio in.xv.naturalis hiſtoriæ primum Celenis in Elpenoris tumulo uiſa traditur. & eodem libro ait uirgæ quoq; eius geſtatæ uiatori pediti in longo itinere proſunt. hac etiam coronabantur ouantes: ut uidebimus in dictione ſtemma.

M yrſus prima cũ.y.græco ſcribit̃: fuit pater Candaulis: ut in ea dictiõe uidimus

M yrſilus prima cum.y.græco: ſequens cum.i.latino ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo. ille idem qui & Candaules dictus fuit.

M yrtilus prima cũ.y.græco: ſequens cum.t.exili &.i.latino: ultima cum unico.l. ſcribit̃: fuit teſte Iginio in li.de aſtronomia poetica Mercurii filius ex Clytia: & Oenomai regis bellidis: & piſæ auriga: a Pelope in mare proiectus. Vnde pelagus myrtoum nomen aſſumpſit: ut in dictione Hippodamia uidimus.

M yrtoum cum.y.græco: &.t.exili ſcribitur. Pelagus eſt pars maris ægæi nomẽ ab Myrtilo accipiens: qui in illa proiectus fuit. Horatius in primo carminum. Myrtoum pauidus nauta ſecet mare.

M yrrha cum.y.græco: & duplicato.r. atq; ſecundo aſpirato ſcribit̃: fuit Cynaræ cyproruʒ regis ex Cõcrea cõiuge filia: quæ id illa ꝓcurãte a patre inſcio effecta grauida: atq; deinde recognita: eius irã in ſabæã diffugit: ubi deorum miſeratione in arborẽ ſui nominis tranſformata fuit. Cuius pariendi tẽpore inſtante: & agẽte ſolis calore Adonem peperit: quẽ nymphæ liquoribus unxere maternis: atq; adhibita diligentia nutriuere. ut late omnia ꝑtractauit Ouidi.li.metamorphoſeos.x. hanc arborem referente Plinio naturalis hiſtoriæ.xii.in eiſdem ſiluis cum ture ꝑmixtam naſci tradidere nõnulli: plures ſeparatim: & multis in locis arabiæ gignitur. Eſtq; arboris altitudo ad quinq; cubita: nec ſine ſpina: caudice duro & intorto: craſſiore q̃ turis. Et ut ipſe Plinius dixit: nõ dant ex myrrha ſabæi portionem deo: quoniam & apud alios naſcitur.

M yrrhina cum.y.græco: & duplicato.r. atq; ſecundo aſpirato ſubſequente.i.latio ſcribit. Nõnulli uero ex latinis illud.y.græcum in.u.noſtruʒ cõuertunt ac ſcribunt murrina: quã humorẽ ſubterraneum eſſe dixit Pli.li.xxxvii.naturalis hiſtoriæ: & ſub terra calore denſatum: dixitq; habere nitorem potius q̃ ſplendorẽ Sed in precio uarietatem colorum eſſe ſubinde circum agentibus ſe maculis in purpurã candoréq;: & tertium quendã ex utraq; igneſcentẽ ueluti ꝑ trãſitũ coloris purpuræ: aut rubeſcentẽ lacteo. Sunt q maxime in his laudant quoſdã colorũ reꝑcuſſus: quales in cæleſti arcu ſpectant̃. maculæ pingues placent. tranſlucere. quicq̃ aut pallere uitium eſt. Et ut idẽ auctor ait myrrhinam primus in

urbẽ Põpeius ex uictoria mithridatica inuexit. Eiuſq; luſũ i pocula excreſcere quotidie.fuiſſeq; romæ myrrhinũ calicẽ.lxx.talẽtis emptũ:capaceſq; ad ſextarios tres idem auctor rettulit Ac Titũ Petronium conſularẽ trullam myrrhinam trecẽtis talentis emptam moriturũ fregiſſe Neronis inuidia rettulit etiam ipſe Plinius ſe annumerari uidiſſe unius ſcyphi fracti membra:q corporis Alexãdri magni conditoriũ fuit.Oriẽs myrrhina3 mittit.Inueniť ibi ĩ pluribus locis.nec in ſingulis:præcipua in carmania.

M yrina prima cũ.y.græco ſequẽs cum unico.t.&.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero in.ii.Iliados urbs in æolia.

M yrſinus primacũ.y.græco ſequẽs cũ.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero libro ſecundo Iliados:ciuitas in pelopõneſo:

M yſon cum.y.græco & unico.s.ſcribitur:fuit teſte Hermippo cheneus patria:ſed floruit athenis philoſophus inſignis:habuitq; teſte Siſocrate patrẽ Srimonẽ nomine:quẽ tyrannum fuiſſe aiũt huius opa.Piſiſtrato tyrãno aſcripta credunt.

M yſia prima cum.y.græco.ſequens cum unico.s.&.i.latio ſcribitur:prouĩcia eſt phrygiæ adiacens helleſpõto:teſte Pli.lib.v.naturalis hiſtoriæ cõterminam habet æoliam:in qua ciuitas eſt Moeſia:dicente Seruio ſuper primum georgicorũ myſia prouĩcia ẽ moeſia uero ciuitas haud lõge a troia: de qua in ea dictione uidebimus.

M yſterium prima cum.y.græco:ſequens cũ.t.exili ſcribitur.& teſte Clemente in ſtromatibus μύσος:quod ẽ odiu3 deducit.Apolodorus uero ait a Myunte quodam atteo qui uenãdo periit nomen funẽbris honoris accæpiſſe. Itaq; uti orgia abuſiue pſolis bacchi ſacris poni cõſuetum eſt.

M yſticũ eodem mõ ſcribitur:& a myſterio deducitur.at miniſteriũ aminiſtrando latinum eſt.

M iſis cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſto.ii.primus ægypti rex.

M itylene prima cum.i.latino:ſequens cum.t.exili &. y.græco ſcribiť.iſula eſt nobilis in ægæo mari:alio noĩe leſbos cognominata:unde leſbides patronymicum foemininu3: quod in prima detinet accentum:ut Oui.

Leſbides euerſa corpora capta domo.

M ithridates prima cum.i.latino: ſequens cũ.th.aſpirato:&.i.latino ultima cũ.t.exili ſcribiť.fuit rex ponti:& filius Pharnacis regis parthorũ:& romãorũ amiciſſimus.qui & filium habuit Mithridatẽ romanorum hoſtẽ & ter a romanis uictũ.Nã ut ait Pli.li.xxv.naturalis hiſtoriæ quotidie antidotũ contra uenena ſumebat:adeo ut cum quadragita ſex annis cũ romanis bella fouiſſ3 ut late oſtẽdit Iuſtinus lib.xxxviii.tribus demum in gentibus bellis foelicitate Syllæ:uirtute Luculli.& põpeii magnitudie uictus eſſet:& iã mortem ſibi inferri decreuiſſet:ut dixit Gellius lib.xvii.& fruſtra uiolẽtiſſima uenena ſũpſiſſet:ultimo gladio ſe tranſfixit.Pli.uero nepos in libro de uiris illuſtribus dixit.illum uenenũ ſumpſiſſe:quo tarde agẽte pcuſſorẽ gallũ atroci uultu territum reuocauit:& in cædem ſuã manum trepidãtis adiuuit Alii uero acutiſſimo ueneno extinctum illum fuiſſe aſſerunt.Quos Lucanus ſecutus imprimo libro.ait.

Poſt cilicas ne uagos & laſſi pontica regis.

Prælia barbarico uix conſumata ueneno.De cuius ſingulari memoria uidebimus in dictione Themiſtocles.

M itra cum.i.latio &.t.exili ſcribitur:nomen eſt barbarum.eratq; teſte Seruio ſup iii.æneidos incuruus pilleus:de quo (ut ait) pendebat buccarum tegmen:quo phrygii & lydii utebantur:ideo Hiarbas in Aeneam dixit apud Virgilium præfato libro:Meonia mentum mitra crinemq; madentem Subnixus.Et Iuuenalis

Ite quibus grata eſt picta lupa barbara mitra.

M ythus cum.y.græco:&.th.aſpirato ſcribitur:apud nos interpretatur fabula: & inde mythicus fabuloſus:& fuit fabulandi conſuetudo teſte Gellio a græcis primum comperta:quorum leuitas inſtructa dicendi facultate & copia:incredibile eſt quantas mendatiorum nebulas excitauerit.

M neſtheus cũ.n.poſt.m.&.th.aſpirato ſequẽte.eu.diphthõgo ſcribitur nomẽ fuit proprium uiri troiani:ut Vir. ĩ primo æneidos mneſthea ſergeſtũq; uocat: fuit ex domo regia ab Aſſaraco genus trahẽs:ut idem in.xii.Et genus aſſaraci mneſtheus.Nõnunq̃ uero cauſa metri additur ĩmediate poſt.m.alterũ.e.& dicitur a poetis Meneſtheus:ut Virgi.in.x.Nec litio genitore minor nec fratre meneſtheo nec aliter uerſus ſtare poſſet: ut etiam Seruius annotauit atq; in ultima ſynæreſim fecit ex.e.&.o.propter rectã ſcanſionẽ.

M na cũ.n.poſt.m.in eadẽ ſyllaba ſcribitur:id diciť quod noſtri minã uocãt.quæ (teſte Varrone & Priſciano) unã cõtinet librã.

M onas cũ unico.n.ſcribitur:dicitur a noſtris unitas:& monos unus.

M onachus cũ.ch.aſpirato ſribitur:& a monos deducitur:atq; a noſtris ſolitarius dici poteſt.Vnde & monoculum unicum habẽtẽ oculum dicimus.

M onarcha cũ.ch.aſpirato ſcribitur:dicitur a noſtris unicus prĩceps:μόνος enim ſolus:& ἀρχὸς princeps dicitur:& monachia unius principatus.

M onacris cum.c.exili ſcribiť:mõs ẽ arcadiæ q̃ſi.μονη ακρισ.i.ſola ſummitas.

M onychus cũ.y.græco:&.ch.aſpirato ſcribitur:nomẽ ẽ cẽtauri propriũ: ut latini poetæ atteſtantu:ratq; compoſitum ex μόνος & ονυξ: quaſi ſolus ſiue unicus unguis.Nõ eni erat ei pes aut unguis ut bobus:ſed ut eqs.At in cõpoſitione a primo nomĩe ultĩa auferť ſyllaha:uidelicet νοσ :& remanet.mo.cum.o.micro: quod naturaliter ſemp ẽ breue.ſecũdũ uero nomẽ ſimiliter ab.o.micro incipit: quæ duo breuia inuicẽ cõiuncta p ſynæreſim unũ.ω.mega cõficiunt quod ſẽp eſt longum. Vnde ab Homero ſcribitur μώνυξ cuius genitiuus μώνυκοσ.a quo poetæ noſtri nomẽ ipſum pprium formauerunt:uidelicet monychus cũ prĩa lõga:ut Iuuenalis in prĩa ſatyra.Quãtas iaculeť monychus ornes.& Oui..viii.metamor.monychus exclamat. Lucanus ſimiliter li.vi.

Aſpera te pholoes frangentẽ monyche ſaxa:

Teq; ſub oetheo torquentem uertice uulſas.

Rhete ferox quas uix boreas ĩuerteret ornos. & hoc uel qa uterq; potuit & ſaxa uellere:& ornos iaculari:uel Iuuenalis monychũ pro Rheto poſuit:ut Virgi.in primo æneidos Teucrũ pro Dardano:in bucolico Philomenam p progne:& in libro georgicorũ.iii.Pollucem p Caſtore.Sane Homerus nõ pprium illud: ſed appellatiuũ poſuit:uidelicet pro epitheto equorũ : cũ ait in.v.Iliados αὐτώ τε κτεινη καὶ ἔλαση μώνυχους ιππους: hoc eſt ſi dicere poſſemus unguichinos equos cum prima longa: a quo poetæ noſtri proprium deduxerunt. atq; eodem modo productam primã ſeruauerunt.

M onymus cum.y.græco ſcribitur: fuit menſarii cuiuſdam corinthi famulus: ad quem cum Xemides:qui Diogenem emerat ſæpe pergeret:& laudes eximias uiri:quem emerat prædicaret: Monymuſq; ſæpiſſime illum audiret.in Diogenis

deſiderium tractus finxit ſe inſanũ:& monetã ſpargere cœpit: qua re a domino repudiatus ad Diogenẽ ſe contulit:cuius doctrina ſecutus euaſit uir eloquans & ductus.de quo Menander comicus mentionem facit.

Monomachia cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dicitur a nobis ſingulare certamen:Nã cõponit̃ ex monos qđ ſingulũ denotat:& machia quæ ẽ pugna.

Monoſceli cum.c.exili ſequente.e.ſine diphthongo ſcribilur:homines illi dicebantur(teſte Plinio lib.vii.naturalis hiſtoriæ)qui ſingulis cruribus naſcebantur:& miræ pernicitatis ad ſaltum erant:nam dictio eſt compoſita ex monos quod eſt unicum:& σκέλος crus.

Monœcus penultima cum.œ.diphthongo.& ultima cum.c.exili ſcribitur: portus eſt in liguria.ſic quoq; ab Hercule cognominatus:de quo Virgili.li.æneidos.vi Aggeribus ſocer alpinis atq; arce monoeci.Nam componitur ex monos qui ẽ ſolus:& οἶκος domus.Et teſte Seruio ideo putant Herculem ſic dictum:uel quod pulſis omnibus illic ſolus habitauit:uel quod in eius templo nunq̃ aliquis deorum ſimul colitur:ſicut in templo Iouis colitur Minerua & Iuno : & in templo Veneris Cupido.

Monoptoton abſq; aſpiratione ſcribitur:dici poteſt unus caſus.Nam componitur ex monos qui eſt unus:& πτῶσις caſus.

Monoxyla cum.y.græco:& unico.l.ſcribitur : deſignat apud nos ea quæ tantummodo ſunt lignea:monos enim ſolum:& ξύλα ligna dicuntur.

Moloſſa cũ unico.l.& duplicato.s.ſcribitur:regio ẽ europæ:quæ poſtea epirus dicta fuit:ut in ea dictione uidimus.Oui.in primo metamor.Nec contentus eo ẽ miſſi degente moloſſa Obſidis unius iugulum mucrone reſoluit.at in moloſſa bonos canes naſci cũ a multis referatur:tũ ab Horatio in epodo: Nam qualis aut moloſſus:aut fuluus laconica uis paſtoribus agam per altas aure ſublata niues quæq; p̃cedet fera.Et uirgi.in.iii.georgi.Nec tibi cura canum fuerit poſtrema: ſed una Velocis ſparthæ catulos acremq; moloſſum paſce ſero pingui:ſed in canibus ſparthanis ſeu laconicis uelocitas.in moloſſis fortitudo laudat̃. Et inde moloſſus dictus eſt pes quidã ĩ metro ab ea patria ſaltatione cognominatus.

Molorchus cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Seruio ſup.iii. georgicorũ paſtor iuxta nemeam ſiluam habitans:qui : uenienten Herculem ad occidendum nemeum leonẽ:hoſpitio excæpit : & interpretatur uix teſticulos habens : nam μόλις eſt uix ὄρχυς teſtis.Occiderat enim unũ ex duobus filiis nemeus ille leo & ipſe ſenex erat.

Molus cũ unico.l.ſcribitur:fuit teſte Homero libro.x.iliados uir cretenſis:& Merionis aurigæ Idomeni pater.

Moeris prima cum.œ.diphthongo:ſequens cum.i.latino ſcribitur:nomen fuit regis cuiuſdam ægypti:ac paſtor quidam ponitur a Virgilio.

Moerichus prima cum.œ.diphthongo:ſequens cum.i.latino:ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit nomen uiri proprium.

Moedoria cũ.œ.diphthongo ſcribit̃:dicit̃ a noſtris dicacitas:ſeu mordacitas.

Moeſia cũ.œ.diphthongo:& unico.s.ſequẽte.i.latino ſcribit̃:fuit teſte Seruio ſup primum georgicorum ciuitas haud longe a troia:& ut oſtendere uidetur Macrobius non diſtans a gargaris oppido in radicibus montis idæ.nam ut Vrgilius ait in primo georgicorum libro.

Humida ſolſtitia atq; hyemes orate ſerenas.
Agricolæ:hiberno lætiſſima puluere farra.
Lætus ager:nullo ſe tantum mœſia cultu
Iactat:& ipſa ſuas mirantur gargara meſſes.hoc ẽ omnis regio quæ hyemes habebit ſerenas:& ſolſtitia hyemũ humida fructus optime ꝓducet.Et hæc quoq; agris adeo neceſſaria ſunt:ut ſine his:nec illi natura fœcundiſſimi mœſiæ: aut gargarorũ agri poſiti in imis radicibus idæ montis defluentis:unde humoribus irrigant̃ opioni fertilitatis reſponſuri ſunt.Nam gargara teſte ephoro li.hiſtori.v.Et Arato in libro q̧ dicitur elegion:opppidum eſt ad radices mõtis Idæ:cuius cacumen eodem mõ gargara uocitatur:ut Epicharmus in fabula quæ inſcribitur troes oſtendit.Homerus etiã ꝓ excelſiſſimo montis loco gargara poſuit. Et teſte Pli.li.xvii.naturalis hiſt.licet hæc hyemis ſerenitas meſſibus cõueniat: nõ tamen arboribus expetẽda eſt:cuius euideus cã ẽ:quoniã arbores fœtu exinanitas.& foliorũ quoq; amiſſione languidas:naturale ẽ auide eſurire:cibus autẽ earum ẽ imber.Et infra cõcludens ait:Qui ergo dixit hyemes ſerenas optãdas nõ arboribus uota fecit:nec p ſolſtitia imbres uitibus cõducunt.hæc ille: q & plura de his proſequitur.Eſt etiam mœſia cũ.œ.diphthongo ꝓuincia iuxta macedoniam pãnoniæ cõtermina:quam ſupiorem mœſiam uocant : & eſt alia q̃ ĩter danubiũ uerſus oriẽtẽ uſq; ad tyras fluuiũ portẽdit̃: q̃ mœſia inferior uocitat̃.

Morphoſis cum.ph.aſpirato:&.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris mutatio:& ideo morphea:ea dicitur infirmitas:qua mutatio fit coloris in colorem: aliquãdo tumorem:& inde metamorphoſis tranſmutatio ſeu uerius tranſformatio

Mucro cũ.c.exili ſcribitur:quidã græcum dicunt: & a μακρόν: qđ ẽ longum deducunt.Nã ut oſtendere uidet̃ Seruius ſup.xi.æneidos ps ẽ lanceæ oppoſita cuſpidi:unde cũ ĩ Pallãtis funere diſpoſuiſſet Aeneas uerſis arcades armis ait Seruius lugentium more mucronẽ haſtæ nõ cuſpidẽ cõtra terram tenentes erant ſcuta etiã inuertentes ꝓpter numia illic depicta:ne eorum ſimulachra cadaueris polluerent̃ aſpectu.cum lugentium mos ſit prioris habitus immutatio:itaq; & ſi mortuis ſalue atq; uale dicerent:ut Aeneas ibidem:Salue æternũ mihi maxime palla:Aeternumq; uale. Non id teſte Varrone dicebant: quod aut ualere aut ſalui eſſe poſſent:ſed quod ab his recedimus eos nunq̃ uiſuri: unde ortum eſt teſte Seruio:ut etiam maledicti ſignificationem interdũ uale obtineat:ut Terentius ualeant qui inter nos diſcidium uolunt: hoc eſt ita a nobis diſcedant. ut nunq̃ ad noſtrum reuertantur aſpectum. Ergo in uerbo uale quod mortuo dicebatur:non etymologia conſideranda eſt:ſed conſuetudo: quod nullis uale dicimus:niſi a quibus recedimus Quare Donatus expoſuit ſuper Terentio in andria ubi dicit:Valeant qui inter nos diſcidiũ uolunt:hoc eſt abeant recedãt quia diſcedentibus:& mortuis uale dicimus: uel potius eum male operaturus eſſet conſiderato patre honeſtius locutus eſt:& non dixit q̧ intereant pereant: & attende quod moderatẽ pluraliter dixit cum ſignificaret patrem. ualeant renunciationis:& imprecationis ẽ uerbum.hæc ille.

Mulcta cũ.ct.ſine aſpiratione ſcribitur:de quo Gellins circa initium libri.xi. noctium atticarum inquit uocabulum ipſum mulctæ.M. Varro in undeuigeſimo rerum humanarum non latinum:ſed ſabinum eſſe dixit.idq; ad ſuam memoriam manſiſſe ait in lingua ſamnitum:qui ſunt a ſabinis orti.

Mullus cum duplicato.l.ſcribitur:genus eſt piſcis:qui græce myllos cũ.y. græco ſcribitur:de quo Iuuenalis.Mullum ſex milibus emit.

Muræna cum unico.r.&.æ.diphthongo in penultima ſcribitur:genus eſt anguillæ:quam Plini.ix.naturalis hiſtoriæ dixit:quocunq; menſe parere:cum cæteri piſces ſtatuto tempore pariant.Oua eius ut ait citiſſime creſcunt. Refert etiam murenas ipſas in ſicco littore elapſas uulgus coitu ſerpentum impleri putāt.Et in eodem libro dixit meliores apud nos in freto ſiculo capiuntur.quod Iuuenalis teſtiſſe uidetur cum ait in.v.ſatyra Byrrhoni murena datur:quæ maxima uenit gurgite de ſiculo.Dixit etiam Plinius libro.xxxii. murenam habere animā in cauda:eaq; icta celerrime exanimari:a capitis uero ictu difficulter. Et alibi i eodem libro murenarum inquit uiuarium priuatim excogitauit ante alios Currus:qui cœnis triunphalibus Cæſaris dictatoris ſex milia numero murænarū appendit.Et infra ſubdit apud baulos in parte baiana piſcinam habuit Hortenſius orator:in qua murenam adeo dilexit ut exanimatam fleſſe credatur.Et proſequitur in eadem uilla Antonia Truſi murænæ: quam diligebat in aures addidit:cuius pp famam nōnulli baulos uidere concupiuerunt.

M us græce ſcribitur mys:ſed nos illud.y.græcum in noſtrum.u.conuertimus.& dicimus mus:qui latine ſorex dicitur a corroſionis ſono:& facit apud nos diminutiuum muſculus cum.c.exili.

M uſio cum unico.s.&.i.latino ſcribitur : dicitur a græcis & a noſtris catus:quaſi καυτὸσ ideſt cautus.Sed ideo muſio dictus q̄a muribus ſit infeſtus.

M uſcus cum.ch.aſpirato ſcribitur:animal eſt ad ſimilitudinem mutis binos tantum modo dentes ex parte ſuperioris mandibulæ: & totidem ex parte inferioris detinens.ſuntq; flexi ad interiora:iuxta cuius umbilicum naſcitur ſanguineū apoſtema inter carnē & coriū:quod cū pelle ablatū p̄cioſum muſchū conficit.

M uſtela cum.t.exili & unico.l.ſcribitur:dici poteſt a noſtris ſorex longus. nam telon græce latine longum dicitur.

M uſa cum unico.s.ſcribitur:& dicitur (teſte Herodiano) a μῶσισ : quod eſt inquiſitio,has nouem poetæ fuiſſe dixerunt:ut Heſiodus in theogonia ἐννέα θυγατέρεσ μεγάλου Διὸσ:hoc ē nouē filiæ magni Iouis.Idē Home.li.ii.iliados. Sȝ ponit Heſiodus earum nomina tribus in his uerſibus.

κλιὼ τ' εὐτέρπη: τε θάλειά τε μελπομένη τε
τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε πολύμνια τ' οὐρανίη τε
καλλιόπη θ' ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασάων

Et exponuntur a cōmentatoribus græcis:ita ut Clio dicatur a cleos quæ eſt gloria ex rebus ſcilicet geſtis:ob quod hiſtorica ab illis dicitur. Et nonnulli ex noſtris Clio geſta canens tranſactis tempora reddit,Euterpe delectans interpretatur:& tibicinaria ponitur a græcis:quare ex noſtris quidaȝ ait.Dulciloquis calamos euterpe flatibus implet,Thalia a latinis quibuſdam interpretatur capacitas:ſed a græcis commœdia uocatur:ut Comica laſciuo gaudet ſermone thalia. Melpomene uero ut meditationem faciens ab illis tragica nuncupatur:ut melpomene tragico proclamat mæſta boatu,Terpſichore exultans traducitur:ideo q; ab illis cithariſtria nūcupatur:ut Dulcia terpſichore citharis modulamina miſcet,Erato āore cātās:ut Cū plectris erato ſaltat:canit:ābulat:& ſtat.Polyhymnia multæ memoriæ dicit̄. & ob hoc Rhetoricos dictat polyhymnia muſa colores,Vrania cæleſtis interpretat̄:& aſtrologia a nobis dicitur:ut urania canit cælos:& ſidera tangens,Calliope uero pulchrum carmē dici poteſt:& ob hoc poeſis a græcis cognominat̄:ut.Carmina calliope libris heroica mandat;quā p̄cellere

aliis dixit Heſiodus in ultio uerſu:quem induximus. Quod ideo fieri expoſuit cōmentator Ariſtrachus:q̄ reliquas omnes intra ſe cōtinet.Et cum hec diuinā quandam metro uim ſuperaddit,ſat uero poetæ nōnunq̄ proprietates has confundentes unā p̄ reliq̄ ponunt.harū mater Teſpis dicta fuit:unde & muſæ ipſe theſpiades a poetis uocitantur.Ouidi.li.v.metamorpho. Teſpiades certate deæ. Dicuntur etiam pierides a nouē natabus Pieri:quas canendo uicerunt:ut Virgilius in bucolico:Dicite pierides,Dicuntur etiam libetrides a fonte libetrio illis ſacro:qui (teſte Solino) eſt in magneſia:uel ut alii nōnulli uolunt a monte ætoliæ.Virgi.in bucolico.Nymphæ noſter amor libetrides,dicunt̄ & aoniæ: ut i ea dictione uidimus;quin & pegaſides a fonte pegaſeo :de quo in dictione meduſa uidimus.Sappho ad Phaonem:At mihi,pegaſides blandiſſima,carmina,dictant.Sunt non ſolū fontes:ſed etiam montes dicati muſis.ut Virgi.in.iiii.georgicoruȝ.Sed me parnaſi deſerta p̄ auia dulcis raptat amor.& alibi: Pandite nūc helicona deæ.ſimiliter Ouidi.Virgi.helicon.

M uſæus cum unico.ſ.&.æ.diphthongo in penultima ſcribitur:fuit poeta antiqſſimus:& inſignis apud græcos:& tēpore Orphei:ut Orpheus ipſe in argonautica atteſtatur:immo & unum ex argonautis fuiſſe oſtendit.hunc nōnulli filiū fuiſſe Apollinis atteſtantur.Alii Eumolphi cuiuſdam filiū dicunt. inducuntq; in teſtimonium illius epitaphiū his uerbis traductū:Eumolphi dilecti filiuȝ habet phalericum ſolū Muſæū corruptum corpore ſub hoc tumulo.huius iucundiſſimum poema comperi de amore Leondri:& Hero.

M uſicus cum.i.latino:&.c.exili ſcribitur:& a muſa deducitur.

n

Ae cū.æ.didhthongo ſcribit̄: dictio græca ē: & p̄ utiq; ac certe ponit̄:ut apud Terentiū in Andria:næ illa illū haud nouit.idē ait.faciunt næ intelligendo:ut nihil intelligant qſi faciunt p̄fecto,Cicero de oratore li.iii.næ ille haud ſane quēamodū uerba ſtruat: & illuminet a magiſtris iſtis requiret.Et cum apud græcos (licet cū diphthōgo ſcribatur) breuis ſit,apud noſtris etiam eandem regulam obſeruat:& breuis more græco a noſtris poetis ponitur Virgilius.

N abathea cū.th.aſpirato ſcribit̄:regio ē quæ ab arabia incipiens quā intra ſe cōtinet uſq; ad mare rubrū ex latere dextro:& p̄ſicū ſiniſtro:atq; ex ſup̄iori parte i indicum p̄tenditur.& ut ſacræ litteræ atteſtantur a Nabaoth primogenito Hiſmaelis nomen accæpit.declinaturq; hæc nabathea huius nabatheæ regio: & inde nabatheus nabathea nabatheum.Oui.li.metamorpho.i. Eurus ad auroram nabatheaq; regna receſſit. eadem olim mittebat elephātes: ut Iuuenalis i ſatyra Atticus eximie:Dentibus ex illis quos mittit porta ſyenes.
Et quos depoſuit nabatheo belua ſaltu.

N anus prima ac ſecūda cū unico.n.ſcribitur: græcū eſt uocabulum teſte Gellio in.xviii.noctiū atticarū quo uocauerunt breui atq; humili corp̄e homines paululum ſupra terrā extantes:quos latine pomiliones dicimus.

N arciſſus cum.c.exili:&.i.latino atq; duplicato.ſ.ſcribitur:fuit Cephiſi fluuii ex Lyriope nympha filius formoſiſſimus.de quo Oui.in.iii. metamor. libro fabulam omnē elegantiſſime ptractauit.tetigit etiā Statius in.vii.thebaidos.& Seneca in Hercule furente.ſed alius fuit Narciſſus Claudii imperatoris libertus po

tentiſſimus ſane apud principem:ut uidimus in dictione Maſſalina. Et ditiſſimus ut oſtendimus in dictione creta:unde ait de illo Iuuenalis in ſatyra quæ incipit Plurima ſũt fuſcine:ubi ait:Quod ſi nõ ſufficiũt tibi ſextertia q̃drigẽta

Nec crœſi fortuna unq̃:nec perſica regna.
Sufficient animo:nec diuitiæ narciſſi.
Indulſit cæſar:cui claudius omnia:cuius.
Paruit imperiis uxorem occidere iuſſus:ut uidimus in dictione Meſſalina.

N aritia cum.t.exili:&.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit inſula in mari ionio ex regno Vlyxis.

N aſamones cum unico.s.ſcribitur : populi ſunt in libya iuxta auſchiſeos ex uno latere:& littora ſyrtium habitantes ex altero. Et ut ſcribit Herodotus in quarto hiſtori. Siquæ naues infœliciter actæ uenerint ſyrtibus inuolutæ eas ſpoliant. Sicq; per rapinam cum aliis habent cõmercia ſpoliãdo. Quod Lucanus tetigit in octauo cum ait.

Hoc tam ſegne ſolum raras tamen exerit herbas.
Quas naſamon geos dira legit:quæ proxima ponto.
Nudus rura tenet:quem mundi barbara damnis.
Syrtis alit:nam litoreis populator arenis:
Imminet:& nullos portus tangente carina.
Nouit opes:ſic cum toto commercia mundo.
Naufragiis naſamones habent. Idem Pli.in.v.natu.hiſto.confirmauit.

N aſtes cũ.t.exili ſcribit̃:fuit frater Amphimachi:& filius Nomiõis:& teſte Homero in.ii.iliados ex his unus:qui in troianorum auxilia conuenere.

N auci cum.au.diphthongo.&.c.exili atq;.i.latino ſcribitur: ſignificat putamen nucis:& pro nihilo accipitur. Plautus in muſtelaria:Qui homo timidus erit in rebus dubiis:nauci non erit:idem in truculentu. Tympanotrimpa amas hominem non nauci.

N auis a græco deſcendit quod eſt ναῦσ.

N auigium cum.i.latino ſcribitur:dicitur nauis ductio·nam cum ἀγῶ quod eſt duco componitur.

N auta cum.t.exili ſcribitur:& ſæpe ab antiquis nauita dicitur.

N auclerus cũ.c.exili ſcribit̃:dici poteſt nauicularius:quaſi nauis cleros ideſt ſors idem etiam græce nauarchos p.ch.aſpiratum.i.nauis princeps dicitur.

N aumachia cũ.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit̃:dicitur a noſtris bellum nauale ſeu magis præliũ. Et cõponitur ex ναῦσ:quod eſt nauis:& μαχη bellum.

N auſica cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:& apud Homerum duplicatur aliquãdo a.in fine:ac dicitur nauſicaa:fuit Alcinoi phæacum regis filia.dicente Homero in.v.odyſſeæ ναυσικάα θυγάτηρ μεγαλήτοροσ ἀλκινόοιο : hoc eſt nauſicaa filia magnanimi Alcinoi.unde ait Martialis in.xii.

Si mihi nauſica patrios concederet hortos.
Alcinoo poſſem dicere malo meos:de qua in dictione Aeneas uidimus.

N auſithous cum.i.latino &.th.aſpirato ſubſequente.o.uocali ſcribitur: fuit Neptuni filius ex Periboa Eurymedontis filia:ac Homero teſte li.vii.odyſſeæ alcinoi phæacum regis pater.

N axos cum.x.conſonante ſcribitur: inſula eſt in mari ægæo una ex cycladibus : cunctas alias uini fertilitate exuperans.unde Virgi.in.iii.æneidos inq̃t Bacchatemque iugis naxon.

N eæra prima ſine diphthongo:ſequens cũ.æ.diphthongo ſcribitur:nomẽ ẽ fœminæ quæ teſte Home.li.xii.odyſſeæ pepit Soli duas filias Phætuſam.ſ.& Lãpetiã quæ armenta ſolis tranſeunte Vlyxe apud ſiciliã cuſtodiebant: unde eodẽ mõ ſcribendũ eſt apud Virgilium in bucolico:ipſe neæram dum fouet.

N ebrodes cum.e.abſq; diphthongo:&.o.poſt.r.& ante.d.ſcribitur: dicunt̃ ꝓprie apud græcos damarum pelles:a quibus bacchantes ipſæ cognominatæ ſunt:qa illis utebantur:ut uidebimus in dictione orgia.

N ectar cũ.c.&.t.exilibus ſcribit̃:dicit̃ deorũ potio:quæ teſte Feſto a noſtris murrina dicebatur:& ut qdam putant ex uuæ genere murrinæ cognominata.

N ecos cum.c.exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriarum.ii.filius Pſametici & ægypti rex:cui filius Pſammis in regno ſucceſſit.

N eiphyle ſecunda cum.i.latino:ſequens cum.ph.aſpirato:&.y.græco ultima cuȝ unico.l.ſcribitur.

N eleus prima cũ.e.abſq; diphthõgo:& cũ unico.l.ſcribit̃:fuit rex in pylo: & teſte Home.in.xi.odiſſeæ habuit uxorẽ Chlorim:ex q̃ genuit Neſtorẽ:Chromiũ: Periclymenẽ. Agerochũ: & Peronẽ. Et ut neſtor ipſe apud Homerũ in.xi. iliados enarrauit. Hercules eius domũ: & patriã euertit: ita ut ex duodecim fratribus ipſe ſolus remanſerit:& a Neleo patronymicum neleides deriuatur.

N eominia abſq; aliqua diphthongo:& cũ.i.latino ſcribitur.dici poteſt a nobis nouilunium.nam cõponitur ex neos:quod ẽ nouus & μηνια: quæ eſt menſtrua hoc ẽ luna a μήν:qui menſis dicitur deriuata:eo ꝙ ſingulo menſe a mulieribus defluant:unde μηνιαῖοσ menſtruoſus a nobis dicitur.

N eoptolemus cũ.t.exili & unico.l.ſequente.e.abſq; diphthongo ſcribit̃: dictio eſt cõpoſita ex neos q eſt nouus:& ptolemus miles: q̃ſi nouus miles. nã πτολεμῶ apud æoles idẽ ẽ:quod apud atticos πολεμῶ id eſt pugno:& fuit nomen proprium filii Achilllis ex Deidamia:qui deinde teſte Seruio ſup.ii.æneidos a capillorum qualitate dictus eſt Pirrhus. Ouidi.in.viii.heroidũ epiſtolarum.

Pyrrhus achileidos animoſus imagine patris.

N eophytus cum.y.græco:&.t.exili ſcribitur:dici poteſt a nobis nouellus. naȝ cõponitur ex neon:qđ eſt nouum:& φυτόν germen ſiue planta.

N epa uel more græco nepes cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur:dicit̃ teſte Seruio apud nos ſcorpio:huius græcum genitiuum diuiſit Cicero ĩ arato more græco cum ait:atq; oculos urget pedibus pectuſq; nepai:pro nepæ.

N ephreſis abſq; diphthongo : & ſimplo.ſ. ſequente.i. latino ſcribitur: eſt renum paſſio quam latine traductam comperi rien huius rienis. nam a νέφροι: quæ ſunt renes deducitur.

N eptunus cũ.t.ex exili & unico.n.ſcribit̃:nã penultimã corripit:nõ ẽ dictio græca:uel ab illis originẽ trahens. Sed teſte Ballo apud Ciceronẽ in.ii.de natura deorum a nãdo paululũ primis litteris ĩmutatis deducitur:ut uidimus in dictiõe deus:fuit Saturni filius ex Ope.de eodem Varro de lingua latina ſic ait:Neptunus eſt deus maris:uel ipſũ mare dictum:qđ terras nubat.i.cooperiat.

N ereus prima abſq; diphthõgo ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia marinus deus Oceani:& Tethyos filius:ac Chlorim ſororem uxorẽ accæpit: ex qua nymphas plures progenuit.hunc omnium antiquiſſimum dixit Orpheus in argonautica cum ait. νηρέα μέν πρώτιστα καλῶ πρεσβύστον ἁπάντων :

ſed de filiis Oceani:& Tethyos Orpheum intellexiſſe puto:ut Heſiodus ipſe in theogonia qui ait πρεσβύτατον παῖδον ideſt antiquiſſimum filiorum.ſ. Oceani:& pro mari noſtro mediterraneo accipitur.

Nereides cum.i.latino ſcibitur:patronymicum ē fœmininū a Nereo deductū: & ſignificat filias.Nerei:quæ nymphe fuerunt æquoreæ.Martialis in primo: Luſit nereidum docilis chorus æquore toto.Oui.in heroidibus.

Vtq; celer redeas uirides nereidas oro.

Neritos cū.i.latino:&.t.exili ſcribitur:mons eſt teſte Pli.li.iiii.natu.hiſto.in ithaca inſula:quod nomen nōnunq̄ ꝓ tota inſula capi uidetur.Vir.in.iii.æneidos. Iam medio apparet fluctu nemoroſa iacynthos.Duli chiunq; ſameq;.& neritos ardua ſaxis.at neritū teſte Pli.eodē lib.oppidū fuit ꝑcelebre in acarnania parte epiri:poſtea dictū leucas:ut in ipſa dictione uidimus.

Neſtor cū.t.exili ſcribitur: fuit teſte Homero in.xi.odyſſeæ Helei filius ex Chlori uxore:qui ut idem Homerus in.ii.iliados ait cū quinquaginta nauibus ex pylo contra troianos uenit:q̄q̄ in tricenteſimo anno eſſet.ipſo tūc dicente apud Ouidium in.xii.metamorphoſeos Vixi annos bis centum & tunc tertia uiuit ætas. Et Iuuenalis in ſatyra Omnibus ī terris inquit:Rex pylius magno ſi quicq̄ credis homero:Exemplū uitæ fuit a cornice ſecundæ ideſt fuit exemplū ſecundæ uitæ citra cornicem nam fuit ut refert Plinius.vii.naturalis hiſtoriæ.Heſiobus qui primus de hoc aliqua ꝓdidit fabuloſe:ut reor multa de hominum æuo referens cornici nouē noſtras attribuit ætates quadruplū eius ceruis:id triplicatū coruis:& reliqua fabuloſius in phœnice ac nymphis citra cornicē: ergo eſt ætas hominum quæ primū præbet uitæ exemplū:ea triplicata uitam facit neſtoris: quod ſecunda uitæ dat exemplū.Et Neſtoris uita triplicata eam quæ cornicis ē .i.ix.hominū ætates ut Oui.ora capitq; nouem cornicis ſecula paſſet.

Neſtus cum.t.exili ſcribitur:fluuius eſt thraciæ a ſtrymone ſecus abderam ciuitatem fluens:ubi quondā Diomedes equis hoſpites ſuos dare ſolebat in cibum de quo Heſiodus in theogonia meminit.

Niæthos prima cum.i.latino:ſequens cum.æ.diphthongo:ultima cum.th.aſpirato fluuius eſt teſte Theocrito:quem expoſitores dicunt eſſe in ſicilia.

Nicander cū.i.latino &.c.exili ſcribitur:fuit poeta græcus:quē Didimus fabuloſum uocat:hic a nuptiis Iunonis & Iouis incipiens:omnes deorū ſucceſſus uſq; ad ſua tēpa ꝑtractauit:quē in multis Virgi.imitatur:& in captura troiæ & ī fabula Endymionis.ſed quia nimiū fabuloſus inquit Virgi.Si credere dignum ē Pan deus arcadiæ capta te luna fefellit.

Nicanor cū.i.&.c.exili ſcribitur:fuit Seleuci macedoniæ regis cognomē:quaſi uir uictorioſus.Ham nice uictoria eſt:& ἀνήρ uir.

Nicearchus prima cū.i.latino:ſequēs cū.c.exili:ultima cū.ch.aſpirato ſcribit̄:fuit pictor ſua ætate eximius.hic inter alia Venerē inter gratias:& Cupidinem pīxit:& Herculē triſtem inſaniæ pœnitentia:& interpretatur nomen:quaſi uictoriæ princeps.

Niciteria cū.i.latino ubiq;:& abſq; aſpiratione ſcribitur:ornamenta ſunt quædā uictoriæ.Iuuenalis in.ii.ſatyra. Et ceromatico fert niciteria collo. Nam a ΝΙΚΗ quæ eſt uictoria deducitur:cum terminatione ſimilium nominum in eria : ut filateria:frabateria:& ſimilia.

Nico cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:fuit tarantinus quidam tempore Hannibalis:de quo ſatis Liuius.

Nicos eodem mō:ut ſuperior:ſed cum.s.in fine ſcribitur:fuit ciuitas in aſia.

Nicomachus ultīa cū.ch.aſpirato ſcribitur:q̄ſi bello uictor dicitur μάχη enim ē pugna:ΝΙΚΗ uictoria:fuit hoc nomīe Ariſtotelis pater medicinæ artis profeſſor & Amyntæ regis medicus:q pater fuit Phillippi patris Alexādri.alius fuit Ariſtotelis filius:cui æthicam inſcripſit.alius fuit pictor ſua ætate nobilis: ut teſtatur Plinius li.xxxv.naturalis hiſtoriæ:fuitq; filius Ariſtocheni: atq; illius diſcipulus:nec alium in ea arte uelociorem fuiſſe dixit pinxitq; inter alia raptū Proſerpinæ:quæ tabula fuit in capitolio in Mineruæ delubro.

Nicomedes cum.i.latino:&.c:exili ſcribitur:fuit rex bithyniæ.

Nicophanes eodē modo ſcribit̄:fuit teſte Pli.li.xxv.naturalis hiſtoriæ pictor ſua ætate eximius:ſed arte multum:& a Zeuſi & Apelle diſtans.

Nicoſtrata cū.i.latino:& abſq; aſpiratione aliq̄ ſcribitur: īterpretatur quaſi uictorioſus exercitus:fuit mater Euandri arcadis futurorum uaticinatrix:quæ a carminibus quibus phœbi oracula ſignificare ſolebat:Carmentis latine dicta fuit uel ut alii nōnulli uoluerunt a carpento quo utebatur:ſic quoq; fuit cognominata:ut in dictione Carmentis uidimus:hæc ut in initio horū cōmentariorū uidimus latinis primum litteras dedit.

Nyctileus prima cum.y.græco:ſequens cum.c.&.t.exilibus atq;.i.latino ſcribit̄: cognomen fuit Bacchi ab eius ſacris:quæ nocte celebrabantur accæptum. unde Ouidius libro primo de arte.Nyctileumq; patrem nocturnaq; ſacra precare. Virgilius in.iiii.georgicorum.Inter ſacra deū nocturniq; orgia bacchi. nā νύξ græce:& in genitiuo νυκτὸς a nobis nox huius noctis dicitur.Et inde nyctileus.id eſt nocturnus deducitur.

Nyctimene eodom modo uti ſuperior dictio ſcribitur:& fuit puellæ nomen: quæ cum patre concubuit:ſed facinus recognoſcens aufugit in ſiluas:& lucem exoſa:non niſi nocte uolat.

Nycticorax prima cum.y.græco:reliquæ ſine aſpiratione:& cum.i.latino ſcribūt̄ nōnunq̄ etiam a noſtris dicitur nocticorax cum.o.loco ipſius.y.græci.interpretaturq; nocturnus coruus:κόραξ enim a noſtris coruus dicitur: nam auis eſt nigra:& ſola nocte uolans atq; clamans.

Nyctoris prima cū.y.græco:ultima cū.i.latino:reliquæ ſine aliq̄ aſpiratione ſcribuntur.deſinitq; in.s.& non in.x.fuit regina babyloniæ. quæ teſte Herodoto libro hiſtoriarum.i.ſola poſt Sermiramim fœmina ibidem regnauit.

Nilus cū.i.latio & unico.l.ſcribit̄:ſed apud græcos prīa diphthōgū habet ei:quæ apud nos abiiciēs.e.ſolū.i.ꝓductā retinet.nā dictio ē cōpoſita ex neos q eſt nouus &.ilys limus:ubi abiecta ultīa ſyllaba prīe dictiōis remanēs.e.cū.i.ſequētis dictiōis diphthōgū facit:ita ut dicat̄ nouus limus.ſ.iundatiōis tpe:Quod Vir. in.ix.ænei.tetigiſſe uidet̄:cū ait:At pingui flumine nilus.nā prius teſte Seruio ſup.iiii.georgi.melo dicebat̄:quo noīe illū Seneca de ſitu īdiæ uocitauit.Et eſt fluuius ægypti ex maioribus totius orbis:cuius teſte Lucano in.x. Arcanū natura caput nō ꝓdidit ulli:ſed īmenſa aquarū mole ſingulis ānis ſole exiſtente ī cancro totā ægyptū exundat.Et ut ait Virgi.in.iiii.georgi.Diuerſa ruēs ſeptē diſcurrit in ora Vſq; coloratis ānis deuexus ab indis.i.nigris æthiopibus.

Nimbus non eſt dictio trahens originem a græcis:ſed mere latina:ideo cum.i.latino neceſſario ſcribitur.

Nymphæ cũ.y.græco ſcribit̃:latine dicitur ſponſa. Sed putauerunt antiqui nymphas aquarũ eſſe deas:quaſi lympharũ numina.unde teſte Seruio in Tityrum omnibus aquis præſunt. Varro uero nymphas eſſe dixit.quas & muſas.nec immerito cũ teſte eodẽ Seruio ſup ſeptimã æglogam. aquæ motus muſicam faciat Quare idem Varro tres tantũ muſas cõmemorauit:unam quæ ex aquæ naſcit̃ motu,Aliam quæ ex ſonu fit aeris ꝑcuſſu,Tertiam quæ mera tantũ uoce conſiſtit.Ex quo Vir.muſas ipſe uelut nymphas nõnunq̃ inuocauit:cum ait in bucolico:Nymphæ noſter amor libetrides.

N iobe cum.i.latino ſcribitur:fuit filia Tantali:& ſoror Pelopis: uxorq; Amphiõis ut in ea dictione uidimus·hæc teſte Diodoro ſiculo libro hiſtoriarum.v. filios ſeptem & totidem filias peperit ſummo decore preſtãtes:unde tali prole ſuꝑbiẽs admodũ gloriabatur ſe Latonæ præferens numero filiorũ:itaq; ira motam fabulæ Latonam ferunt Apollini ut Niobis filios: Dianæ ut filias arcu interficerent mandaſſe:quibus matri obtẽperantibus cõtigit eodem tempore:& abundare filiis Nioben & carere.

N ireus cũ.i.latino ſcribit̃:fuit teſte Homero libro Iliados.ii. omnium græcorum qui ad troiam nauigauerunt ſpecioſiſſimus:infra tamen Achillem:ſed quia imbellis erat:pauci eum ſunt ſecuti.

N iſa cũ.i.latino & unico.s.ſcribit̃:fuit teſte Homero libro Iliados.ii.urbs hellados eſt etiã nomẽ fœmine:de qua Virgi.in damone:Mopſo niſa datur.

N yſa cum.y.græco & unico.s.ſcribitur:fuit teſt e Diodoro ſiculo libro hiſtoriarũ primo urbs fœlicis arabiæ propinqua ægypto:unde & græci a patre ideſt Ioue hoc eſt die:& loco ideſt nyſa Dionyſiũ appellẽt.huius urbis Home.qui in ægypto fuit:in ſuis hymnis meminit:dicens eſſe nyſam urbem ſupra mõtem excelſum ac florentem longe a phœnicia:ferme ægypto cõterminum:in qua ſane urbe uineæ fuiſſe inuentorem Dionyſium dicunt.Quem greci Bacchum:ægiptii Oſirim fuiſſe aſſerunt.unde & unus ex duobus parnaſi collibus deo Baccho dicatus nyſa dicitur:qui & alio nomine cithæron cognominatus fuit:ut uidebimus in dictione parnaſus.

N yſus eodem modo ſcribirur:& eſt Bacchi cognomen a nyſa urbe fœlicis arabiæ ut in præcedenti dictione uidimus cognominatus.

N yſæa prima cum.y.græco:ſequẽs cũ.æ.diphthongo ſcribitur:fuit teſte Hero.& Curtio urbs clariſſima in india a Libero patre condita ſub radicibus mõtis.quẽ meron uocãt:id quoq; nomẽ a cognomie cõditoris ſortita:at uero ægyptii teſte Diodoro Oſirim:qui & Dionyſius cognominatus fuit:illius cõditorẽ i memoriam illius:quæ erat in ægypto fuiſſe aſſerũt:i q̃ & hederã plantaſſe dicunt.

N iſus alius qui Hyrtaci fuit filius:ut in ea dictione uidimus:cum.i.latino ſcribit̃ & ſimiliter Niſa pro fœmina:ut ſupra uidimus.

N iſæus prima cum.i.latino:ſequens cum.æ.diphthongo ſcribitur: locus eſt teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vii. inter medos : ubi magni & pulcherrimi equi naſcuntur.

N iſæe eodẽ mõ ut ſupior dictio ſcribit̃:nomẽ ẽ nymphæ ꝓpriũ:de qua Virgi.circa finẽ.v.æneidos meminit cũ ait:Niſæeq; thaliaq; cymodoceq;.

N iſyrus inſula eſt teſte Homero libro Iliados.ii.quam expoſitores circa coũ eſſe dicunt:& optimum uinum producere.

N oes cũ.œ.diuiſis ſyllabis ſcribitur:fluuius eſt thraciæ teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto.qui in iſtrum defluit.

N onacria cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:eſt teſte Lactantio grãmatico ſuper.iiii thebaidos nomen loci ſeu agri arcadiæ:in quo Iuppiter in ſpeciem Dianæ conuerſus cum Calyſtone Lycaonis filia concubuiſſe narratur.nonnulli uero & ꝓ tota arcadia capiunt atq; ex latino:quod eſt nouem: & græco quod eſt ἄκρη : id eſt uertices:hoc eſt montes cõpoſitum uolunt:quaſi nouẽ ſit montibus redimita.Sed conſtat plures in ea eſſe:ut uidimus in dictione arcadia.

N oricum cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:regio eſt macedoniæ. hæc teſte Pli.lib. .iii.naturalis hiſtoriæ eſt cõtermina dalmatiæ:atq; mari ionio:de q̃ ſic meminit Virgilius in fine libri georgicorum tertii cum ait:Tum ſciat æreas alpes & norica ſiquis Caſtella in tumulis.

N otion cũ.t.exili &.i.latino ſcribit̃:fuit teſte Home.in.ii.iliados urbs in æolia.

N otus cum.t.exili ſcribitur:uentus eſt meridionalis nebuloſuſq; & humectus.Et teſte Gellio græce notus.latine humor dicitur.

N othus cum.th.aſpirato ſcribitur:quẽamodum latine dicendum ſit:teſte Seruio ſup.vii.æneidos nõ habetur:unde Virgi.in.ix.græcũ uocabulũ poſuit cum ait Et primum antiphaten is enim ſe primus agebat Thebana de matre nothũ ſarpedonis alti.& in.viii.Suppoſita de matre nothus furata creauit:

N ox ut in prio horũ cõmentariorũ li.uidimus a græco ꝑ conuerſionẽ.y. græci i o.noſtrũ deducit̃:& teſte Varrone hæ noctis ſolidæ ſunt ꝑtes:ueſpa: cõticiniuꝫ intepeſtũ:hallicinium.diei uero lucifer:mane:ortus. meridies: occaſus: crepuſculum uero qđ eſt dubia lux a crepero:quod dubiũ deſcedens. licet utriq; tpi poſſit cõiungi:uſus tamẽ teſte Seruio ſup.ii.æneidos obtinuit:ut matutino iũgamus.at Lucanus ab ea cõſuetudine diſſentire uidet̃:cũ ait: Longa repcuſſo nituere crepuſcula phœbo.manũ uero unde ẽ mane bonũ dixerunt ueteres.

N umidia cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:& origineꝫ trahit a uocabulo græco:qđ eſt νόμαδεσ:& paſtores deſignat:unde νομη apud græcos pabulum dicitur: inde Plinius li.v.naturalis hiſtoriæ.numidæ uero inq̃t nomades a permutãdis pabulis dicũtur:& mapalia ſua:hoc eſt paluſtres domus ſunt circũferẽtes. hæc ille.Quare ab νομη nomedia magis dicẽda uideretur:cum.o.poſt.n. in prima ſyllaba:ſed nos i.u.noſtrum traduximus:& numidiã diximus. habetq; ab ortu ſyrtes quaſdã paruas:unde regio carthaginenſes incipit a ſeptẽtrione mare: qđ uerſus ſardiniã tendit:ab occaſu mauritaniam:& a meridie æthiopiam: nec teſte Plinio præter marmoris numidici ferarũq; ꝓuentum aliud inſigne habet. Sunt in ea clare urbes hippon:rhegyum:& ruſticacla.

N umiſma cuꝫ.u.a nobis unico ſequente.m.&.i.latino ſcribitur:q̃q̃ a græcis cum o.poſt.n.& ante.m.ſcribatur:uidelicet nomiſma.Nam a νôμοσ quod eſt lex deriuari dicunt.Quam ſane ſcripturam:& Hora.ipſe ſeruauit cum ait Regale nomiſma philippos. At alii cum.u.ſcribunt:& breuem primã conſeruant:ut Martialis libro epigrãmatum primo.

Cum data ſint equiti bis quinq; numiſmata quare
Bis deties ſolus ſextiliane bibis:a quo ſane:ut pluribus placet.

N ummus cũ duplicato.m.deriuatur:quod iõ duplicare dicitur:ut primã producere poſſit. Perſius in ſatyra quæ incipit Hic mos eſt:Credere tum nũmos marco ſub iudice palles.Erantq; nummi ærei:argenteit& aurei atq; ex his mixti. Et ut refert Plinius.xxxiiii.naturalis hiſtoriæ.populus romanus ne q̃dem argẽto

ſignato ante Pyrrhum regē deuictum uſus eſt.libera:unde etiā nunc libella di/
citur:& dipondius appēdebatur aſſis.Quare æris grauis poena dicta:& adhuc
expenſa in rationibus dicuntur.Quin etiam militū ſtipendiorū:hoc eſt ſtirpis
ponderandæ pēſatores libri pendes dicunť.Seruius primus ſignauit æs: antea
rudi uſos romæ Timæus tradit ſignatum eſt nota pecudū:unde & pecunia ap/
pellať.maximus cenſus.c.x.aſſiū fuit illo rege: argentū ſignatū eſt anno urbis
quingēteſimo octogeſimoquinto.Q.Fabio cos.quinqꝫ annis ante bellū primū
punicū.Et placuit denarius ꝓ decē libris æris:qnarius ꝓ quinqꝫ:ſextertiū ꝓ di
pondio ac ſemiſſe:libræ aūt pondus æris īminutū bello punico primo cū impē
ſis reſpub.nō ſufficeret.Nota æris fuit ex altera pte Ianus geminus:ex altera ro
ſtrū nauis:in triente uero & quadrante æs quadrās ante triūcis uocať a tribus
unciis.Poſtea Hannibale urguente.Q.Fabio maxio dictatore aſſes untiales fa
cti.placuitqꝫ denariū ſedecim aſſibus ꝑmutari:quinariū octenis:ſextertiū q̄ter
nis.ita reſpub.dimidium lucrata eſt. In militari tamē ſtipendio ſemꝑ denarius
ꝓ decē aſſibus datus.Nota argenti fuere bigæ:atqꝫ quadrigæ.Et inde bigati q̄/
drigatiqꝫ dicti:mox lege papiniana ſemiunciales aſſes facti.Licinius Druſus in
tributo plæbis octauā partē æris argento miſcuit.Aureus nūmus poſt annum
ſexageſimūſecundum ꝑcuſſus eſt.Sed præter alia inquit Pli.miror populū ro/
manum uictis gentibus in tributo ſemꝑ argentū nō aurū impaſſe:ſicut cartha
gini Hannibale uicto argenti pondo annua in quīquaginta ānos: nihil auri.&
infra ſubdit auri in populi romani Aerario fuerūt.Sex.Iulio.L.aurelio cōſſ.ſe/
ptē annis ante punicū bellū tertiū pondo ſeptingenta uigintiſex argenti nona
ginta duo milia.Et extra numerum trecenta & ſeptuagintaquinqꝫ milia.Itē bel
li ſotialis initio octingentaquadragintaſex auri pondo Cæſar primo introitu in
ciuili bello ex ærario ꝓtulit.Laterū aureorū triginta ſex milia:& in numero pō
do trecenta.nec fuit aliis tēporibus reſpub.locupletior.Intulit & Aemelius Pau
lus Perſa rege macedoniæ deuicto prædā pondo triū miliū.a quo tempore po/
pulus romanus tributū petere deſiit.& ut idem Pli.atteſtatur: qui primo dena/
rium ex auro ſignauit:latet auctore incerto.

N umitor cum.i.latino &.t.exili ſcribiť: fuit albanorū rex:& frater Amulii.

Littera apud græcos duplicis ē formæ: ut ī primo horū
cōmentariorum libro oſtendimus.Nos uero unius tātū
habemus:ut & illi antiqnitus habuerūt:quā aſpirantes
articulū maſculinum conficiunt.& quam alterius for/
mæ adinuenerūt.atqꝫ.o.magnū uocant:cū ſolum pro
ferunt ſemper ſine aſpitatione ſcribūt: & ꝓ aduerbio ca
piunt.Nos uero nūquā ſolum.o.aſpirari conſueuimus
ſed pro aduerbio ſemꝑ aſſummimus:Quandoqꝫ quidaꝫ
uocandi:ut Virgilius in primo æneidos O regina nouam cui condere iuppiter
urbem Iuſtitiaqꝫ dedit.Perſius in prima ſatyra:Quiſquis es o modo quem ex ad
uerſo dicere feci ideſt o tu.quandoqꝫ uero optandi:ut Virgilius in.viii. Aſſis o
placiduſqꝫ iuues:numina firmes.Quaudoqꝫ etiam indignandi: ut Cicero libro
inuectiuarum primo. O tempora o mores Perſius in prima ſatyra O mores :
Vſqꝫ adeo neſcire tuum nihil eſt : niſi te ſcire hoc ſciat alter . Aliquando au/
tem pro aduerbio poniť admirandi:ut Iuuenalis:O qualis facies:& quali dig/
na tabella:& Perſius:curas hominum:nā immoderatas ſollicitudines admira
tur:quas græci μελεδόνας uocāt:eo quod μέλη ἐδοῦσιν id ē mēbra corro
dūt: iō apud nos curæ: quod cor urāt uel rodant uocantur ob quod & ꝓ amo
re nonnunquam ponitur . Virgi. in.iiii.æneidos At regina graui iam dudum
ſaucia cura.Et ueneris iuſtiſſima cura.nonnunq̄ uero & curare ꝓ reficere dici/
mus: ut Virgi.in.iii.æneidos Corpora curamus feſſos ſopor irrigat artus.idem
in.iiii.georg.Tum tecta petunt:tū corpora curant.

O axus cum.a.poſt.o.& ante.x.conſonantem ſcribitur :ciuitas eſt cretæ: in qua
teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iiii.Etearchus pater Phonimæ regnauit:quaꝫ
dixit matrem fuiſſe Bati:qui cyrenem urbē ædificauit:de quo in dictiōe Batus
& dictione cyreni uidimus.

O belus cum.e.abſqꝫ diphthōgo & unico.l.ſcribitur:diciť latine ueru. Et inde ob
eliſcus diminutiuum nomīe magis q̄ re. cum magnæ moles obeliſci dicanť: ut
in ſequente dictione uidebimus.

O ebliſcus cū.i.latino &.c.exili ſcribitur:eſt teſte Ammiano Marcellino rerū geſta
rum libr.xvii.aſperrimus lapis in figuram mætæ cuiuſdā ſenſim a ꝓceritate in
excelſum cōſurgens:& ne radium imitetur paulatim gracileſcēs: ſpecie quadra
ta in uerticem ꝑductus anguſtū:manu leuiatus artifici.Obeliſcos fuiſſe plures
romæ cum hiſtoriæ:tum res ipſa indicat.Sed qui integri corruptiue aut fuerit
aut nunc cernuntur:a thebis:ac aliis egypti urbibus ꝑductos fuiſſe Plinius in
naturali hiſtoria:& præfatus Ammianus oſtendunt.Sed de eo q quoqꝫ in uati/
cano iuxta baſilicam beati Petri conſpicitur:& corrupte ab inſciis iulia uocitať
Plini.ipſe libr.xxxv. meminit atqꝫ illum tertium ex maioribus ponit: q unq̄ ro/
mæ aduecti fuerunt.Et libro.xvi.ubi de arborum magnitudine ꝑtractat:hæc ī
quit uerba abies ammiratōis præcipue uiſa eſt in naui:quæ ex ægygto Caii prī
cipis iuſſu:obeliſcum in uaticano circo ſtatutum abduxit:de qua naui plura ꝑ
ſequitur:& nihil admirabilius in mari uiſum fuiſſe aſſerit.Ammianus uero in
præfato libro cum thebarū egyptiarum ſitum:& ſucceſſum pulcherrime enar/
raſſet:ſubdit in hac urbe inter labra ingentia diuerſaſqꝫ moles figmēta ægyptio
rū numinū exprimentes obeliſcos uidimus plures:alioſqꝫ iacētes & cōminutos
quos antiqui reges bello domitis gentibus:aut ꝓſperitatibus rerū elati: mōtiuꝫ
uenis uel apud extremos orbis incolas ꝑſcrutantes exciſos erectoſqꝫ diis ſuperis
dicarunt.Et in ſequentibus idem auctor oſtendit obeliſcos non ſolum a thebis
romam aduectos:ſed Octauianū Auguſtū duos admirandos ex heliopoli urbe
etiā egyptia tranſtuliſſe.Quorum ut ait unus in circo maximo.alter in campo
locatus eſt martio:& iucundiſſima plura ꝓſeqtur:quæ ſane referre longū eſſet
Plinius etiam in.xxvii.naturalis hiſtoriæ refert Theophraſtum tradidiſſe in æ/
gyptiorum commentariis reperiri fuiſſe apud eos in Iouis delubro obeliſcum e
quattuor ſmaragdis quadraginta cubitorum longitudine: latitudine uero in
parte duorum in parte quattuor.Id etiam prætereundum non eſt:obeliſcos ut
plurimū notis hierographis inſculptos fuiſſe:q̄s ( ut præfatus Ammianus ait )
undiqꝫ inciſas initialis ſapientiæ uetus inſigniuit auctoritas.Nam multa uolu/
crum & ferarū etiā alieni mundi genera inſculpebāt:quæ uel regū gloriā ſequē
tibus etatibus:uel eorū ꝑſoluta uota mōſtrabāt.nō enī ut nunc litterarum for/
mæ ac numerus præſtitutus erat:qbus qcquid humana mens cōcipere poteſt
facile exprimitur:ſed ſingulæ litteræ apud illos:quæ animaliū figuris deſigna/

bantur:ſingulis nominibus inſeruiebant:& uerbis nōnūq̄ & integros ſenſus re
præſentabāt. Nā ꝑ uulturē naturę uocabulū pandūt:quia nullos mares poſſe
inter has alites inueniri rationes memorāt phyſicæ:pq̄ ſpeciē apis mella cōfici
entis regē īdicabāt Cui cū iucūditate moderāte aculei ineſſe debēt qn ēt & Ser
uio referente ſuper quintum æneidos ꝑ draconem in caudam reuolutū & illā
mordentē annū illi iidem indicabant:cū in ſe ipſum eodē modo recurrat:ac cō
ſumat͂ Itaq; teſte Cornelio Tacito primi ꝑ figuras animaliū ægyptii ſenſus mē
tis effigebāt:& antiquiſſima monumēta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis icer
nuntur. de quibus in dictione phœnices loquemur.

O bolus cum unico. l. ſcribitur:genus eſt ponderis ſex cōtinens ſiliquas:qui & alio
nomine ſcrupulus dicitur. de quo in dictione talentum late uidebimus.

O caleæ cum. c. exili & unico. l. & duas. e. ſubſequētibus ſcribitur:fuit teſte Homo
ro libro. ii. Iliados bœtiæ ciuitas.

O cha cū. ch. aſpirato ſcribitur:nomē eſt a græco deductū:ac a noſtris cōpoſitum
ex illorū maſculino articulo:quod eſt. o. & χὴν χηνὸς:quod apud illos ideſt
ꝙ apud nos anſer huius anſeris:ita cōponētes antiqui noſtri. o. cū χὴν & in
recto abiiciētes ultimū. n. dixerūt ocha huius ochæ. nōnulli uero cōmutātes il
lud. o. in. au. diphthongon dixerunt aucha auchæ:ꝑ modū quem in. ii. horum
cōmentariorū li. quū de. au. diphthongo tractaremus declarauimus.

O ceanus cū unico. c. atq; illo exili & e. abſq; diphthongo ſcribitur dicitur id mare
quod uniuerſam circuit terram:ob quod & ab ipſis græcis amphitrites etiā uo
citatur:ut in ea dictione uidimus. Sed oceanus teſte Solino a uelocitate cogno
minatus eſt. Nā ὠκὺς unde oceanus dicit͂:a noſtris uelox interpretatur. Sane
ex hoc mari omnia nata fuiſſe dixit Heſiodus in theogonia:iuxta quod Virgili
us in. iiii. georgicorum inquit:Oceanūq; patrem rerum nymphaſq; ſorores. Ho
merus uero dixit in Iliade illū deorum patrem:& Tethym matrem: quum ait
ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα τηθύν:dixit etiam ex ipſo omnium am
nium fontiumq; curſus initium capere. Itaq; cum uniuerſam terram circūeat:
etiam ab occaſu Solis irrumpens mediam hanc noſtram habitabilem regionem
amplis:& nominatiſſimis æquoribus alluit. Et ſciſſis calpe atq; abila montibus
quos columnas Herculis nominant:inter hiſpaniam quam leuo latere radit. &
mauritaniam circa quam dextro diffunditur:fretum primo efficit longitudi
nis. xv. milium paſſuum:& latitudinis uix ſeptē:ut Pomponius atteſtatur. Ita
ut facto quodā hoſtio limen aperire dicatur. Et inde mediterraneis finibus im
mixtus uſq; in orientem:& ſeptemtrionem propellitur. Is ergo oceanus qui hi
ſpaniam perfundit:hibericus nominatur. ab ipſa ſcilicet hiſpania:quæ olim hi
beria dicebatur:& circa inſulas baleares:quas primo oſtendit balearicus dictus
eſt. Deinde qui narbonenſem prouinciam contingit gallicus:mox a liguria li
guſticus. Deinde uſq; ad ſiciliā tuſcus uocat͂:quem græci tyrrhenū. itali inferū
nominarūt. inde inter ſiciliā & italiā ꝑgens ionicū mare incipit: ſed in leuū ex
aduerſo ad illyricū adriaticū uerſus uenetias ſinū efficit. At ab iitio adriatici io
nii nomen accipiens:longa ꝑ ſpatia in aſiā uſq; ꝓtenditur:ut in dictione Ioniū
mare late uidimus. Ex altero uero ſicilie latere in cretam uſq; protentum ſiculū
nominatur. Inde uero uſq; in mare pamphylicū ex leuo creticus dicitur. ex dex
tro uero uſq; in ægyptum ægyptius uocitatur. Sed ab Ionio iuxta græciam in
ſeptētrionem diffuſas crebras circuit inſulas:Quæ quia in formā capræ ut qui
dam uoluit diſponuntur ægæi nomen aſſumpſit:uel alii potius uolūt ab ægeo
athenarū rege:quēadmodū in ea dictione oſtendimus. Deinde ꝑ helleſponti an
guſtias ꝓgreſſus aſiā ipſam ab europa ſtricto ſecernit mari: quod helleſponticū
ab Helle:ut in ea dictione uidimus:nominatur. Inde in ꝓpontidē dilatus mare
aliud conficit:qđ ꝑ cōtrarium euxinū nuncupat͂:ut in eiuſmodi dictōe deſcri
pſimus. Sed rurſum iuxta tauricā regoinē reſtrictus:boſphorū alterū efficit q
chimæticus nominatur:ut in dictione boſphorus uidimus. Nā a boū meatibus
peruiis boſphori nomē aſſumpſit:eo ꝙ ab uno littore in aliud cōmode tranare
poſſunt. poſt boſphorum uero palus eſt meotis magna quidē & lata: in quā ta
nais fluuius influit:qui a ſeptētrione & ꝑtibus ſcythicis ueniens:aſiam ipſā di
uidit ab europa. At palus illa hyeme glaciatur. Et ut ait Virgilius Puppibus il
la prius patulis nunc hoſpita plauſtris. Sed diuerſis in locis eiuſmodi mare no
mina habet plura & diuerſa:quæ etiā non eadem cā ꝓdita ſunt: Nam aſiaticū
mare eſt quod & phœniciū ægyptiūq;: & pamphylicū a prouinciis nomina ac
cæpere. Ab inſulis balearicum:ſiculum:carpathiū. cyprū. A gentibus liguſticū
auſonium:tuſcum:dalmaticū. Ab oppidis argolicū:adriaticum:corinthium:ty
rium. A caſibus hominū myrtoū:icareū:helleſponticū:& ut pluribus placet æ
gæum a memoria regis teſte Solino Ioniū. licet Seruius nō a memoria ſed a ca
ſu in illum dicere uelit. nam ait ſup. ii. æneidos. regem illum antiquiſſimū ī eo
ſubmerſum mari nomen reliquiſſe:a tranſitu bouis: uel ab anguſtis meatibus
boum peruiis boſphorus. A moribus incolarum:ut in ea dictione uidimus euxi
nus. ab ordine fluendi ꝓpontis:ut in dictione pontus uidebimus. Aegyptiū pe
lagus aſiæ datur:gallicum europæ:aphricū libyæ. Et hæc de mediterraneo. Sed
rurſus in terræ circuitu oceanus ipſe aduerſis oris. quas amplectitur diuerſa ac
cipit nomina. Nam a littoribus ſuis arabicus:perſicus:indicus:eous:ſericus:ſcy
thicus:germanicus:atlanticus:& de reliquis eodē modo. at uero caſpiū mare a
caſpiis montibus:quibus adiacet dictum eſt. Et id idē hircanū dicitur ab hirca
nia ſibi contermina. Sed ut uolunt antiq:qui nōdum ſufficienter ea loca ꝑſcru
tati fuere:ex oceano hyperborico anguſto ore in morem fluminis terres ingredi
enti conficitur. Qui uero diligentius iam eadē loca rimati ſunt:aſſerunt id eſſe
mare uaſtiſſimum:quod nec ullum habet exitum: nec alicuius aquæ ſalſæ ha
bet introitum:ſed ex immenſis in ipſum confluentibus fluminibus factum: qđ
Ptolomæus etiam uerum eſſe fatetur.

O cheſius cum. ch. aſpirato & unico. ſ. ſequente. i. latino ſcribit͂: fuit Homero teſte
ætolorum dux:ut longe preſtantiſſimus:qui in bello troiano moritur.

O cyalus cū. c. exili & i. græco atq; unico. l. ſcribit͂:fuit unus ex nominatis phæa
cibus tēpore Alcinoi regis:ut oſtendit Homerus in. viii. odyſſeæ:& cōpſitū ē uo
cabulū ex ὠκὺς:quod eſt uelox:& ἅλς mare:quaſi uelox ut mare.

O cimum cum. c. exili & i. latino ſcribitur:eſt teſte Plini. lib. xix:naturalis hiſtoriæ
herba hortenſis:quæ particulata etiam ab uno incipit. qua de cauſa diutiſſime
floret:habetq; primam longam:cum apud græcos ὤκιμον: cum. o. magno in
prima ſcribitur.

O cyroe cum. c. exili & y. græco ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha
quædam Oceani & Tethyos filia.

O cyron eodem modo ut ſuperior ſcribitur:fluuius eſt in finibus arcadiæ.

O cyus cū. c. exili:& y. græco ſcribitur. nā ab ὠκὺς græca dictiōe deducitur. quā

noſtri quidā antiquiſſimi uertentes.y.græcū in.u.noſtrū ocus traduxerūt.Sed a ſequētibus in uoce cōpatiui traductū fuit:hoc eſt remanente.y.græco.u.noſtrum addiderunt:nec latine poſitiuo utimur.Et aduerbialiter cito:& q̃promte deſignat.Virgi.li.æneidos.iiii.Ocyus omnes Impio leti parent.Iuuena.in ſatyra credo pudiciciam.Collige ſarcinulas dicit libertus:& exi.

O.cyus & ꝓpera:ſicco uenit altera naſo.Seruius aūt ſup.viii.æneidos dixit ocyus poſitiuus antiquus eſt:nec etiā poteſt cōpatiuus eſſe:ubi nulla eſt comperatio. Sed pace eius magis.Pli.adhæreo:qui & illud quoq; in ſignificatiōe compatiui poſuit.Et ſuplatiuū nōnunq̃ ei aſſignauit:ait enī in.ii.natu.hiſto. Mercurii ſidus inferiori circulo fertur nouē diebus ocyore ambitu:modo ante ſolis exortū modo poſt occaſum ſplendens.& li.viii.ſuplatiuum exprimens dixit itaq; multi extitere.qui non naſci optimum cenſerent:aut q̃ocyſſime aboleri.

O cnus cum.c.exili ſequente.n.cōſonante ſcribitur:fuit teſte Virgi.in.x.æneidos fatidicæ Mantus & Tuſci filius amnis:Qui muros matriſq; dedit tibi in mātua nomen:ut in ea dictione uidimus.Et ab eodem poeta in bucolico Bianor uocatus fuit:ut in ſua dictione monſtrauimus.

O ctopes abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:piſcis eſt octo pedes habens:quem polypum quidam putant.

O dius cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero in.v.iliados alizonum dux:quem Agamēnon in bello troiano occidit.

O dyſſea cū.y.græco & duplicato.s.ſcribitur:loco quorum nōnulli.x. ſcribere uoluerunt:ſed magis placet litteraturā græcam obſeruari:dummodo cōmode poſſit.ſcribitur enī apud illos non cum.x.ſed cū duplicato.s.uidelicet ὀδύσσεια: & deriuatur ab ὀδυσσεύσ:quem nos Vlyxem non cum duplicato .s. ſed cum x.duplici conſonante ex inueterata conſuetudine tranſcribimus.At eius dictionis quæ eſt odyſſea:penultima apud græcos eſt.ei.diphthongus:a qua a nos.i. abiicientes:ſolam.e.retinemus.Eſtq; odyſſea uolumen aliud ſublime Homeri i uiginti quattuor libros diuiſum.in quo Home.errores & caſus Vlyxis poſt bellum troianum:& Penelopes uxoris patriā diuino carmine deſcripſit.unde Ouidi.in.ii.de triſtibus li.inquit.Aut quid odyſſea eſt niſi fœmina propter amorē.
Dum uir abeſt multis una petita procis.

O egrius cum.œ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:fluuius eſt thracum:a quo teſte Seruio hebrus naſcitur.& nonnulli ferunt pater fuit orphei.ac hebro a ciconibus Orphei caput proiectum fuit:dicente Virgilio in.iiii.georgicorum.
Tum quoq; marmorea caput a ceruice reuulſum.
Gurgite cum medio portans oeagrius hebrus.

O ebades cum.œ.diphthongo ſcribit̃:fuit nomen uiri proprium.

O ebaris cum.œ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:fuit Darii ſtabularius:cuius induſtria Darius ipſe regnum penſarum adeptns eſt:ut in dictione Darius uidimus.

O ebalus cum.œ.diphthongo & unico.l.ſcribit̃:fuit teſte Lactantio ſuper thebaidos libro rex laconum:de quo cretēſis Ditis in hiſtoria troiana apertius loquēs ait:Oebalus fuit filius Arguli filii Amidatis.fuitq; rex laconiæ: & a ſe prouinciam ipſam oebaliam dixit.hæc ille.Alius fuit Oebalus Teloni: regis Capræ filius:quæ inſula eſt ex oppoſito ad neapoli ex Sebetride nympha genitus. de quo Virgilius in.vii.æneidos inquit.
Nec tu carminibus noſtris inductus abibis
Oebale:quem generaſſe telon ſebetride nympha
Fertur: teleboum capreas cum regna teneret.
Iam ſenior.Hic ut ꝓſequitur Virgilius mortuo patre non cōtentus patriis aruis campaniam intrauit: & multos populos ſuæ ditioni ſubiæcit. fauitq; deide Turno cōtra Aeneam:a quo œbaliam regionem dictā nōnulli putauerūt: quæ eſt iuxta tarentum:ut in ſequenti dictione uidebimus.

O ebaliam cū.œ.diphthōgo:&.i.latino ſcriptā duplicē eſſe cōperio:unā quæ & laconia dicta fuit:& ab Oebalo filio Arguli œbaliā cognominatā: de q̃ Statius in achileide:Soluerat œbalio claſſem de litore paſtor Dardanus. & Ouidi.in.v.faſtorū loquēs de Caſtore & Polluce:q fuerant ex amycla ciuitate laconiæ ait: Effugere œbalidæ curſu potuere ſequētes.Alterā uero in italia iuxta tarentū urbē inclytam calabryæ ab œbalo filio Telonis ( ut qdam uolunt ) cognominatā Virgi.i.iiii.georgico.Nāq; ſub œbaliæ memini me turribus altis: q̃ niger humectat flauentia culta galeſus Corytium uidiſſe ſenē:& reliq̃.eſt enim galeſus: ut dixit Liuius li.v.de.ii.bello punico calabryæ flumen tarento ꝓximum per qnq; milia paſſuum:iuxta quod caſtramætatus eſt Hannibal:cū arcē tarentinam obſeſedit.Alii uero qbus aſſentire uidetur Seruius nō aliā fuiſſe dicūt in italia œbaliā:nec id quoq; Virgi.intellexiſſe:ſed cū dixit ſub turribus oebaliæ intellexit.i. eorū qui ex œbalia laconiæ in italiam aduenere.& turres iuxta tarentum ædificauere.nam ut rettulit Seruius lacones diu bello attriti ab athenienſibu: & inopiam uirorum timentes:præceperunt:ut uirgines cū qbuſq; concuberent. quo facto cum iuuenes de incertis pentibus nati:originem ſuam deinde erubeſcerēt & partheniatæ id eſt de uirginibus nati appellarentur:duce Palanto octauo ab Hercule nauigiis ꝓfecti uenerunt ad oppidū calabryæ:quod Taras neptuni filius condiderat:& id auctum habuerunt.

O echalia cum:œ.diphthōgo:&.ch.aſpirato atq; unico.l.&.i.latino ſcribitur: licet ex defectu librariorum in quibuſdā latinis codicibus nō cum.ch. aſpirato: ut diximus:ſed magis cū.t.aliquādo legerimus.fuit laconiæ pars ꝓpinq̃ theſſaliæ quæ œchaliæ nomen aſſumpſit a ciuitate eiuſdez nominis:quæ in illa erat.Ipſa uero ciuitas teſte Homero li.ii.iliados ab œchalio fluuio q circa illā preterfluit: nomen eiuſmodi accæpit.In hac regnauit Eurytus pater Ioles: q cum filiā oliz Herculi ſpoſpondiſſet:& poſtea diſſuadēte filio denegaſſet: ut dixit Seruius ſup viii.æneidos:indignatus Hercules illum & filios interemit:atq; œchaliam illius urbem euertit:dicente Virgilio.
Vt bello egregias idem diſiæcerit urbes:
Troiamq; œchaliamq;:ut duros mille labores.
Suſtulerit.Quin & Iolem rapiens ita ardenter illam amauit:ut quæq; ab illa pateretur:uti ab Omphale regina lidiæ prius paſſus fuerat:ad quez Deianira ſcribens apud Ouidium in epiſtolis heroidum inquit.
Gratulor œchaliam titulis accedere noſtris.
Victorem uictæ ſuccubuiſſe queror:& in eadem epiſtola ſubdit.
Ingreditur late lato ſpectabilis auro:
Qualiter in phrygia tu quoq; cultus eras.
Dat uultum populo ſublime ſub Hercule uicto:
Oechaliam uiuo ſtare parente putes.ſed hæc deinde Iole iubente Hercule ante

mortem ſuam Hyllo Herculis filio nupſit:ut in dictione Hyllus uidimus.

O ecinyres prima cum.œ.diph.ſequens cũ.c.exili &.i.latino penultima cũ.y.græco ſcribitur:fuit teſte Homero circa initium libri.xi.iliados uir argiuus:qui donauit Agamennoni thoracem eximium.

O economus cum.œ.diphthongo &.c.exili ſcribitur:dicitur a noſtris diſpenſator. Nã apud græcos οἶκοσ dicitur domus:& νόμοσ lex.nã decet diſpenſatorem legem eſſe domus.Et ſic ariſto.œconomica & oeconomicus ſcribitur.

O ecomenicus cũ.œ.diph.& abſq; aliqua aſpiratiõe ſcribitur:dictio eſt deducta ab οἰκουμένη:quæ uniuerſum orbem deſignat quaſi uniuerſalis ille dicatur.

O edipus cũ.œ.diphthongo &.i.latino atq; unico.p.ſcribiť : dictio eſt cõpoſita ab οἰδημα:qđ ẽ tumor:& ποδὸσ pes.hoc ẽ pedum tumor.Nã ut Statius diuerſis in locis ſuæ thebaidos ſcripſit.Et Sene.in tragoedia:quæ inſcribiť thebais dum Oedipus matris utero teneret:& pater Laius Apollinẽ de naſcitura prole cõſuleret.Et ab oraculo pcæpiſſet ſe debere a naſcitura ꝓle interfici:natũ puerũ paſtori ſuorũ armentorum occidendum tradidit:qui dum ætati cõpateret: & regiũ imperiũ cõtẽpare optaret:puuli pedes gladio pforauit: & uinime ſuſpendit ad arborẽ q̃ſi in nedia moriturũ.Quod ipſe apđ Sene.in Oedipo teſtať dicens.

Me deo teſte damnauit parens:
Callidoq; teneros tranſtulit ferro pedes.

Et in alta nemora pabulum immiſit feris.Sed cum uagitu Phorbantem paſtorem Polybii corinthiorũ regis ad ſe puer traxiſſet.Ille cõſciſſis uinculis:iã tumidũ pedibus puerũ corinthio cuidã largitus ẽ:qui letus ad Meropẽ uxorẽ Polybii regis liberis carẽtẽ ꝓ magno munere dedit.Illa una cũ uiro tanq̃ filiũ cælitus miſſũ paterna caritate ſuſcæpit.Et a pedũ tumore Oedipodẽ cognominauit.Cuius penultia breuis a poetis noſtris poni cõſueuit:& declinať huius Oedipodis.Plautus tamẽ i penulo ab Oedipo ꝓ Oedipode in ablatiuo ꝓtulit hic cũ ſemel thebas pgeret ſphinge.cõperta eius ænigma diſſoluit: & monſtrum interemit.Vnde rerũ obſcurriſſimarũ interpres deinde dictus fuit.Itaq; homo ille apud Terentiũ Dauus ſũ inqt:nõ Oedipus.Plautus in penulo:Hã iſti quidem Heraclidæ orationi Oedipi opus ẽ cõiectura q ſphingis ænigma diſſoluit.

O enochonũ cũ.œ.diphthongo &.ch.aſpirato ſcribiť: eſt teſte Herodoto theſſaliæ fluuius in peneũ defluens ut uidebimus in dictione theſſalia.

O enos cum.œ.d.phthongo ſcribirur.dicitur apud nos uinum : ſed non utimur ea dictione niſi in compoſitis.

O enophorum cum.œ.diphthongo &.ph.aſpirato ſcribitur:uas eſt uinarium.Nã componitur ex oenos quod eſt uinum:& φόρον portans:de quo Iuuenalis ĩ ſatyra Credo pudiciciam Totum oenophorum ſitiens.& Martialis in.vi. Reddit oenophori pondera parua ſui.

O enotrii cum.œ.diphthongo &.t.exili ſcribitur:populi fuetunt in italia:de quibus ſatis habuimus in dictione italia.

O eneus cũ.œ.diphthongo in initio ſcribiť:fuit Parthaonis filius:dicente Acheloo apud Oui.in.viii.metamorpho.cũ ad oeneũ regem ueniſſet: Accipe me generũ dixit parthaone nate.& fuit rex ætoliæ:cuius urbs regia calydon cognominata fuit:ideo frequenter rex legitur calydoniæ:fuitq; pater Meleagri:& ob hoc Meleager o poetis dictus eſt oenides·Oui.in tertia epiſtolarum heroidum. Coniugis oenides uerſus in arma prece eſt.

O enomaus cum.œ.diphthõgo ſcribitur:ſuit filius Martis:rex helidis & piſæ atq; Hippodamiæ pater:ut in ea dictione uidimus.Alius Homero teſte fuit uir pelopõneſius ab Hectore in bello troiano interfectus.

O enops ſimiliter ſcribitur:& fuit uir pelopõneſius:ut idem poeta monſtrauit.

O eſtrũ cũ.œ.diphr.&.t.ſcribiť:uolatile ẽ puũ:Cui nomẽ aſilũ romanũ ẽ: ut dixit Virgi.in.iii.georgi.Iuuenalis in.iii.ſatyra:Nõ cedit ueniento:ſed ut phanaticuſ œſtro pcuſſus bellona tua diuinat.Et id ſane nomen a uoce q̃ edit aſſumpſit.

O eta cũ.o.&.e.ſeparatis uocalibus:&.t.exili ſcribitur:ut late in.ii.horũ cõmentariorũ li.oſtendimus:fuit rex colchoruꝫ potẽtiſſimus:& teſte Homero in.xi.odyſſeæ filius fuit Solis ex Perſa filia Oceani.Nam ut ait Diodorus ſiculus hiſtoricus præſtantiſſimus li.hiſtoriatum.v.Solem ferunt duos ex Perſa uxore ꝓcreaſſe filios:Oetam ac Perſem:Oeta in colcho regnauit: in taurica Perſes: crudeles ambo efferiq;.e Perſa filia Hecates orta eſt,ſuperans audacia & immanitate patrem:ut quæ cruciatu hominum læta eos ꝓ feris appetere ſagittis conſueuerit. Quin & ad uenena mortifera conficienda ſummuꝫ ſtudium operãq; impendit: quæ aduenis in cibis exhibebat.unde & prima aconitum iueniſſe dicitur.Quibus in rebus experta admodum & edocta:ueneno patrem primo ſuſtulit: deinde regno aſſumpto templum ſtatuit Dianæ:cui hoſpites uauigantes ſacrificabat:exiſtimans ea crudelitate ſuũ nomen clarius futurum.Poſt hæc nupſit Cetæ patruo:genuitq; liberos tres:Circẽ Medeã ac Aegialeum.Circe ad omnis generis uenenorum cura uerſa:multarum herbarum radicũq; uarias uires mirabileſq; repperit.Et q̃uis a matre Hechate in plurimis ĩſtructa eſſet: multis tamẽ ab ſe de nouo inuentis omnibus in ea re præſtitit.hæc ſarmatarũ regi:q ab aliis ſcythæ dicuntur cum nupſiſſet.primum ueneno uirum abſtulit.deinde regno capto: multa ui crudelitateq; regnum uexauit: quibus ex rebus ex ipſo regno pulſam ad italiam ueniſſe tradunt.Inq; eo ꝓmontorio: quod nũc quoq; ab illa circeũ uocatur reſidiſſe.Medeam quoq; tum a matre:tum a ſorore ſingula ueneficia edoctam.diuerſis moribus uixiſſe ferunt.nã cũ Oeta rex tuꝫ ſua natura tũ uxoris ſuaſu crudelis eſſet:& necãdorũ hoſpitũ morã ſeruaret: illa hoſpites a uitæ diſcrimine eripiebat:& ſæpe a patre p̃cibus & gratia ꝓ dãnatorũ ſalute intercedebat:quandoq; ipſamet ex cuſtodia captos dimittebat.Ob qđ cũ Medea ĩ dies magis parentum crudelitati eſſet aduerſa:a patre ob timorem in liberã cuſtodiam deſtinata fuit.Illa ad Solis oui templum:qđ in littore ſitũ erat cõfugiens:iuxta littus ambulans:argonautas noctu delatos cõſpicit: a q̃ de hoſpitum cæde edocti:humanitatẽ uirginis expti ſunt:ut uidimus in dictione Iaſon.

O etha cum.œ.diphthongo:&.th.aſpirato ſcribitur:mons eſt inter theſſaliã & macedoniam famoſus morte rogo & ſepulchro Herculis. Eſtq; teſte Plinio lib.xxv. naturalis hiſtoriæ hellebori herbæ fertilis.

O etoſyros cum.œ.diphthongo:&.y.græco ſcribitur a græcis.nam teſte Herodoto in.iii.hiſtoriarum dicitur lingua ſcythica Apollo.

O etus cũ.œ.diphthongo:&.t.exili ſcribitur:nã apud græcos eſt diphthongus ex ω.mega:&.i.unde ὦιτοσ ab illis ſcribitur:ſed a nobis Oetus traduciť: ut in ſecundo horum cõmẽrariorum libro uidimus.fuit frater Ephialis: & filius Aloei pugnauitq; cũ diis in creta:ut dixit Saluſtius:unde œtii campi dicti ſunt.

O ethyni prima cum.œ.diphthongo:ſequens cum.th.aſpirato:&.y. græco ſcribiť populi fuerunt iuxta pontum.

O gdous cum.g.ante.d.ſcribitur:fuit teſte Diodoro ſiculo libro hiſtoriarum.ii.æ
gypti rex:qui & Vohoreus cognominatus eſt:& mēphim condidit:ut uidimus
in dictione memphis.

O gygia ſecunda cum.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:inſula eſt: ut q
dam ferunt phœnicii & ſyrii maris:Sic quoq; ab Ogygo rege in ea regnante cog
nominata.de q̄ Homerus in libro primo odyſſeæ νῆσον ἐς ὠγυγίην ὅτ' ὄνο-
μεν.Nā uoluit in ea poſtea regnū fuiſſe Calypſus:ut ī dictiōe Calypſo uidimus

O gygius eodem modo cum ſuperiori dictione ſcribitur:fuit teſte Seruio ſup Sile-
num Virgilii thebanorum rex:ſub quo primū diluuium fuiſſe dixit Varro in
prologo libri tertii de re ruſtica:quam longe antiquiorem urbana oſtendere co
natur.Et fuiſſe tempus ait:quo rura colebant homines:nec ciuitates habebant
Et ſubdit.eſtq; uetuſtiſſimum oppidum bœtiæ thebæ:quod rex Ogygius ædifi
cauit:pactis iam duobus milibus annorū & centum.Sed ut diuus Auguſtinus
de ciuita.dei lib.xviii.rettulit temporibus inquit Ogygii regis diluuiū magnū
factum eſt:non illud maximum:quo nulli homines euaſerunt:niſi qui in arca
fuerunt.Sed tamen maius:q̄ quod poſtea tempore Deucalionis fuit.

O icleus cū.i.latino diuiſa ſyllaba ab.o.ſcribitur.nam neq; apud græcos eſt diph-
thongus.fuit filius Antiphatis filii Melamp i: dicente Homero in.xv.odyſſeæ.
ἀντιφάτης μὲν ἔτικτεν ὀικλῆα μεγάθυμον.idem fuit pater Amphia rei ar-
giui uatis.

O ielus cum.i.latino diuiſa ſyllaba ab.o.ſcribitur:ut de ſuperiori dictiōe diximus
Non enī poteſt eſſe diphthōgus.ut Virgi.in primo: Vnius ob noxam & furias
aiacis oilei:fuit locrorum rex:& pater Aiacis oilei.

O lympus cum.y.græco ſcribitur:quo nomine quattuor diuerſos legimus mon-
tes unus eſt inter theſſaliam & macedoniam altiſſimus : dicente Lucano in.ii.
Nubes exceſſit olympus lege deum.Alius eſt in gallogræcia. Alius apud my-
ſos.ad cuius radices urbs eſt Pruſa ab Hannibale ut fertur extructa.Quartus ē
ſecus mare rubrum in æthiopia:haud longe ab heliopoli ciuitate:qui oriente ſo
le uſq; ad quintam diei horam flammas emittit.Adde quod de hoc dicit Clau-
dianus in Scilicone:Sed ut altus olympi Vertex:qui ſpatio uentos hyemeſq; re
linquit Perpetuum nulla temeratus nube ſerenum.

Celſior exurgit pluuiis.auditq; ruentes.
Sub pedibus nimbos:& rauca tonitrua calcat.

O lympias eodem modo atq;.i.latino in penultima ſcribitur.

O lympionices ſecunda cum.y.græco:aliæ cum.i.latino:atq; cum.c.exili ſcribit̃:
is dicitur qui in olympico certamine uicit:quaſi olympiorum nices.i.uictor :a
νίκη:quæ eſt uictoria.

O lor cum unico.l.ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vi.thraciæ rex:
qui filiam ſuam Hegeſipſylen Melciadi duci athenienſium uxorē dedit.Eſt eti-
am olor auis alba:quæ alio græco nomine cycnus dicitur.

O lenos cum unico.l.& unico.n.ſcribitur:ciuitas eſt ætoliæ:ut oſtēdit Homerus
in.ii.iliados:iuxta quam aper ille calydonius occiſus dicitur. Aliam ponit Igini
us de aſtronomia poetica in bœtia ciuitatem eſſe ſic quoq; cognominatā ab Ole
no Vulcani filio:de qua forte intellexit.Sene.in troade:cum ait olenos tectis ha
bitata raris.Quin & in ea Amaltheam capram nutritam fuiſſe quidam aſſerūt:
quæ poſtea ad cælum tracta fertur:dicente Oui.in.xvii.epiſtolarum heroidū

Pleias & arctophylax oleniumq; pecus.Et in libro faſtorum.v.Naſcitur oleniæ
ſignum pluuiale cappellæ.Et inde olenius ut Flora ad Iunonem apud Ouidiū
in eodem quinto faſtorum ait.

Quod petis oleniis inquam mihi miſſis ab oris.
Flos dabit:eſt hortus unicus ille meis.

O lynthus cum.y.græco:&.th.aſpirato ſcribitur:fuit ciuitas ſithoniæ iuxta atti-
cam:quæ cum ab athenienſibus deficeret:& Philippo ſe dediſſet. fuit demū ab
athenienſibus euerſa.

O mbrici cum.i.latino:&.c.exili ſcribitur:populi ſunt iuxta illyricos:ex quorum
locis teſte Herodoto libro hiſtoriarum tertio.capris & alpis fluuii uerſus boreā
in iſtrum cadunt.

O monyma cum.y.græco ſcribitur:ea dicuntur quæ ſolum idem nomen habent
hoc eſt non etiam rationem:& traducuntur æquiuoca.

O mphatium cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:eſt genus uini certo artificio confe
cti:ut oſtendit Plinius libro.xiiii.naturalis hiſtoriæ & deriuatur ab ὄμφαξ: qđ
uuam ſignificat acerbam.

O nager cum unico.n.ſcribitur: dicitur a noſtris aſinus ſilueſtris.Nā componit̃
ex ὄνος:quod eſt aſinus:& ἄγριος ſilueſter:de quo Virgi.in.iiii.georgicorum.
Sæpe etiam curſu timidos agitabis onagros.

O nchiſton cum.ch.aſpirato &.i.latino atq;.t. exili ſcribit̃: locus eſt teſte Homero
libro iliados.ii.in finibus thebarum.

O neſicritus abſq; aliq̄ aſpiratiōe:&.i.latio ubiq; ſcribit̃:fuit philoſophus qdā:quē
nōnulli æginenſem dicunt.Demetrius uero magneſius illū aſtypalenſem fuiſ-
ſe dixit.fuit Diogenis diſcipulus.Et ut Xenophon cum Cyro:hic cum Alexan-
dro militauit.Et ut ille Cyri pædiā:hic Alexandri ſcripſit initia: & ut ille Cyri:
hic Alexandri pſequitur laudes.Dicitur etiā ſtilus utriuſq; q̄ſimillimus.

O nyx cum.y.græco ſcribit̃:genus eſt lapidis in ſimilitudinē unguis. Nam onyx
græce latine unguis dicitur.de quo Horatius in.iiii.carminū.Nardo uina me-
reberis nardi paruus onyx eliciet cadū. Qui nunc ſulpitiis accubat horreis ubi
Acro dixit:onyx metallum gemmæ ſimile:de quo ad unguenta odorata ſiebāt
parua uaſa.Sed Lucanus de gemmis mihi locutus uidetur:cum dixit ad luxū
oſtentandum:Totaq; effuſus in aula Calcabatur onyx.

O nytes cum.y.græco :&.t.exili ſcribit̃: nomē eſt uiri pprium: qđ Donatus ſup
xii.æneidos Virgilii aut gentile:aut patronymicum putauit.ſe tamen gentē ne
ſcire fatetur.Sed Seruii magis ſententia placet:qui pprium exiſtimauit: & deri
uari puto ab onyx:ac forſitan onyces cum.c.exili primitus ſcriptum.

O nomatopoeia cū.t.exili &.œ.diphthōgo atq;.i.latino ſcribit̃:ē ὀνόματος id eſt
nominis:ποίησις fictio.Nā cū uocis cōfuſæ nomē ad imitādū ſonū effingimus:
eiuſmodi figurā facimus:ut ouiū dicimus balatū:boum mugitū:equorū hin-
nitum:terribilis buccine ſonitū taratātara.Ennius:At tuba terribili ſonitu tara
tāra dixit.hac etiā figura dicit̃ turtur:grus:ſcropha:q̄ nouiter cōpire nobis ra-
ro conceditur:græcis uero teſte Quintilia.īter maxīas ē habita uirtutes.

O nophrius cum.ph.aſpirato recte ſcribit̃:nam deſcendit ab onos q ē aſinus.

O pheltius cum.t.exili:&.i.latino ſcribitur:fuit uir troianus.

O pheltes cum.t.exili ſcribitur:fuit nauta thyrrenus.de quo Ouidius in.iii.me-
tamorpho.Aſſumus en inquit ſociorum primus opheltes.

Opites cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:fuit uir argiuus:& ab Hectore in bello in-
terfectus.

Opheleſtes cum.t.exili ſcribitur:fuit uir troianus.

Ophis cum.i.latino ſcribitur:dicitur apud nos ſerpens.unde Cotta in arateis uer
ſibus apud Ciceronem in.ii.de natura deorum deſerpente loquens inquit.
Quem clare perhibent ophim cognomine græci.

Ophiulcus cū.i.latino &.c.exili ſcribitur:deriuatur ab ophis: & dicitur a noſtris
ſerpentarius:quem Seruius ſup.xi.æneidos Aeſculapium eſſe dixit.

Ophiophagi eodem modo ſcribitur:& hi ſunt qui ſerpētes mandunt. Nam quod
apud græcos phago:a nobis mando dicitur.

Ophiogenes cum.i.latino & unico.n.ſcribitur:dicuntur ſerpentibus geniti:quos
dixit Pli.libro.vii.naturalis hiſtoriæ:teſte Erato ꝑgameno circa helleſpontū par
uum genus hominū fuiſſe ſerpentū ictus tractu leuare ſolitos:& manu impoſi-
ta uenena leuare corpori.unde a ſerpentibus genus traxiſſe dicebantur.

Ophites cū.i.latino &.t.exili ſcribit̃:eſt teſte Pli.in.xxxvi.natura.hiſtoriæ genus
marmoris maculas ſerpentinas detinētis:a quibus nomē ipſum:aſſumpſit.

Opobalſamū cum unico.p.ſcribitur:& eſt ſuccus balſami ὤποσ enim græce lati-
ne ſuccus dicitur:unde & pro quocunq; odorifero unguento aliquando ſumi-
tur Iuuenalis in.ii.ſatyra.Sed tamen unde Hæc emis hirſuto ſpirant opobalſa-
ma collo Quæ tibi.

Ops cū.p.ante.s.ſcribit̃:fuit filia Cæli ex Veſta:& ſoror:uxorq; Saturni. Quā ut
refert Seruius in.xi.ænei.græci rheam uocāt. Vnde latinam dictionē ops non
græcā puto:& corripit o:ut ops opis.Dicit̃ etiā copia : ſed in hac ſignificatione
nominatiuus in frequēti uſu non eſt:niſi in compoſione:ſed tunc quoq; cōmu
nis eſt generis:ut hic & hæc & hoc inops huius inopis.uetuſtiſſimi tamem teſte
Capro:hic & hæc & hoc ops & cops ꝓ eo:q̄ ē opulētus & copioſus:quin & ꝓ au-
xilio proferebant.Et actiū quoq; de Hercule ſic dicentē inducit.Quorum geni
tor fert̃ eſſe ops gentibus:pro opem ferens:& auxiliū gentibus. Terentius Iuno
Lucina fer opem:ſerua me obſecro.Itē in genitiuo apud Oui.de remediis legit̃
Carminis & medicæ phœbe reptor opis.At opes in numero plurali pro cēſu ac-
cipimus.Horatius in.iiii.carminum.Per dāna ꝑ cedes ab ipſo.Ducit opes:ani-
mūq; ferro:de romano populo loquebatur.

Opis cum.i.latino in nominatiuo nympha fuit:ac primā ꝓducit:ut Opis ad æ-
thereū pennis aufertur olympū.Virgi.in.xi. Velocez interea ſuperis in ſedibus
opim Cōpellabat.Eſt etiā opis teſte Herodoto in primo hiſtoriaruz ciuitas iuxta
quā tigris ꝓfluit:& mare rubrū ingreditur.

Opſonium cum.p.ante.s.atq;.i.latino ſcribitur: ſic enim apud græcos ὀψώνιον
ſcribit̃:ſed ex noſtris.p.in.b.ob litterarū uicinitatem:nōnulli cōuerterūt:quod
ſæpe fieri ſupra oſtendimus.Et eſt quicquid comedendo additur pani & uino.
Ac ſecundam eius ſyllabā uti græci:ſic & noſtri producunt. Iuuenalis in ſaty-
ra Atticus eximie.Manubria cutellorum.
Oſſea non tamē his ulla unq̄ obſonia fiunt Rancidula.& ſic uerbū obſono uel
obſonor neutrum uel deponens.

Ophthalmos cū.ph.&.th.aſpiratis ſcribitur.dicitur a noſtris oculus.ſed ſic quoq;
nō niſi in cōpoſitis quibuſdā:& deriuatiuis trāſcribitur:ut ophthalmia:quæ eſt
oculi infirmitas.Et triophthalmus lapis:qui teſte Pli.in ultimo naturalis hiſto.
tres hominis oculos ſimul exprimit.& ægophthalmus lapis alius: qui caprinuz
oculum repreſentat.

Opterus cum.t.exili ſcribitur:eſt autē (ut Iunenalis uidetur uelle oſtendere) auis
cum inqt in ſatyra Atticus eximie.apud quē.ſ.tripherū Sumine cū magno le-
pus atq; aper ac epigardus:& ſcythiæ uolucres:& phænix opterus ingens.
Et getulus oryx hebeti lautiſſima ferro Cæditur.

Oreades cum unico.r.& abſq; diphthongo:nymphæ ſunt ſic quoq; cognomina-
tæ ab oreſi id eſt montibus:quos inhabitare ſolebant.

Oreſtes abſq; aliqua aſpiratione ab emendatiſſimis græcis ſemp ſcribitur:& ab o-
ros quod apud nos eſt mons deriuatum nomē dicunt:atq; ob magnitudinē il-
lius eiuſmodi nomē ſic quoq; a poetis effictū:quē inſtar montis fuiſſe dicunt.
Vnde Solinus corpus eius inqt iuſſiōe oraculi apud taygetā montē inuentū ē
lōgitudinis cubitorū ſeptē:quorū qlibet pedē & ſemis geometrica rōne dicitur
continere.Et fuit Oreſtes a gamēnonis regis mycenarum filius ex Clytēneſtræ
coniuge.hic puulus Hermionem Menelai patrui. & Helenæ filia deſponſauit.
Sed cū opa Clytæmneſtræ matris:& Aegyſthi adulteri pater Agamemnon a bel
lo troiano q̄primū reuerſus interficeretur quæritur hic ſimiliter ab eiſdē ī mor
tē.Sed diligentia Electræ ſororis a Strophofo phocenſi clam mycenis ſubtrahit̃
& ſeruatur.Aegiſthi interim:& Clytæmneſtræ auxilio rapitur Hermione a Pyr
rho Achillis filio.Sed cum cre[illegible]et Oreſtes tēpore & oportunitate captata claz
mycenas intrat:atq; Aegyſtum interemit & matrem q̄crudeliſſimis pœnis affe-
cit.poſtq̄ illa iam ſimul cum Aegyſtho annis ſeptem regnauit: ut elegantiſſime
hæc omnia ꝓſecutus eſt Sophocles in Electra:atq; Euripides.Sed de minia cru
delitate a ciuibus incuſatus Oreſtes:iudicium areopagitarum ſubire coactus ē
a quo teſte Cicerone in oratione pro Milone uariatis hominum ſententiis non
ſolū diuina:ſed & ſapientiſſimæ deæ ſentētia liberatus eſt. Interī interfecto Pyr
rho & recuperata Hermione conſcientia geſtorum exagitatus:in inſaniam & fu
rias uerſus:uidere ſibi uidebatur matrem ſe ardentibus facibus: & ſerpentibus
atris inſequentem:dicente Virgilio in.iiii.æneidos.
Armatam facibus matrem & ſerpentibus atris:
Cum fugit:ultriceſq; ſedent in limine diræ.Sed cum illi fidus:ac ꝑpetuus eſſet
comes Pylades:præfati Strophili filius:nō paſſus eſt illum in inſania perſiſtere:
qn oportuna diſqreret medicamina.Itaq; illū ad tauricā regionē in ſcythia ad
Dianæ aram ꝓ recuperanda ſanitate cōduxit:comitibus etiā (ut nōnulli aſſe-
runt) Hermione & Electra:ubi deæ ex humana carne ſacra fiebant.Sed cū mo
ris eſſet aduenas ꝓ eiuſmodi ſacrificio captiuare:cōtigit & ipſe pro re tali cape-
retur.Sed ab Iphigenia ſorore recognitus:quæ ibidē ſacerdos numini miniſtra-
bat:ut in ea dictione uidimus:liberatus etiam ab omni inſania euaſit. Cuz quo
Iphigenia ipſa ablato ſimulachro aufugit:& alia īnumera ſunt: quæ de illo po
etæ loquuntur:ita ut dicat Iuuenalis.Scriptus & in tergo. nec dum finitus O-
reſtes.Præbebat enim materiam omnibus uolentibus aliqua ſcriptitare.Ob qđ
dixit Virgilius in æneidos Scænis agitatus Oreſtes.

Orexis cum unico.r.&.x.cōſonante atq;.i.latino ſcribitur:ponitur a græcis pro
appetitione.At uero Iuuenalis latinum feciſſe uidetur:& pro uomitu poſuiſſe:
quaſi ab ore:& ex eo ſit compoſitum:unde ait in ſatyra Credo puditiciam:Du-
citur ante cibū rapidā facturus orexim:& in ſatyra Aticus eximie. Hinc ſurgit

orexis.Hinc ſtomacho bilis:
O rchades cũ.ch.aſpirato ſcribit̃:inſule ſunt oceani ſeptẽtrionalis ultra britaniam
& circa tilem numero uiginti tres:quarũ uiginti deſertas:& tres coli nõnulli aſ
ſerunt.Solinus tamẽ dixit illas hominibus uocare:& ſiluis:quin & herbis uiceis
ĩhorreſcere.Nõnullas uero dixit ĩherbidas:harenãq; & ſteriles herbas detinẽtes.
O rcheſtra ſecũda cũ.ch.aſpirato:ultima cũ.t.exili ſubſequẽte.r.ſcribitur: proprie
locus ẽ in theatro:uel amphitheatro:uel circo ubi ſaltabat̃.Nã deriuat̃ ab ὀρχ
οῦμαι:quod eſt ſalto:ut Poſſitõius orcheſtraꝫ q̃rit alter:unde etiam ορχηςρια
ſaltatrix dicit̃.nam ut refert Liuius ĩ.ii.bello punico:Cũ ludi circẽſes Apollini
celebrarent̃:& Hãnibal nuntiatus eſſet circa collinã ubi ingruere:oẽs raptis ar
mis cõcurrerũt.Reuerſi paſtea eũ piaculũ formidarent:inuenerũt ſaltantẽ ĩ cir
co ſenẽ quendã:qui cũ interrogatus dixiſſet ſe nõ ĩterrupiſſe ſaltationẽ:ductũ
hoc ꝓuerbium:Salua res ẽ ſaltante ſene.Sed ut plurimũ pro toto theatro orche
ſtra ponitur.ut Iuuenalis in ſatyra Et ſpes & ratio.Queq; reportandis poſita eſt
orcheſtra cathedris.i.theatrum.Suetonius in uita Neronis.Mediaq; ĩ orcheſtra
frequente populo epulatus ẽ Vnde & nõnũq̃ ꝓ loco eminentiori ponitur ab eo
dem Iuuenale:ut in tertia ſatyra:Aequales habitus illic ſimileſq; uidebis Orche
ſtram & populũ.Nam cũ locus cõmodior ad ſpectandũ pro ſenatoribus & ma
ioribus prepararet̃:ab ipſis ſaltationibus inſpectis nomẽ aſſũpſiſſe uidetur.
O rchites cũ.ch.aſpirato &.i.latino atq;.t.exili ſcribit̃:genus eſt oliuarũ: quæ teſte
Seruio in.ii.georgi.a græca etymologia:ſed obſcæna.i.a teſtitulis nomẽ aſſum
pſerunt.Nam ορχεισ teſtes dicunt̃:quorum figuram retinent.
O rchomenus cũ.ch.aſpirato &.e.abſq; diphthongo ſcribitur: ciuitas eſt in boetia
theſſaliæ cõtermina:ĩ qua fons erat tribus charitibus ſeu gratiis:& Veneri ſacer
ut teſtatur Iginius in aſtronomia poetica:& Seruius ſup primum æneidos con
firmauit.Ad hanc urbem Homerus in.viii.iliados innumera quotidie nauibus
deferri dixit in oratione Achillis ad Vlyxem Aiacem & Phœnicem.
Orcus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:cognomẽ eſt fluuii inferni:ab ὄρκοσ:qd̃
eſt iuãentũ deductũ:eo ꝙ p illum hoc ẽ ſtygem paludem:a qua teſte Homero ꝓ
fluit:iurabãt dii:nec peierare licebat.Nã ut dixit Homerus in.ii.iliados : fluuius
eſt theſſaliæ:qui ab inferna ſtyge manat:& in peneũ defluit: quem nec peneus
recipit:ſed olei modo ſuperna tantẽ breui ſpatio portatũ abdicat : nec pœnales
aqua diriſq; gẽitas argenteis ſuis miſceri ꝑmittit:& ſubdit Homerus:huius flu
uii apud deos ſanctiſſimum iuſiurandum eſſe.
O richalcum ſecunda cum.i.latino ſequẽs cũ.ch.aſpirato:ultima cũ.c.exili ſcribi
tur:dictio ẽ ex auro & χάλκον:quod ẽ æs compoſita.Sed.au.diphthonguꝫ cõ
uertit in.o.breuẽ ſecundum antiquorum conſuetudinem in quibuſdã dictio
nibus.ut ſupra oſtendimus in.ii.horum cõmentariorum libro ubi de.au.diph
thõgo tractauimus.Nam aurichalcum dicebatur:quod teſte Seruio in.xii.Vir
gilii apud maiores precioſius omnibus fuit metallis:ubi multa grata de illo ret
tulit.quæ qui ſcire cupiet:ibi legere potuerit.
O rgia cum.i.latino ſcribitur:dicebant̃ Bacchi ſacra:primum apud thracas ab or
pheo inſtituta:quæ (ut aiunt) a ſolis mentruoſis celebrari ſtatuit: ut eo potiſ
ſimũ tẽpore a uirorum cõmixtione diuerterent qd̃ nõ ſolũ eſt abominabile:ſed
permicioſum uiris.Sed deinde ut illarũ obprobria tegerẽtur:& a nõ menſtrua
tis celebrari ꝑmiſſũ fuit.Et teſte Seruio ſup.iiii.ænei.orgia olim apud græcos

omnia ſacra dicebãtur:quẽadmodũ apud latinos cerimoniæ. Quod Iuuenalis
in ſatyra obſeruaſſe uidet̃:ubi de ſacris bonæ deæ. quæ ſimili modo a ſolis mu
lieribus celebrabantur:loquẽs inqt:Talia ſecreta coluerunt orgia tæda. Sed ut
ait Seruius abuſiue ſacra Liberi orgia dicuntur: uel ab ὀργίζομαι qd̃ ẽ furio:
& ὀργη furor:uel ab ὄρεσι:hoc ẽ a montibus in qbus agitabãtur:incedebantq;
crinibus paſſis:& indutæ pellibus damarũ:quæ græce nebrodes appellantur.
nam ὐεβροσ græce latine dama uocatur.Vir.in.iiii.geor.pictis incinctæ pelli
bus ambæ.i.pellibus damarũ quæ uarii ſunt coloris: ibantq; ut furiis agitatæ
cum tibiis cymbalis & clamore.unde Menades hoc eſt furioſe appellabatur: ut
in ea dictione uidimus:nec fas erat adeſſe uiros:dicente Statio in achilleide.
Lex procul ire mares iterat præcæpta uerendus.
Ductor:in acceſſumq; uiris indicitur antrum:
Nec ſatis eſt.ſtat ſine dato metuenda ſacerdos.
Exploratq; aditus:ne quis temerator oberret
Agmine fœmineo tacitus ſurriſit achilles.
O rion cum.i.latino ſcribitur:hũc dixit Heſiodus in theogonia fuiſſe Neptuni fi
liuꝫ ex Euriale Minois filia.Ariſtonicus uero & Pindarus aliã illius geneſim de
ſcripſerunt dicentes.Hireũ quendã ſenẽ fuiſſe:q cũ apud thebas:teſte Ariſtoni
co parui cultor eſſet agelli:uel in inſula chio:ut dixit Pindarus:& Iouẽ forte ac
Mercurium hoſpitio excæpiſſet:petiit ab his:ut ſibi aliquid liberorũ naſceretur
dicebat enĩ olim cõiugẽ habuiſſe.ac illi ꝓmiſiſſe non recæpturum aliã: optaret
tamen filium pro herede.Et ut hoc facilius impetrare poſſet. bouẽ eis ĩmolauit
atq; ad ueſcendum appoſuit.Iuppiter uero & Mercurius poſt epulas: ab eo co
rium e boue detractum popoſcerunt:atq; in illud quod fecerant urinæ incluſe
runt.Et referente Ouidi.qui horum opinionẽ ſequitur in.v.faſtorum libro.
Tunc ſuper iniecta texere madentia terra
Iamq; decem menſes:& puer ortus erat.
Hunc hireus quia ſic genitus uocat uriona:
Perdidit antiquum littera prima ſonum:ita ut iam Oriona dicamus.Eſt enim
urina græca dictio:quã illi οὖρον dicunt.Sed deinde maxime excreſcens uena
tor magnus euaſit.Quem ſibi comitẽ Delia fecit.Et ut dixit Ouidius. Ille deæ
cuſtos ille ſatelles erat:Itaq; uenandi artificio elatus:auſus eſt dicere nullum gi
gni poſſe animal:quod nõ ipſe ſuparet:ob quod uolẽtibus diis emiſit terra par
uum animal:ſcorpionẽ ſcilicet a quo ſupatus occubuit:dicente Lucano lib.ix.
ſcilicꝫ ſcorpius minax nodis:& recto uerbere ſæuus:Teſte tulit cælo uicti decus
orionis.Et dixit teſte cælo:qa & Orion & ille ſcorpius ad cælum tracti fuerunt
Voluit hic pleiadibus uim inferre:ut in dictione pleiades oſtendemus. Tẽtauit
& ſimiliter teſte Callimacho Dianam uitiare:ob qd̃ ab ea ſagittis cõfixum illuꝫ
dixit.Idem Horatius libro carminũ.iii.in quarta oda tetigiſſe uidetur: cum ait
Tẽtator orion Dianæ uirginea domitus ſagitta. Seruius uero aliã ab his: quæ
diximus fabulã ſup.x.æneidos Virgilii librum rettulit: quæ ſane nobis ſatiſſa
cere non potuit.ideo alios magis ſecuti ſumus:& habet Orion primam & ſecun
dam quandoq; breues:& quãdoq; longas:ut in dictiõe arion uidimus.
O rithyia ſecunda cũ.i.latino.penultia cũ.th.aſpirato & diphthongo cõpacta ex
y.græco &.i.latio ſcribitur:fuit puella pulcherrima: & famoſa filia Erithei athe
naruum regis: quam cũ Boreas adamaſſet:& ſibi cõiugem dari poſtularet: nec

impetrare ualuiſſet:illá rapuit:& in thraciam ſecũ detulit.Et qua Zetum & Ca
laim filios ꝑcreauit:ut ꝓ uera hiſtoria rettulit Euſebius in libro temporũ.Alia
eodem nomine regina fuit amozonũ:quæ Marpeſiæ matri ſucceſſit in regno:
de qua Iuſtinus in.ii.epitomatũ libro locutus fuit.

O rithos cum.i.latino &.th.aſpirato ſcribitur: fuit teſte Herodoto li. hiſtoriarũ.v.
ciuitas inter macedoniá & epirũ:iuxta quá:ut rettulit Seruis i.x.æneidos naſci
tur terebinthus arbor:de qua in ſua dictione uidebimus.Ob quod Pliniũ dixiſ
ſe puto in.xiii.naturalis hiſtoriæ.Terebinthus in macedonia breuis eſt arbos:at
q; fruticoſa.Et Seruiũ qui dixit orithos ciuitas eſt epiri.

O ryx cũ.y.græco ſcribit̃: de hoc Pli.in.ii.naturalis hiſtoriæ inquit:oryge3 appel
lat ægiptus feram: quam in exortu eius contra ſtare & cõtueri tradit: ac uelut
ad orantem conſterni.Idem in.viii.ſolos oryges dixit contrario pilo uerſi:hoc ẽ
a caput uerſo:de quo Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie.Et getulus oryx hebe-
ti lautiſſima ferro.

O rdeſſus cũ duplicato.s.ſcribitur:eſt teſte Herodoto in.iii.hiſto.primus fluuiorũ
ſcythiæ:magnuſq;.& ab oriente ꝑfluens cum iſtro miſcetur.

O rodes ſine aſpiratione principii ſcribitur:nomen ẽ uiri propriũ:de quo Virgili.
in.x.æneidos meminit:& interpretari poteſt montanus.Nam ab ὄρος: quod ẽ
mons deriuatur.

O rœtes cum.œ.diphthongo:ultima cum.t.exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto lib.
hiſto.iii.uir.perſa & ſardium præfectus:qui Polycraté ſamiorum tyrrannũ do-
lo captum ſuſpendit.Hic poſtea iuſſu Darii:& opera aſtuq; Bagei in ſardis tru-
cidatus eſt.

O rmenius cum.i.latino:ſcribitur:eſt teſte Homero lib.iliados.ii.ciuitas magneſiæ
Idenq; Plin.in.iiii.naturalis hiſtoriæ confirmauit.

O rphanus cũ.ph.aſpirato ſcribit̃:& ẽ dictio græca:quá nõnulli pupillũ interpre-
tari dicũt.Alii uero inter eas differẽtiá ponunt:& pupillũ eũ eé dicunt.q caret
quidé patre:ſed nõ ꝑſidio paterno:cũ tutore iuuet̃.Orphanus uero q caret pa-
tre:ꝑſidioq; paterno:& ſũmope deſideret illius opé:cũ ſine eo malo habeat.

O rpheus cũ.ph.aſpirato &.eu diphthõgo ſcribitur:ut Virgilius in Damone: Or
pheus in ſiluis:fuit theologus:& poeta gente thrax Oeagrii fluuii filius. Alii di
cunt Apollinis fuiſſe filiũ ex muſa Calliope.hic teſte Diodoro ſiculo libro hiſto
riarum.v.doctrina melodiaq; ac poeſi exceſſit omnes:quorum extet memoria:&
ſuauitate cantus præceteris clarus fuit.Idẽ citharam ab Apolline patri accæpiſ
ſe dicitur a poetis:quá nuꝑ ad ſimilitudinem teſtudinis Mercurius confecerat:
& Appollini dono dederat.Cuius modulatu & dulcedine nõ ſolũ homines ſed
lapides & ſiluas in numerum ſe motare cogebat:dicente Oui.in.iii.de arte:ſaxa
feraſq; lyro mouit rhodopeius orpheus:Tartareoſq; lacus trigeminũq; cané: &
Vir.in Dameta:Orpheaq; in medio poſuit ſiluaſq; ſequentes Ná mortua Eury
dice uxore ad inferos ꝑgens:ualuit eos cithara ad cõmiſerationem deflectere: ita
ut uxoré ſibi reſtituerét.Sed ea itarũ ꝑdita:quia illam ante tempus contra datá
lega aſpexerat ut eleganti.dixit Virgi:in.iiii. georgicorum.

Septem illum totos perhibent ex ordine menſes.
Rupe ſub aerea deſerti ad ſtrymonis undam.
Fleuiſſe:& gelidis hæc euoluiſſe ſub antris.
Mulcenté tigres:& agentem carmine quercus. Et in eodem loco Nulla uenus:nul
liq; animum flexere hymenæi.Nam ab illo ſpretæ Cicones:quæ eũ in uiru3 ha
bere quærebant inter orgya Bacchi:quæ ille idem inſtituerat:eum penitus lace
rarunt.Cuius caput cum in œaggriu3 fluuium proiectuũ eſſet:una cum citha
ra leſbum ꝑuenit: quod cum ſerpens edere uellet:ab Apolline ſaxificatũ dicit̃.
Laertius uero Diogenes ꝓ uera hiſtoria dixit illum nõ a mulieribus diſcerptu3
ſed fulmine depiſſe.Idq; epigrãma in macedonia ſcriptum oſtendere:ubi a mu
ſis ſepultus dicitur.& ut ait Ouidius.

Ille etiam thracum populis fuit auctor amorem.
In teneros tranſferre mares:citraq; iuuentam
Aetatis breue uer:& primos carpere flores.Habeo huius antiqſſimi poetæ hym-
nos ad deos fere oẽs:habeo argonautica:ſ3 nõ illius opus eſſe dixit Ari. Ponit̃ &
nõnũq̃ adiectiue Orphe.ut Marti.in.i.qcqd in orpheo rodope ſpectaſſe teatro.
Dicitur:exhibuit cæſar arena tibi.

O rſilochus cũ.i.latino & unico.l.atq;.ch.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Homero lib
iliados.v.filius Alphei fluminis:q lato gurgite terrá interfluit pyliorum & ma-
gni populi princeps fuit.Ná Orſilochus genuit Diodeũ:Diodeus ipſe geminos
genuit Chrethona:& Orſilochum:q gratificantes Agamemnoni Menelaoq; u-
na cũ illis aliiſq; principibus ad troiá nauigarunt:& uno occubituri horæ mo-
mento:quos (ut ipſe ait) præſtantiſſimos uiros:& in omni genere belládi pitiſſi
mos:magnanimus Aeneas coram Agaménone interemit.

O rtygia ſecunda cũ.y.græco:penultima cũ.i.latino ſcribit̃:inſula eſt in mari æ-
gæo:quæ & alio nomine delos dicit̃.Sed ortygia cognominata Solino teſte:qa ĩ
ea primum uiſæ ſunt cõturnices:quas græci ortygias uocant.Nos a ſono uocis
qualias dicimus.Sed de ortygia talé Seruius ſuper.iii.æneidos.& Lactantius ſu
per primum thebaidos fabulam rettulerunt.Poſtq̃ inquiunt Iuppiter Latona3
uitiauit: eius & ſororem nomine Aſteriem uitiare conatus eſt:quæ miſeratione
numium in auem couerſa fuit:quam nos coturnicem dicimus.At Iuppiter in
aquilam ſe uertit ut eam raperet:illa uero eadem miſeratione numinum in lapi
dem conuertitur:q diu ſub aquis latuit:ſed ſupplicáte Ioui Latona ſuꝑ aquas
deferri coepit.Interim cum Iuno latonam grauidá ꝑſentiſceret: ĩmiſſo cõtra il
lam phytone ſerpente:ꝑ omnem terram ꝑſecuta eſt:quæ tandem cum ad litora
maris deueniſſet:a ſorore ſuſcæpta fuit:dicente Oui.lib.vi.metamorpho. Erran
tem accæpit:tũc cum leuis inſula nabat:ſcilicet ortygia.In ea ergo ĩſula peperit
Latona Dianam:& Apollinem.a qbus delos eſt cognominata:ut in ea dictione
uidimus.Nec paſſi ſunt eam amplius errare:ſed illam teſte Virgi.in.iii.ænei.Pi
us arquitenẽs oras & litora circum Errantem mycone excelſa gyaroq; reuinxit
Immolatáq; coli dedit:& contemnere uentos.

O rtygia eodem modo ſcripta: inſula alia fuit circa ſiciliam ex oppoſito ad plem-
myrium ſiciliæ fluuium.de qua Virgi.circa finem tertii ænei.ait.

Sicano prætenta ſinu iacet inſula contra
Plemmyrinm undoſum:nomen dixere priores
Ortygiam:alpheum fama eſt huc elidis amnem
Occultas ægiſſe uias ſubter mare:qui nunc
Ore aretuſa tuo ſiculis cõfundit̃ undis.de quo in dictiõe aretuſa ſatis uidimus

O rtona cum.t.exili ſcribitur:urbs eſt pelignorum circa adriaticum pelagus.

O rthos cum.th.aſpirato ſcribitur:& interpretatur a noſtris rectus:nec niſi in cõ

poſitione eo utimur.

Orthographia cum.th.&.ph.aſpiratis:atq; in penultima cũ.i.latino ſcribitur:dici
poteſt a noſtris recta ſcriptura.Nam componiẽ ex ὀρθός:& γραφία:quæ ẽ ſcri
ptura.Quintilianus uero recte ſcribendi ſcientiam interpretatur.

Orthogonium cum.th.aſpirato:&.i.latino ſcribitur: dici poteſt ad uerbum recti
angulus.Nam componitur ex orthon:quod ẽ rectum:& γωνίον angulus.Eſt
enim figura habens rectos angulos.

Orthodoxus eo.modo ſcribiẽ:& latine recte opinionis aut fidei interpretatur.Nã
Δόξα & gloriã & exiſtimationẽ:ſiue opinionẽ:& fidẽ:& ſententiã deſignat.

Orthoepeia cum.th.aſpirato:& diuiſis uocalibus ſcribitur:& proferẽ.& teſte Qui
tiliano dici poteſt emẽdata cũ ſuauitate uocum explanatio. Nam componiẽ ex
orthon:quod eſt rectum:& ἔπος carmen.

Orthocorybantii.ſecunda cum.th.aſpirato:ſequens cum.c.exili:ſequens cum.y.
græco:ultima cum.t.exili ſcribitur:ſunt teſte Herodoto in.iii.hiſto.libro. popu
li ſcythiæ:quæ eſt in aſia.

Oſcylla & græcam & latinã poteſt etymologiã cõtinere:ut oſtendit Seruius ſup ſe
cundo georgi.Nã ex os:quæ ẽ facies:& cylleo:quod eſt moueo cõponi dicũt: eo
quod teſte Virgi.Oſcylla exalta ſuſpendũt mollia pinu:ideſt facies quaſdam pi
ctas p funiculos:ut hic inde moueri poſſint:& alta ſuſpẽdebant pinu.

Oſiris cum.i.latino utrobiq; ſcribitur.& fuit(ſecũdum poetas græcos:quos noſtri
ſequũtur)Iouis filius ex Niobe filia Phoronei:licet eum ægyptiũ fuiſſe longo p
ceſſu referat Diodorus græcus hiſtoricus libro hiſto.primo.Hic ut græci & no
ſtri affirmant:cnm Phoroneo auo in argiuorum regno ſuccederet & per annos
plures argiuis imperaſſet.Aegialium fratrem regno achaiæ præfecit : ipſe uero
maioris gloriæ cupidine captus:ad ægyptios tranſfretauit:quos cum ſuo ſum
miſiſſet imperio:Iſidem Inachi filiã primũ Io dictã . & ad ægyptios effugatam.
matrimonio ſibi copulauit.Qua deinde magiſtra ægyptii litteras didicire. Oſi
ris ſimiliter cum rudes eius loci homines multas res & homini quaꝫ maxime cõ
uenientes edoceret:diuinos ab illis eſt adeptus honores:dicente Tibullo.

Primus aratra manu ſolerti fecit oſiris.
Et teneram ferro ſollicitauit humum.
Primus inexpertæ cõmiſit ſemina terræ.
Pomaq; non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adiungere uitem.
Hic uiridem dura cedere falce comã.Et alia plura:quæ idem poeta proſequitur

Sed tandẽ teſte Callimacho ægyptio hiſtorico:quem ſecutus eſt Seneca in libro
quẽ de ſacris ægyptiorum cõpoſuit:cũ Oſiris a Stityphone ægyptio.uel( ut ait
Seruius ſup.vi.ænei.a Typhone fratre occulte occiſus & laniatus fuiſſet & ab
uxore Iſide diu eius membra quærerentur:nec inueniri poſſent:iraſcebatur in
ægyptios regina:& magnos quotidie in fletus prumpebat:dicente Lucano cir
ca finem octaui:Nos in templa tuaꝫ romana recepimus iſim. Semideoſq; canes
& ſiſtra iubentia luctus.
Et quẽ tu plangens hominẽ teſtaris oſirim. Sed tãdem ad locũ deueniẽs philas
iuxta ſyenẽ extremã ægyptii partẽ:cũ laceratũ illum cõperiſſet: in maximos p
rupit luctus.Et illic ægyptiis placata:ob cõperta membra locum græce philas:
hoc eſt latine amicas:teſte Seruio ſuper ſextũ. æneidos nominauit. & ad illum

ſepeliendum ſe accinxit:locumq; comperit:& elegit pro illius ſepultura tutiſſi
mum:& tranſitus difficillimi:hoc eſt inſulam abaton:quæ inacceſſibilis inter
pretatur:eo quod ſit in palude iuxta memphim limoſa:& papyris undiq; impli
cita:in hac illum ſepeliri curauit:& paludem ſtygem: hoc eſt mærorem uocati
uoluit: Nec illam tranſire aut ad inſulam quem uis poſſe accedere ſtatuit: niſi
certis diebus:& quibuſdam prius ſacris imbuti & initiati eſſent. Siquis forte in
ea palude deperiſſet:nec cadauer comperiri poſſet.centum annis ut præfati fe
runt auctores:illi ſacra quædam officia ſoluebanẽ:Quod Virgi.ipſe tetigiſſe ui
detur:cum in ſexto æneidos ait:Centum errãt annos:uolitantq; hæc litora cir
cum.Sed cum deinde ægyptiis apparere cœpiſſet bos inſtar numinis putaue
runt illum Oſirim eſſe:& ut deum adorare cœperunt. Et commutato nomine
Apim illum uocauerunt:hoc eſt bouem.Sic enim bos eorum lingua apis uoca
tur.Ouidius in ſecundo de ſine titulo.Et comes in pompa corniger apis erat.
Nã teſte Solino in collectaneis:& Plinius in.viii. naturalis hiſtoriæ bos inſignis
ex improuiſo illis apparet.quẽ certo tẽpore detinent:& adorant. Et( ut nõnulli
ferunt)p annũ illum detinere cõſueuerunt:alii p decenniũ dixere.Deinde refe
rentibus præfatis auctoribus ſtatuto die ſacerdotes illum in ſacro fonte ſubmer
gunt.Mox alter nec ſine publico luctu quæritur. Nam donec alium inueneriẽ
inſtar Iſidis mærent.Sed non diu quæritur. Quem compertum centum anti
ſtites memphim:cum pueronm gregibus populoq;:& omni muſicoruꝫ genere
proſequuntur:dicente Tibullo.
Te canit:atq; ſuum pubes miratur oſirim
Barbara memphitem plangere docta boueꝫ.& Ouidi.in.viii.metamorpho.Nũq̃
q; ſatis quæſitus oſiris:Semper enim perdunt:ſemp & inueniunt. Quo ſane in
uento populus mira applandens lætitia:magna cuꝫ uoce ſalutat. Quod tetigit
Iuuenalis in ſatyra quæ incipit.Stẽmata quid faciunt.cum ait.
Salue getulice:ſeu tu
Syllanus quocunq; alio de ſanguine rarus
Ciuis & egregius patriæ contingis ouanti
Exclamare libet populus quod clamat oſiri
Iuuẽto.Quin & Pli.ac Solino referẽtibus ad motũ:& ſtationẽ apis ægyptii ipſi
oĩa mouentur:& ſtant.delubra qbus ſuccedit:aut ĩcubat:myſtice thalamos no
minãt.dat oĩa manifeſtantia de futuris.Illud maximũ.ſi de conſolãtis manu ci
bum capiat.deniq; auerſatus Germanici Cæſaris dexterã pdidit ingruẽtia.Nec
multo poſt Cæſar extinctus ẽ.pueri & Apim & gregatiꝫ ſequẽtes uelut lympha
tii futura præcinunt.Bos illi oſtenditur fœmina in ãno ſemel:& ipſa non abſq;
certis inſignibus:quæ atq; inuenta:& oblata ẽ ſtatim:eadẽ die neci datur.Apis
naturale mẽphitici celebrãt litatiõe pateræ aureæ:quã piiciũt in nili ſtati gur
gitem:ſed cur etiã dictus fuerit Serapis:in ea dictiõe uidimus.Sane teſte Seruio
ſup.iii.ænei.in Iſidis ſacris imitatio ẽ inuẽti Oſiridis:quẽ ipſa eius uxor dillani
atum a Tiphone illius fratre p totũ orbẽ reqſiſſe narratur.Sed ex alio capite La
ctantius in primo diuinarũ iſtitutionũ Iſidi ſacra fuiſſe mõſtrauit. Nã(ut ait)
Iſidis ægyptiæ ſacra ſunt:qa filium paruulũ pdiderit:& inuenerit. Nam primo
ſacerdotes eius de glabrato corpore pectora ſua tondunt.lamentatur ſicut ipſa:
quæ pdiderat natum fecerat.deinde q̃ſi inuentus puer pducitur: & in lætitiaꝫ
uertitur ille luctus.hæc ille.Nam ut teſtis eſt Herodotus.ii.hiſto.lib. reliquerat

Oſiris filium Horum nomine:quē (ut nonnulli ferūt) poſt patris mortē ſemel
illū amiſit. Vnde timēs ne id idem filio:quod olim patre contingiſſet:in mæſtiſ
ſimos ꝓrupit fletus:ſed illo tandē inuēto:maxiná in leticiam luctum cōuertit.
Quod eius ſacerdotes in illius ſacris repræſentant:De qbus locutus ē Iuuena
lis:quū ait in ſatyra Credo pudiciciá: Plangentis populi currit deriſor anubis.
Erat autē romæ templū Iſidis iuxta campū martiū.ut Iuuenalis in eadem ſaty
ra oſtendit:cū ait.Cōtra ſuꝑſtitioſas romanas:ſi cádida iuſſerit Io.i.Iſis:quæ oli
in candidam uaccá fuerat cōmutata.anteq̄ in ægyptū aufugeret.

Ibit ad ægypti finem calidaſq; petitas.
A meroe portabit aquas:ut ſpargat in ædem.

Iſidis antiquo:quæ proxima ſurgit ouili.i.campo martio.In quo ſepta quedam
inerant in ſpeciē ouilis.Ná loca erant tabulatis cōcluſa:in quibus ſtans præfe
ctus urbis:cū aliis urbis principibus:ſuffragia cōferre cōſueuerat.Quare a poe
tis nōnunq̄ ouilia pro eiuſmodi ſeptis poſita fuerunt.ut Lucanus in primo.Et
miſeræ maculauit ouilia romæ.Vtebanturq; etiam in ſacris Iſidis cymbalis qui
buſdam:quæ ægyptio uocabulo ſiſtra uocabant: quibus (ut nonnulli graues
uiri aſſerūt) nunc puellæ florētinæ utūtur.His itaq; (ut ſupra uidimus) ad lu
ctum populū incitabant. Vnde Iuuenalis uerba illius referēs qui putabat eſſe
deos & peierabat inquit in ſatyra Exemplo quodcūq; malo.

Decernet quodcūq; uolet de corpore noſtro.
Iſis.& irato feriat mea lumina ſiſtro.
Dum uel ego cæcus teneá:quos abnego nūmos.

At uero Laertius in ꝓoemio li
bri de uitis philoſophorū refert ex philoſophia ægyptia materiá principium fu
iſſe:& Solē & Luná eſſe deos:unū Oſirim:alterá Iſim appellatos. figurateq; illos
loqui ꝑ cantarū & ſerpentē:accipitrēq;:& alia nōnulla animalia teſte Maneto.
Quod ſane de ſerpente Iuuenalis ꝑſenſit:ac non aliud intelligere uoluit: cū di
xit in ſatyra Credo pudiciciá: Et mouiſſe caput uiſa eſt argentea ſerpens illius
lachrymis.Et hoc iō quia ſubdit.ſ.& tenui pepono corruptus oſiris.i.uili pepo
ne.Ná hic pepo peponis:& hic peponus peponi declinatur.Et hæc de Oſiride ſe
cundum græcos & latinos poetas dicta ſufficiant.Diodorus uero ſiculus uari
as & longas diuerſarū nationū Oſiris atq; Iſidis theologias rettulit: quas ſiquis
uidere cupit:apud illū uariis in libris ſui opis legere poterit:nobis ea rettuliſſe
ſufficiat:quæ.ad poetarū noſtrorū explanationem uenire poſſunt.

O ſſa cū duplicato.s.ſcribit̄:mons eſt teſte Solino in finibus theſſaliæ cētaurorū
ſtabulū cū tanta pinorū copia:q; in flexione atq; reflexione ramorū tonitru pre
ſentetur:quod Lucanus i primo tetigit cū ait.It tantus in æthera clamor.

Quantus piniferæ boreas cum thracius oſſæ.
Rupibus incubuit:curuato robore preſſæ.
Fit ſonus:aut rurſum redeuntis ad æthera ſiluæ.

Hunc Seneca dixit olympo
olim fuiſſe coniunctum.

O ſtrea cū.t.exili ſcribit̄:piſces quidam ſunt intra conchas degentes:ut Oui.in.v.
faſtarū:Oſtreaq; in cōchis tuta fuere ſuis.Et Iuuenalis in quarta ſatyra Oſtrea
callebat primo depræhendere morſu.Nec habet latinitas teſte Seruio ſuper pri
mum georgicorū ꝓprium nomen animalis:quod neutri ſit generis.

O ſtrum cum.t.exili ſcrbitur:eſt purpura:ſic quoq; dicta ab oſtrea: in quo ſarpi
ſcis cōperitur apud tyrum:ex cuius ſanguine tingitur purpura.

O ſtracon abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:dicitur apud nos teſta.Et inde oſtra
copos:quem nos fictiarium uocamus.

O ſtraciſmus abſq; aliqua aſpiratione:& cum.i.latino ſcribitur:& ab oſtraco deri
uatur. Nam cum apud athenienſes aliq ad irripiendam tyránydem ob poten
tiam:uel popularem gratiam:uel aliam q̄uis cauſam ꝓximi uiderentur:obliga
bantur ex lege ciues eius:de quo ſuſpicabantur nomen teſtis inſcribere: qđ cū
certum ſupaſſet numerum:illum quinquēnio toto exulare iubebant: hocq; ad
debilitandas opes frangendáq; potentiæ audacium:& frangenda illius hominis
incrementa ſanciuerant:ut teſtis eſt Diodorus in.xi.hiſtori.libro Et Demoſthe
nes in oratione ꝓ Ethiſiphonte:& Ariſtoteles in politicis.Quam legem cum ſy
racuſii ab athenienſibus ſemel acciperent:& id nomen non teſtis: ſed oliuæ fo
liis inſcriberent petaliſmum non oſtrociſmum uocauerunt:hoc eſt a^t foliis:quæ
petala uocabantur.

O tanes cum.t.exili ſcribitur:fuit uir nobilis perſa:& unus ex his:qui cum Dario
in Magum coniurarunt:ut uidimus in dictione Darius.

O trieus cum .t.exili ſcribitur :hic teſte Porphyrio ſuꝑ.iii.iliados libro & Mygdo
nus fratres fuerunt Heccubæ filii Ciſſei:& patrueles Polymneſtoris:a quo otria
dē patronymicum deductum puto.

O triades cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:patronymicum puto:deductum ab O
trio de quo Virgilius Panthus otriades.

O thris cū.th.aſpirato &.y.græco ſequēte.s.cōſonāte ſcribitur:mons eſt theſſaliæ
uerſus meridiem ex^l oppoſito ad oſſam diſpoſitus:ut oſtendit Herodotus in.vii.
Et ut dixit Plinius in.iiii.naturalis hiſtoriæ libro:patria fuit lapitharū. Vnde
Virgi.in.vii.Deſcendunt cētauri homolē othrimq; niualem.

O xia cū.i.latino ſcribitur:licet apud græcos ſit diphthōgus ei:ſed abiecta.e.reti
netur.i.ꝓducta:ut in ſimilibus ſæpe diximus:dicitur a noſtris acutus.

O xys cū.y.græco ſcribitur:& dicitur ſimiliter apud nos uelox citus acutus.

O xy cum.y.græco abſq; finali.s.neutrum eſt:& id idem:quod ſuꝑior dictio i ma
ſculino deſignat.

O xyſchœnon ſecunda cum.y.græco:penultima cum.ch.aſpirato:&.œ.diphthō
go ſcribitur:dicitur a noſtris teſte Pli.in.xxi.naturalis hiſtoiræ iūcus marinus
Ná cōponit̄ ex oxys:q eſt acutus:& σκοῖνος funis:q̄ſi acutus funiculus cuius
plura genera ponit Pli.unū quod oloſchœnon uocat:q̄ſi ꝑ totum ſiue aliq̄liter
funis:quod ad uitalia utiliſſimum dicit:qa mollis eſt.& carnoſus.Aliud melan
chrus cum.ch.aſdirato.i.fuſcus:cuius uſus ad naxas cōuenientem dicit.Aliud
dixit eſſe genus iunci trianguli:quē cyperū uocat.c.cum exili &.y.græco ſcri
ptum:quod apud aliquos ſilignū traductum comperi.

O uum ex græco deducitur:quod eſt ὤὸν ꝑ interpoſitionē ſcilicet unius.u.cōſo
nantis inter duo uocalia hiatus cauſa:ut ſupra in primo horum cōmētariorū
libro uidimus:cuius prima eſt.ὢ.mega:& naturaliter longa apud illos. Vnde
& apud nos ſimiliter ꝓducitur.Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam inqt. Ni
ſi ſe centum luſtrauerit ouis:& ideo uatarica id eſt ſalſa: quæ corrupto uocabu
lo butarca dicimus.Nam τάρικον ſalſum eſt.

O uis ꝓ pecude a græco ſimiliter trahitur. quod eſt ὄϊσιν ſicut in ouum hiatus
cauſa interponimus inter duo uocalia.u.cōſonantem.Et qa prima apud græ
cos cōtinet.o.paruum.quod ſemꝑ eſt breue: ſimili modo apud noſtros primā

ſemp corripit:ut Virgi.in bucolico:Parcite oues nimiũ ꝑcedere:non bene ripæ
Creditur.Et ſimiliter ouo ouas uerbum:quod ab oue deſcendit primam breui-
at:ut idem in primo georgicorum libro.
Omnis quam chorus & ſotii comitentur ouantes.

P

Achynus cũ.ch.aſpirato.&.y.græco ſcribitur:eſt ſiciliæ
promontorium uergẽs in auſtrũ:ſeu mauis ad meridiã
plagaꝫ:& ab aeris craſſitudine(teſte Seruio ſup.ii.æneí.)
cognomiatum.Nã pachy græce latine pingue.& craſſũ
interpretatur.huic propinqua eſt ſyracuſa.

Pactyas cũ.c.&.t.exilibus.atq;.y.græco ſcribitur: fuit te
ſte Herodoto libro hiſtoriarum.i.uir lydius : qui ſardis
perſuaſit:ut a Cyro deficerent.

Pædia prima cum.æ.diphthongo:ſequens cum.i.latino
ſcribitur:nã licet apud græcos ſit in penultima.ei. diph
thongus:a noſtris tamẽ abiicitur.e.& retinetur.i.producta: &(teſte Gellio)dicit
apud nos eruditionẽ inſtitutionemq; in bonas artes.

P ædaretus prima cũ.æ.diphthongo:ultima cum.t.exili ſcribiť:nomẽ fuit uiri ꝓ
prium.ſed nomẽ ẽ compoſitum ex pædia:quæ ẽ diſciplina:& ἀρετη uirtus.

P ædagogus cum.æ.diphthongo ſcribiť : interprætať q; apud nos pueri ductor.
Nã παις a noſtris puer traducitur:& ἀγογος ductor.& ſimiliter omnia:quæ
ab ea dictione pæs deducuntur:cum.æ.diphthongo ſcribũtur: ut pædotriues
ideſt ludi litterarii præceptor.

P ædico cum.æ.diphthongo &.i.latino:atq;.c.exili ſcrbitur:& ſimiliter a παιϛ q
eſt puer deducitur.Atq; apud nos puerarius interpretatur.is eſt:qui pueros ad
libidinem affectatur.

P æan cum.æ.diph.ꝓprie laus eſt Apollinis:quæ in illius honore canitur Virgi.
in.vi.ænei.Lætũq; choro pæana canẽtes.Et li.ii.de arte amandi Oui.
Dicite io pæon:& io bis dicite pæan.
Decidit in caſſes præda petita meos.Et abuſiue omnium deorum laus dicitur:
unde Pindarus opus ſuum:quod & hominum & deorum cõtinet laudes: pæa-
na in ſcripſit.Ponitur etiam & pro ipſo Apolline.unde & carminis nomen tra-
tum putant:& nunc quoq; a παιω: quod eſt ferio deducitur:iuxta quod Iuue
nalis in ſatyra Credo pudiciciam inquit.
Parce precor pæan:& tu depone ſagittas:
Nil pueri faciunt ipſam configite matrem.
Amphion clamat:ſed pæan cõtrahit arcũ.Nam cũ primo phythonẽ ſerpentẽ:q
matrẽ inſequebať ſagittis cõfecerit:fuit laudibus:& carminibus a populis ſub-
limatus:quæ ( qa a feriẽdo & ſagittatione cãm aſſumpſerunt) pæana ſunt uoci
tata.Itaq; genus ẽ pedis pæan:ex quo carmẽ cõficiebať:q duplex eẽ dicitur.Nã
aut cõſtat ex lõga:quã tres breues ſubſequũtur:aut ex tribus breuibus: & lõga
poſtrẽa.Quorũ alterũ Ari.ipſe principiis:alterũ clauſulis aſſignauit.Nanq; pe-
des & numeros uir ille clariſſimus nõ in uerſu mõ:uerũ etiã ſoluta ĩ oratiõe ſer
uandos cenſuit:& in ſcriptis ſuis dactylũ & tribrachũ reiæcit:quaſi minum ela
tos pedes:& altius exaggeratã orationẽ reddentes. Rurſuſq; iambos & trocheos
quaſi nimium depreſſos renuit. & pæana: ut diximus cõprobauit. Nec ab hoc
pæantius.i. Philoctetes deducitur : q̃uis ſagittariæ artis fuerit peritiſſimus: ut

oſtendit Homerus in.ii.iliados:ne.ſ.excellentiæ Apollinis derogetur. Et ob hoc
alio mõ a græcis ſcribitur uidelicet cũ.œ.diphthõgo:& nõ cũ.æ.quẽadmodum
qum pro Apolline:aut eius carmine accipitur:ut in ea dictione uidebimus.

P æon cum.æ.diphthongo ſcribitur:at uero græci alterum.e.poſt diphthongum
& ante ultimã interponunt:ac ſcribunt pæeon:fuit medicinæ artis pitiſſimus:
quẽ Homerus in.v.iliados dixit curaſſe Platonem in cælo grauiter in terra ab
Hercule uulneratum:appoſitis ſcilicet uulneri mitigatoriis medicamentis. Ab
hoc pæoniam herbam compertã:& cognominatam aſſerunt.

P æonia cum.æ.diphthongo:&.i.latino ſcribitur:dudum fuit regio:ut ferunt ab
herba pæonia:quæ in illa abundabat cognominata:poſtea a rege dicta emathia
& pæones populi:qui teſte Herodoto in.vii.hiſto.lib. iuxta pangæũ promonto-
rium emathiæ conterminũ ex latere ſeptẽtrionis inhabitant: ſed eã iam eſſe par
tem macedoniæ dixit Iuſtinus in.vii.

P ægma cũ.æ.dipthõgo ſcribiť:dicitur a noſtris ludus:nã deſcendit a παιζω uer
bo græco quod apud nos eſt ludo:quo uocabulo uſus ẽ Pli.li.xxxiii. cũ ait.C.
princeps in circo pægma duxit:in quo fuere argenti põdo.cxxiiii.Iuuenalis ſi-
militer in ſatyra Criſpini:Et pægma & pueros inde ad uelaria raptos. Nã cum
ludis pueri ĩmiſcerentur:inde ad uelaria.& loca tecta ac ſecretiora nõnunq̃ ra-
tabantur ad ſtuprum.Ponunť & nõnunq̃ pægma ꝑ amphiateatris & locis ubi
pægmata agitabanť.Martialis li.i.Hic ubi ſidereus ꝓpius uidet aſtra colloſſus
Et creſcunt media pægmata cælſa uia.Et a pægma deducitur pægnia ꝑ diuiſi-
onem olim de.m.factam in.n.&.i.quæ ludibria dicuntur.

P æſtum cum.æ.diphthongo &.t.exili ſcribitur:oppidum eſt lucaniæ tanta cæli
indulgentia redimitum:quãta inter alias delitias ſufficit fructus quoſdã bis in
anno producere de quo Virgi.in.iiii.georgi.Biferiq; roſaria pæſti.& Ouidi.Cal
taq; pæſtanas uincat odore roſas.

P aganus cum unico.n.ſcribiť:dici põt uillanus:hoc ẽ in uilla natus.Nã cum iu
xta fontẽ.q græce πηγη diciť:uilla fieri cõſueuerit:deductũ eſt uocabuluꝫ pa
ganus.i.uillanus.Iuuenalis in ſatyra Quis numerare queat inqt: Citius falſuꝫ
ꝓducere teſtem Cõtra paganum poſſis.Et Perſius. Ipſe ſemipaganus.

P agus pro uilla a latinis ſcribiť:& ꝓfertur:& a πηγη:q eſt fons deduciť:eo q; iu
xta fontem uilla ſemp fieri cõſueuerat. Virgi.li.georgi.iii.Præmiaq; ingẽtes pa-
gos:& cõpita circum Theſidæ poſuere.

P æleſtina ſecunda cum.æ.diphthongo penultima cũ.t.exili &.i.latino ſcribiť: ẽ
teſte Plinio in.v.naturalis hiſto.ꝓuincia in ſyria arabiæ cõtermina dictaq; eſt a
philæſtin urbe:quæ in eo eſt metropolis.

P alamedes cũ unico.l.&.e.ante.d.ſcribitur:fuit Naupli euboiæ regis filius:forma
elegans & facundia:atq; grandi animo præditus:q cum aliis græcorum princi
pibus ueniſſet ad troiam:Vlyxis fraude necatus fuit:ut oſtendit Virgi.in.ii.æ-
neidos:& Pli.de illo in.vii.naturalis hiſtoriæ ait.

P alæſtra ſecunda cũ.æ.diphthongo:ultima cum.t.exili ſcribiť:dici poteſt latine
luctatio.Nam nudi palmis ſe homines depalmabant. Virgilius in.vi. æneidos
Pars in gramineis exercent membra palæſtris:itaq; cõponitur ex παλιν: quod
eſt iteruꝫ:& παιω ferio:uel ꝑcutio.& ut teſtis eſt Seruius ſuper.iii.æneidos pri-
mum apud athenienſes:palæſtre ludus compertus fuit.

P alæmon ſecũda cũ.æ.diph.ſcribitur:nomẽ fuit marini dei ꝓpriũ:q latine Por-

tunus eſt dictus:dicente Oui.in.vi.faſtorum:Quē nos portunū:ſua lingua pa
læmona dicet.Et hoc iō Seruio teſte ſup.v.æneí.quia portubus præeſſe diceba
tur:fuitq; Athamãtis thebarū regis ex Inone filia Cadmi filius:cū quo mater p̄
cipitē ſe dedit in mare.Vnde marinus ille deus euaſit.Alius fuit Phinei regis ar
cadiæ filius ex cōiuge Sthenobæa·Alius fuit grãmaticus ætatis Quintiliani:de
quo in primo inſtitutionū meminit cum ait.Alii tamē ex idoneis dūtaxat au
ctoribus octo grãmaticæ partes ſecuti ſunt:ut Ariſtarchus:& etate noſtra Palæ
mon:de quo Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam meminit:cum ait: Odi Hác
ego:quæ repetit:uoluitq; palæmonis artem.

P alíſci cū unico.l.&.i.latino:atq;.c.exili ſcribitur:fuerūt duo fratres: ut eſt apud
Macrobiū in ſaturnalibus Iouis filii & Thaliæ niphæ.Seruius uero ſup.ix æneí
dos.& Lactãtius ſup.xii.thebaidos dixerūt Aetnæ nymphæ.de quibus talē fabu
lá refert Macrobius:in ſicilia fluuis ſemetus eſt:iuxta hūc Thalia nympha a Io
ue cōpreſſa metu Iunonis aptauit: ut ſibi terra dehiſceret.quod ubi factū ē: &
maturi ptus tēpus aduenisſet terra:recluſa ē:& duo infantes ex utero Thaliæ ꝑ
greſſi emerſerūt:appellatiq; ſunt Paliſci a παλιν:quod rurſus & hiſco:uel quia
poſt hiatū materni uteri:hiatu rurſus terræ ſint egreſſi. uel quia bis terra apta
ſit ĩ ingreſſu.ſ.nymphæ cū illis:& egreſſu quaſi iterū apparentes.Vnde ait Vir.
Semetia circū flumina pinguis ubi:& placabilis ara paliſci.hoc eſt teſte Seruio
quia humanis hoſtiis olim illis ſacrificabatur:& mitioribus deinde inductis etiá
placati ſunt.Vel ſecundum Macrobium:quia ſiquis pro furto peieraſſet ſine re
medio necabatur in fluuio.

P aliurus cū unico.l.&.i.latino ſcribit̃:herba eſt ſpinoſa & aſpertina.de qua Vir
gi.meminit in bucolico:Carduus & ſpinis ſurgit paliurus acutis.

P allas cū duplicato.l.ſcribitur:hãc dicūt poetæ Iouis filiá ſine matre. ita ut cuʒ
uideret Iuppiter Iunonē uxorē non ferentē filios:pcuſſo ſibi capite Palladem ar
matá miſit:dicente Luca.in li.ix.Hác & pallas amat patrio:quæ uertice nata ē.
Et Oui.li.faſt.iii.An quia de capitis fert̃ ſine matre paterni Vertice cū clypeo
pſiluiſſe ſuo.hanc eandē Cicero lib.de natura deorū.iii.belli fuiſſe inuentricē:
ac principē dixit.Ob qđ a nōnullis Bellona uocata fuit:ſoror.ſ.& auriga Mar
tis:dicente Statio:Regit atra iugales Sanguinea bellona manu: longaq; fatigat
Cuſpide.Nanq; toruá oculis:& armis inſignem longáq; cum clypeo criſtallino
ferre haſtam:& pictū habuiſſe peplū dicūt poetæ. Quin & uirgo fingitur & in
nupta:ut Virgi.in.ii.æneí.Pars ſtupet innuptæ donū exitiale mineruæ.Sed cū
ipſi uirgini Palladi Pallas Gigas Titani filius deorq;q; iimiciſſimus Vel ut Cice
ro uoluit:eius pater uim inferre attētaret: cum illa ſua uirtute pemit. a quo ut
quidá aſſerūt & ipſa Pallas poſtea dicta fuit.Nam primo quidē Tritonia dice
bat̃:qa iuxta tritonidis paludem primitus comperta dicitur:ut in dictione Tri
ton late uidebimus.At uero græci omnes grãmatici: quibus magis adhæreo: a
παλλῶ uerbo græco dictá putant:quod apud nos uibro interpretatur eo ꝙ
haſtam uibrare conſueuerit:docueritq;.fuit etiam cognominata Minerua:qua
ſi uim ipſa minetur:ut interpretatus eſt Balbus apud Ciceronem in.ii.de natu
ra eorū:uel ut alii nōnulli uolūt:quia ſit ipſa minuēs neruos:eo ꝙ qui optimis
artibus uerū laborē impēdunt:uires corporis minuere dicantur. Ná ipſa eadeʒ
ſapientiæ dea:& omniū artiuʒ inuentrix appellatur: eo ꝙ teſte Seruio ſuper. ii.
Virgilii æglogam de capite Iouis eſt nata.Vnde lanifices : fullones : tinctores :

teſtriceſq; puellæ teſte Ouidio libro faſtorum.iii. eius feſtum religioſe celebra
bant.& ſubdit Ouidius.

Hanc cole:qui læſis maculas de ueſtibus aufers.

Hác cole uelleribus:qſqs ahæna paras.Et idē in.iii.de ſine ti.Artifices in te uer
te minerua manus.Ob qđ Seruius ſup tertiá æglogá:illi digitos cōſecratos: ut
genua Miſericordiæ dixit.Sed cū nihil excellētius ſit ingenio: quo uniuerſa re
guntur:Et ipſa ex ingenio nata ſit:illi etiá arces hoc eſt rerū ſublimitates conſe
crati uoluerunt.Vir.in Corydone:Pallas q̄s cōdidit arces Ipſa colat.Eius tēplū
apud mileſios teſte Hero.li.hiſto.i.admirandum fuit:quod ab Aliatte uiro ini
quo igne abſumptum fuit.apud quos ipſa Pallas Aſiſia uocabatur.

P alladium cū duplici.l.&.i.latino ſcribit̃:atq; a Pallade deriuatur:fuit ĩ urbe tro
iana antiq̄ſſimū Palladis ſignū e ligno cōpactū:mouens oculos.atq; haſtá:quá
manu detinebat:ut dixit Seruius ſup.ii.æneidos.Ná cū apud troiá in honoreʒ
Palladis arx:& in eius ſūmo templū illi ædificaret̃ e cælo cecidit: & locum ſibi ĩ
eo tēplo ſtatuit:nōdū coopta æde.moxq; ab Apolline datum fuit oraculuʒ:eius
ciuitatis futurum exitium:ſi id ſimulachrū extra mœnia portaretur. Quod O
uidi.in.vi.faſtorum eloquētiſſime pſecutus ē.Quo factū eſt:ut tēpore belli tro
iani Vlixes & Diomedes p cuniculos & cloacas arcē ipſam aſcenderent atq; occi
ſis cuſtodibus ſimulachrum ipſum aſportarent.hoc cū poſtea finito bello Dio
medes ipſe obtineret ut Seruius atteſtatur.& Virgi.p pte tangit: ac Varro in li
bris de familiis romanis pleniſſime pſeqtur:& multis poſt caſibus iactaret̃:ora
culo monitus iuſſus eſt palladium troianis reſtituere.Quod cum implere cupe
ret:tranſeunti Aeneæ ad italiá illi offerre conatus eſt:quē cū ſacrificantē uela
to capite comperiſſet:ne ſacrificii ordinē irrumperet:alteri ex troianis obtulit:at
q; Nautes qdá illud accæpit.Vnde Mineruæ ipſius ſacra nō iulia gens habuit.
ſed nautarum.hinc Virgi.li.ænei.v.ait:Vnum tritonia pallas Quē docuit.Alii
eodē referente Seruio:dicunt a troianis tēpore belli:intra ſtructū parietē abſcō
ditum:& tēpore belli Mithridatici cōpertum:atq; a Fimbria romano romá dela
tum:quod ab unico tantum ſacerdote cuſtodiri conſuetū fuit.Vnde Lucanus
Tritoniam ſoli cui fas uidiſſe mineruam.

P allene cuʒ duplicato.l. ſcribitur: regio ē in littoribus macedoniæ iuxta ſithoniá
& themopontum:ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum.vii. in qua has eſſe
ciuitates enarrat.Potidæá cum.t.exili &.i.latino:& in penultia cū:æ. diphthō.
Aphytiá cum.y.græco in ſecunda:&.t.exili atq;.i.latino in penultía:Neapolim
Aegam cum.æ.diphthongo in prima:Therabum cum.ch.aſpirato: Scienã cuʒ
c.exili &.i.latino:Mendam & Sanam:hanc fuiſſe patriá Protei oſtendit Virgi.
in.iiii.georgi.cum ait:Hic nunc æmathiæ portus patriáq; reuiſit Palleneʒ. Nec
de ciuitate pallene:quam eſſe in achaia.Plinius in.iiii.naturalis hiſtoriæ dixit ĩ
telligere potuit Virgilius:quia dixit æmathiæ.i.macedoniæ portus:& nō acha
iæ:quæ longe ſatis a macedonia diſtat.

P alillogia cum.i.latiuo utrobiq;:& duplicato.l.poſt.i.& ante.o.ſcribitur: dici po
teſt reduplicatio.Nam cōponitur ex palim quod eſt iterum:& logia ſermo.

P almyra cū.y.græco ſcribitur:urbs fuit aſſyriæ.de q̄ Pli.in.v.naturalis hiſtoriæ:
ſic ait:palmyra urbs nobilis ſitu diuitiis ſolo:& aquis amœnis: uaſtr undiq; am
bitu arenis includit agros:ac uelut terris exempta a rerū natura priuata ſorte ĩ
duo impia ſumma romanorū pathorūq;:& prima in diſcordia ſemper.

P almyreni cum.y.græco in antepenultima ſcribitur:ciues ſunt palmiræ.

P amphilus cum.i.latino ſcribit̃:nomẽ eſt uiri proprium:quod interpretari libet totus amans.Nam πᾶν totum dicit:& φιλῶν amans:uel φίλος amicus:ita ut totus dicatur amicus.Quo nomine teſte Quintiliano:fuit pictor quidam eximius:qui multa ratione depinxit.

P amphylia ſecunda cum.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:regio ẽ minoris aſiæ inter ciliciam & ſyriam:ab hac mare illi adiacens pamphylicum nominatur:atq; eadem litteratura ſcribitur.

P amiſus cum.i.latino ſcribitur:eſt teſte Herodoto in libro hiſtoriarum.vii. theſſaliæ fluuius:unus ex quinq; prĩcipalibus:ut in dictione theſſalia uidebimus.

P anætolium ſecunda cum.æ.diphthongo:ſequens cum.t. exili penultima cum .i.latino ſcrbitur:eſt teſte Plinio in libro.iiii. naturalis hiſtoriæ mons maximus in ætolia:quod eius dictionis compoſitio indicat. Nam pan totum & maximũ deſignat.

P anætius ſecundo cum.æ.diphthõgo:penultima cum.t.exili:&.i.latino ſcribit̃ fuit ſtoicæ ſectæ philoſophus.Quem Cicero in libris officiorum eſt imitatus.

P andecta cum.c.&.t.exilibus ſcribitur:nomen eſt compoſitum a πᾶν : quod eſt totum:& participio eius uerbi δέχομαι:quod eſt capio : quaſi omnia intra ſe compræhendens.

P andion cum.i.latino ſcribitur:fuit Erithei regis athenarum filius:cui ſucceſſit in regno.quod quadraginta annis teſte Euſebio tenuit. Vnde ait Martialis in primo.Quod nec cecropiæ damnent pandionis arces:Nec ſileant noſtri prætereantque ſenes.hic cum adiutorio Terei regis Tracum fudit regem ponti : qui athenas obſederat.in cuius meritum Pandion illi Prognem filiam uxorem dedit.ut oſtendit Ouidius in.vi.metamorphoſeos libro.

P anchaia cum.ch.aſpirato &.i.latino,ſcribitur:regiuncula eſt ſabææ in arabia : quæ tota arenoſa eſt:& in qua arbores ſponte natæ tuſ emittunt. Virgilius i.ii. georgicorum.Totaq; turiferis panchaia pinguis arenis. Nam in primo dixerat Solis eſt turea uirga ſabæis.

P anægyris ſecunda cum.æ.diphthongo:ſequens cum.y.græco ſcribitur erãt ſolemnitates:in quibus & dii & principes laudari conſueuerãt.Vnde & panægyricæ laudationes illæ uocantur:que romanis imperatirabus per annos dicebãt

P angæum penultima cum.æ.diphthongo ſcribitur:eſt teſte Pli.in.iiii.naturalis hiſtoriæ thraciæ promontorium beſſis conterminum:& macedoniæ iunctum: ad cuius radices meſtus defluit amnis.& addit Hero.libro.vii.fodicinas argenti & auri in illo eſſe:atq; eius ſeptemtrionalẽ partem pæonas inhabitare.& (ut puto) circa montem regio pangæa cum dicat Statius in.x.thebaidos. Procũbunt inarata diu pangea iuuenci.Et cõponitur ex pan quod ẽ totũ:& γαίου terra:

P aionium cum.i.latinoſcribitur:locus eſt ſacer teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo in mycale ciuitate ionie uerſus arctõ:ab ionibus Neptuno helconio publice dicatus:unde nomen aſſumpſit.

P anticapes cum.t.&.c.exilibus:atq;.i.latino ſcribit̃:fluuius eſt ſcythiæ teſte Herodoto in.iiii.hiſtoriarum:quem quintum dicit eſſe ab iſtro:hoc eſt immediate poſt boryſtenem:cui ultimo cõmiſcetur.

P antagia cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:diſtio eſt compoſita ex græco & latino hoc eſt panta:quod eſt omnia agitans.Nam fluuius eſt ſiciliæ : qui teſte Seruio ſup.iii.æneidos:olim cum plenus incederet implebat ſonitu pene totam ſiciliã Exquo q̃ſi ubiq; ſonitans dici uoluit.Sed poſtea cum Cereri quærenti filiã obſtreperet:tacere eſt iuſſus numinis uoluntate.

P anſelinos cum unico.l.præcedente.e.uocali:&.i.latino ſubſequente ſcribitur:& dicitur a noſtris pleniluniũ:uel cõuenientius duobus uerbis plena luna exponitur.Nam cõponitur ex pan quod eſt totum:& σελήνη: quæ eſt luna. deberetq; eſſe in penultima.e.ſed ut ſeruetur uox græce dictionis quæ tamen apud accuratos non habetur in uſu ponitur.i.uocalis.

P anteſilea ſecũda cũ.t.exili:&.e.uocali:ſequẽs cũ.i.latino ſcribit̃: fuit amazonũ regina:quæ Orithyiæ ſucceſſit in regno.& teſte Iuſtino in.ii.epitomarum libr. cõtra græcos troianis fauens magnæ uirtutis bellice documẽta mõſtrauit.

P antomimus cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:deſignat ad uerbum rerum omniũ imitatorem.Nã cõponit̃ a πάντων:quod eſt omniũ:& μῖμος imitator:a uerbo μιμοῦμαι:quod ẽ imitor.Nam hi in ſcœnis pſonas p ſingulorum actuum ſimulationes oſtendebant.& ut refert Caſſiodorus in epiſtolis ſuis: Cum primũ in ſcænam pãtomimus inuitatus aduenerit:aſſiſtunt conſoni chori diuerſis organis eruditi.ille cõpoſitis ſignis q̃ſi qbuſdam litteris edocet contuentium aſpectus:p quod non ſcribendo id facit:quod ſcriptura declarauit.Quin & idẽ chorus Herculem deſignat:& Venerem fœminam præſentat:& marem regem facit & militem ſenem reddit & iuuenem:ut in uno credas eſſe multos tã uaria imitatione diſcretos:Nec hoc tamen agitabant ſine uariarum ueſtium cõmutatiõe ut uariis hominum ætates & cõditiones pſonarent.Quod Horatius ipſe oſtendit in libro epiſtolarum primo epiſtola.vi.cum ait.

Chlamydes lucullus (ut aiunt)
Si poſſet centum ſcænæ præbere rogatus.
Qui poſſum tot ait:tamen & quæram:& quot habebo
Mittam poſt paulo.ſcribit ſibi milia quinq;
Eſſe domi chlamydum:partem uel tolleret omnes.

P anthera cum.th.aſpirato ſcribitur:nomẽ ẽ animalis cõpoſitum ex pan:qđ ẽ totaliter:& θηρ fera.nã animal ferum pſus dicitur.& ut dixit Pli.li.vii.natura. hiſto.in hyrcania:& in india abundant:minutis orbiculis ſup pictæ habentq; in candido breues macularum oculos.& ſunt:qui tradant in armo pantheræ maculam ſimilem lunæ eſſe cauatam pari modo cum ea.

P anthus cũ.th.aſpirato ſcribitur:fuit uir troianus ex primoribus urbis: ut oſtẽdit Homerus in.iii.iliados:& p ſyneræſim:ut apud græcos in ους diphthongũ pfertur.Nã ſecundum ĩtegrorum regulã apud illos in ος deſinit:uidelicet πάνθοος:& in ου terminat genitiuũ uidelicet πάνθόου. Quare & a noſtris ĩtegrũ declinatur hic Panthous huius panthoi.& ſimiliter p ſyneræſim:ut apud illos ſic πάνθους πάνθου.Sic apud noſtros hic Panthus huius panthi.Virgi.in.ii. æneidos.Panthus otriades arcis phœbiq; ſacerdos.Et in eodem ponit uocatiuũ in.u.cum ait:Quo res ſumma loco panthu:quã præhendimus arcem.Et puto illum fuiſſe filium Otrei fratris Hecubæ.& ratione iuſticiæ: & cõſanguinitatis reginæ ad eiuſmodi ſacerdotium ſublimatum fuiſſe.

P apæ cum.æ diphthongo in ultima ſcribitur:aduerbium eſt admirãdi: & deducitur a papas.qui eſt pater.

P apæus cum.æ.diphthongo in penultima ſcribitur:quo nomine teſte Herodoto

libro hiſtoriarum.iiii.uocatur Iuppiter apud ſcythas.

Papyrus cum.y.græco ſcribitur:dicitur a noſtris iūcus:a nōnullis uero ſcirpus. Lucanus in.iiii.Conſeritur bibula memphitis cymba papyro.Et inde papyraceus ut p imaginem papyraceam crematus eſt.

Paphlagonia ſecunda cū.ph.aſpirato:& penultima cum.i.latino ſcribit̃:prouincia eſt minoris aſiæ:quæ teſte Solino cytoro monte conſurgit: ut in ea dictione uidimus.Eſt etiam inſignis loco ueneto:a quo teſte Corne.nepote Paphlagones in italiam tranſuecti mox ueneti dicti ſunt.

Paraclitus abſq; aliq̃ aſpi.& cū.i.latio ſcribit̃:q̃q̃ potius.e.q̃.i.eē deberet: cū apud græcos eo i loco habeat̃.h.qđ.ī.e.noſtrū.uel.a.cōuerti cōſueuit.ſed ut eiuſmodi dictiōis græce apđ nos ſonus ſeruet̃ ponit̃.i.& dici pōt acclamatus:uel aduocatus.nā ex ϖαρὰ ꝑpoſitiōe cōpōit̃:q̃ ad hic quoq; đſignat:& κλητος uocatus.

Paradiſus cum.i.latino:ſequēte unico.s.ſcribitur:ſane apud græcos penultia habet ei.diphthongū:ſed nos abiiciētes.e.cōſeruamus.i.ꝓductā: & dici pōt latine pomarium:dū ꝓ horto conſito pomis accipitur:ut late in dictione hortus explicauimus.Nā ſunt horti olerū:& horti non olerū:ſed arboribus cōſiti: & uoluptatis gratia cōparati.Eſt itaq; olus quæq; herba:qua ueſcimur:& inde olitor ille dicitur:q hortū olerū exercet:que nōnulli hortulanum uocant.

Paraſitus cū unico.r.& unico.s.atq;.i.latio &.t.exili ſcribitur.ille dicitur ad græce dictionis etymologiam:qui aliorum mēſas & cibaria ſequitur.Nam ex ϖαρὰ componitur:quod hic quoq; iuxta ſignificat:& σῖτος:quod non ſolum frumētum:ſed cibaria quæq; deſignat:hoc eſt teſte Iuuenale in.iiii.ſatyra:Vt bona ſūma putet aliena uiuere quadra:ideſt menſa.Nam ut hoc quoq; conſequi poſſit: omnia ad uoluptatem eius:cuius eſt tractus nidore culinæ primo loquitur omnia deinde aſſentatur.omnia illius facta ſimul:ac dicta laudat. nihil repugnat omnia ſuffert:ut Iuuenalis in eadem ſatyra.Si potes illa pati:quæ nec ſarmētus iniquas Cæſaris ad menſas:nec uilis galba tuliſſet.Et (ut concludam) nihil uētris cauſa facere recuſat:in quo ſummum bonum conſtituit;& horum nō paruā erat copia in domibus principum,uerum & paraſitus nō nunq̃ ꝓ illo accipitur:qui ſimplicibus uerbis riſum ab audientibus captat : ut idem Iuuenalis. Ad mēſas quotiēs paraſitus uenerit infans.& a paraſito formatur paraſitaſter:q quidē nō paruus eſt paraſitus (ut nōnulli putauerunt) ſed imitator paraſitorum.aliter eni nō diceretur a comico paraſitaſter paruulus. Nanq; huiuſmodi diminutiua(quæ terminantur in aſter)imitationē potius q̃ diminutionē ſignificant:ut apud.M.Tulliū ꝓ Vareno:Euritius hic noſter antoniaſter eſt. Et ad atticū lib.xii.Omnino ſolet eſſe fuluiaſter.i.Antonii Fuluiiq; imitator.

Parabola cū unico.l.ſcribitur:& ſecundū merā ſignificantiā dictionū ualet dici iuxta ſententiā.Nam cōponitur ex para:quod indicat iuxta: & βουλη ſentētiā quaſi rerū diſſimiliū comparatio.Vnde ait Quintilianus:Parabola quam Cicero collationē uocat longius res:quæ parentur repetere ſolet:ut tam fortiter pūt apud Hipponem Scipio:q̃ utiq; apud utinam Cato.

Paradoxa cū.x.conſonante ſcribitur:& a nonnullis iuxta ſentētia interpretatur ab aliquibus uero inopinabilia traducūtur.Nam utrūq; para:ſcilicet præter & iuxta deſignat:& doxa opinionem fidenq; & ſententiam dicit. Vnde paradoxa Ciceronis electas ſententias interpretari poſſumus.

Paragogon cum duplicata ſyllaba ſcribitur:habetq; accentum in antepenultia:

& dici poteſt deriuatiuum: ut florea rura campiq; uirentes. quod ſatis in criſpa flexione deriuauit Horatius ab albeo albicant: cum ait in primo carminum Nec prata canis albicant pruinis.

Paradigma cum.i.latino ſcribitur.dicitur a noſtris exemplū dicti ſcilicet uel facti alicuius.ut Vigi.in.i.æneidos:Antenor potuit mediis elapſus achiuis. Ilyricos penetrare ſinus:& reliqua.& fieri conſueuit modis tribus: ut a pari Virgil. in eodem libro:Ac ueluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt Seditio: & ea alia qæ ſequuntur. A maiore ad minus:ut idem:

Qualiter expreſſum uentis per nubila flumen.

A minore ad maius:ut idem:

Si potuit manes arceſſere coniugis orpheus

Treicea fretus cithara fidibuſq; canoris.i.inſtrumēto inanimato.Ergo & multo magis ego pietate.

Paralyticus tertia cum unico.l.&.y.græco penultima cum.t.exili &.i.latino: ultima cum.c.exili ſcribitur:denotat apud nos diſſolutum.Nam a ϖαραλύω deſcendit:quod eſt diſſoluo.atq; eodem modo paralyſis.

Paranymphus cum.y.græco ſcribitur:dicitur ab Hieronymo:& quibuſdam aliis doctiſſimis moderníoribus pronubus:ab antiquis uero auſpex. Nam quia antiqui pronuptiis celebrandis auſpitium capere ſolebāt:qui præerat huic rei pro parte uiri a græcis paranymphus;a noſtris auſpex dicebatur.ut Lucanus:Contenta eſt auſpice bruto.Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris:Veniet cum ſignatoribus auſpex.Plautus in Gurgulione:Vltro ibit nuptum:nō manebit auſpices.Et ut auſpex ꝓ parte uiri.Sic & ꝓnuba pro ꝑte mulieris adhibebat̃.Itaq; cum apud chriſtianos auſpicia minime captentur:adhibentur ſacerdotes: qui & pronubi a noſtris uocantur.

Paradiaſtole cum.i.latino:&.t.exili ſcribitur:dici poteſt per dilatationē. Nā tunc quoq; fieri:dicimus cū rē noſtra interpretatione dilatamus:atq; aſtutum ſapiētem uocamus.prodigum dicimus liberalē:temerarium fontem & ſimilia.

Paragoge cū unico.r.ſcribit̃:pōt dici deductio:ut admittier pro admitti.

Paronomaſia eodem modo ſcribitur:dicitur a Cicerone agnominatio.Nam tunc quoq; fit cum aliquod nomen ex alio in ſiguificatione diſtante apte conficitur Vt Terentius: Iam inceptio eſt non amantium:ſed amentium. Similiter abire an obire te conuenit.

Paraſceue cum.c.exili:ſequente.e.abſq; diphthongo ſcribitur:dici poteſt latine ꝑparatio.Nam a ϖαρασκευω:quod eſt preparo deriuatur.

Parclyus cum.y.græco ſcribitur:fuit filius Merdyos filii Cyrii:& unus ex ducibus Xerxis:ut Herodotus libro hiſtoriarum.vii.oſtendit.

Parectateni abſq; aliqua aſpiratiōe ſcribitur:ſunt teſte Herodoto libro hiſtoriarū primo gentes in media.

Parēthesis cū.th.aſpirato ſcribit̃:dici pōt a noſtris īterpoſitio.Nā cōponit̃ ex para & en:quæ duo dicunt inter:& theſis poſitio. Virgi.in.i.æneidos.Hic (tibi fabor enim quādo hæc te cura remordet) Lōgius & uolens fatorum arcano mouebo Bellū ingens gerit italia.& in eodē libro ubi inqt. Aeneas (neq; eni patrius cōſiſtere mentē Paſſus amor) rapidum ad nauem premittit achatem.

Parnaſus cum unico.ſ.ſcribitur a nobis:licet a poetis græcis nōnuq̃ dupliceturs & ſcribatur parnaſſus:ſed ſepius cum unico.ſ.uti nos cōſueuimus: mōs eſt nē

theſſaliæ:ut nonnulli errantes aſſerũt.ſed aoniæ:quæ alpeſtris eſt pars bœtiæ:
unde aonides ſæpe muſæ dictæ ſunt:ut Iuuenalis:Cupidus ſiluarũ aptuſq; bi-
bendis Fontibus aonidũ,iuxta quẽ montẽ regiuncula ẽ phocidos inter thebas:
ſcilicet & athenas:dicente Oui.in primo metamor.Seperat aonias acteis phocis
ab aruis Terra ferax:& ſubdit: Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus.
Nomine parnaſus ſuperatq; cacumine nubes,Et Lucanus libro.v.ait:Parnaſus
gemino petit æthera colle.horum utiq; unus dicitur helicon:alter citheron: ut
in ſuis dictiõibus uidimus.Quin & helicon alio nomĩe cirtha cognominatus ẽ
& citheron Nyſa.eſt citheron Baccho ſacer nõ longe a thebis depreſſiorq; ac cir
rha amplior:ut Lucanus in.v.Tu quoq; uix ſummam ſeductus ab æquore ru-
pem Exculeras unoq; iugo parnaſe latebas,Helicon uero altior:& Apollini con-
ſecratus.ſub quo monte:ut dixit Pli.oppidum eſt delphi clariſſimum oraculo
Apollinis:fonte caſtalio:& ãne cephiſio præterfluento delphos:ut in ea dictione
uidimus.Quin & inter eos colles uallis eſt:que pyrene uocatur.

P arysatis ſecunda cum.y.græco:ſequens cum ſimplo.s.ultima cũ.t.exili &.i.la-
tino ſcribitur:fuit teſte Plutarcho Cyri filia:& Artaxerxis mater.

P armenides cũ.i.latino ſcribitur:fuit philoſophus patria heleates:cui Plato no-
bile opus de principiis rerum inſcripſit.Quem Ariſto.arguere non ad mentem
Platonis in lib.i.de phyſico auditu conatur.hic ut ferunt primus terram globo
ſam:ac rotundam dixit.fuit & alter parmenides orator.

P aros abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:inſula eſt una ex cycladibus: quæ candi
diſſimum marmor gignit.A cuius candidore dixit Virgi.in.ii.æneidos Niueã
q; paron.Oui.in.iii.metamorphoſeos.
Hæret ut e pario formatum marmore ſignum.
Spectat humi poſitus geminum ceu lumina ſidus.

P eroemia ſecunda cum.œ.diphthongo penultima cum.i.latino ſcribitur: dicit̃
a noſtris ꝓuerbiũ.ut Virgi.in Moeri:Lupi moerim uidere priores.

P arrhaſia cum duplicato.r.& ſecunda aſpitato:atq;.i.latino in penultima ſcribi
tur fuit arcadiæ nomen:Lycaonis patria.Vnde eius filia Caliſto parrhaſis a pœ
tis dicitur.Oui.in.ii.metamor.Parrhaſis erubuit.idem in.xvii.epiſtolarũ heroi-
dum.Quæq; micat gelido parrhaſis urſa polo. Cõperit̃ etiã parrhaſius parrha-
ſia parrhaſium:pro arcadicus arcadica arcadicum:ut Virgi.Parrhaſio dictum
panos de monte lycei.

P arrhaſius eo.mõ.ut ſupior dictio ſcribit̃:& ſubſtantiuũ nomen eſt:ac propriũ;
fuit teſte Pli.pictor ſua ætate ſũmus:hoc ẽ qnta & nonageſima olympiade.Et(
ut.xxxv.natu.hiſto.rettulit)fuit epheſi natus.Hic ut idẽ auctor ꝓſequitur pri
mus ſymetria picturæ dedit:primus argutias:uultus elegantiã: capilli uetuſto
more cõfuſi artificiũ in lineis extraneis palmã adeptus.quod rarũ etiã ĩ ſucceſ-
ſu artis cõpertũ eſt.Idẽ deſcẽdiſſe cũ Zauſide ĩ certamẽ ab eodẽ auctore tradi-
tur:& cũ Zeuſis detuliſſet uuas pictas tãto ſucceſſu:ut in ſcænã aues aduola-
rẽt:ipſe detuliſſe liteũ auibus pictũ tradit̃ ita ueritate repræſentatis:ut Zeuſis
alitũ iudicium timens efflagitaret:ſed tandem remoto linteo:& oſtẽſa pictura:
atq; intellecto errore palma ingenuo pudore Parrhaſio conceſſit:quoniam ipſe
aues fefelliſſet.Parrhaſius aũt ſe artificem. Quod elegantiſſime Caro.arretinus
noſter tetigit in eligia ad Poggiũ de Mercurio Cyriaci:cũ ait:relinque uacuum
aliquam tiſper.At uero Quintilianus in.xii.de inſtitutione oratoria non ſimul

eos fuiſſe dixit:ſed nõ multum ætate diſtantes circa pelopõneſia ambo tẽpora.
Et ut ſubdit:Cũ Parrhaſio ſermo Socratis apud Xenophontẽ inuenit̃:& ita oĩa
eũ circũſcripſiſſe rettulit:ut legum latorem illum uocatum fuiſſe affirmet: qa
deorum atq; herouin effigies q̃les ab eo traditæ:ceteri tanq̃ ita neceſſe ſit ſequũ
tur.Idẽ multa admiranda pinxit:ut longo ſtilo in prænominato libro Pli. ipſe
recenſuit.ſed ut ait nemo illo inſolẽtius uſus fuit gloria artis. Nam ſe principe;
artis appellabat:& eã a ſe conſummatam.ſup omnia Apollinis ſe radice ortum.
& Herculẽ qui eſt lindi talẽ a ſe pictum:qualẽ ſæpe inqete uidiſſet.

P arthia cũ.th.aſpirato &.i. latino ſcribitur:hæc dudũ pars fuerat orientalis ſcy-
thiæ.Sed teſte Iuſtino in primo & q̃drageſimo libris ex illis locis uenientes ĩ aſ-
ſyriam exules:& illã occupantes de ſuo nomine parthiam uocauere:nã ut dixit
parthi lingua ſcythica dicuntur:qui apud nos exules uocitantur. Eſtq; illius
ſermo ex ſcythico & medo cõmixtus:omnes equitare & ſagittare magna indu-
ſtria docent liberos.auri & argenti nullus eſt:niſi in armis uſus. ſinguli plures
habent uxores.Nec ulla delicta puniunt grauius adulterio. Ob quod fœminis
nõ tantum commixtis uiris conuiuia interdicunt:ſed uirorum conſpectum a-
pertum prohibent.Quare dixit Macrobius in ſaturnalihus.Parthi cum concu
binis non cõiugibus cõuiuia ineunt:tanq̃ has in uulgus prodire & laſciuere de
ceat:illas nõ deceat.Vnde Lentulus apud Lucanum in.viii.adeo libidinoſos di
xit:ut reiecto pudore naturæ cum ſororibus & filiis commiſceantur. ait enim:
Tot fœmineis complexibus unum.
Non laxat nox tota marem:iacuere ſorores.
In fratrum thalamos:ſacrataq; pignora matrum.Hi pugnas admirabili ardore
ineunt.ſed diu pugnare non ualentes in fugam uerſi uictoria; ex ipſa reportãt
dicente Virgi.in.iii.geor.Fidentẽq; fuga parthum:uerſiſq; ſagittis. unde pluri
es magna damna romanis intulere.

P arthenope cũ.th.aſpirato ſcribitur:fuit una ex ſirenibus:ut in ea dictione uide-
bimus:a qua teſte Plinio & Solino ciuitas cẽpaniæ:quæ nunc neapolis uocita-
tur cognominata fuit: quia eo in loco ubi conſtructa fuit tumulus eius fuerat
parthenopes.Quo nomine Virgi.etiã uocitauit in.iiii.georgicorũ.cum ait. Illo
Virgilium me tẽpore dulcis alebat Parthenope.Sed Neapolim hoc eſt nouã ci-
uitatem Auguſtus eã inſtaurans dici maluit.Et denotat parthenope uirginem
apud nos.unde & parthenopæus deducitur:quod a Virgilio nomen ꝓprium ĩ
vi.æneidos ponitur cum ait:Hinc inclytus armis Parthenopæus.

P arthenopæus cũ.th.aſpirato ſcribit̃:de quo in præcedenti uidimus dictione.

P arthenius cum.th.aſpirato:&.i.latino ſcribit̃:fluuius eſt paphlagonum.& teſte
Pli.in.vi.carãbi ꝓmontorio ſatis ꝓximus.caditq; in pontum:ut Orpheus in ar
gonautica:& Hero.in li.hiſto.ii.monſtrauerunt.Eſt etiã parthenius mons arca
diæ(ut ſcribit pomponius)a uirginibus:quæ illic uenari cõſueuerat ſic quoq;
cognominatus.Virgi.in Gallo:Nõ me ulla uetabant Frigora parthenios cani-
bus circũdare ſaltus.Nam parthenos græce uirgo latine dicitur.

P aſcha cũ.th.aſpirato ſcribit̃:& græcum ẽ uocabulum a πάσχομαι uerbo græ
co:quod latine eſt patior deductum:cũ eo tẽpore & agnus & Chriſtus paſſus
fuerit.At hebraice phaſe dicitur:q ẽ tranſitus filiorum iſrael ex ægypto.

P aſyphæ ſecunda cũ unico.ſ.&.y.græco ſcribitur:fuit Solis filia: & uxor Minois
regis cretæ:materq; Ariadnes & Phedræ:atq; Minotauri:quẽ ex infami amore

tauri progenuiſſe dicunt poetæ. De quo Virgi. in Sileno: Oui. in primo de ſine titulo: & in ſecundo de arte amandi: atq; in metamorpho. lib. iiii. plura ſcripſere

P aſithoa ſecunda cum unico. s. & i. latino: ſequens cum. th. aſpirato &. o. uocali ſcribitur: fuit una ex nymphis filia Oceani & Tethios: ut dixit Heſiodus in theogonia.

P atella & patina abſq; aliqua aſpiratione ſcribuntur: & a græco uerbo: quod eſt ϖλάττω: ideſt fingo nōnulli deriuari uolunt. Alii uero a ϖλατεῖα: quæ eſt latitudo deducunt. alia latina putant. & a pateo pates deriuari uolunt. uas eſt latum & condiendis obſoniis aptum.

P atina cū. t. exili & i. latino ſcribitur: ut uidimus in præcedenti dictione: habetq; accentū in prima. eius uſus mirabiliter romæ creuit: ita ut dicat Plinius i. xxxv naturalis hiſtoriæ libro. Nos cū in una Aeſopi tragœdiarū hiſtrionis patia auiū diceremus ſexcenta ſextertia ſtetiſſe: non dubito indignatos legentes. At uitellius in principatu ſuo decem talentis condidit patinam: cui faciendæ fornax in campis ædificata erat: quoniam eo peruenit luxuria: ut etiam fictilia pluris conſtiterint q̄ myrrhina.

Quare in domitiani dedecus Iuuenalis inquit.

Debetur magnus patinæ ſubituſq; prometheus.
Argillam atq; rotam citius properate: ſed ex hoc.
Tempore iam cæſar figuli tua caſtra ſequantur.

P atera cum. t. exili ſcribit̄: cū ꝓ ciuitate ponit̄ lyciæ: habet accētum in prima. in hac ſex menſibus anni dabātur Apollinis reſponſa. Vnde lyciæ ſortes dictæ ſūt ut uidimus in dictione lycia. Cū uero ꝓ uaſe ponit̄: habet ſup penultima accētum. ut Virgi. in georgi. ii. Hic laticis qualē pateris libamus & auro.

P atizites abſq; aliqua aſpiratione: & cum. i. latino ſcribitur: fuit pſa magus: quē Cambyſes apud perſas prefectam reliquerat: hic Smerdim fratrem ſuum ſimilē Smerdi fratri Cambyſis perſarum regem declarauit: ut uidebimus in dictione Smerdis & in dictione praxaſpes.

P aticus cum. c. & t. exilibus: atq;. i. latino ſcribitur. ſane hæc dictio & uerbum patior: a quo deriuatur originem a græco quod eſt pathos traxerunt: quod cū. th. aſpirato ſcribitur: & paſſionem perturbationemq; & patientiam denotat. Vnde pathiticus: ideſt paſſiuus cum ſecunda aſpirata deducitur: a quo per ſyncopaʒ nos eam ſyllabam deducentes abſq; aliqua aſpiratione paticum dicimus. Quo Iuuenalis pro ea paſſione: qua quis ſe ipſum ſtuprari paſſus eſt: utitur: ut Ille tenet ſpeculum patici geſtamen othonis. nam (ut ait Suetonius) Otho a prima adoleſcentia fuit prodigus: ac procax adeo: ut ſæpe flagris obiurgaretur a patre Deinde uero poſt patris mortem: libertinam aulicam gratioſam: quo efficatius ſe coleret: etiam diligere ſimulauit: q̄uis anum ac pene decrepitam: per quam inſinuatus. Neroni facile ſummum inter amicos locum tenuit congruentia morum. quod initium fuit affectandi imperii: dicente Iuuenale. Cum te ſubmoueant qui teſtamenta merentur Noctibus in cælum quos euehit optima ſummi Nūc uia proceſſus uetulæ ueſica beatæ: ideſt diuitis. Et (ut pergit Suetonius) Vt uero quidam tradunt & conſuetudine mutui ſtupri. Quod Iuuenalis tetigit: cum ait patici Othonis. unde in ſatyra Neuole inquit: Nūq̄ paticus tibi deerit amicus. at uero poſt mortem Neronis: cuʒ ab imperatore Galba ſperaret adoptari in filium: & prælatum ſibi Piſonem cerneret: curauit Galbam occidere & Piſonem atq; imperiū occupare: qđ diebus nonagintaq̄nq; obtinuit. Nā cū Vitellio decertans: & tribus mediocribus præliis apud alpes citraq; placentiam uictor: nouiſſimo maximoq; apud bebryacum fraude ſupatus. Bebryacum oppidum fuit inter Veronam & Cremonam quæ nūc dicitur Labina. Quo effectū fuit: ut unico ictu infra leuam pupillam ſeipſum occideret: trigeſimooctauo ætatis ſuæ anno. Hic teſte Suetonio mundiciarū fuit pene muliebrium & uulſo corpore faciē quottidie raſitare: ac pane madido linire cōſueuerat. & ut aiunt inquit Suetonius ſpeculuʒ ſemp ſecū geſtabat: etiā dū bellū ciuile cōtra Vitelliū gereret: ut in eo quottidie ſe ꝓſpicere poſſet. Quod tangēs Iuuenalis cōtra molles: & effœminatos ſui temporis uiros inquit: Ille tenet ſpeculum: ſcilicet in morem fœminæ cum ſe pingit & ornat. & deriuatur a ſpecio ſpecis: qđ nō eſt i uſu a quo ſpeculum: & per ſincopam amota ſyllaba. ci. euphoniæ cauſa dicitur ſpeculū. & ſubdit appoſitiue Patici geſtamen othonis. diciturq; geſtamen a gerēdo Vt Vir. in. iii. æneí. Clypeū magni geſtamen abātis. Et pgit Iuuenalis ironice loquens in ipſius Othonis molliciē: Actoris arunci ſpoliū hoc ē erat ne id ſpeculum: qđ ſecū in ciuili bello gerebat Otho: forſitan ualida illa Turni rutuloruʒ regis haſta: quæ ſpoliū fuerat Actoris arunci uiri fortiſſimi: ironice id eſſe affirmat: Nam ut refert Virgi. in. xii. cum ſe Turnus in bello cōtra Aeneā armaſſet.

Exin quæ mediis annixa columnæ.
Aedibus aſtabat ualidam ui corripit haſtam
Actoris arunci ſpolium: quaſſatq; trementem
Vociferans nunc o nunq̄ fruſtrata uocatus
Haſta meos. & reliq̄: q̄ ꝓſeqt̄. unde poeta ille lepediſſimus locū ironice accepit.

P atrees cum. t. exili & duplicato. e. ſcribitur: quin & pharees: qui teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo populi erant achiuorum.

P atiramphes cum. t. exili: & i. latino ſcribitur: fuit teſte Herodoto in ſeptimo uir perſa: & Xerxis auriga.

P auſania cum. i. latino ſcribitur: & apud græcus in. s terminatur: fuit lacedæmonius uir magnus: ſed in omni genere uitæ uarius. & ut Virtutibus eluxit: ſic uitiis eſt obrutus: Nam iſto duce teſte Thucydide Mardonius Satrapes natione medus: & perſarum regis gener manu fortis: & conſilii plenus cum ducentis milibus peditum: quos uiritim legerat: &. xx. equituʒ: haud ita magna manu græcia prorſus fugatus eſt: atq; in eo cecidit prelio. Qua uictoria elatus Pauſania plurima peruerſa egit: & cum cætera pari fœlicitate confeciſſet: adeo elatus eſt: ut in ſui libidinem patriam prodere: & totam græciam perſarum regi ſummittere conaretur. In quibus cum deprehenſus fuiſſet: & per adoleſcentem Argiliū quē ille amore uenereo amabat res ꝓderetur turpē mortē a ſuis ſubire coactus eſt. Alius fuit macedonius adoleſcens Cereſtis filius: & ab Oreſte inclytum genus trahens: qui cum ſemel malignitate cuiuſdem a multis ſtupratus eſſet: nec uindictā a Phillippo rege macedoniæ impetrare ualuiſſet qui rem quoq; ipſam ridere conſueuerat: regem ipſum Philippum interemit. & ut multi ferunt conſentiente & uolente Olympiade regis uxore: & Alexandri magni genitrice: ut late omnia Iuſtinus in. ix. epitomatum libro proſecutus eſt.

P edaſus cū. e. abſq; diphthongo: & unico. ſ. ſcribitur: fuit teſte Homero in. vi. iliados Bucolionis maximi filiorum Laomedontis filius. Fuit etiam eodem nomie atq; eadem ſcriptura ciuitas in agro propinqua pylo uini abundantiſſima. &

ſub domino Agamẽnonis:ut idẽ pœta in.viii.iliados libro demonſtrauit.

Pedæus cũ.æ.diphthongo in penultima ſcribitur a noſtris:a græcis uero pœtis
nõnunq̃ inter.d.& diphthongum:æ.interponitur alterum a:& dicitur pedaæ
us:Fuit teſte Homero in.v.iliados filius nothus Anthenoris:qui in bello troia⸗
no a Megephylide interfectus fuit.

Pegaſus cũ.e.abſq; diph.& unico.s.ſcribit̃:equus fuit allatus natus ex ſanguine
Meduſæ:q ad montẽ pnaſum aduolans:cum terrá ungula pedis effoderet:ϖη
γην:hoc eſt fontẽ ꝑduxit:a quo ipſe pegaſus cognominatus ẽ.Cuius rei fabu
lá Oui.í iiii.metamor.lib.Luca.in.xi.Et Iginius in aſtronomia poetica deſcri⸗
pſerũt:quæ ab oĩbus breuiter cõpræhenſa talis ẽ:Phorcus ex Cetho cõiuge tres
habuit filias eximiæ pulchritudinis.Euryalẽ:Sthenionẽ:& Meduſam omniuȝ
maiorẽ natu.Non nulli addunt & quartam:uidelicet Scyllã.Has tenuiſſe dicit
Pomponius Mela inſula gorgades in oceano æthiopico poſitas.Vnde & nos il⸗
las gorgones dictas putamus.Fingũt deinde pœtæ has ipſas ſorores unicũ tan⸗
tum habuiſſe oculũ:quo emergẽte caſu ſingule ꝓ libito utebãtur.Vnde & nõ⸗
nulli putãt ſapientẽ quendã fuiſſe:cuius cõſilio ſingula regebant̃. Et ulterius
addunt poetæ:ꝙ cũ die quadã Meduſa ſola circa litora uagaret̃. a Neptuno ui
ſa:& amata fuit:qui illã fugientẽ pſecutus ẽ:donec iá feſſa in templum refugit
Palladis.in quo ardẽs deus illã cõpreſſit.Sed turbata Minerua ( ne ignominia
tẽpli maneret inulta ) crines ipſius Leduſæ mutauit í angues:quia Neptuno p
capillos maxime placuerat.fecitq; ut omnes Meduſam aſpiciẽtes uerterent̃ in
lapides.Quod ob ſtuporẽ admirandæ pulchritudis fictũ uoluit Seruius.Hác
deinde dormiẽtem Perſeus Iouis & Danaes filius accæptis Mercurii tallaribus
eiuſq; falcato enſe:& ſcuto Palladis chryſtallino: p quod illã impune aſpicere
poſſet:uno ualidiſſimo ictu pemit.Ex cuius cruore mox fingitur natus pega⸗
ſus allatus equus.Qui inde uſq; ad heliconẽ collã ꝑuolans:& pede humum fo
diẽs:heliconẽ ſeu pegaſeũ fontẽ eduxit muſis ſacrũ.Quod ideo fictuȝ puto : qa
cũ Perſeus illam deuicerit:eius opibus frætus:præclara multa peregit.Nam &
Atlantẽ mauritaniæ regẽ:& aphricã totã ſubægit:græcianq; expugnanit.Ita ꝙ
ſanguine:hoc eſt diuitiis Meduſæ eius fama uſq; adeo creuerit:ut pœtis græcis
materiam fabulandi præſtiterit.

Pelamys cũ unico.l.&.y.græco ſcribitur:genus eſt piſcis:qui teſte Pli.in.ix.na⸗
turalis hiſto.mira celeritate adoleſcit : & præcipue in ponto ob multitudinem
amniũ dulces inferentiũ aquas.conſueuerũtq; in uaſis ſaliri:ut etiam oſtendit
Iuuenalis in ſatyra Et ſpes & ratio quũ ait:Quod uocis precium:ſiccus petaſũ
culus & uas Pelamydum.

Pelagi cum.e.abſq; diphthongo:& unico.l.ſcribitur:populi fuerunt : qui prius
dicti ſunt theſſali:Et pelaſgia quæ prius dicebatur theſſalia:ut Ariſto. grãma⸗
tici gloſula in Homerum expoſuit.

Pelaſgus eodem modo ſcribitur:atq; etiam nomẽ uiri proprium fuit:filuſq; Teu
damantis:ut Homerus in.ii.iliados oſtendit.

Pelectronium cũ unico.l.& abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur.fuit op⸗
pidum theſſaliæ:de quo in dictione centauri uidimus.

Pella cũ duplici.l.ſcribitur:ciuitas ẽ in macedonia.ut dixit Liuius li.vi.de ſecũ⸗
do bello punico.& in litore maris ægæi:ut oſtẽdit Herodotus in.vii.Quã Pom⸗
ponius dixit maxime illuſtrari alũnis Philippo & Alexandro eius filio. Nã í ea

Alexander natus dicitur.Vnde dixit Iuuenalis in ſatyra Oĩbus in terris:Vnus
pellæo inueni nõ ſufficit orbis.i.Alexãdro:q deinde babylone morbo uinolẽtiæ
(ut dixit Solinus) q̃q̃ alii ueneno affirment cõſumptus ẽ.Philippus uero ægis
a Pauſania:cum ſpectatum ludos iret:iuxta theatrũ occiſus fuit.q ſimiliter pel
leus a poetis ẽ uocatus.ut Luca.í.x.Illic pelæi ꝑles ueſana philippi :& fuit pel
la ciuitas exigua:ut idẽ poeta oſtẽdit:cũ ait:Exiguæ ſecura fuit ꝓuĩcia pellæ.

Peleus cum unico.l.ſcribitur:fuit Aeaci regis & Aeginæ filius maritus Thetidis
& pater Achillis.de quo plura Ouidius in.xi. metamorphoſeos proſecutus eſt.
Et a Peleo pelides dictus eſt Achilles.Idem in.viii.epiſtola heroidum:Pelides u⸗
tinam uitaſſet apollinis arcus.

Pelias cum unico.l.&.i.latino ſcribitur:fuit Neptuni filius ex Tyro nympha filia
Salmonei regis.hæc fuit uxor Crithei:cui Aeſonem genuit patrem Iaſonis.Sed
timens Pelias Iaſonem ex quodam oraculi reſponſo pſuaſit illi:ut colchos pro
aureo uelere pergeret:putans illum in ea expeditione deficere.

Pellex cum.e.abſq; diphthongo:& duplicato.l.ſcribitur:nec græcum eſt: ut oſtẽ⸗
demus:ut multi aſſeruerunt ſed latinũ.Apud antiquos uero Maſſurius iuriſ⸗
cõſultus Paulo teſtante ſcribit libro memorabiliũ eã habitã quæ cum uxor nõ
eſſet:cũ aliquo tamen uiuebat:quã nunc uero noĩe amicã paulo honeſtiorẽ cõ
cubinã appellari.C.Flaccus lib.de iure Papyriano ſcribit pellicem nunc uulgo
uocari:quæ cũ eo:cui uxor ſit corpus miſceat.Quoſdã eam:quæ uxoris loco ſi⸗
ne nuptiis in domo ſit:quã græci ϖαλλάκην uocant.Ego hos oẽs uere ſenſiſſe
& dixiſſe arbitror.Sed de hoc ãmonendi uidemur.Pellicem apud oratores & po
etas eam demum haberi:quæ cum eo cui uxor eſt corpus miſcet.Ita ut nõ uiri
pellex:ſed uxoris dicatur.Ouidi.in primo metamor.loquens de Iunone:

Protinus exarſit nec tempora diſtulit iræ :
Horificamq; oculis animoq; obiæcit herinnym
Pellicis argolice:ſtimuloſq; in pectore cæcos
Condidit & profugam per totum terruit orbem .Sic Iuno pellices ſuas ſemper
proſequitur:quæ ſibi uxori Iouem præripuerant. At uero Liuius in.xxxv. ab
urbe libro.cum de Alexandro loqueretur qui Apellem dilecta concubina dona
uit:& tunc cælebs Alexander eſſet:maluit uocabulo græco uti: q̃ ueteri latino.
Ita autem ait:nanq; cum dilectam ſibi ex pellicibus ſuis præcipue nomine Cã⸗
pſacem nudam pingi ob ammirationem formæ ab Apelle iuſſiſſet: Quo fit ut
opiner Curtium:& cæteros ſcriptores:cum de cõcubina cælibis hominis loquũ
tur:potius pallacem græce:q̃ pellicẽ latine dixiſſe.Quod ſi ſecus reperire conti⸗
gat culpa potius librariorum uitiatum fuiſſe puto:q̃ ſic quoq; deſcriptum. Eo
dem modo Iuſtinum ſcripſiſſe reor: cum ait: Anaſtaſiam pallacem fuiſſe Cyri.
Ita cum ad uirum referat non pellicem:ſed pallacem potius dixerit.Vnde Sue⸗
tonius de Veſpaſiano loquens pallacarum nomine græco:non pellicum latino
locutus eſt:Et inde pallaciã fallaciam:& pallacẽ fallacẽ dictũ puto.Virgi.in.iiii
georgico.Verum ubi nulla fugam reperit pallacia uictus:In ſeſe redit. Videtur
etiam dici pellex nõ tantum:quæ iam pellex eſt: ſed quæ olim fuit : Iuuenalis
in.ii.ſatyra.Horrida quale facit reſidens in codice pellex. Nã horrida effecta ex
pelli domo conſueuit:& miſero codice ſeu ſedili reſidens:dure lanam trahere ab
egeſtate cogit̃.& dicitur codex quaſi caudex.Virgi.in.ii.georgi.libro . Quin &
caudicibus ſectis:pro codicibus.

Pelion cum unico.l.&.i.latino ſcribitur:mons eſt theſſalie ab orientali parte: ut oſtendit Herodotus in.vii.hiſtoriarum libro:& Lucanus in.vi.In huius ſumitate maxima ſunt pineta:reliquam uero partem quercus occupat. de quo etiam Ouidius in.v.faſtorum.

Pelion æmoniæ mons eſt obuerſus in auſtros.
Summa uirent pinu:cætera quercus habet. In hoc habitauit Chiron.fuitq; in illo conuiuium Thetidis & Pelei.

Pelopidas cum unico.l.&.i.latino ſcribitur: fuit thebanus filius uir magni animi induſtriæq; & cōſilii:Nā cū a quadā ciuiū factione thebæ opprimerēt: & ſūmas poteſtates illorū nōnulli gererēt:alterius factionis principes partim interfecerūt:alios in exiliū eiæcerūt:inter quos Pelopidas pulſus patria carebat. Hi oēs fere athenas ſe cōtulerūt:qui cū patriā ꝓ uiribus recuperare niterent:& tēpus rei gerendæ cū his:qui thebis idē ſentiebat uiſum eſſet:duodecim coierunt adoleſcētuli ex his:q exilio erant mulctati:quorū Pelopidas princeps erat.Qua paucitate ꝑcuſſa ē nō ſolū aduerſariorū factio:ſed lacedæmoniorū potentia.hi cū athenis interdiu exiſſent:ut ueſperaſcēte die thebas poſſēt ꝑuenire: cū canibus exierūt uenatricibus retia ferētes ueſtitu agreſti.Qui cū tēpe ipſo: quo ſtuduerant ꝑueniſſent domū Charonis deuenerūt:a quo & tēpus & dies ſtatutus fuerat.Nā eo die maximi magiſtratus ſimul cōſueuerant epulari:nec tanta calliditate id adoleſcentes cōficere ualuerūt:quin nūciatū eſſet auribus magiſtratuum thebanorū exules in urbē ueniſſe.Sed illi uino epuliſq; dediti uſq; adeo deſpexerūt:ut ne quærere quidē de tāta re laborarint.Quin & uni ex magiſtratibus ex athenis allata fuit epiſtola:in qua oīa de ꝓfectione exulū ꝑ ſcripta erant quæ cui iā accubanti in cōuiuio eſſet reddita:ſicut erat ſignata ſub puluinuȝ ſubiiciēs:ī craſtinū inqt differo res ſeueras. At illi omnes cū iā nox proceſſiſſet uiolenti ab ipſis exulibus duce Pelopida ſunt interfecti:& thebarum patria liberata.Sed hæc & reliqua oīa Plutarchus in eius uita:& nōnulli alii ꝓſecuti ſūt. Quæ qui legere uoluerit locum noſcat:ubi legere poſſit.

Pelorus cū unico.l.ſcribitur:mons eſt ſiciliæ ad italiam uergens:a qua teſte Martiano intermedio fretu mille quingentis paſſibus ſeparatur.Et a peloro gubernatore nauit Hannibalis ibidem ſepulto cognominatus dicitur a Saluſtio ī Valerio de temeritate.Quod Seruius ſup.iiii.æneidos confirmare uoluit dicens ſe legiſſe ante illum pelorum dictum eſſet.

Pelops cū unico.l.ſcribitur:fuit Tantali regis phrygum filius. Cuius pater cum deorū diuinitatem tentare uellet:cæſum filiū comedēdū illis appoſuit: a cuius eſu cū cæteri ſe abſtinerent:ſola Ceres guſtauit:& illius humerum comedit.Sed cū cōuenienti pœna Iuppiter Tantalū demulctaſſet:uoluiſſetq; Pelopem reuocare ad uitā:eburneū illi humerū infixit.Quod tangens Virgi.in.iii.georgi.inquit:Homeroq; pelops inſignis eburno.Hic idem cū in græci regionibus deīde regnare:pelopōneſum cherroneſon a ſe nominauit.Quin & deinde piſas in tuſcia condidiſſe nōnulli affirmant Virgilium inducentes:q ait ī.x.æneidos.Hos parere iubēt alpheæ ab origine piſæ.Vrbs hetruſca ſolo.Alii uero non piſam tuſciæ:ſed alphæā illū cōdidiſſe uolūt.aqua hoc eſt ab eius colonis:& ea quæ eſt ī tuſcia originem traxit.& a Pelope Pelopeia pro fabula pelopis a Iuuenale ded ucitur in ſatyra: quæ incipit Et ſpes & ratio: cum ait: Præfectos Pelopeia facit philomena tribunos. Nam cum poetæ pauperes & impotentes eiuſmodi intactas fabulas donaſſet paridi Pantomimo:qui potentiſſimus in Palatio Domitiani euaſerat:& ille pro ſuis oſtenderet:largiebatur illis in recompenſam tribunatus & præfecturas.

Pelopōneſus cum ſimplo.l.atq; ſimplo.p.& ſimplo.s.qn & duplicato.n.ſcribitur: regio eſt teſte Pli.in.iiii.natu.hiſto.pene inſula:haud ulli terræ nobilitate poſtferenda:inter duo maria ægeum & ionium:platani folio ſimilis. Et ut in priori dictione uidimus:a Pelope rege denominata:cuius indicium notū ē. Nā dicit̄ qſi Pelopis νησοσ:id eſt inſula.Vel ut alii uolunt ϖέλόπων.i.denominatorū a Pelope.νησοσ inſula.Et ut ipſe Pli.rettulit ꝓpter anguloſos receſſus circuitus qngentorum ſexaginta trium miliū paſſuū colligitur.Quin ut infra idem colligit de arcadia tractās:Pelopōneſo inqt in lōgitudinē ꝓmontorio maleæ ad oppidū rhegium corinthiaci ſunus centum octuaginta miliaribus patet. At in tranſuerſum ab idile in epidaurum centuȝ uigintiq;. Ab olympia argas ꝑ arcadiā nouē & qnquaginta.Ab eodē loco ad philōta:dicta menſura eſt.Et ut uidimus in dictiōe iſthmos.In ea ſtrictura:quæ cherroneſon efficit:ciuitas ē corinthi medio interuallo colli applicata.Sed has ipſas anguſtias (ut idē rettulit Pli) ꝑfodere nauigabili alueo tētauere Demetrius rex:Cæſar dictator:Caius prīceps Domitius Nero infauſto ut omnium exitu patuit incæpto.

Peluſiū cū unico.l.& unico.ſ.atq;.i.latino ſcribit̄:unū ē ex hoſtiis nili uerſus aſiā & arabiā:quā ab ægypto diſterminat. Iuxta qđ eiuſdē nois ſtat ciuitas: ut oſtēdit Pli.nepos ī uita.M.Antonii.& Pomponius in primo inqt.Alexādria aphricæ ē cōtermina:peluſiū arabiæ.Nec longe a peluſio caſſius mons ē:& delubrū Iouis Caſſii.atq; teſte Solino oſtracine locus Pōpeii magni ſepulchro inclytus. Inde etiā idumea incipit palmis opima deinde ioppe:ut in ea dictione uidimus Iuxta peluſiū etiā teſte Seruio optima lens naſcitur. Quare catexochen dixit Virgi.in primo georgi.Nec peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

Peneus abſq; aliqua diphthongo a noſtris ſcribitur: græci uero in penultima habent ei:cuius nos.i.abiicientes:ipſam.e productam retinemus.Eſt theſſaliæ fluuius:q ex una ꝑte pindi iuxta gomphros naſcitur.Et ut ait Pli.in.iiii. natura. hiſtoriæ:Interq; oſſam & olympum nemoroſa conualle defluens: quingētis ſtadiis dimidio eius ſpatii nauigabilis:in eo curſu tempe uocant.quinq; milia paſſuum longitudinem ultra uiſum hominis attollentibus ſe dextra leuaq; leuiter cōuexis iugis intus ſua luce uiridāte.Hac labitur peneus uiridis calculo: amœnus circa ripas gramine:canorus auium cōcentu.arripit amnem orcon nec recipit:ſed olei modo ſupnatantem (ut dictū eſt ab Homero) breui ſpacio portatum:abdicat pœnales aquas diriſq; genitas argenteis ſuis miſceri recuſans: de quo uidimus in dictione orcus.

Penelius cum unico.l.ſcribitur:fuit Homero in.ii.iliados unus ex quinq; boeticorum ducibus.qui ad troiam uenerunt.

Pentarchus cū.t.exili &.ch.aſpirato ſcribitur.is dicitur:q quinq; uiris præeſt. nā dictio cōpoſita eſt ex pente:quod ē quinq;:& archos princeps.

Pentacōtarchus ſola ultima aſpiratur.& is dicitur:qui qnquaginta præeſt. Naȝ πεντήκοντα quinquaginta dicuntur.& archos princeps.

Penthecoſte abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:nomē eſt deriuatum a πεντήκοντα quæ ſunt qnquaginta:& πεντηκοστή.facitq; in genitiuo huius pēthecoſtes

Pentateuchus cū.t.exili utrobiq;:&.ch.aſpirato in fine ſcribitur: liber eſt quinq;

uoluminũ.Nam πέντε quinq; & τεῦχος uolumen dicitur.
Pentathlum penultima cum.t.exili:ultima cum.th.aſpirato ſcribitur:& cōponi
tur ex pente:quod ē quinq;:& ἄθλον exercitamentũ:Nā teſte Feſto genus erat
exercitationis in his quinq; artibus iactu diſci:curſu ſaltu iaculatione & lucta
tione.Dixitq; apud nos uocari quinquertiũ:& apud Liuium ipſos athletas qui
quertiones.Alii quinquatriũ traduxere.Alii uero dixere quinquatria eſſe quin
q; dierum exercitia Mineruæ cōſecrata:in cuius ſolēnibus habebantur:dicente
Ouidio in libro faſtorum.
Vna dies media eſt:& fiunt ſacra mineruæ.
Nominaq; adiunctis quinq; diebus habēt.Nec in his ſolũ:quæ dixit Feſtus: ſed
etiā in aliis quibuſdam artibus:ut etiā poetica & oratoria ſecũdũ ea quæ uidi-
mus ī dictiōe nau ſolus.Iuxta qđ loq uideť Iuue.ī ſatyra Oībus ī terris cũ ait:
Eloquium ac famam demoſthenis ac ciceronis.
Incipit optare:& totis quinquatribus optat.
Quiſquis adhuc uno partam colit aſſe mineruā. Celebranturq; teſte feſto poſt
quintum diem iduum menſis.
Pentheus cũ.th.aſpirato ſcribitur:& deducitur a πένθος:quod eſt luctus. Nam
fuit teſte Oui.i.iii.metamor.filius Echionis ex Agaue cōiuge filia Cadmi: qui
cũ Liberi patris ſacra aſpnaretur:ira numinis a matre & ſorore in furiā ſeu ma-
niam uerſis laceratus fuit.Facitq; regulariter accuſatiuũ more græco in ea: ſed
etiā in.um.reperiť.Statius in ſecundo thebaidos Pentheũq; trahēs nōdum te p
hendimus æquo Bacche genu. At uocatiuuʒ ſemp ab auctoribus Pentheu po-
ſitum cōperi.Horatius in primo ſermonũ:Pentheu rector thebarum.
Penthyllus cũ.th.aſpirato &.y.græco:atq; duplicato.l.ſcribiť:fuit teſte Herodo-
to libro hiſtoriarum.vii.filius Demonii:qui ex papho naues duodecim in adiu
torium Xerxis eduxit:quas apud ſepiam exorta tempeſtate amiſit.Ipſe uero ca-
ptus plura de exercitu Xerxis græcos edocuit.
Percope cum.c.exili ſcribitur:ciuitas erat teſte Homero iuxta pontum: quæ troi
anis auxilia miſit.
Pergea cũ.æ.diph.i penultīa ſcribiť:fuit teſte Pōponio in primo Dianæ cogno-
men:a pga oppido pāphyliæ acceptũ:in quo memorabile tēplum habuit.
Periander cum.i.latino ſcrbitur:fuit corinthius tyrānus ex heraclidarũ gēte pa-
tre Cypſelo.Hic Lyſidē duxit uxorē:quā Meliſſā appellabat.ex qua cum duos
filios ſuſcepiſſet Cypſelũ & Lycophronē.calũniis pellicũ obtemperans eam pre-
nantem calcibus interemit:puerũq; Lycophrona matri iuſta ſoluentem abdica
uit.atq; in corcyrā agi præcepit:quē poſtea corcyrenſes teſte Herodoto lib.hiſto
riarum.iiii.interfecerunt.Quo audito Periander mærore confectus:obiit ānos
natus fere octuaginta:poſtq̄ tyrannidē exercuerat ānis quadraginta.Hũc Ari
ſto.dixit fuiſſe unũ ex ſeptē ſapientibus græcie.Plato negauit.Sed alterum phi
loſophum:alterum tyrannum eſſe dixit.
Periarchon ultima cum.ch.aſpirato ſcribiť:diciturq; latine de principiis. Nam
περὶ prepoſitio dicit de:& ἀρχῶν principiis licet genitiui ſit caſus:qui ablati-
uo carent:pro quo & genitiuum ponunt.
Peribolus cum.i.latino:& unico.l.ſcribitur:dici poteſt circuitus a περιβάλλω.
quod eſt circumeo.
Pericles cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:fuit athenienſium dux inclytus philo-
ſophuſq;:& orator inſignis:atq; Anaxagoræ diſcigulus.Rexitq; rempubli.athe
nienſium quadraginta annis mira prudentia.De quo late Iuſtinus in tertio ſu
orum epitomatum libro eſt proſecutus.
Periclymenes ſecunda cum.i.latino:ſequens cum.t.exili:&.y.græco ſcribitur: fu
it teſte Homero in.xi.odiſſeæ filius Nelei:& frater Neſtoris.
Periodus cũ.i.latino ſcribiť:& cōponitur ex peri:quæ in cōpoſitione nōnunq̄ di
cit circum:& hodos:quæ ē uia.Vnde nōnunq̄ interprætatur circuitus.aliquā-
do ambitus:quandoq; cōpræhenſio:nōnunq̄ circũſcriptio:atq; etiā quādoq; cō
tinuatio.A nōnullus amfractus:a quibuſdā etiā terminus ponitur.
Perihermenias ſecunda & penultima cũ.i.latino:tertia cum aſpiratione ſcribitur
q̄q̄ ſint apud græcos dictiones duæ:& non una compoſita:& inſcriptio eſt ſub
tiliſſimi cuiuſdam Ariſtotiles libri in dialectica facultate: quæ latine ſignificat
de interpretatione.Nam peri præpoſitio cum genitiuo pro ablatiuo: quo carēt
græci dicit de:& hermenias interpretatione.
Percoſius ſecunda cũ.c.exili:ſequens cum ſimplo.ſ.&.i.latino ſcribitur:fuit teſte
Homero in.ii.iliados troianorum amicus:longe omnium doctiſſimus ſcientia
diuinandi futura.Cuius filii fuerunt Adraſtus & Amphius: quos neq; admi-
randa patris doctrina ut dixit Homerus neq; paterna ſollicitudine ſubtrahere a
morte potuit:cum eos retinere conaretur:ne ad troianũ bellum:ubi morituri e
rant:pficiſcerentur.Illi eni:nam ſic miſera neceſſitas fati trahebat nec parere i-
perio:nec credere conſilio ſenis totiens monentis uoluerunt.
Peripleroma cũ.i.latino & unico.l.ſcribitur:dici pōt ſupplementũ.Id enim πλη
ρῶμα deſignat & eſt figura cum aliqua particula in metro: uel etiā in eleganti
proſa nō ppter ſenſum modo.q abſq; illa integer ſtaret: ſed ppter metrum ſeu
ornatum additur.ut Virgi.in.i.æneidos.Multum ille & terris iactatus & alto.
abſq; ille ſtaret ſenſus:ſed nō metrũ.Similiter multa quoq; & bello paſſus: ubi
duas coniunctiones naturaliter ſeparantes poſuit:unam ſcilicet metri neceſſita
te ſupplens.Quod frequenter fieri conſueuit.
Periphraſis cum.i.latino utrobiq;:&.ph.aſpirato ſcribitur:interpretatur a nōnul-
lis circũlocutio.a Cicerone uero in dignitatibus ad Herenniũ dicitur circuitio:
quæ ſecundum illum ē oratio rem ſimplicē aſſumptā circũſcribens elocutione
ut Scipionis prouidentia carthaginis opes frægit.id eſt Scipio carthaginē Vir-
gi.in Tityro:Ouium teneros depellere fœtus:id eſt agnos:& in primo georgico
frumenti herbam id eſt ſegetem:& in æneide.Et iam prima nouo ſpargebat lu-
mine terras Tithoni croceum linquens aurora cubile:hoc eſt luceſcere incipie-
bat ſol:uel dies oriri:& mille alia.
Perinthus cum.i.i.latino:&.th.aſpirato ſcribitur: fuit urbs uetuſta in ppontico
olim thratiæ metropolis:quæ hodiæ dicitur heraclea ab Heracleo principe con
ſtātinopolitano cognominata.In qua Veſpaſiani Domitiani Antoniniq; pii pa
latia fuerunt ingentia.quin & uno marmore magnum amphitheatrum & mi-
randum:quod inter ſpectacula mundi connumeratur.
Perinthi cum.i.latino ubiq;:&.th.aſpirato ſcribitur:ſunt teſte Herodoto circa in
itium libri hiſtoriarum.v.populi circa helleſpontum.
Peripatetici abſq; aliqua aſpiratione:& cũ.i.latino utrobiq; ſcribitur: fuit philoſo
phorũ ſecta:quæ ortum habuit ab Ariſto.& denominationē p hunc modũ A-
lexandro in aſiā cũ exercitu pfecto:Ariſto.athenas rediit: ac ſui copiā in licieo

exhibere cœpit. Xenocrate ꝑ id tempus academiā obtinente. Docebat uero ipſe ꝑrunq; ambulās auditorum turba circũfuſus. ex quo ipſe ſectatoreſq; eius peripatetici philoſophi nũcupati ſunt. Sunt etiam qui tradāt partem illam gymnaſii: qua docebat περιπατον. i. deambulatoriũ dictũ fuiſſe.

Peripetaſma cum. i. latino &. t. exili ſcribitur: genus eſt cortinæ.

Perillus cum. i. latino & duplicato. l. ſcribit̃: fuit athenienſis ingenioſus: q(ut placeret Phalaridi) uenit agrigentũ: & ex ære taurũ artificioſiſſimũ fabricauit cui ianuā in latere poſuit: ut cũ incluſus reus ſubiectis ignibus torqueretur: mugitum & non hominis uocē uideretur emittere. ꝓ quo inuēto cum munus a crudeliſſimo tyranno Phalaride: qui nouis hominũ tormētis delectabatur poſtulaſſet in illo ipſe intercludi iuſſus a tyrāno: ac ſuppoſitis ignibus exuſtus. primus artificii ſui uerũ experimentum præbuit. dicente Oui. in primo de arte amādi.
Et phalaris tauro uiolenti membra perilli.
Torruit infœlix: imbuit auctor opus. Et in eodē libro: Nec enim lex æquior ulla eſt. Quam necis artifices arte perire ſua. ut & ipſe Phalaris athenienſibus de ſe pro illo conqueſtis: reſcripſit. Comperi tamen in quibuſdam græcorum codicibus non Perillum: ſed perilaum ſcriptum: quo nomine Ouidii uerſus ſtare non poſſet: niſi cum licentia.

Periſtera cum. i. latino &. t. exili ſcribitur:: dicitur latine columba. Nā ponit̃ a poetis uirgo: quæ a cupidine tranſformata fuit in colũbam.

Periſſologia cum. i. latino utrobiq;: & duplicato. s. ſcribitur: dici poteſt ſecundũ uerba ſupflua locutio: Nam περισσός eſt ſupflua: & logia locutio: Vt uiuat Auguſtus & nõ moriatur. dũmodo non ſit aliud uiuere: q̃ non mori.

Perithous cum. i. latino &. th. aſpirato ſcribitur: ſane quia in prima apud græcos eſt. ei. diphthõgus: quæ ut in ſecũdo horũ cõmentoriorũ libro uidimus in ſono ipſius. i. noſtri apud illos ꝓfertur: placuit ex noſtris magis accuratis eundẽ ſonũ ſeruari debere: & abiectio. e. ipſum. i. retineri: ac ſcribi Periothus cum. i. latino in prima: de quo in ea litteratura uidebimus.

Pero cum unico. r. & habet apud græcos accentũ in fine: fuit teſte Homero in. xi. odiſſeæ filius Nelei & frater Neſtoris. At uero cum accentum habet in prima genus eſt calciamenti. & declinat̃ hic pero huius peronis: & habebat plures fibulas: a quibus nomen aſſumpſit: Nanq; περόνη græce dicitur: quæ latine ē fibula. De quo Iuuenalis meminit: cum ait in ſatyra: quæ incipit: Plurima ſunt fuſcinæ: Quē nõ pudet alto ꝑ glaciē perone tegi. Et inde peronatus ille dicit̃: qui eiuſmõi calciamēto ē calciatus. Perſius: Natũ ſi poſcat ſibi ponatus arator.

Permeſſus cũ duplicato. s. ſcribitur: fluuius eſt boetiæ: ex helicone fonte muſis ſacro defluens: de quo Virgi. in Sileno: Tum canit errantem permeſſi ad flumina gallum Aonas in montes: ut duxerit una ſororum. At uero apud Martialem in primo ꝑmeſſis in recto cum. i. latino poni uidetur: cum ait ad Flaccum.
Quod tibi cum cirrha: ꝗ cum ꝑmeſſidos una.

Perſia cum. i. latino ſcribitur: regio eſt nobis orientalis: quæ ab antiquo quodam rege nomen aſſumpſit. Hæc teſte Curtio in. iiii. de geſtis Alexandri.

Ab hac teſte Pli. lib. xv. natu. hiſto. pſica poma aduecta fuerũt. Et ut ſubdit falſum eſt: uenenata cum cruciatu in perſia gigni: & poenarũ cauſa a regibus trāſlatu in ægyptum: & ea terra mitigata.

Perſeis cum. i. latino ſcribitur: fuit teſte Herodoto in theogonia una ex nymphis Oceani & Tethyos filia.

Perſephone cũ. ph. aſpirato ſcribit̃: ea ē quæ nobis ꝓſerpina dicit̃: q̃q̃ & priori uocabulo nõnunq̃ noſtri poetæ utunt̃. Ouidi. in. iiii. faſtorum. At neq; pſephone digna eſt pædone marito: de qua in dictione ꝓſerpina uidebimus.

Petaliſmus abſq; aſpiratiõe: & cum. i. latino ſcribitur: & a petalo: qđ eſt folium deriuatur. expulſio erat cuiuſdam ciuis apud ſyracuſios: qui tyrānidem appetere uidebatur ut late habet̃ in dictione oſtraciſmus.

Petilia cum. t. exili atq;. i. latino utrobiq; & unico. l. ſcribitur: fuit ciuitas brutiorũ a Philoctete meliboeo: hoc eſt de meliboea ciuitate theſſaliæ ſup monte zephyro teſte Solino conſtructa: & teſte Seruio ſup. iii. æneí. a πετάσθαι: quod ē uolare petilia cognominata: quia ex augurato locum ipſum delegit.

Peteona cum. t. exili ſcribitur: fuit teſte Homero in. ii. iliados boetiæ ciuitas.

Petorritum cum. t. exili utrobiq; & duplicato. r. atq;. i. latino ſcribitur: uerbum ē gallicum teſte Quintiliano. Idē Varro & lanceā ſignificare dixit. Alii (ut refert A. Gellius) græcum eſſe & uoluere rotas ſignificare dicunt: ita ut genus ſit uehiculi: & q̃ſi petorutum dicatur. eodē Hora. bis in ſermone utitur. & epiſtolis li. i. ſermonum inqt: Plures calones: atq; caballi paſcendi: ducenda petorrita: nũc mihi curto ire licet mulo: uel ſi libet ire tarentum.

Petræa penultima cum. t. exili &. æ. diphthongo ſcribitur: fuit teſte Heſiodo ĩ theogonia: una ex nymphis filia Oceani & Tethyos.

Petra cum. t. exili ſcribitur: uerbũ eſt græcum: quod latine dicitur lapis: ex quo & σέλινον: quod eſt apium: componitur petroſelinum: quod apii ſimilitudinem detinet.

Petroſelinon cũ. t. exili & unico. l. atq;. i. latino ſcribit̃: dici pōt a nobis petroſum apium: ut in præcedenti dictiõe uidimus. Nā inter lapides melior naſcitur. Huius plures ſpecies Plini. in. xix. &. xx. nominauit. Nā quoddā hippoſelinon: hoc eſt equitum apiũ uocari dixit: eo ꝙ apud nemeā uictores equeſtri certamine coronabantur. Aliud uocat orthoſelinon. i. rectũ apium: cuius eſt frutex recto ſemine: & cumino ſimile. Aliud dicit helioſelinon: quaſi ſolare apium.

Petoſiris cum. t. exili & unico. ſ. atq;. i. latino utrobiq; ſcribitur: fuit mathematicus nominatiſſimus: de quo Plin. in. ii. natura. hiſto. ſcribit dicens. Aegyptia rõ quā Petoſiris & Necepſus oſtendere: ſingulas partes in lunari circulo: ut dictũ eſt: minimo triginta tribus ſtadiis paulo amplius patere colligũt. Et in. vii. eiuſdem uoluminis quum de uarietate naſcendi ptractat: maximos eos fuiſſe mathematicos oſtendit. Vnde & Iuuenalis in ſatyra Credo puditiciam inquit:
Aptior hora cibo niſi quam dederit petoſiris.

Pezice penultima cum. z. conſonante &. i. latino. ultima cum. c. exili ſcribitur: genus eſt fungorum: qui (teſte Plini. xix. naturalis hiſtoriæ) ſine radice: aut ſine pediculo naſcuntur.

Phæaces prima cum. æ. diphthongo. ultima cum. c. exili ſcribitur: fuerunt populi corcyræ ſub dictione Alcinoi regis: ut late monſtrauit Homerus diuerſis in libro odyſſeæ, de quibus Virgilius in. iii. æneidos. Protenus aereas phæacum abſcondimus arces. Et Iuuenalis in ſatyra: Quis neſcit uoluſi: Iam uacui capitis populum phæaca putauit.

Phædon cũ. æ. diphthõgo ſcribit̃: fuit teſte Gellio in. ii. noctiũ atticarũ helidenſis

ex cohorte ſocratica. Socratiq; & Platoni p fuit familiaris. Eius nomini Plato illum librū diuinū de imortalitate animæ dedit. & ut pgit idem auctor (Is Phædon ſeruus fuit forma: atq; ingenio liberali: & ut quidam ſcripſerunt a lenone domino puer ad merendū coactus: eū Cebes ſocraticus hortante Socrate emiſſe dicit: habuiſſeq; in philoſophiæ diſciplinis. Atq; is poſtea philoſophus illuſtris fuit. ſermoneſq; eius de Socrate admodū elegantes leguntur. At uero Laertius dicit eum ex nobili familia cū patria una comprehenſum coactumq; intra cellulā infami ſe queſtui addicere: & adiecto hoſtiolo Socratis cōtubernio magiſterioq; uſum: quo ad ipſum Alcibia. ſeu crito Socra. monente redimeret.

P hædrus cum. æ. diphthōgo ſcribitur: fuit unus ex diſcipulis Platonis: cuius nomini Plato librum nobilem edidit.

P hædra cū. æ. diph. ſcribitur: fuit regis Minois ex Paſyphe cōiuge filia. Hæc una cum Ariadne ſorore Theſeum Aegæi regis athenarū filiu ſecuta eſt: quam ille: relicta Ariadne: uxorē ſibi copulauit: cui Demophontem peperit & Antigonu: de qua in dictione Ariadne: & in dictione Hyppolytūs uidimus.

P hædyme prima cū. æ. diphthongo ſequens cum. y. græco ſcribitur: fuit teſte Herodoto in. iiii. hiſtoriarum Otanis nobilis perſæ filia.

P hæræus cum. æ. diphthongo in prima & ſecunda ſcribit: fuit Alexandri cuiuſdam tyranni in phæræa urbe cognomē. de quo Cicero in. ii. rhetoricæ de inuētione. & in. ii. de officiis meminit.

P hæſtus cū. æ. diphthongo & . t. exili ſcribit: fuit teſte Homero in. v. iliados filius Bori meonii ſiue lydii. qui ueniens in auxiliū troianorum ex fertili tarna ab Idomeneo interficit. eſt etiā mons cretæ. ſiue pmontorium circa cortinā urbē. ac ciuitatis in eo loco nomē: ut oſtēdit idem Home. & in. ii. iliados: & in odyſſea.

P hætuſa prima cū. æ. diph. ſequēs cum. th. aſpirato ſcribit: fuit Solis filia ex Neæra nympha & ſoror Lāpetiæ: quæ in ſicilia patris ſui: hoc eſt Solis armenta cuſtodiebant: de quibus ſotii Vlyxis contra Circes monita de guſtantes naufragium fecerunt: ut in. xii. odyſſeæ mōſtrauit Home. Oui. etiā de illa meminit i. ii. metamor. dum de mutatione ſororum phaetōtis loqueretur: cum ait.

Ille more ſuo (nam morem fecerat uſus)
Plangorem dederant: e quis phætuſa ſororum.
Maxima: cum uellet terræ pcumbere: queſta eſt.
Diriguiſſe pedes.

P halacrus cū unico. l. & . c. exili ſcribitur: dici poteſt latine caluus. Sed fuit eo nomine teſte Homero in. x. odyſſeæ Aeoli filius ex Lepatra coniuge.

P halaris cū unico. l. & . i. latino ſcribit: fuit acrigentinus tyrannus crudeliſſimus ante urbē conditā circa annos ſexaginta quattuor: ut quidā ferunt. Cui Perillus æris opifex cupiens placere: ex ære taurum fabricauit: & ianuam i latere poſuit: ut incluſus reus ſubiectis ignibus torqueret: & ſonus uocis hominis ex clamantis non genitus: ſed bouis mugitus uideretur: pro quibus dicebat ad tyrannum teſte Oui. in. iiii. de triſtibus: Vt munus munere penſes.

Da precor ingenio munera digna meo.
Dixerat. & phalaris pœnæ mirandæ repertor:
Ipſe tuum preſens imbue dixit opus.

P halera cū unico. l. ſcribitur: eſt equorum ornamentum: hoc eſt phanera. Nam a φανερῶ: quod eſt illuſtro deſcendit: eo q huiuſmodi ornamentis illuſtrari uidebatur equus: dicente Iuuenale in ſatyra quæ incipit Atticus eximie: Magnorum artificum frangebat pocula miles: Vt phaleris gauderet equus. Et Virgili. in. v. Primus equm phaleris inſignē uictor habeto. Sed dicitur magis pluraliter

P halanx cum unico. l. & in fine cum. n. ante. x. ſcrbitur: uerbum eſt peregrinum etiam apud græcos. Nam teſte Seruio ſuper. xi. æneidos. linguo macedonum legio dicitur: Ideo ait Virgilius. Tum mœſta phalanx. & alio in loco. Agamennoniæq; phalanges. Sed nonnulli alii phalangem: hoc eſt agmen exponunt: quod teſte Seruio ſup octauo æneidos pprie eſt exercitus ambulans: & ut inqt omne aliud abuſiue dicitur. Sane apud Pliniū in. vii. naturalis hiſtoriæ. phalāges etiā ipſe fuſtes quidam dicuntur. Vnde ait: Prelium aphri cōtra ægyptios fecere fuſtibus: quos uocant phalangas.

P halernus cum unico. l. ſcribitur: & i genere maſculino mons ē cāpaniæ uinetis refertiſſimus: & ut quidā putant ab homine ſic cognominato nomen ſumpſit. Eſtq; prope puteolos: ut dixit Seruius ſup. ii. georgi. De quo Martia. in. xii. meminit cum ait: Nec in phalerno monte maior autūnus.

P halernum cum unico. l. ſcribitur: & in genere neutro: atq; etiā maſculino uinū eſt optimum: ſic quoq; cognominatum: qa in agris phalerni mōtis naſcit: Qui (teſte Plinio in. iii. naturalis hiſtoriæ) ſunt in campania. Eſtq; uinum fumoſum ut oſtendit Tibullus in. ii. cum ait: Nunc mihi fumoſos ueteris proferte phalernos Conſulis: & chio ſoluite uincula cado. Et ſimiliter dicitur uinum ſetinum: gauranum: ſurentinum: ut uidimus in dictione cæcuba. & uidebimus in dictione ſurrhentum: & ut ait Pli. li. xiiii. natu. hiſtori. Cæſar dictator triumphi ſui cœna uini phalerni amphoras: chii cados in cōuiuio diſtribuit. Epulum uero i tertio conſolatu ſuo phalernum chium leſbium mamertinum. Quo primū tēpore quattuor genera uini appoſita conſtat. Poſtea uero alia omnia in nobilitatem uenere: & circiter ſeptingenteſimo urbis anno.

P haliſci cum unico. l. atq;. i. latino atq;. c. exili ſcribitur: populi fuerunt hetruſci: de qbus habuimus in dictione pyrpi. Hi potiſſimum colebant Iunonē: ut oſtēdit Ouidi. in. vi. faſtorū cum ait: Adde ſenē tatium Iunonicolaſq; phaliſcos.

P hanum cum. ph. aſpirato ſcribit: ædes eſt ſacra: quæ latine ſplendidum & illuſtre deſignat. Nā a φανέρω: quod eſt illuſtro deducitur.

P haneus abſq; aliq diph. ſcribit: hētq; accentū ſupra. e. Nā græce φάνης ſcribit. Et ē teſte Seruio ſup. ii. geor. mons i chio: ſic quoq; dictus a phaneo rege.

P hago cu. ph. aſpirato ſcribitur: dictio eſt græca: quæ apud nos dicitur māduco unde phagos edax dicitur. & phagoloedoros turpiter comedens. Hierony. ſuper Ezechielem: Vereor ne illud eis eueniat: quod græce ſignificātius dicitur: ut uocentur phagoloedori. ſ. cū. œ. diph. in antepenultima. Nā cōponitur ex phago: & λόιδορον: quod ē contumelioſum. Sane ex phago cum. ph. ſcripto deducit fagus arbor: quæ per. f. & nō. per. ph. ex iuueterata cōſuetudine ſcribit: Nā teſte Seruio ſuper Tityrum Virgilii fagus arbor a φαγεῖν: quod ē comedere deducit Cum prius homines glandes comederent: quas ut dixit Pli. in. xvi. natu. hiſtor. proprie ferunt robur fagus: quercus: æſculus: cerrus: ilex: ſuber. Et in eodem li. prius dixerat: Dulciſſima omnium glans fagi: ut qua obſeſſos etiā homines durauiſſe in oppido chio tradat Cornelius Alexander. qui & a phago phagus deducitur: ut in ſua dictione uidebimus.

P hanes cum unico. n. ſcribit: fuit teſte Herodoto libro hiſto. iii. uir alicarnaſſeus:

P

qui cum diu in ſutietate. Amaſis regis ægypti fuiſſet:tãdem accuſatus:ex ægy
pto ĩ perſas tranſfugit.& Cambyſæ traiicere uolenti in ægyptum adhæſit:cu
ius conſilio Cambyſes uſus eſt.& cum uiam non ſatis commodam ad traiicien
dum comperiret:hic euȝ docuit per arabiam iter facere.
P haretra cũ.t.exili ſcribitur:id dicitur inſtrumemtum:in quo ſagittæ portaut̃.
P armacum cum.c.exili ſcribitur:dicitur latine uenenum. Vnde Caius iuriſcon
ſultus ad legem.xii.tabularũ inquit:Qui uenenũ dicit:adiicere debet: utrũ ma
lũ an bonũ Nã & medicamẽta uenena ſunt:quia eo nomĩe omne continet̃ : qđ
adhibitum naturam eius:cui adhibitum eſſet mutat.Cum id quod nos uene
nenum appellamus:græci φάρμακον dicũt. Apud illos quoq; tam medicamẽ
ta:q̃ quæ nocent:hoc nomine continentur. Vnde adiectione alterius nominis
diſtinctio fit. Ad monet ſummus apud eos poetarum Homerus ſic dicens.

P haros cum unico.r.ſcribit̃:fuit olim paruã ægypti inſula contra nili hoſtia:ſic
cognominata) ut Anticlides ſcriptor græcus atteſtatur) ab nauclero Menelai:
cui id nomẽ erat:qui ibidẽ ab aſpide interẽptus:& ſepultus fuit.Et ut Homeri
co carmine proditum eſt ab eiſdem oris curſu diei obducebatur. At tẽpore Põ
ponii eo.teſte alexandriæ quæ ĩli appoſita iacet ponte cõiungitur:dicente etiã
Luca.in.x.Pharon inſula quondam.
In medio ſtetit illa mari:ſub tempore uatis.
Proteos.at nũc ẽ pellæis ꝓxima tauris.In hac teſte Curtio Magnus Alexander
nouam urbẽ condere ſtatuit:ſed cum magnæ ſedis capax non eſſet:ex illius op
poſito cõdidit alexandriã.Sane in eadẽ inſula teſte Pli.in.xxxvi.natu.hiſto.lito
ralis maxima turris fuit:nauigantibus lumen exhibens a Philadelpho rege con
ſtructa:quæ inter ſpectacula mundi cõnumeratur: quia ſuper quattuor can
cris uitreis locata fuit.Alii uero ab Alexan.conſtructam eam dicũt.eadem pal
mis abundat:ut oſtendit Oui.in libro.ii.de ſine titulo:dicens ad Iſim:Quæ co
lis & memphi:palmiferanq; pharon.
P haſis cũ unico.s.&.i.latino ſcribitur:eſt colchorũ ꝑgrandis fluuius:de quo Lu
canus in.iii.Colchorũ qui rura ſecat ditiſſima phaſis.Per hunc argonautæ:cũ
Iaſone intrauerũt ad colchos dicẽte Oui.iuxta initiũ libri.vii.ubi fabulã late ꝑ
ſequitur.Multaq; ꝑpeſſi claro ſub Iaſone tandẽ cõtigerant rapidas limoſi pha
ſidos undas. Vnde & ipſa Medea phaſias a poetis nõnũq̃ dicitur. Oui.in.iii.de
arte. Phaſias æſonidem.circe tenuiſſet ulyxem.
P hariſæus penultima cum.æ.diphthongo ſcribitur:nomen eſt appellatiuuȝ cu
iuſdam ſecte iudæorum:qui præ cæteris religioſiores uidebantur.
P heræ prima cũ.e.abſq; diph.ſcribitur:fuit teſte Homero in.viiii. iliados ciuitas
in argo:ꝓpinqua pylo:& ſub dominio Agamẽnonis.Et ut quidam expoſitores
aſſerũt ſic quoq; a flumine per eam decurrente cognominata.
P herecydes abſq; aliqua diphthõgo & cũ.y.græco ſcribitur:fuit ſyrus Baſis fili
us:& philoſophus ſuo tempore egregius.fuitq; Pittaci auditor.Et:ut Theopom
pus tradit primus qui de diis & natura apud græcos ſcripſit.primuſq; teſte Ci
cerone in libro tuſculanarũ animos hominũ ſempiternos eſſe aſſeruit.Quin &
teſte Laertio multa etiam prædixit:quæ mirabilia uidebantur.Nam cum uide
ret ex litore currentem nauem plenis uelis:eam mergenda prædixit. quod ante
illius oculos factum eſt. Aquam ex puteo.cum biberet poſt diem tertiũ futuruȝ

terræmotum prædicauit. atq; ita factum eſt. Conſuluit Perialo hoſpiti ut me
ſana cum tota familia diſcederet:quod ille neglexit. Sed urbe deide ab hoſtibus
capta:ſe & ſua perdidit.Quin & plura alia de illo feruntur:quæ apud eundem
auctorem qui uoluerit legere poteſt.Idem teſte Plinio in.xii. naturalis hiſtoriæ
proſam orationem primus condidit tempore Cyri regis.Eundemq; dicit ſpiraſ
ſe copia ſerpentum ex corpore eius erumpente.floruit regnãte Tullio Hoſtillio
& fuit præceptor Pythagoræ.
P heremon abſq; diphthongo ſcribitur:fuit teſte Homero in.x.odiſſeæ filius Aeo
li ex Lepatra uxore.
P heretrũ cũ.ph.aſpirato &.t.exili ſcribitur:Nã teſte Seruio ſup.xi.ænei.græcum
uocabulũ ẽ:q latĩe dicit̃ capulus ab eo:ꝙ corpus capiat. Vnde ait Plautus: Ca
pularis ſenex.i.uicinus capulo.Quid ꝙ fero in ſuo themate græcũ ẽ: qđ ſi tem
pora uniformiter ꝓduceret cũ.ph.ſcribendũ eſſet.Sed hic quoq; ꝑualet conſue
tudo:niſi ab eo deriuata cũ aliis dictionibus græcis cõponãtur:ut œnophoros:
Chriſtophoros & ſimilia.Quid ꝙ etiã fama:ut in prioribus libris uidimus græ
cũ dicit̃:& cũ.ph.a nõnullis ſcribit̃:ac latine rumorẽ dici affirmant. Vt Cicero
philippicis:ĩprobiſſimis inqt rumoribus diſſipati.& non lõge poſt:hoc triduo:
uel q̃driduo triſtis a mutina fama manauit. Nã ſignificat̃ his duobus noĩbus
ſermo qdã in populo ſine certo auctore de re aliq̃ recenti: ſiue bona ſiue mala.
frequenter tamẽ & ꝓ opinione quadã ĩueterata accipitur: ut fama eſt athenas
nõ plus uigĩti milibus annorũ fuiſſe cõditas. Accipit̃ etiã ꝓ laude & celebrita
te hominis:ut fama Camilli:fama Scipionũ:fama tua:fama mea.ꝓ quo non re
cte dixeris rumor. Sed latinum eſſe: & potius p.f.q̃ p.ph.ſcribi debere: Priſcia
nus in primo cum de.f.littera pertractat oſtendere uidetur.
P hiala cum.i.latino ſcribitur:nec uitrea uaſa deſignat:aut ab hyalos:qđ ẽ uitrũ
deriuatur.ſed teſte Iulio Polluce de uocabulis rerum ad Cõmodum imꝑatoreȝ
uaſa quæq; deſignat uini aut aquæ capacia:qbus in menſa utimur. Iuuen. idẽ
ſentire uidet̃ in ſatyra.Si te ꝓpoſiti cum ait:Byrrho tenet phialas:tibi nõ cõmit
titur aurum.hoc ẽ tenet uaſa aurea:quæ tibi nõ cõmittuntur.
P hidias cum.i.latino utrobiq; ſcribitur.apud græcos uero ẽ in prima.ei.diphthõ
gus:quæ a noſtris: ut ſæpe uidimus in.i.ꝓductam cõmutatur.fuit ſtatuarius
clariſſimus:& teſte Quintiliano in.xii.de inſtitutione oratoria diis q̃ hominibus
effingendis melior artifex creditus.In ebore uero longe citra æmulum.uel ſi ni
hil:niſi Mineruã athenis:aut olympium in elide Iouem feciſſet.Cuius pulchri
tudo adiæciſſe aliquid etiam recæpte religiõi uidetur:adeo maieſtas operis deũ
æquauit.Quare inquit Pli.in.xxxvi.naturalis hiſtoriæ.phidiam clariſſimum
eſſe ꝑ omnes gentes:quæ dei Iouis olympii famam intelligunt:nemo dubitat.
Sed ut merito laudari ſciant:etiam qui opera eius nõ uiderunt.perferimus ar
gumenta parua & ingenii tantum.Neq; ad hoc Iouis olympii pulchritudine u
temur:nõ Mineruæ athenis factæ amplitudine:cum ſit ea cubitorum uiginti
ſex.Ebore hæc & auro cõſtat.Sed in ſcuto eius:in quo amazonum prælium cæ
lauit:ambitu parmæ eiuſdem cõcaua ꝑte:& gigantum dimicationem: In ſoleis
uero lapitharũ & centaurorum:adeo momenta oĩs artis illi fuere . In baſi auteȝ
quod cælatum ẽ dii ſunt.xxx.numero:noſcentes uictoriã mirabili & præcipuo
precio.Miramur & ſerpentem:& ſub ipſa cuſpide æream ſphingẽ. hæc ille.Sed
ut ait Cicero in.i.tuſculanarum:cũ inſcribere non liceret:ſui oris ſimilẽ ſpeciẽ

adeo artificioſe iuclusit in clypeo : ꝙ ea cōuulſa tota opis colligatio ſolueretur.
Et ut de fiducia ſui Valerius Maximus rettulit pfecto ſimulachro Iouis olym‐
pici:quo nullū præſtantius:aut ámirabilius hominū manus fecerant: interrō‐
gatus ab amico:quo ná mentē ſuá dirigens uultū Iouis ꝓpemodū ex ipſo celo
petitū eboris liniamētis amplexus eſſet Homeri uerſibus quaſi magiſtro ſe uſuꝫ
fuiſſe reſpōdit.Et Pli.in.vii.natu.hiſto.Phidiæ Iuppiter olympius inquit quo‐
tidie artificii excellētia teſtimoniū phiber.Et libro.xxxvi.rettulit Venerem illi‐
us eſſe romæ in Octauiæ operibus eximiæ pulchritudinis. Et lib.xxxiiii.dixit
illū floruiſſe olympiade tertia & octuageſima circiter tricēteſimo noſtræ urbis
anno.Nec ſolū ex ebore:ut in eodē libro idem auctor oſtēdit:ſed ex ære ſigna fe‐
cit.Fuereq; eodē tēpore eius emuli Calchamenes:Critias:Beſtotes:Aeglas.Et de
inde olympiade octuageſimaſeptima Hagellades:Gallō:Polycletus:Corgias:La
con:Myron:Pyrhagoras:Scopas:Pelius.ex his Polycletus diſcipulos habuit Ar
gium:Aſopodorum:Alexim:Aiſtidem:Phoenionem:Dinonem:Antenodorum
Demeam:Clitorum:Myron:Nonageſimaquinta olympiade floruere Naucides:
Dinon:Patroclus.Centeſimaſecūda Polycles:Cephiſodotus:Lemares:Hippoto‐
dorus.Centeſima.iiii.Praxiteles:& Euphranor.Centeſima.vii.Etioter: Hymach
us.Centeſima.xiiii.Lyſippus fuit:cum & Alexander magnus.Item Lyſias: Toſi
us & frater eius Thones:Euphronides:Soſtratus:Ion qui teſte Pli.nullo docto‐
re nobilis fuit.ipſe diſcipulum habuit Zeuſiadem.Centeſimauigeſima Eutycra
tes:Chebis:Sicrotus:Timarchus:Pyrromaches.Ceſſauit deinde ars teſte eodem
Pli.ac rurſus Olympiade centeſima quinquageſimaſexta reuixit:Habuit artifi
ces longe infra prædictos probatos.

P hyleus cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:fuit teſte Homero in.xii.iliados unus
ex ducibus græciæ:qui ad troiam nauigarunt.

P hilos cū.i.latino & unico.l.ſcribit̄:dicit̄ latine amicus:unde philocalus bonus
amicus; & philocharis cū.ch.aſpirato i penultima charus & gratioſus amicus.
Et philotimus p̄cioſus amicus.Ná cōponit̄ ex philos.& καλός: q eſt bonus:ac
χάρις:quæ ē gratia:& τιμή:qđ ē p̄ciū.Pli.i.vii.na.hiſto.Publius iqt Catienus
philoti.patronū adeo dilexit:ut heres oibus bōis iſtitutus. i rogū eius ſe iaceret

P hilolaus cū.i.latino & abſq; duplicatione ipſius.l.ſcribit̄:fuit crotoniata philo‐
ſophus pythagoricus.Hic opinatus eſt omnia harmonia ac neceſſitate comple‐
ri:terranq; moueri ſecundū primū circulū.Morit̄ ſuſpectus de molitione tyrā‐
nidis.Ab huius conſanguineis ſcripſit Hermippus Platonē profectum in Sicili
am emiſſe pythagoricos libros argenti minis alexandrinis ſexaginta. atq; inde
tranſſumpſiſſe Timæum:de quo in dictione Plato uidebimus.

P hilomena cum.i.latino & unico.l.ſcribitur:& interpretat̄ φιλοῦσα idest amás
μῆλα mala:quæ poma ſunt:ſeu oues:fuit pandionis athenarum regis filia : &
ſoror prognes uxoris Terei regis thracum:a quo cum cōduceretur ad progneꝫ
uiſendá ſtuprata:ac deinde tantū ſcelus acclamans lingua priuata fuit.Quod
cum ſoror progne poſtmodū cognouiſſet:Itym filium comedendum patri ap‐
poſuit.Atq; deinde omnes in auem conuerſæ ſunt.ut in.vii. metamorph. libro
Ouidi.eloquētiſſime enarrauit.Quam omnem tragœdiam miro ſtilo & par an
tiquis Grego.Corrarius uenetus diuino quodam ingenio noſtra ætate: dū ado
leſcentulus eſſet pertractauit imitatus Thyeſtem Senecæ: quo in nulla re mi‐
nor comperitur.

P hilortiū cū.i.latiō utrobiq; &.t.exili ſcribitur:nomē eſt fœminæ: more græco p
diminutionē amatoriæ adulationis ꝓlatum.Et a philos: q eſt amor deductum

P hiloſophia cū.i.latino & unico.l.ſcribitur:& latine dici pōt amor ſapientiæ.Ná
philos amor:& ſophia ſapientia dicitur.Et apud pſas primum claruiſſe ac eorū
ſapientes magos fuiſſe dixerunt.apud babylonios uero:& aſſyrios deinde fluxiſ
ſe chaldeos:apud indos autē gymnoſophiſtas:quos ꝓ ſapientibus habuerunt.
Ná ut clearchus ſolēſis affirmat:a magis gymnoſophyſtæ profluxerunt. Ex his
ut aiunt ad ægyptios philoſophia manauit.Cuius rei antiſtites:ſacerdotes ac ꝓ
phetas appellant.Ná teſte Ariſto.li.i.de philoſophia ægyptiis antiquiores ſunt
magi.Inde apud celtas:ſeu gallos dryidæ ſapientes fuere:de qbus in dictiōe dry
idæ uidimus.Sed magorum principē Zoroaſtrē pſen fuiſſe memoriæ proditū
eſt.hunc Dion ex interpretatione ſui nominis aſtrorum aſſerit fuiſſe cultorem
Ab hoc uſq; ad excidium troiæ Hermodorus platonicus in libro diſciplinaruꝫ
annos qnq; milia cōputat.Aegyptiis uero nili filiis Vulcanuꝫ philoſophiæ prī
cipia aperuiſſe dicunt.a quo uſq; ad Alexandrum macedonem regē annos flu‐
xiſſe aſſerunt octo milia octingentoſſexagintatres. Fuiſſe etiá apud phœnicas
Ochū ſapientum uoluut apud thracas Zamolxin & Orpheū.apud libycos At
lantē.apud græcos uero Muſæū & Linum primos fuiſſe dicunt.poſt quos Ho
merum aduenifſe & Heſiodū ferunt.Náq; etiá poetas ſophorum uocabulo exor
nabant.Hos ſeptē græciæ ſapientes nō puo tēporis iteruallo ſecuti ſunt quorū
hæc ſunt noia Thales:Solon:Periander:Cleobolus:Chlon:Bias:Pittacus:de qui
bus in ſuis dictionibus explicauimus:explicabimuſq;.Sane his annumerant q
dam Anacharſim ſcythá Myſonē cheneum Pherecydē ſyrum:& Epimenidē cre
tenſem.Alii & Pyſiſtratū ryrannum.poſt hos Pythagoras primus nō ſe ſophon
ſed philoſophon appellauit.Ná cum Leontē ſicyoniorum tyránum:ſiue phila‐
ſiorum teſte Heraclide in olympicis alloqueretur: & diceret ſe nō ſapientē: cum
ſolus deus ſapiens eſſet.Interrogatus quoniá cognomine uocaretur: Reſpōdit
ſe philoſophum eſſe:hoc eſt ſapientiæ amatorem:quē reliqui omnes ſecuti ſunt
Itaq; duo philoſophiæ principia profluxere.Vnum quod ab Anaximandro io‐
nicum eſt appellatum:eo quod Thales fuerit mileſius ex ionia: & hic quoq; An
aximandrum iſtituit.Quod uero ex Pythagora italicuum eſt dictum:eo quod
eius auctor Pythagoras: ut plurimum in italia philoſophatus eſt. Et deſiit io‐
nica philoſophia in Clytomachcum:Chryſippum:& Theophraſtū. Italica uero
in Epicurum.Itaq; Thaleti uni ex ſeptē ſapientibus ſucceſſit Anaximáder phi
loſophus.Anaximádro Anaximenes.huic Anaxagoras.huic Archelaus.huic So
crates:q primus æthicá iuexit.huic Plato:qui academiá inſtituit. huic Speuſip
pus & Xenocrates.Ei polemo.huic Crátor:& Crates.Cui Arceſilaus: qui mediá
induxit academiá.huic Lacides:qui nouá iuenit.huic Carneades.huic Clytho
machus.atq; in hunc modū in Clythomachum deſiit. mt & in Chryſippuꝫ ſic
quoq; deſiit.Ná & Socrati etiam ſucceſſit Antiſthenes.huic Diogenes cynicus.
huic Crates thebanus.huic Zeno.huic Cleantes.huic Chriſippus.In Theophra
ſtum uero p hunc modū deſiit.Platoni ſucceſſit Ariſtotiles qui pipateticam ſta
tuit.huic Theophraſtus.Et in hunc modū ionica philoſophia in Theophraſtū
deſiit.Italicæ autē hæc fuit ſeries:Pherecydi ſucceſſit Pythagoras. huic Thelau
ges filius.huic Xenophanes.huic Parmenides.huic Zeno Heleates.huic Leutip
pus.huic Democritus.huic q̄plurimi.Sed iter reliquos Nauſiphátes Nacydeſq;

celebrantur.His ſuo ordine ſucceſſit Epicurus.& ſic italica philoſophia in Epi-
curum deſiit:Sane ex his quos rettulimus:& eorum auditoribus nõnulli a ciui
tatibus ſunt appellati:ut helienſes megalẽſes.quidã a locis:ut academici:ſtoici.
ab euentibus:ut peripatetici.ab effectibus:ut eudæmoniaci.ab elationis faſtu :
ut qui ſe philalethes.i.ueritatis ſtudioſos: ſiue electicos:aut analogiticos uoca-
uerunt.a natura rerũ:ut phyſici.a preceptoribus:ut ſocratici:platonici. ariſto-
telici.epicurei.a maioribus:ut æthici.a differendo dialectici.Veteuis academiæ
iſtitutor & prīceps fuit Plato.mediæ.Arceſilaus nouæ Lacydes.ꝑipateticæ Ari.
ſtagyrites.ſtoicæ Zẽo cictiẽſis.epicureæ Epicurꝰ. Cyrenaicæ Ariſtippus cyrene
us.heliacæ Phedõ helienſis.megaricæ Euclides cynicæ Antiſthenes atheniẽſis.
eretricæ Menedemus eretrienſis.Philoſophia igitur:cum amor ſit ſapientiæ : &
ſapientia ipſa doctrinas omnes complectatur:conſtat philoſophiam conueniẽ-
tiſſime ad omnium diſciplinarum amorem protendi.Ita ut ſiquẽ perfectũ phi-
loſophũ eſſe dicamus:eũdẽ & in oĩbus doctrinis excellere nobis quoq; fatenduꝫ
ſit. Quin & eundẽ illũ oratorẽ dici poſſe:quẽ & Cicero & Quintilia.in lib.ſuis
cupiũt:exoptãtq;.Sed cũ eiuſmõi excellẽtiam ac ꝑfectionẽ nullos adhuc adep-
tus fuiſſe nouerimus.& plæroſq; legerimus:quibuſdã philoſophiæ ptibus:& il-
lius ꝓfeſſione fuiſſe cõtentos.Id actũ ẽ:ut philoſophus & orator mutuo ſe diui
ſerint:qa nec ille:quæ ad uerũ philoſophũ:nec hic:que ad uerũ oratorẽ ſpectãt
cõſequi ualuerũt.Quæ etſi utiq; habuiſſent:ĩ nullo ꝓrſus a ſe inuicẽ diſtarent
niſi & ea oĩa Ariſtoteli magis:q̃ alteri hominũ affuiſſe dicamus:Theophraſtoq;
eius auditori:qui omnẽ magiſtri ſui doctrinã mira eloquẽtia ꝓſecutus eſt.Cui
etiã cũ Tyrtamo nomẽ eſſet Ariſtoteles ipſe teſte Boetio & Laertio : ob diuinam
illius eloquẽtiam Theophraſtum uocitauit:ut in ſua dictione uidebimus.Qui
tamẽ ut Gellius in octauo nocticũ atticarũ rettulit cũ oĩbus ſuæ ætatis facũdiſ
ſimus eſſet:uerba pauca ad populũ athenienſem facturus:deturbatus uerecũ-
dia ſiluit.Itaq; & qui dicerẽt:& q ſaperent ſe diuidentes:& partes quinq; ſuas ꝓ
facultate capientes:ſeipſos etiam nominibus diuiſerunt:ut hic philoſophus:ille
orator diceretur.Vnde ait Cicero in ꝓœmio de officiis:Equidem Platonẽ exiſti
mo ſi genus forenſe tractare uoluiſſet:grauiſſime & copioſiſſime potuiſſe dice-
re:& Demoſthenem ſi illa:quæ a Platone didicerat tenuiſſet:& pronuntiare uo
luiſſet:ornate ſplendideq; facere potuiſſe.Eodem modo de Ariſtotele & Iſocrate
iudico:quorum uterq; ſuo ſtudio delectatus:contempſit alterum.Sed ipſa phi-
loſophia ſeu mauis ſapientia in quinq; partes principaliter ſeparatur in phyſi-
cam:metaphyſicam:æthicam:mathematicam:& logicam. Phyſica ea dicitur :
quæ de mundi huius corporalis: ac mobilis natura:& his quæ ĩ eo ſunt corpo-
ralibus ꝑtibus:ſuis rationibus differit:& inquirit:quã ſolã uſq; ad Archelaum
Socratis præceptorẽ philoſophi oẽs ꝓſecuti ſunt.Poſt hos uero Socratem & Pla
tonẽ Ariſtotiles pluribus libris exquirẽs:exactiſſime pertractauit. Metaphyſica
uero illa dicitur:quæ ſupra mutabilẽ naturã ſe erigens : incorporalia quæq; &
ſempiterna certis ratiõibus ꝑſcrutať. Sed hoc quoq;:cum duplici uia fieri poſ-
ſe contingat:duplicem ex ea cã metaphyſicam efficit.Nam uel ex ipſius naturę
principiis incedit:& ſic quoq; Ariſto.eſt metaphyſica:Theophraſtiq; : & ꝓ ma-
gna parte Platonis.Vel ex his ꝓgreditur initiis:quæ ſupra naturã degũt:& no
bis ex diuina reuelatione prorſus inclaruerũt:& ſic quoq; chriſtianarũ ẽ altiſſi
ma metaphyſica:quã theologiã appellamus:& quæ ex fidei articulis diuinitus

reuelatis ꝓgredit̃:& argumentatur:quã ſane ex auctoribus antiq̃s ſolus Plato
aliquãtiſper deguſtauit.Aethica autẽ ea ẽ:quæ de inſtitutiõe hũanæ uitæ ſuis
rõnibus differit:& ꝑtractat.Sed hoc triptito apud illos fieri cõtingit.Quoniam
uel inſtitutionẽ explicat hoĩs:ut aĩal ẽ rõnis capax.Vel ut paterfamilias: uel ut
ciuis.Et primã horũ ꝑtẽ.Socra.pulcherrimis diſputationibus inchoauit. Quã
poſt illũ & Platonẽ Ariſto.in.x.uolumibus:quæ æthica noĩant̃: abſolutiſſime
ꝑtractauit.Quin & in illius appræhenſione finis academici quoq; plurimũ in-
ſudarunt:ſtoiciq;:& cyrenaici philoſophi:ac heliaci:megariciq;:& cynici: & ere
thrici.Apud noſtros uero ex antiq̃oribus q̃dem Cicero & Seneca ex moderniori
bus uero nõnulli celebres clariſſimiq; chriſtiani fuerunt: q rẽ omnẽ manifeſtiſ
ſime enuclearunt.Secundã uero ꝑtẽ:quæ inſtitutum apud ſe hominẽ accipit:
& familiam inſuꝑ regere: ac diſponere docet Xenophon ipſe in oeconomicis: &
poſt illũ Ariſto.& Theophraſtus explicarunt: Traduxit Denophõtis œconomi
cam Cicero quã ꝑdidimus.Tertiã autẽ ꝑtẽ:quã ciuilẽ uocant: & in adminiſtra
tionẽ reipub.uerſat̃ Plato ipſe.x.clariſſimis uoluminibus abſoluit Ariſto.viii.&
noſter Cicero ſex de rep.libris editis explicauit.Cõprehendit & tertia hæc ꝑs in
tra ſe ſanctas leges & ciuilia iura:quæ in adminiſtrationẽ reipu.ſunt neceſſaria
Quas Plato tredeci uoluminibus:Cicero q̃ttuor (licet mõ diuerſo) collegerunt
Mathematica uero:quæ & diſciplina a nobis dici põt. Quadrifariã diuidit̃ ari
thematicam:muſicaꝫ:geometriã:& aſtronomiã.Arithmetica: quæ & numeralis
dici põt:qa de numeris & eorum q̃litatibus tractat a pythagoricis plurimũ cele
brata fuit.& a Boetio noſtro pulcherrime in artẽ redacta ẽ. Muſica uocum pro
portiones generaq; & qualitates explicat.Quã Pythagoram inueniſſe: & Ariſto
xenum abſoluiſſe dicunt.Apud noſtros uero Boetius & Auguſtinus aliiq; non
nulli tractauerunt.Geometriã menſuras rerum in longum latum & ꝓfundum
edocet.in q̃ Euclides ꝓcipuus fuit.hæc ſub ſe ꝑſpectiuã continet:& geographiã
& illa quidẽ radiorũ reflexiones:ac q̃litates inq̃rit:hæc uero terrã pingit: ac ur
bium diſtantias.& loca quæq; menſurat. ut Ptolomæus tẽpore Traiani & An
tonini principum romanoruꝫ.& ante illum Strabo magnis & pulcherrimis uo
luminibus indicarunt.Apud noſtros Pli.in li.natu.hiſto.Solinus in collectane
is:& Põpo.aliiq; nõnulli abſolutiſſime tradiderunt. Aſtrologia ut eius nomen
deſignat aſtrorum curſus:& recurſus:eorũq; cõiunctiones: & diſtantias certis
rõnibus indicat.In qua & ꝑſæ quoq; & ægyptii præcipue floruerunt. Immo te
ſte Laertio aſſerunt ægyptii primos ſe fuiſſe aſtrologiæ inuentores: arithmeti-
cæq; & geometriæ. Id idẽ Ariſtotiles in ꝓœmio methaphicæ confirmauit. ĩ hac
maxime Ptolomæus effloruit.Et apud noſtros celebres quidam uiri & moderni
ut Andalo ſenenſis:Criſtopho.& alii nonnulli claruerunt. Logica autem quæ
& ſermocinatiua interpretatur in grãmaticam diuiditur:poeticcaꝫ:dialecticam
rethoricam & hiſtoricã.Mam & hæ omnes ampliores ſunt:& unierſaliores diſci
plinæ:& uniuerſaliora ſermocinantur: ac ad cæteras extendi ualent. Grãmti-
ca quideꝫ:ut recte quoq; & ſecundũ approbarorum cõſuetudinem in qualibet
diſciplina cõſtruat & loquatur.Poetica uero:ut ex omni doctrina accipiens: ef
fingendo:ac fabulando doceat:& delectet.Dialectica autem: ut conciſa & ꝑſſa
diſputatione uerum & falſum undecunque eliciat.Rhetorica ut apta & ampla
oratione ex q̃libet diſciplina ꝓ tẽpore aſſumẽs apte dicat: ſuadeatq;: uel diſſua
deat.Hiſtorica autẽ:ut geſta regum & gentiũ:ac temporum:& rerum omnium

diſpoſitiones & qualitates fideliter & cõmode explicet. Quarũ omniũ auctores notiſſimi nobis ſunt.& quotidie in manibus uerſantur.Nam quæ de grãmaticæ initiis comperimus:in primo horũ cõmentariorum libro explicauimus.Poeticam uero in primus Muſæus; Linus & Orpheus incœptarunt.

Philoctetes cum.i.latino &.c.atq;.t.exilibus ſcribitur: fuit teſte Seruio ſuper.iii. æneidos.Pæantis filius:Herculis comes:quẽ ipſe Hercu.cum hominẽ in œthamonte deponeret:petiit ne alicui corporis ſui reliquias indicaret:pro qua re eũ iurare cõpulit.Eiq; pro munere ſagittas dedit hydræ felle intinctas.unde apud Senecam in Hercule œtæo ſic ad illũ Hercules inquit.

Accipe hæc ſate. Poeante dona:& munus alcidæ cape.
Nec fallet unq̃ dexteram hic arcus tuam:
Librare tela didicit:& certam dare.
Fugam ſagittis.ipſa non fallunt iter.
Emiſſa neruo tela.

Et lucanus in ſexto:Precioq; nephandæ Lampados herculeis fortis meliboea pharetris.Poſt hæc autẽ in troiani belli expeditione reſpõſum fuit a delphico oraculo.Sagittis Herculis ad troiæ expeditionem opus eſſe.Iuuẽtus itaq; Philoctetes:cum ab eo Hercu.quærer&:& primo ſe ſcire negaret: tãdẽ mortuum illum eſſe confeſſus eſt.Deinde cum acriter ad indicandũ cogeretur ne uerbis peieraret pede locum percuſſit. Sed cum ab aliis græcorum ducibus ipſe etiã duceretur ad bellum.quia ſolus ipſe eiuſmodi ſagittis uti poterat.unius ſagittæ caſu ille pes uulneratus eſt:quo Herculis tumulũ indicauerat.Cuius inſanabilis uulneris cã.putorem græci cum ferre non poſſent. & tamẽ pro oraculi neceſſitate diu ductus fuiſſet : conſilio ac caliditate Vlyxis apud lemnum relinquitur:Quare Aiax id Vlyxi exprobans inquit apud Ouidi in. xiii. metamorpho.

Non te pœantia proles.
Expoſitum lemnos noſtro cum crimine haberet.
Qui nunc ut memorant ſilueſtribus abditus antris.
Saxa mouens gemitu mala laertiadæq; precaris.
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma.
Heu pars una ducum:quo ſucceſſore ſagittæ.
Herculis utuntur fractus morboq; fameq;.
Venaturq; aliturq; auibus:uolucreſq; pẽtendo.
Debita troianis exercet ſpicula fatis.

Tandem cum græci illum priſtinæ ſanitati teſtitutum audirent:per eundem Vlyxem placatus ad troiam deductus ẽ ipſo Vlyxe apud eundem Oui.dicente:

Nec me ſuaſiſſe negabo.
Vt ſe ſubtraheret belliq; uiæq; labori.
Tentaretq; adeo requie lenire dolorem.
Paruit & uiuit.

Et ſubdit deriſiue ad Aiacem:

Quem quoniam uates delenda ad pgama poſcunt.
Ne mandate mihi melius telamonius ibit.
Eloquioq; uirum morbis iraq; furentem.
Molliet:aut aliquo pducet callidus aſtu.

hic tandem poſt troiæ euerſionẽ ſecutus oracula (ut nõnulli aſſerũt calabryã uenit) ubi petiliam & turinã cõdidit ciuitates:atq; i turia deinde ſepultus fuit. Alii uero nõ ſanatũ illũ ad troiam deductũ dicũt:ſed eodẽ uulnere etiã poſt euerſionẽ troiæ laborantẽ horrore uulneris ad patriã redire abnegans calabryã uenit: ubi paruã ædificauit petiliam

Philtra cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:dici poſſunt amatoria.genus ẽ ueneni amorem ingerẽtis:&(ut plurimũ)inſaniã:ut Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiã Hic theſſala uendit Philtra qbus ualeat mẽtẽ uexare mariti:& Oui.i.ii. de arte. Philtra nocent animis uimq; furoris habent.

Phillyra prima cum.i.latino & pẽultima cum.y.græco: atq; duplicato.l. ſcribit̃: fuit nympha Oceani & Tethyos filia. Ex qua Saturnus in equum uerſus (ut dicunt poetæ) Chironem progenuit.Et ab illa Chiron phillyrides eſt nominatus.Virgilius in tertio georgicorum.

Phillyrides chiron amythaoniuſq; melampus.

Phinaus cum.i.latino &.a. abſq; diphthongo ſcribitur:fuit teſte Ouidi.in.vi.metamorpho.rex arcadiæ:qui ſuggeſtione Harpalacis cõiugis ꝓprios filios occæcauit.In cuius uindictam:& illũ dii oculis priuauerũt:atq; illi harpyas aues rapaciſſimas:& fœdiſſimas ſup induxerunt:quæ nedum omnia ex eius menſa rapiebant:ſed quæq; uentris ꝓfluuio confœdabant.Sed cum ab illo Iaſon cũ argonautis benigniſſime reciperetur:hoc mercedis illi cõtulit:ut contra harpyas Zetum mitteret:& Calaim filios Boreæ ex Orithyia cõiuge iuuenes alatos:& arcubus promptos:qui illas pſequerentur:& a Phineo prorſus depellerent.hi igit̃ illas fugantes uſq; in inſulas ploas perſecuti ſunt:Vbi ab Iride admoniti:ne ulterius Iouis canes inſequerentur:retro conuerſi inſulis eiuſmodi ubi harpyas reliquerunt:nomen ſtrophados:id eſt conuerſionis indiderunt. Quæ omnia tetigit Ouidius in initio libr.vii.metamor.

Phyllis prima cũ.y.græco:penultima cũ.i.latino:at duplicato.l. ſcribit̃. fuit Lycurgi thracũ regis filia:cui adoleſcentula ſucceſſit in regno.hæc Demophoontem Theſei athenarum regis filium e bello troiano redeuntem:atq; ad ſe tempeſtate aduectũ uehementer amauit:& cõiugium rogauit. ipſe id ꝓmittens dixit ob mortẽ Meneſthei fratris uelle prius athenas proficiſci: res ſuas ordinaturus mox ad eius nuptias reuerſurus.Profectus itaq; cũ tardior eſſet: Phillis amoris impatiens ſe ſpretam credens laqueo uitã finiuit:quæ ut ait Ouid.cõuerſa ẽ in arborẽ amygdalũ ſine foliis:ſed nõ multo poſt reuerſus Demophoon: & rẽ cognoſcens plorans truncũ arboris ẽ amplexus.illa uelut ſponſi amorem ſentiens exiliit:& folia emiſit:quæ ab illa Phyllide Phylla græce cognominata ſunt. Vnde & nos folia diximus:quæ teſte Seruio ante petala dicebantur.

Phyllum cũ.y.græco & duplicato.l.ſcribit̃:dicitur apud nos folium:& inde meliphyllum herba:cuius folia ſapiunt mel:ut in ea dictione uidimus.

Physis prima cũ.y.græco:ſequens cũ.i.latino ſcribitur:dicitur latine natura:& inde phyſicus phyſica phyſicum:naturale.Et phyſica Ariſto. in plurali & neutri generis:ſubſtantiue dicuntur naturalia ipſius Ariſtotelis.

Phyſionomia prima cũ.y.græco ſcribitur:dicitur ad uerbũ naturæ regula. nã teſte Gellio id uerbũ ſignificat mores naturaſq; hominum cõiectatione quadam de oris & uultus ingenio deq; totius corporis filo atq; habitu ſciſcitari.

Phython cũ.y.græco &.th.aſpirato ſcribitur: ſerpens fuit horrendæ magnitudinis ex caleſcente terra poſt diluuiũ Deucalionis procreatus:quem Phœbus iteremit:ludoſq; phythea in rei memoriam nominatos inſtituit.de quo late Ouidi. in primo metamorphoſeos pertractauit.

P hlegethon cum.th.aſpirato ſcribitur:dicitur a poetis inferni fluuius flāmis rapi
dus.Virgilius in.vi.æneidos.
Moenia lata uidet triplici circundata muro.
Quæ rapidus flāmis ambit torrentibus amnis.
Tartareus phlegethon torquetq; ſonantia ſaxa.Nā a φλέγω:quod eſt in flam
mo deriuatur.hunc poetæ Cocyti filiū dixerunt.

P hlegyas cū.y.græco ſcribit̄:fuit teſte Lactantio grāmatico ſup primum thebai
dos Martis filius:& rex laphitharū in theſſalia:paterq; Ixionis & Coronidis.

P hlegyæ eodē modo ſcribitur:populi ſunt theſſaliæ a Phlegya Ixionis patre co
gnominati.hi cum ſacrilegi eſſent deoſq; & homines ſpernerēt ab irato Neptu
no immiſſo diluuio ſubmerſi ſunt:quos apud inferos poſuit Virgili.in.vi.libro
æneidos cum ait.
In fœlix theſeus phlegyaſq; miſerrimus omnes.
Ammonet:& magna teſtatur uoce per umbras.
Diſcite iuſtitiam moniti:& non tēnere diuos.

P hlegæi penultima cū.æ.diphthongo ſcribitur:nomen eſt adiectiuū deductum
a phlegya.Nam & campi illi phlegæi dicūtur teſte Pli.lib.iii.naturalis hiſtoriæ
qui non longe ſunt ab acheruſia palude & cumis.

P hleps cum.ps.in fine ſcribitur:nōnulli ob litteratum uicinitatē apud noſtros
cum.bs.ſcribere conſueuerunt.Nam apud noſtros dicitur uena. Vnde & phle
botomia deducitur.

P hlebotomia cum.t.exili:&.i.latino ſcribitur:ē apud nos uenæ inciſio. Nā plebs
uena dicitur:& tomia inciſio:a τομω:quod eſt incido deductum.

P hlegma cum.g.ante.m.in eadem ſyllaba ſcribitur:dicitur latine pituita.

P hlegmone eodem modo ſcribitur.dici poteſt a nobis tumor:a φλεγμαινῶ uer
bo quod eſt tumeo:& nōnunq̄ ſtupeo.

P hoca cum.c.exili ſcribit̄:piſcis eſt qui alio nomine:hoc ē a ſono mugitus ut ait
Pli.in.ix.natu.hiſto.uitulus marinus nominatur.Et addit phocas in terra mo
re pecudū parere ſpirareq; ac dormire:quod tetigit Virgi.in.iii.georgicorū.Ster
nunt ſe ſomno diuerſo in litore phocæ.imo:ut dixit Plini.nullū animal graui
ore premitur ſomno.Idē ſenſiſſe uidet̄ Iuuena.cum ait pro re magna in tertia
ſatyra.Eripiunt ſomnum druſo uituliſq; marinis.

P hocion cū.c.exili &.i.latino ſcribit̄:fuit uir athenienſis:q teſte Aemelio etſi ſæ
pe exercitibus p̄fuit:ſūmoſq; magiſtratus cæpit:tamē multo eius fuit notior in
tegritas uitæ.q̄ rei militaris labor. qppe cū ex illa cognomine bonus appellatus
ē.fuit enī p̄petuo paup cū ditiſſimus pp frequētes delatos honores eē potuiſſet
poteſtateſq; ſūmas:quæ ei a populo dabantur.Repudiauitq; cōſtantiſſime mu
nera magnæ pecuniæ:quæ illi a rege Philippo dabātur.Ad quæ recipienda cū
legati regis hortorentur:ſimulq; admonerent:ſi ipſe his facile careret liberis ta
mē ſuis proſpiceret:quibus difficile eſſet i ſūma pauptate tantā paternam tueri
gloriā.quib⁹ ille:Si mei ſimiles erūt:neq̄q̄ difficile erit.Idē hic agellus illos alet:
qui me ad hāc dignitatē p̱duxit.Sin diſſimiles ſunt futuri:nolo meis impenſis
illorū ali augeriq; luxuriā.Idē cū iā p̱pe ad annū octogeſimū proſpera pueniſ
ſet fortuna:extremis tēporibus magnū in odium ſuorum ciuium peruenit.

P hocis cum.c.exili:&.i.latino ſcribitur:eſt teſte Liuio in ſecundo de bello mace
donico parua græcorū regio famoſo oraculo Apollinis delphici. Naʒ in illa eſt
ciuitas delphi:in qua templum erat ditiſſimum Apollinis.de qua Ouidi.in pri
mo metamorphoſeos inquit.Separat aonios attæis phocis ab aruis Terra ferax
Et inde phocides ſimili modo ſcribitur.

P hocees cum.c.exili:ſequente duplicato.e.abſq; diphthongo:fuerunt teſte Hero
doto in.i.ionum populi:& primi qui longis nauibus uſi ſunt.

P hœbus cum.œ.diphthōgo ſcribitur:eſt unuʒ ex nominibus Apollinis:quādo il
lum a ſpecie uel nitore laudabant tractum a φῶισ:qđ eſt lumen:ubi eſt ω me
ga cum.i.faciens diphthongum:quæ ut in.ii.horū cōmētariorum uidimus in
œ.diphthōgum noſtrā apud nos cōuertitur: unde & pro ſole illum accipiunt.
Virgi.in.iii.ænei.Argolici clypei aut phœbeæ lampadis iſtar.Simili mō & phœ
be ſcribitur p̱ ſororem eius Diana.Ouidi.in.v.faſtorum: Reſpice theſtiadē flā
mis abſentibus arſit:Cauſa eſt ꝙ phœbes ara ſine igne fuit.

P hœmon cū.œ.diph.ſcribitur:lacus ē arcadiæ.de quo.Oui.in.xv.metamor.inqt
Eſt lacus arcadiæ phœmon dixere priores
Ambiguis ſuſpectus aquis:quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ:ſine noxa luce bibuntur.

P hœnix prima cum.œ.diphthongo ſequens cum.i.latino ſcribitur:fuit (ut non
nulli aſſerunt) Agenoris regis filius: & frater Cadmi. Vel (ut alii etiā ferunt)
Agenoris pater.a quo regio ubi regnabat phœnicia dicta fuit.Fuit & alius phœ
nix Amyntoris filius:qui teſte Homero in.viii. iliados cum ſuggeſtione matris
cum patris pellice rem haberet:& pater id pſentiſceret:terribilia illi imprecatus
eſt.Quare a patre diffugiēs ad Peleum Achillis patrem acceſſit:a quo benigniſ
ſime ſuſçæptus:& unice dilectus ab illo multuʒ populum & delopes ſub ſuo do
mino accæpit.Nutriuitq; ut pater Achillem.Fuit etiam phœnix fluuius nō ma
gnus:qui teſte Herodoto libro hiſto.vii.ex thermopylarum montibus fluens:in
aſopum deſcendit.Quin & ab hoc fluuio uſq; in thermopylas.xv.dixit ſtadiam
cōputari.Eſt etiam phœnix auis:de qua Ouidius in.xv.metamorphoſeō.plene
omnia proſecutus eſt.

P hœnicia cum.œ.diphthongo &.i.latino:ātq;.c.exili ſcribitur:regio eſt in aſia ſic
quoq; cognominata a Phœnice uel patre uel filio Agenoris.eſtq; pars ſyriæ & fi
nitima iudææ:terra adeo fertilis:ut dicat Plinius in.v.naturalis hiſtoriæ cente
ſima fruge agricolis fœnus eſſe.Et a phœnicia phœnices populi uocitantur.hos
dixit Ioſephus ad Appionē grāmaticū litterarum græcarum fuiſſe inuentores.
Cornelius uero tacitus in.xiiii.ſuarum hiſtoriarum libri primi inquit: ægyptii
per figuras animalium ſenſus mentis effingebant.Et antiquiſſima monumēta
humanæ memoriæ ſaxis impreſſa cernunt̄:litterarūq; ſemet inuentores p̱hibēt
Inde phœnices quia mari præpollebant græciæ intulerunt. Suntq; adepti glo
riam tanq̄ quæ accæperant inueniſſent.Et pergit: Fama quippe eſt Cadmum
claſſe phœnicum uectum rudibus adhuc græcorum populis eius fuiſſe aucto
rem artis.Quæ omnia Lucanus tetigit:quando dixit in libro.iii.
Phœnices primi (famæ ſe credit) auſi
Menſuram rudibus uocem ſignare figuris.
Nondnm flumineas memphis contexere biblos.
Nouerat:& ſaxis tantum uolucreſq; feræq;.
Sculaq; ſeruabant magicas aīalia linguas.i.ſapiētes interpretationes. de q̄bus
in dictione obeliſcus uidimus.Sane a phœnicia phœniſſa deducitur cū.œ.diph

thõgo & duplicato.s.quã ꝓ Didõe:q̃ ex phœnicia fuit. Virg.accipe conſueuit.

Phoeton cũ.æ.diphthongo:&.c.exili ſcribit̃:fuit Solis ex Clymene nymphæ filius:qui cũ de genere ſuo dubitaret:& ad domũ ubi Sol oritur accederet: ualuit ab eo tandem obtinere:ut patris equos per diem ſaltem regeret:quos deinde ducens tremefactus habenas cum relinqueret:uel Iuppiter eũ deflagraſſet fulmĩe cælum ac terrã una cõbuſſiſſet.Quæ omnia latiſſime & eloquentiſſime Ouidius in fine primi & in initio ſecundi metamorph.lib.ꝑtractauit.Sane a Phœtonte phœtontides patronymicum fœmininum:& licentia poetica.ut dixit Priſcianus phœtontiades deducitur.Virgilius in Sileno: Tum phœtontiades muſco circundat amaræ Corticis.Nam in ſingulari patronymicum ipſum fœmininũ eſt phœtontis huius phœtontidos:ut idem auctor affirmauit.

Pholus cum unico.l.ſcribitur:fuit unus ex centaurus Ixionis ex nube filius.hic teſte Seruio ſup.viii.æneidos Herculem ſuſcæpit hoſpitio:cum ad expugnãdos centauros pergeret:dicente etiam Lucano in.vi.Hoſpes & alcidæ magniphole. Tandem in nuptiis Pirithoi orto prælio inter laphithas & centauros occubuit dicente Virgilio in.ii.georgi.læto domuit rhetunq; pholũq;.

Pholeo cũ unico.l.& in fine cũ.œ.diuiſis ſyllabis ſcribitur: mons eſt arcadiæ : ut ſcribit Pomponius:ſiluoſus ut dixit Vibius.de quo Lucanus in.vii.Scilicet ipſe petet pholeon:petet ignibus oethõ.atq; eadẽ ꝓrſus litteratura accipit̃ a Virg. in.v.ꝓ fœmia q̃dã cũ ait:Creſſa genus pholoe geminiq; ſub urbe nati.

Phorcus cum.c.exili ſcribitur:apud græcos uero dicitur Phorcys:ſed nos.y.græcũ in.u.noſtrũ cõmutamus:quod tamẽ nos etiã in genitiuo conſeruamus.Naꝫ declinatur huius phorcydos & huius phorci.facit patronycum phorcynis huius phorcynidos.Lucanus in.viiii. Squalebant late phorcynidos arua meduſæ fuit Thoſeæ nymphæ filius:& Neptuni:ut dixit Seruius ſuper.v.æneidos.Atq; Varronem inducit dicentem eum regem fuiſſe.corſicæ & ſardiniæ:qui cũ Atlante nauali prælio decertans uictus.& in mari ſubmerſus:loq̃citate græca marinus deus uocatus fuit.Quod Virgilius præfato libro tetigit cum ait: Tritoneſq; citi phorciq; exercitus omnis. Et habuiſſe ſcribitur filias quattuor eximiæ pulchritudinis Scyllam Euryalem Sthemonem & Meduſam.ut in dictione pegaſus iam uidimus.

Phormio cum.i.latino ſcribitur:nomẽ eſt uiri proprium.

Phraortes cum.t.exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſt.i. Deiocæ filius:& rex medorum.Hic non cõtẽtus medorum regno : perſas ſubiugauit:cui Cyaxares filius ſucceſſit.huic Aſtyages filius fuit:qui ei ſimiliter in regno ſucceſſit.

Phraſis cum ſimplo.s.&.i.latino ſcribitur:interpretatur(teſte Quintiliano in.x.de inſtitutione oratoria)eloquentiæ corpus. Et inde Theophraſtus:quaſi diuina eloquentia præditus.

Phreneſis cum ſimplo.s.&.i.latino ſcribitur: & græcum eſt uerbum a φρὲνὸς deductum:quaſi deturbatio ſit mentis:& inde phrenetici.habetq; accentum ĩ penultima:ut Iuuenalis in ſatyra Plurima ſunt fuſcine:Cum furor haud dubius cum ſit manifeſta phreneſis.

Phrygia prima cum.y.græco:ſequẽs cũ.i.latino ſcribitur:prouincia eſt teſte Solino minoris aſiæ:quæ a phrygio amne:quæ illam a caria diuidit:ſic quoq; cognominata fuit.Alii uero uolunt a phrygia Cecropis filia.In hac eſt dardania a rege Dardano Iouis filio ſic cognominata:quæ poſtea a Troo nepote : hoc eſt filio Erioththonii filii Dardanii troia cognomiata fuit:in q̃ fuit ilion: a & phrygia phryx deducitur:quod eſt ſubſtantiuum:& ſolum maſculinum. Iuuenalis in ſatyra Credo pudiritiam:Diuitibus reſponſa feret fryx augur. At phrygius phrygia phrygium adiectiuum.Ideo dixit Virgilius:O ueræ phrygiæ (neq; enĩ phryges) ite per alta Dindyma.

Phrynicus prima cum.y.græco:ſequens cum.i.latino:ultima cum.c.exili ſcribit̃ fuit poeta comicus:quem ſæpe Iulius Pollux nominat.

Phrixus cũ.i.latino ſequente.x.cõſonante ſcribit̃.fuit Athamãtis regis thebarum ex Neipyle uxore filius:fraterq; Helles:q ambo mortua matre.ut ſcribunt Heſiodus & Pherecydes cuꝫ nouercales inſidias ferre nõ poſſent: & cõſentiente patre aufugerent:ac ſup ariete aureæ pelliculæ quẽ eis pater in tutamen dederat põtum tranſfretarent:ea ꝑte qua ſtrictior eſt:nec multuꝫ freti ſultaſſent: Helle puellari timore exterrita:decidit in pontum. Dicente Lucano in.iiii.Delapſæ portitor Helles.Quæ ab Neptuno q̃primũ cõpræhenſa & tutata:ac uxor deuincta: illi poſtea procreaſſe Pæona ſcribunt.Et cum primitus mare illud pontum diceretur:ab illa deinde helleſpontum uocitatum eſt:dicente Lucano in.ix. Qua pelago nomen neipylas abſtulit helle.At uero Phryxus in columis euadẽs colchos ad Oetam regem tãdẽ ꝑuenire ualuit.ubi ariete quo uectus fuerat Ioui ĩmolato:pellem auream in templo affixit:& ipſe aries in cælum a Ioue tractus:ĩter ſidera locatus fuit Ad quam pelliculaꝫ:rapiendã (ut ſcribit Inſtinus in.xlii. ſui epitomatis) uenit deinde Iaſon:ut in ea dictione uidimus.

Phthongus cum.ph.&.th.aſpiratis in eadem ſyllaba ſcribitur:& eſt ſonus uocis: unde diphthongus cum dis præpoſitione componitur.

Phucus cũ.c.exili ſcribit̃:& q̃a a græco deſcendit:qđ eſt φᾶγῶ:cũ.ph. & nõ cuꝫ f.ſcribendum cenſent.Nã uolatile dicitur magis ape: & minus ſcabrone: & dici q̃ſi phagus uolunt:eo ꝙ apum labores libenter depaſcat. Quod tetigiſſe uidet̃ Virgi.in geor.iiii.cum ait.Immuniſq; ſedens aliena ad pabula phucus.At uero Pli.in.xi.natu.hiſto.inq̃t.Phuci ſunt ſine aculeo impfectæ apes:nouiſſimeq; a feſſis:& iã emeritis inchoatæ:ſerotinus fœtus:& q̃ſi ſeruitia ferarũ apum. Quã obrem impant his:primoſq; in opa expellunt:tardantes ſine clementia puniũt: Et ſubdit cum mella ceperunt matureſcere abigunt eos multæq; ſingulos aggreſſæ trucidant.Eſt etiã phucus color q̃dam purpureus q græce φῦκος dicit̃ ubi ipſum.y.græcum in.u.noſtrum conuertitur.De quo Xenophon in pædia Cyri:Quidam inquit oculorũ inferiores palpebras quodã phuco depingentes: decorem gratiſſimum in aſpectu cõtrahebant.Quod Iuuenalis in ſecunda ſatyra ſenſiſſe uidetur cum ait:Pingitq; trementes Attollens oculos.

Picus cum.i.latino:&.c.exili ſcribitur:neq; dictio græca eſt:ut q̃dam putauerũt ſed latina.Nam auis eſt uncorum unguiuꝫ & duriſſimo roſtro:quo arbores cauat:& intus latet:atq; pullos educit.Cuius introitum teſte Pli.li.x.natu. hiſto. ſiquis cuneis clauderet:adhibita quadã herba a clauſura uiolẽter excutiuntur Quin & illum refert apud latinos maximum fuiſſe in auguriis.Et id a Pico Saturni filio:qui huic aui nomen dedit.

Picenũ cũ.i.&.c.exili ſcribit̃:regio ẽ italiæ:q̃ hodie ab ãcona:marchia anconitna dicit̃.& picenũ a pico aue:q olĩ ĩ eorũ uexilis cõſediſſe dicit̃:cognoĩati putant.

Pidytes prima cũ.i.latino ſequẽs cũ.y.græco.ultima cũ.t.exili ſcribit̃:fuit uir ꝑcoſius:& ab Vlyxe:ut dixit Homerus in.vi.iliados bello troiano interemptus.

Pierides cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:eſt muſarum agnomẽ a filiabus Pieri ac
ceptum quas canendo uicerunt:ut late oſtendit Ouidius in.v.metamorph.

Pyhardus p.y.græcum apud quoſdam auctores græcos ſcriptum:& pro caprea
quadã ſilueſtri non diſſimuli a damis poſitũ cõperi:quod Pli.i.viii.natu.hiſto.
libro cõfirmare uidetur.Sed in libro.x. oſtendit eodẽ nomine genus quoddam
aquilæ uocitari:quæ in oppidis habitare cõſueuit:nõnũq̃ in cãpis albicãte cau
da.Sed de quadrupede puto Iuuenalẽ intellexiſſe:cũ dixit in ſatyra Atticus exi
mie.Sũme cum magno lepus atq; aper atq; pygardus.Nam de quadrupedibus
loquitur:cum non dixerit:Et ſcythicæ uolucres.

Pyga cũ.y.græco ſcribiť:burſa ẽ teſticulorũ:ad quã cum deſcẽdunt inteſtina fit
dura aſpera & tumẽs:ob quod hernia ideſt aſpera & difficilis dicitur.Vnde her
nici populi dicti ſunt:qui aſpera incolunt ſaxa :ut uidimus in dictiõe hernia.

Pygmæi cũ.y.græco:penultima cũ.æ.diphthongo ſcribiť:populi ſunt teſte Pli-
nio libro.vii.natu.hiſto.tenentes montana indiæ uicina tamen oceaono ſalu-
bri cælo ſempq; uernãte.Horũ qui longiſſimi ſunt teſte Gellio in.viiii.noctiu3
atticarũ non excedunt pedes duos & quadrantẽ.Iuuenalis uero dixit:Vbi tota
atticarũ non excedunt pedes duos & quadrantẽ.Iuuenalis uero dixit:Vbi tota
cohors pede nõ eſt altior uno. Quin & teſte Solino earũ mulieres quinto anno
pariũ:& octauo ſeneſcunt.habetq; ſingulare bellũ cõtra grues:dicente Homero
in initio libri tertii iliados de troianis cõtra græcos tendentibus clamore ac clã
gore ſublato non ſecus ac grues ſolent:cum ſidus hybernum fugientes matuti
no tempe cũ ingenti clangore cateruatim cælo feruntur:ad oceanũq; ſe confe
runt illaturæ dirum pygmæis ac mortiferũ bellu3. Quibus pygmæus bellator
in armis accurrit.Sed aliquãdo impar a grue rapitur:& per aera curuis ungui
bus deportatur:dicente Iuuenale in ſatyra Exemplo quodcunq; malo.
Ad ſubitas thracum uolucres nubenq; ſonoram.
Pygmæus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hoſti:raptuſq; per aera:curuis.
Vnguibus a ſæua fertur grue.Nam (ut dixit Plinius) Fama eſt:arietum capra
runq; dorſis inſidẽtes armati ſagittis ueris tẽpore uniuerſo agmine ad mare de
ſcendere:& oua pulloſq; eorum alitũ conſumere:ternis expeditione eam menſi
bus confici:aliter futuris gregibus non reſiſti.

Pylades cum.y.græco:& unico.l.ſcribitur:fuit Strophii phocenſis filius:Agamẽ
nonis amiciſſimi.Nec ipſe eius filii Oreſtis minor amicus:ut uidimus in dicti-
one Oreſtes:quem etiam in inſaniam uerſum nũq̃ dereliquit.dicente Ouidio i
ii.de ponto:Affuit inſano iuuenis phocæus oreſti.& in eodem libro.
Non ita uixerunt ſtrophio atq; agamennone nati.

Pylæmenes prima cum.y.græco:ſequẽs cũ.æ.diph.ſcribitur: fuit teſte Homero
dux paphlagonum:ex his qui uenerũt in auxiliun troianorum: atq; in bello a
Menelao ĩterfectus.qn & nõnũq̃ hic idẽ ſcribiť a pœtis græcis pylæmeneus.

Pylæus prima cũ.y.græco:ſequens cũ.æ.diphthongo ſcribitur:nomẽ ẽ uiri pro
prium.qui nõnũq̃ cum aſpiratione Phyleus a græcis ſcribitur.

Pylartes cum.y.græco:& unico.l.atq;.t. exili ſcribitur:fuit teſte Homero in.xi.
iliodos uir troianus ab Aiace bello interfectus.

Pylene cũ.y.græco:& abſq; aliqua diphthongo ſcribitur:eſt Homero teſte in ſe-
cundo iliados ciuitas ætoliæ.

Pileus cum.i.latino & unico.l.ſcribitur:operimentum quoddam eſt capitis.

Pylos cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:fuit oppidum iuxta theſſaliã uerſus ma-
rinum litus a Neleo patre Neſtoris cõditũ:dum a fratre Peleo theſſaliã pelleretᷣ
Vnde & Neſtor ipſe dictus eſt pylius.Ouidius in tertio de ſine titulo.
Illius attactu pylius iuueneſcere poſſet.Idem in libro primo de ponto:
(Crede mihi) pylio neſtore maior ero.

Pylon ſimiliter cũ.y.græco ſcri.nomẽ fuit ꝓpriũ uiri troiani:& h3 accẽtũ ĩ ultĩa.

Pilumnus cũ.i.latino.&.m.ante.n.ſcribitur:Iouis dictus ẽ filius:ac ſtercorando-
rum agrorũ uſum cõperiſſe dicitur.ob qđ Sterqlinius etiã cognominatus fuit
Sed cognomen hoc fuiſſe Saturno Macrobius rettulit.At uero hunc pinſendi
frumenti:& ab eo pilum denominatum:atq; ob id a piſtoribus coli dixit Serui.
ſuꝑ.ix.æneidos lib.Ob quod nõ græcum uerbũ:ſed latinum magis eſſe cõſtat.
Ad hunc ferunt Danaen cum paruo Perſeo iram Acriſii fugientem: a paſtore
quodam delatã fuiſſe.quã ille genere cognito uxorẽ duxit: & derelicta regione
apuliæ ad rutulos cum danae demigraſſe:ubi ardeã urbẽ cõſtruxit. Et ex ipſa
Danae Daunum ſuſcæpit filium:q in apulia deinde regnans.dauniã illa3 a ſe
cognominauit. & hoc quoq; daunũ qdã Turni fuiſſe patrẽ dixerunt.Eo ꝙ de
Turno loquẽs dicat Virg.i.x.ænei.Naſcentẽ & patria turnũ cõſiſtere terra:Cui
Pilumnus auus:cui diua uenilia mater.Alii uero dixerunt alium illum fuiſſe
Daunum:hoc ẽ ꝓxime auum patris Turr .Et Virgil. nõ intellexiſſe de ꝓximo
auo:ſed de Turni atauo:cum alibi ĩ eodẽ li.in perſona Iunonis dicat: Ille tamẽ
noſtra deducit origine nomen:Pilumnuſq; illi quartus pater:& reliq̃.ſed nomẽ
filii dauni:& patris alterius dauni nuſq̃ legiſſe me memini.

Pindarus cũ.i.latino:& unico.r.ſcribiť:fuit teſte Platone lib.iiii.de legibus poeta
thebanus.hic teſte Quintiliano in.x.de inſtitutione oratoria nouẽ lyricorũ lõ-
ge princeps fuit ſpiritus magnificentia:ſententiis:figuris:beatiſſima rerum uer
borũq; copia:uelut quodã eloquentiæ flumine:ꝓpter quod Horatius in.iiii.car
minum eũ merito credidit nemini imitabilẽ.Quas ob clariſſimas uirtutes a re
gibus macedoniæ ſui tẽporis maxime dilectus fuit: & magnus Alexander cum
thebas raperet:& ciues uenderet ſub corona:penatibus & familiæ Pindariuatis
parci iuſſit.Cuius mors non uulgaris:cum a diuerſis : tum a Valerio maximo
ſcribit:q cum in gymnaſio ſuꝑ gremio pueri quo unice delectebatur depoſito
capite quieti ſe dediſſet:non prius fuit cognitus deceſſiſſe: quam Gymnaſiar-
cho claudere locum uoſente:ne quicq̃ excitaretur.

Pindus cũ.i.latino ſcribitur: mõs ẽ in mibus ſtheſſaliæ a parte occidio.Ex cuius
ima parte peneus fluuius profluit:ut in ſua dictione uidimus. Eſt etiã inſignis
origine lapitharum:& partu fluuii acheloi.

Pinarius cũ.i.latio ſcribitur:& deſcendit a πεῖνα:quæ eſt fames: cuius prima cũ
ei diph.ſcribitur:ſed apud nos relicta.e.remanet.i.ꝓducta.Virg.in.viii.æneid.
Et domus herculei cuſtos pinaria ſacri. Nã (ut teſtis eſt Seruius) cum Herculi
ab Euandro ara maxima in italia ubi nunc eſt roma cõſtituta fuiſſet: & de ſuo
armento ad ſua ſacrificia Hercules boues dediſſet:inuenti ſunt duo ſenes Pina
rius & potitius:qbus qualiter ſe coli uellet oſtendit. Scilicet ut mane & ueſpere
ei ſacrificarent.Itaq; perfecto matutino ſacrificio:cum circa ſolis occaſum eſſẽt
ſacra repetenda:Potitius prior aduenit:Pinarius poſtea extis uidelicet iam red-
ditis.unde iratus Hercules ſtatuit: ut pinariorum familia tantu3 miniſtra eſſet

epulantibus potitiis:& cōplētibus ſacra.unde teſte Seruio Pinarii dicti ſūt.i.fa
melici:cum prius alio noīe ſenex ille uocereť.& ab hoc pinariā domū cuſtodem
ſacri herculei dixiſſe Virg.hoc ē miniſtrā intellexiſſe uoluit:ut alio loco:Triuiæ
cuſtos iam dudū in mōtibus opis:ideſt miniſtra:& potitius a uerbo potizo: qď
eſt bibo deductum.ſed ut ſcribit Liuius i.viiii.ab urbe cū Appio Claudio aucto
re:q cenſor cognominatus fuit:ſacra herculis gēs potitia in mēcipia tranſtuliſ
ſet:qua tēpeſtate.xii.familiæ eius gētis erāt puberes:ad trigeſimū intra ānū cū
ſtirpe extincti fuerūt:& ipſe appius deū ira poſt aliquot ānos luminibus captus ē

P yræus prima cū.y.græco:ſequēs cum.æ.diphthongo a noſtris ſcribitur:ab Ho
mero uero & nōnullis poetis græcis cum additione alterius.e.in ultima ſyllaba
ante.u.uidelicet pyıæeus ϖυραιεῦς.Fuit athenienſium portus a pyræeo pmō
torio:ut oſtendere uidetur Plinius in.iiii.libro natu.hiſto.cognominatus.Et in
xxxiii.oſtendit fuiſſe in eo ædem Iouis ſeruatoris:& Mineruam mirabilē ab Iſo
doro ſtatuario confectam:cui pauca poſſe comparari dixit.

P yræchmes prima cum.y.græco:ſequens cum. æ.diphthōgo:ultia cū.ch.aſpira
to ante.m.ſcribitur:& fuit nomē uiri pprium : de quo Homerus ipſe meminit.

P iræus cum.i.latino:&.æ.diphthongo ſcribitur:fuit nomen uiri proprium ami
ci Telemachi:ut oſtendit Homerus in.xv.odyſſeæ.

P yra cū.y.græco ſcribi.ſtrues ē lignorum:in qua corpora cremabātur:latine ro
gus dicta.Et nomē a pyr:qui ē ignis cōtraxit.At uero Seruius ſup.xi.æneidos.
Cū cadauer inqt ardere cœpit rogus uocatur:exuſtum uero buſtū diciť. Quæ
Virgi.ipſe accurate in pſato.xi.obſeruauit cum ait:Cōſtituere pyras.Itē:Subie
ctiſq; ignibus atris Ter circū accēſos decurrere rogos.Itē poſtea:Semiuſtaq; ſer
uant buſta.Et ut idem Seruius ſup.viii.ænei.inquit:Cadauer corpus eſt nōdū
ſepultū.& ſup.x.inquit:Inferiæ ſunt ſacra mortuorum:eo ꝙ inferis ſoluuntur.

P yramis pri na cum.y.græco:ultima cum.i.latino ſcribitur:& ſimiliter ab igne:
qui græce dicitur πύρ nomen aſſumpſit:eo quod illius figuram imitatur:quæ
ex inferiori parte eſt lata.paulatim gracileſcēs in acuitatem deſinit.Et fuerunt
pyramides in ægypto ſtructuræ ex quadratis lapidibus admirandæ:faſtigiatæ
ultra omnē excelſitatem:quæ manu fieri poſſet:ut dixit Solinus in collectaneis
Et regum pecuniæ:ut dixit Plinius in.xxxvi.naturalis hiſtoriæ:ocioſa ac ſtul
ta oſtentatio:quippe cū faciendi eas cauſa a plæriſq; tradatur ne pecuniam ſuc
ceſſoribus aut æmulis inſidiātibus pberent:aut ne plæbs etiā ocioſa fieret.de q
bus uidimus in dictione cheminis.atq; aliis nōnullis in locis uidimus:& uidebi
mus.fuerūtq; & ſub eis reges ſepulti.unde & ſepulchra a nobis plurimū nomi
nantur.Luca.lib.viiii.Non mihi pyramidum tumulis euulſus amaſis.

P yramus cum.y.græco ſcribitur:fuit adoleſcēs memphiticus.qui apud pyrami
des amore Thyſbes amatæ ſe ipſum interemit:ut pulcherrime enarrauit Ouidi
us in.iiii.metamorph.Et a pyramide pyramus nomen accæpit.

P yrallis prima cum.y.græco:& ultima cum.i.latino:atq; cū gemino.l.uolatile ē
ut refert Pli.in.xi.natu.hiſto.qď in cypro ex ærariis fornacibus maior muſca
in igne ſolū uiuens reperitur:& a noſtris ignicola dici poteſt.

P yrrhus cum.y.græco:& duplicato.r.atq; ſecūdo aſpirato ſcribiť:fuit Achillis fi
lius ex Dīedamia filia regis Lycomedis in ſcyro:cū qua in habitu uirginali de
gerat:ſic quoq; dictus teſte Seruio ſup.ii.æneidos a colore:quo tingebatur:hoc
eſt quia coloris erat ruffi.Nā a patre uocatus fuit Neoptolemus:ideſt nouus mi
les.ut ipſe ad priamum in.ii.æneidos:Degenereq; neoptolemeum narrare me
mento.Fuitq; rex epiri.& ab Oreſte interfectus:ut uidimus in dictione Oreſtes
Alius ſimiliter fuit Pyrrhus Aeacidis filius:& rex epiri:qui paterno genere a pri
ore originē traxit materno ab Hercule.hic cū romanis bellum geſſit:de quo Iu
ſtinus in.xvii.&.xviii.ſuorum epitomatum ptractauit.deinde cum argos oppi
dum in pelopōneſo oppugnaret:lapide ictus interiit.A quo pyrrhichiuꝫ metrū
dictum aſſerunt:quo ille in ſuis ludis frequētiſſime utebatur.Et conſtat ex du
abus breuibus pes ipſe pyrrhichius:ut patet.

P yrrha uti ſupior dictio ſcribiť:fuit uxor Deucalionis:& filia Epimethei patrui i
pſius Deucaliōis:quos ſolos ſupſtites e ſæuo diluuio:qď tēpore illorū fuit dixe
re poetæ.& cum decreuiſſent aquæ:uiderentq; humanū genus defeciſſe: & ipſi
ſenes eſſent:& ex ſe poſſe reſtaurari diffiderent:prexerunt ad oraculū themidos
poſtulantes:quo nā modo genus humanum refici poſſent:qbus dæa reſpondit
id fieri poſſe:ſi poſt terga iacerent materna oſſa.Deucalion uero ſapiens intelle
xit terrā genitricem eſſe cunctarū rerū:oſſaq; illius lapides eſſe. Itaq; quæ poſt
terga lapides iacebat faciē traxere uirorum:Et de fœmineo reparata eſt fœmina
iactu:ut dixit Oui.li.i.meta.qď Iuue.lepidiſſime tetigit:cū ait in.i.ſatyra.
Ex quo deucalion nimbis tollentibus æquor.
Nauigio aſcendit montem:ſorteſq; popoſcit:
Paulatimq; anima caluerunt mollia ſaxa:
Et maribus undas oſtendit pyrrha puellas.Nam ut refert Euſebius de tempori
bus regnante Cecrope aquarum illuuies maiorē ptem populorum theſſaliæ ab
ſumpſit:paucis per refugia montium liberatis maxime in monte parnaſo in cu
ius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur.Et teſte Iuſtino in ſecundo ſuo
rum epitomatum.Rex erat theſſaliæ:qui tunc ad ſe ratibus cōfugientes ſuſcæ
ptos per ſumma parnaſi iuga fouit:& aluit:a quo ppterea genus humanum re
paratum ferunt.Ego uero comperi in gloſa Ariſtrachi ſup decimū odyſſeæ Ho
meri Deucalionē ex Pyrrha uxore quattuor filios pcreaſſe:duos mares: Amphi
ctyona:& Hellena:& totidē fœmellas Protogeniā & Melanthiā: & quoſdā referr
exiſtimaſſe hellena ex ſemine Iouis fuiſſe:ſed ſibi cōpertum eſſe: fuiſſe ex ſemie
Deucalionis.Sed an ante diluuiuꝫ hos filios habuerit uel poſt:nec ipſe declarat
Vnde Ariſtoteles in ſecundo meteororum:Sub Deucalione inquit fuit magna
hyems & exceſſus imbrium:ubi nunc habitant hellines:qui prius dicebanť græ
ci.Ita ut ab helline filio Deucalionis hellines cognominati fuerint: ut uidimus
in dictione artis.

P irata cuꝫ.i. latino & unico.r.atq;.t.exili ſcribitur:At apud græcos in prima ē ci
diphthongus:a qua amota.e.ſolam.i.pductaq; retinuimus:dicunt fuiſſe nomē
proprium cuiuſdam latronis:qui primus mare latrociniis infeſtare cœpit. Vn
de & omnes ſimiles piratæ cognominati ſunt.

P yraſus cum.y.græco & unico.ſ.ſcribitur:fuit teſte Homero in.xi.iliados uir tro
ianus:ab Aiace bello interfectus.habetq; accentum in prima apud illos.

P yreneus cū.y.græco ſcribiť:mons ē in hiſpania:ſic quoq; a crebris ignium ful
minibus cognominatus.Et teſte Appiano:ut ex hiſtoria illius aduerbiū interp
tati ſumus a tyrrheno incipit mari:& in oceanum boreale ptenditur.habetq; ex
orientali qdem pte celtas:q & olim galatæ:nunc quoq; galli cognominanť. Ex
occidētali uero iberos cōtinet & celtiberos.Nā quæ ī circuitu detinet.ed iberos

ſpectat.nec ex maioribus eſt europe montibus:nec ex minoribus.

Pyrenæus cum.y.græco &.æ.dipthõgo ſcribitur::hic uidens teſte Ouidio libro v.metamorph.muſas ad tẽpla parnaſia pluuioſo tempore gradientes. cõſiſtite dixit.Nec dubitate precor tecto graue ſidus & imbrem.Imber erat:uitare meo: ſubire minores Sæpe caſas ſuperi. quas ex temporis diſpoſitione:& uerbis perſuaſas i ſuis ædibus lætus excæpit. Sed poſtp luuium uolentibus diſcedere domum clauſit:& uim parabat.Ille effectæ alites uiolentiam effugerunt:quas ille proſequi conatus:de culmine turris ſe præcipitem dedit.

Pyretrum cum.y.græco &.t.exili ſcribitur:herba eſt medicinalis.quæ( qa igneã uirtutem habere uidetur) a pyr qui eſt ignis nomen extraxit.

Pyrgus cum.y.græco ſcribit̃:& apud nos turris dicitur.& in plurali pyrgi: hoc eſt turres.quod teſte Seruio ſup.x.æneidos:caſtellũ fuit nobiliſſimũ eo tempore:quo tuſci piraticã exercebant.Nam illic:ut ait metropolis fuit.de quo Virgilius ipſe meminit cũ ait:Pyrgi ueteres intẽpeſtæq; grauiſcæ.hoc eſt aliud oppidum:quæ teſte Catone ideo grauiſcæ dictæ ſunt:ꝙ grauem aerem ſuſtinent.

Pyrgoteles cum.y.græco &.t.exili ſcribitur:nomẽ eſt proprium: quod a pyrgos deducitur.& fuit gẽmarum ſcultor admirandus adeo:ut teſte Pli.in.xxxvii.natu.hiſto.Alexandri magni edictũ fuerit quo uetuit in gẽma ſe ab alio ſculpi q̃ a pyrgotele non dubie clariſſimo eius artis.Vnde & Carolus noſter Arretinus inquit ad Cyriacum.

Parrhaſium tabulis uinces:uinceſq; cauandis.
Pyrgotelem gemmis:mentoraq; in pateris.

Pirithous cũ.i.latino utrobiq; &.th.aſpirato ſcribitur:hocq; ut ſeruaretur in prima græcos ſonus:i qua ẽ.ei.diph.quæ ſonũ noſtri.i.detinet:ut ſupra uidimus cũ ſcripſimus Pirethous cũ.e.uocali in prima.fuit Ixionis filius: non ex nube: ſed ex cõiuge.fuitq; rex laphitharũ:qui cũ ad inferos cum Theſeo ad rapiendã Proſerpinam deſcẽdiſſet.a cerbero cane tricipiti deuoratus eſt:ut de illo omnia Seneca in tragœdia furentis Herculis proſecutus eſt.

Pyro cum.y.græco ſcribitur:habetq; accentũ in ultima.& fuit teſte Hioſo ĩ theogonia nympha quædam filia Oceani & Tethyos.

Pirous cum.i.latino ſcribitur:nomen fuit herois cuiuſdam.de quo Homerus in ii.iliados ϖειρόοϛ ἥρωσ.At cum.y.græco nomen fuit unius ex eques Solis.dictus a pyr:quaſi ardens.Ouidius in.ii.metamorph.

Interea uolucres pyrous ethous & æthon.
Solis equi:quartuſq; phlegron hinnitibus auras.
Flammiferis implent.pedibuſq; repagula pulſant.

Pyrous cũ.y.græco:nomẽ eſt equi:de quo in præcedenti dictione uidimus.

Pyrodes cum.y.græco ſcribitur:fuit teſte Pli.in.vii.natu.hiſto.Cilicis filius:qui primus e ſilice ignem elicuit.

Pyrrho cũ.y.græco & duplicato.r.atq; ſecũdo aſpirato ſcribit̃:fuit elidenſis philoſo.& teſte Diocle Pliſtarchi filius.hunc Appolodorus prius fuiſſe pictorẽ dixit.audiuitq; Anaxarhũ:a quo nihil declinare uiſus eſt:cũ oia ſuſtinuiſſe illuꝫ dicant.imo aiunt Pyrrhonẽ quandoq; furore adeo inſtigatũ fuiſſe. ut ſumpto ueru cũ carnibus coquũ in forũ uſq; pſequeretur. quin & in elide diſcipulorũ diſputationibus fatigatũ: abiecto pallio alpheũ tranaſſe. Eratq; ſophiſtis infeſtiſſimus. & cũ primo ualde paup fuerit.a ſuis ciuibus magno deinde honore habitus:factus ẽ pontifex.uixitq; ad ãnos fer ne nonaginta.& illũ puto:de quo Cicero in libro de finibus ſæpiſſime meminit:& Gellius in.xi.noctium atticarũ li.capitulum ſpeciale confecit.

Pirus cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero ĩ.iiii.iliados Imaraſſi filius:& thracum prĩceps:qui ex eno patria profectus in adiutorium troianorum a Thoáte rege ætolorum in bello occiditur.

Piper cum.i.latino ſcribitur:apud græcos cũ adiectiõe unius.i. in fine: & accẽtu ſupra.e.ſcribitur:& pfertur:Et ut ait Herodianus gummi & pipi barbara ſunt. At latini noſtri piper huius pipis declinauerunt.Perſius.& pip & pnæ.Idem rugoſumq; pip.Arbuſcula ẽ:q̃ teſte Pli.in.xii.natu.hiſto.iuniperis noſtri ẽ ſimilis Semina a iunipero diſtant puulis ſiliquis:q̃les in ipſis paſſim faſiolis uidemus. Hæ priuſq̃ dehiſcant decerptæ:toſtæq; ſole:faciunt quod uocatur piper longuꝫ deinde paulatim dehiſcentes per maturitatẽ oſtendunt candidum piper: quod deĩde toſtum ſolibus colore rugiſq; mutatatur. Et addit idem auctor.In fronte caucaſi ſolibus oppoſita gigni tantum eam arborem aliqui tradidere.

Piſa cum.i.latino & unico.ſ.ſcribitur:fuit teſte Pli.in.vi.natu.hiſto. arcadiæ oppidum præterfluente alpheo amne:& abundantia liguminis piſi.Ab hac igitur & elide ciuitatibus arcadiæ teſte Seruio uenerunt:qui piſas in italia condiderẽt quas ſic ex priſtina ciuitate uocauerunt.Quod Virgi.tunc tetigit:cuꝫ ait: Nos parere iubent alpheæ ab origine piſæ.Vrbs hetruſca ſolo.Et Iuſtinus in.xx.epimatum libro:habuerunt inqt piſæ auctores grecos. & Solinus: Quis ignorat a lope piſas dici:unde & ĩ plurali declinatur ad differentiá arcadiæ piſæ: quæ ſingulariter effertur:ex qua piſæus cum.æ.diph.in penultia.Oui.in.iii.de ſine ti.

Ah qua pene pelops concidit axe:
Dum ſpectat uultus hippodamia tuos.

Piſiſtratus cum.i.latino:&.t.exili utrobiq; ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſto.i Hippocratis filius:& athenarum tyránus:ut late Iuſtinus de illo in.ii. ſuorum epitomatum.Ná hic doctrina ingenio & eloquẽtia tãta fuit: ꝙ atheniẽſes ſe: ac libertatẽ ei ſponte ſubmitterent:q̃q̃ Solon iuſtiſſimus & grauiſſimus orator pro libertate aduerſum illum ſtaret:ſed eloquentiæ Piſiſtrati libertas cum Solone ſuccubuit tẽpore quo Seruius Tullius regnabat romæ:ut ſcripſit Gellius libro xvii.noctium atticarum.Hic primus apud athenas bibliothecaꝫ inſtituit:ut ſupra uidimus in dictione bibliotheca.

Piſtrix cum.i.latino utrobiq; &.x.cõſonãte ĩ fine ſcribitur.Seruius tamẽ ſup.iiii. ænei.inqt:piſtrix cum.x.piſce:cum.ſ.p naui a nobis ſcribi cõſueuit.Vir.Immani corpe piſtrix.Pli.in.xxvi.natur.hiſto.inqt.Itẽ tritones coruſq; & piſtrices:id q; ſæpius replicauit:de piſcibus loquens.ac p naui terminatur in.ſ.Virgi.in.v Poſt hos æquo diſcrimine piſtris.Et alibi in eodẽ li.Velocem mneſtheus agri agit acri remige piſtrin:ubi eſt accuſatiuus deſcendens a recto deſinente in is. at Priſcianus in primo uelle uidetur apud græcos ſemper in.ſ.terminari.Ná cum de.ſ.conſonante pertractat:dicit illam ſæpe a noſtris in.x.cõmutari: ut Aiax p αιασ piſtrix pro πιϛριϛ in quo nos ſequi dores dicit:qui ορνιξ dicunt pro ornis & eſt piſtrix piſcis.

Pythacuſa cum.y.græco:&.th.aſpirato:atq;.c.exili ſcribitur:inſula ẽ in tuſco mari:ſinuq; campano ſita:in cuius quodam colle opppidum fuit nomie pythacuſæ in plurali numero.Ouidi. in.xiiii.meta.Aeneæ nauigationẽ deſcribens.ait:

Inarimen prochytenq; legit ſteriliq;ue locatas Colle pythacuſas. Hanc olim ſimi
arum fœcūdiſſimam fuiſſe nonnulli uolunt.

P ythagoras cū.y.græco &.th.aſpi.ſcribi.fuit teſte Apulegio in primo de magia
natu ſamius pulchritudinis inſignis:apprime pſallēdi & muſicæ doctus.& licet
a polycrate tyranno ſami dilectus eſſet:eo tamen incipiēte tenere dominū clam
fugit ab inſula:āiſſo ueſcare patre:quē cōpio inter gēmarios artifices laudē ma
gis in ſculpēdis gēmis.q̄ opes q̄ſiſſe. At uero Iuſti.in.xx.ſuorū epito. Demaratū
negotiatorē diuitē illius patrē uocauit. Laertius mneſarchū ānulorum ſcupto
rem dixit.Sūt & qui Mamarchū illius patrē uocatū dicāt:auuꝫ hypaſū:attauū
Eutiphronē:abauū Cleonymū.Hunc ex pliunte ꝓfugiſſe dicunt:& pronepo⸗
tē Mamarchum.Habitaſſe deīde ſami:unde ſāmius ipſe Pythagoras dictus fuit
Sed ante apud leſbum ſub diſciplina fuiſſe Pherecydis ſyri aſſerunt.Quo mor⸗
tuo ſamū demigraſſe & Hermodamēti iam ſeni ſe ibidē in diſciplinam dediſſe.
Ac patriam deinde līquens cum iuuenis eſſet:& ſtudioſiſſimus ægyptum diſci
plinarum cauſa perrexit.Et tunc quoq; a Polycrate per epiſtolum Amaſi com⸗
mēdatum.portaſſeq; tres calices argenteos:quos ſingulis ſacerdotibus dono de
dit:& teſte Antiphone in libro de his:qui.in uirtute fuerunt principes:omnem
ægyptiorum linguā pdidicit:a qbus p̄teriti æui facta edoctus:tranſiuit in pſiā:
& babyloniā. Vbi ſiderū motus curſuſq; ſtellarū:& omnē cæli rationē ab aſtro⸗
logis edoctus:egreſſus eſt inde cretā ac ſpartā.atq; ab eorum ſapientibus mores
egregios Minois:ac Lycurgi leges pdidicit. Ibiq; una cū Epimenide in idæū an⸗
trum deſcendit.ubi ſecūdum ea quæ ī ægypto didicerat:a diis ī arcano magna
edoctus eſt.Indeq; ad olympicum certamē aſcendens cum multarum diſcipli⸗
narū ibi de ſe maximā admirationē exhibuiſſet:īterrogatus a Leonte philaſiorū
tyrāno:uel (ut alii dicunt) ſicyoniorū:quo noīe uocaretur:cum ſolum deū ſa⸗
pientē diceret:Reſpōdit ſe philoſophū eē: hoc ē ſapiētiæ amatorē:cum uſq; ad
id tempus oēs:q circa rerum occultarū ſpeculationē uerſarent̄: ſapiētes habiti
uocatiq; fuerint.Poſt quē ſermonē cū ī patriā rediret.& a polycrate iam tyrāno
illā cōprimi offendiſſet:clā inde deſcēdēs:crotanā in italiā prexit. Ibiq; leges ita
lis dedit:atq; cū diſcipulis clariſſimus ē habitus : q ferme trecenti teſte Laertio
rēpublicā omnē adminiſtrabant:ut merito ariſtocratia:hoc ē optimorū pricipa
tus diceret̄.Idē primus omniū teſte Timæo dixit.Amicorū omnia eē cōmunia
& amiciciā eſſe æqualitatem.Sicq; ipſius diſcipuli oīa ī medium imponentes:fa
cultates ꝓprias cōmunes efficiebāt.& coibatur ſotietas in ſeperabiles.Ordo ue⸗
ro ac ratio Pythagoræ:ac deinceps familiæ ſucceſſionis eius recipiendi īſtituen
diq; diſcipulos:huiuſmōi fuiſſe rraditur teſte Gellio ī primo noctiū at:i.Nam a
pueritia adoleſcentes.qui ſe ſe ad diſcendum obtulerāt. ἐφυσιογνωμόνει: id
uerbum ſignificat mores naturaſq; hominū cōlectatione quadā de oris & uult⁹
ingenio deq; totius corporis filo atq; habitu ſciſcitati. Eum qui exploratus ab
eo idoneuſq; fuerat recipi in diſciplinā ſtatim iubebat:& tempus certum tace⸗
re.Non omnes idem:ſed aliud alius tempus pro æſtimato captu ſolertiæ. Is au⸗
tē qui tacebat:quæ dicebantur ab aliis audiebat. Neq; prontari ſi parum ītelle
xerat:neq; cōmentari:quæ audierat fas erat.Sed non minus quiſq̄ tacuit: q̄ bi⸗
ennium.Hi prorſus appellabantur intrā tempus tacēdi:andiendiq; ἀκουςικοί.
Aſt ubi res didicerant:rerum omniuꝫ difficillimas tacere:audireque atq; eſſe iā
cœperant ſilentio eruditi:cui erat nomen ἐχεμυθίαν:tū uerba facere:& quæq;
audiſſent ſcribere:& quæ ipſi opinarent̄ poteſtas erat expromere. Hi dicebātur
in eo tēpore μαθηματικοι.ſcilicet ab his artibus:quas iā dicere ac meditari īcæ
ptauerant.Quoniā geometriā gnomonicā muſicā cæteraſq; item diſciplinas al
tiores μαθηματα ueteres græci appellabant.Exinde his ſcientiæ ſtudiis ornati
ad pſpicienda mundi opa:& principia naturæ ꝓcedebant.ac tunc deniq; noīa⸗
bantur φυσικοί.& hæc de illo Fauorinum philoſophū rettuliſſe dixit Gellius
teſte Anticlite.Idē Pythagoras geometriā omnē pfecit. Vacauitq; maxime circa
arithmeticā.nec medicinā neglexit.qui & teſte Ariſtoxeno muſico primus græ⸗
cis pondera & menſuras inuexit.primus luciferum & heſperum idem eſſe ſidus
teſte Parmenide dixit.fuitq; adeo admirationi oībus.ut familiares eius dicerent
ipm̄ eſſe dei omnigenas uoces. Vnde ſiqs p̄ſentia illius frui meruiſſet : uidebat̄
ſibi p̄clarum qd:ſeu fœlicitatē adeptum. Nā (ut refert Ariſtippus cyrenaicus)
dictus Pythagoras.ꝙ non minus uera Pythio loq̄retur.Fuit uenuſtiſſimæ for⸗
mæ adeo:ut illum diſcipuli eſſe Appollinē opinarentur.Idem fertur octuageſi⸗
mo ætatis ſuæ anno diem obiiſſe:de cuius morte uariæ fuerunt ſententiæ:q̄s ſi
quis cognoſcere cupit:legat Laertium.qui longo decurſu illas explicauit.

P itana cum.i.lati.&.t.exili ſcribitur.urbs fuit teſte Hero.li.hiſto.i.in æoliæ.

P ytheas cum.y.gææco &.th.aſpirato ſcribitur:fuit ꝓprium uiri macedonis nomē

P ythermus cum.y.græco &.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro primo
hiſtoriarum uiri phocalenſis nomen proprium.

P ythius prima cum.y.græco ſequens cum.th.aſpira.&.i.lati.ſcri.agnomen fuit a
pollinis a pythone ſerpente:quem occidit deductum. & nōnunq̄ etiā a græcis
utrunq; cum aſpiratiōe ipſius.p.ſcribit̄ ac dicitur phython: & phythius ut ſu⸗
pra uidimus.Et pythia.ac phythia feſta:quæ in ipſius Appollinis honorem:ob
phythonē interfectū.primum ītroducta fuere.de qbus Oui.in.i.metamorpho.
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos
Phythia pdomiti ſerpētis noīe dictos.Pythia autē Hora.ī arte poetica ꝓtulit.
Multa tulit fecitq; puer:ſudauit & alſit:
Abſtinuit uenere ac uino:qui pythia cantat.

P itiſma cum.i.latino utrobiq;:&.t.exili ſcribitur:& dicitur q̄ſi pidiſma. Nam no⸗
ſtri dictiones græcas tranſcribentes.d.in.t.nōnunq̄ ob litterarum uicinitatem
cōuerterunt cum ipſum.d.medium ſit inter.t.exile:&.th.aſpiratum: ut in prio
horum cōmentarioruꝫ libro monſtrauimus.Et deſcendit pidiſma a πηδῶ uer
bo græco:quod eſt ſalto:Et ide pitiſma ſaltatio quædam in numerum facta di⸗
citur. Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie:
Ille fruatur uocibus obcænis:omniq; libidinis arte:
Qui lacedæmonio pitiſmate lubricat orbem.

P itho cum.i.latino &.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia Ocea⸗
ni & Tethyos filia.

P ithodorus cum.i.latino &.th.aſpirato ſcribitur:nomen eſt compoſitum: quaſi
pithoos:hoc eſt eius nymphæ doron donum.& fuit teſte Pli.xxxvi.natur.hiſto
riæ marmorarius ſculptor eximius.

P ittacus cum.i.latino & duplicato.t.atq;.c.exili ſcribit̄:fuit mityleneus unus ex
ſeptē græciæ ſapientibus Herrhadio patre:quem thraca fuiſſe Duris eſt auctor
Hic una cum Alcei fratribus Melācrum leſbi tyrānum ꝓfligauit.Et dum de a⸗
gri achillitidis poſſeſſione inter athenienſes: & mitylænos armis decerneretur:

imperator ipſe cum phrinone athenienſium duce: qui & pancratiaſtes & olympionices fuerat ſingulari certamie pugnare inſtituit. Rete igitur clypeo tegens Phrinonē inuoluit:atq; illū interemit.Sicq; patriam & agrum ſeruauit. Et cuȝ iterum athenienſes patriam inueſtarent:ciues ſuæ ciuitatis imperium illi tradiderunt.Quod cū ille conſeruata patria decem annis tenuiſſet: & optimis inſtitutis:ac ordinibus cōſtituiſſet:ſeipſum ſponte a magiſtratu abdicauit. Eius ea lex fuit in ebrios:cum peccarent duplici pœna afficiēdos eſſe. Fuit temporibus Crœſi lydorū regis:ad quem eius extat epiſtola.& cuȝ pluſq̄ ſeptuaginta annis uixiſſet:tertio anno quinquageſimæ primæ olympiadis obiit.

Pittheus cum.i.latino & duplicato.t.atq; ſecūdo aſpirato ſcribitur:fuit teſte Homero in.ii.iliados Aethræ comitis:& miniſtræ Helenæ pater.

Pyxis prima cū.y.græco:ſequēs cū.x.cōſonante &.i.latino ſcribit̄:dicitur a nonnullis buxolū:mutatiōe.y.græci in.u.noſtrū.Nā πύξου buxū dicit̄.ſ.lignū ex quo buxola fiunt.Iuuenalis in.ii.ſatyra: Et illis Turgida non ꝓdeſt condita in pyxde lyde.Oui.in primo de remediis:pyxidas iuenies : & rerū mille colores.

Plaga cū.g.coſonnante a noſtris ſcribitur:a græcis uero cū.κ.quæ in.c.conuerti debuerat:ſed ob litterarū affinitatem a noſtris ipſum.g.eſt accæptum:ut ſimile uidimus in dictione Cygnus:& in dictiōe Aragne.diciturq; a noſtris regio Euripides in ἑκάβη ος τὴν χερρωνησίαν πλάκα σπείρει: hoc eſt qui cherroneſam regionem ſeminat.

Planeta cum.c.exili ſcribitur:dici poteſt erraticus.Nam deriuatur a πλάνη:q ē error.Gellius in.xiiii.noctium atticarum:Stellas iſtas inquit multi erraticas:Nigidius errores uocat.

Platææ cum.t.exili &.æ.diphthongo:etiam in penultima ſcribitur:ciuitas ē bœtiæ:ut oſtendit Homerus in.ii.iliados. de qua Statius in.vii.libro theb. inquit Nuntiat excubiis uigiles arſiſſe platæas.Eodem nomine eſt inſula in mari libyco quaſi ex oppoſito ad cyrenem:ut oſtendit Herodo.in.iiii.hiſtoriarū libro Vnde & platæenſis deducitur.

Platanus cū.t.exili ſcribi.arbor ē:& nobis notiſſima a platos: qđ ē latū deducta.

Plaſtice cū.t.&.c.exilibus atq;.i.latio ſcribit̄:dici poteſt a nobis fictoria uel figularia.Nam a πλάττω:quod eſt fingo deducitur.Et:ut dixit Plinius circa finē libri.vii.natu.hiſto. Ars figulina a Chorebo athenienſi comperata fuit.At in libro.xxxv.dixit debutadē ſicyonium primū ex induſtria filiæ illam comperiſſe: de qua plurima loquitur.Et in ſequentibus ſubdit: Turianum attium a fregellis accitum cui locaret Tarquinius priſcus Iouis effigiem in capitolio dedicandam fictilem fuiſſe eam.& ideo non mirari ſolere fictiles in faſtigio templi eius quadrigas.Ab eodem factum Herculem:qui hodie materiæ eius nomen in urbe retinet.Hec enim tum deorum erant effigies laudatiſſimæ: Nec pœnitet nos eorum:qui tales deos coluere.Aurum enim & argentum ne in diis quidem cōficiebatur.Durant etiam nunc pluribus in locis talia ſimulachra:faſtigia quidem templorum:etiam i urbe crebra. & munita mira cælatura & arte: firmitateq; ſanctiore auro certe innocentiore.Iuxta quæ locutus eſt Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie.Argenti quod erat:ſolis fulgebat inarmis.

Ponebant ergo tuſco farrata catino:
Templorum quoq; maieſtas præſentior.& uox.
Nocte fere media medianq; audita per urbem.
Littore ab oceano gallis uenientibus:& diis
Officium uatis peragentibus:his monuit nos.
Hanc rebus latiis curam præſtare ſolebat:
Fictilis:& nullo uiolatus iuppiter auro.

Et:ut idem Plini: proſequitur Quæq; adhuc diximus:uel aſſiduitate ſatiant figulinarum opa:& fictilibus doliis ad uina excogitatis:ad aquas tyberis:ad balneas:ad tecta coctilibus laterculis.Atqui Numa rex ſeptem collegia figulorum inſtituit:quin & defuncti ſeſe multi fictilibus condi maluere.Hæc ſæpe Plinius.Et:M.Varro figulos uno in loco romæ fuiſſe oſtendere uidetur: cum dixit Venerem myrtheam fuiſſe inter figulos & myrtheam ideo appellari :quin locus ille prius myrthis eſſet feraciſſimus. Ex q bus colligere poſſumus montem illum teſtaceū: qui iuxta portam hoſtienſem conſpicitur:ex fractis tunc quoq; figulorum uaſis fuiſſe confectum. & apud illum artifices exercere figulariam artem:nec ut uulgus nunc aſſerit ex oblatiōe uaſorum:in quibns tributum romam portabatur:ꝙ uarium erat. & nō ſolum romæ:ſed diuerſis in locis pro romanorum oportunitatibus ſoluebatur.

Plato cū.t.exili ſcribit̄:fuit philoſodhus clariſſimus:& omniū noīatiſſimus Ariſtone patre:& matre pictonia.ſiue ut alii dicūt Petona.athenis ſimili die natus quo apud delon apollo:ut rettulit Apollo.mater a Solone certiſſimum duxit genus:a quo Pla.ſextus i hunc modū fuit.ſolonis frater Criciā genuit.Cricias caleſtrum.caleſtrus Glauconē.glaucon carmidē:& Perictoniā.Perict. ex ariſtone Platonē.at Solō & cricias ad Neleū & neptunum genus referebār.Similiter Ariſto illius pater ad Codrū melāti filiū refert̄:q a Neptuno ſimiliter ſanguinē trahere dicebatur.habuit fratres Plato adimantē:& glauconē. & ſororē Petonā. de q̄ naſcit̄ Speuſippus.Litteras didicit Plato apud Diony. grāmaticū exercitatus ē apud Ariſtonē palæſtritē:a quo Plato ꝓ egregio corpi habitu cognomiatus ē cū teſte Alexādro prius Ariſtoclex ex aui paterni noīe diceret̄.Studuit picturæ poemata edidit:& tragœdias.& cum tragicū certamē initurus eſſet:ante dionyſiacum theatrum.audito Socrate excuſſit poema dicens:hic Vulcane Plato tua īdiget ope.uicēnis audiuit Socratem.Illo mortuo audiuit Crathylum & hermogenē.annorū.xxviii.teſte Hermodoro megarā ſe ad euclidē cōtulit.hinc cyrenē ꝓfectus Theodorum audiuit.Pythagoreos Philolaum:& Eurytum. Poſtea i ægyptum ꝓfectus ꝓphetas ſacerdoteſq; audiuit:ubi comitē habuit Euripidē tragicum.Regreſſus athenas in academia morabatur.Ideȝ teſte Ariſtoxeno ter militauit.primo in tanagtā:ſecūdo in corinthū:tertio in delum.ubi uictoriam habuit.Ter nauigauit in ſiciliā.primo ut inſulā uideret tyrāno exiſtente Dionyſio hermocratis filio.ubi Plato illi dixit:Nō id p̄ſtare tyrāno:ꝙ ſibi ſoli eſſet utile:niſi uirtute excelleret:cui Dionyſius reſpondit:Verba tua occiſiorum ſenum ſūt: cui Plato:& tua tyrānydē ſapiunt.Diony.iratus uoluit Platonē occidere. Sed a Dione & Ariſtomene oratus ſe cōtinuit.Illum tamen Polydi lacedæmonio:qui ad eū legatus uenerat uendendū tradidit:Polydes uero illum ſecum ducens in æginam uendidit:Quo tēpore Camander eum reum mortis dicebat:ꝙ.ſ.capitale eſſet:ſiqs athenienſis eā inſulā adiſſet.Sed allegatū ē eum philoſophum eſſe: quare diſciplinæ gratia abſolutus ē.hunc Anyceris cyrenaicus emit.xx.minis. remiſitq; athenas ad amicos:& ſtatim pecunia Aniceridi per amicos reſtituta ē. alii dicunt miſſam a Dione illam pecuniam:eamq; uoluiſſe remiſſam. polydeȝ in Calabrya ſuperatum: & in Elice ſubmerſum fuiſſe.fama eſt Dæmone teſte

Fauorino illi annūtianti propter Platonim talia perpeti. Hæc ſciens Dionyſius ſcripſit ad Platonē: ne in ſe maledicta torqueret. Cui reſcripſit Plato dicens ſibi nō tantū ocii ſupeſſe: ut Dionyſii memiſſet. Secūdo iuit ī ſiciliā: & a iuniore Dionyſio petiit terrā & homines: q iuxta rēpublicā ab eo cōſtitutā uiuerent. Non defluit ſuſpicio illū Dioni & Theotæ pſuadere tētaſſe: ut inſulam tyranno liberarent. Quo tempore archytas pythagoreus miſſa ad Dionyſium epiſtola: Platonem purgauit. Ereptūq; athenas remiſit. Tertio ſiciliam acceſſit: Dionem reconciliaturus Dionyſio. Quare nō obtēta rediit ī patriā. Multi contra Platonē uaria: dixere: inter quos Amarulētus teſte Gellio. in. iii. noctiū atti. librū maledicētiſſimu; cōſcripſit: qui ſilos inſcribit. In eo libro Platonē ipſum admodū tenui pecunia familiarē fuiſſe: cōtumelioſe appellat. & ꝙ impenſo precio: hoc ē decem milium denariū tris Philolai pythagorici libros emiſſet. Ex eoq; Timæum nobilem illū dialogum continuaſſet. ad id preciū donaſſe amicum eſſe Dionem ſyracuſanum quidam ſcripſerunt. Ideq; & hermippum ſcripſiſſe uidimus ī dictione Philolaus. Ariſtippus etiam in libro antiquarum deliciarum ait: Platonem amore uenereo adoleſcentem quendam Aſterē nomine: hoc eſt latine Stellā adamaſſe: cum quo aſtrologiæ uocaſſe dicunt. Tum & modo cōſimili Dionē. Alii etiam Phædrum. In illoſq; eſſe epigrāmata ab ipſo compoſita. Quorum unum de Stella Guarinus ueronēſis noſtra ætate uir inſignis hunc ī modū trāſtulit.

Ardentes ſtellas lucens mea ſtella tueris.
Cælum utinam fierem te ut multo lumine cernam. Deinde ipſo Stella mortuo
Aliud in hunc modum compoſuiſſe dicunt.
Stella prius ſuperis fulgebas lucifer. at nunc.
Heſperus. ab fulges manibus occiduis: quod & alii in hunc modū traduxerūt.
Iam dudum ſidus uiuentibus lucebas matutinum.
Nunc heſperus fulges uita functus mortuis.

Fertur etiā illū in adoleſcētia amaſſe quēdā Alexim: pro quo lepidiſſimos: & uenuſtiſſimæ breuitatis uerſiculos edidit eo tempore. quo trahœdiis faciēdis præludebat: quos ab eruditiſſimo adoleſcente in latinum uerſos rettulit Gellius in xviiii. noctium atticarum libro: & Macrobius in ſaturnalium. Qui quoniam iucundiſſimi ſunt: & memoratu digni: nos etiam ſubdidimus.

Dum ſe multo ſauio meum puellum ſuauior.
Dulcenq; florem ſpiritus duco: ex aperto.
Tramite anima ægra & ſaucia cucurrit.
Ad labia mihi rictunq; in oris peruium.
Et labra pueri mallia rimata.
Itineri tranſitus: ut tranſiliret nititur. tum
Si moræ quid pluſculæ fuiſſet in cætu oſculi.
Amoris igni percita tranſiſſet: & me.
Linqueret: & mira prorſus res moueret.
Vt ad me fierem mortuus. Ad puerum intus uiuerent.

In Dionē uero poſtq̄ uita ceſſit: talia græce ſcripſit. quæ in illius tumulo ſyracuſis inſcripta feruntur. Et latine utrunq; traducta hæc ſunt.

Lachrymas quidem hecubæ. atq; iliadibus
Mulieribus dudum geniti dedere.
At tibi dion poſt geſtas præclaras res.
Dæmones effuſas ſuſtulere ſpes: iaces.
Ecce in patria ſpacioſa clariſſimus ciuibus:
O meum in te animum: qui excitaſti dion.

Dicunt etiā illum amaſſe Agathonē mulierē ſpecioſam. Plato & Xenophon nō fuere grato inter ſe animo. & cōtentionis ſtudio ſimilia ſcripſere: ut in dictione Xenophon uidebimus. habuitq; Plato diſcipulos p̄cipuos Speuſippū athenienſem: Xenocratē chalcedoniū. Ariſtotelē ſtagyritē: Phelippū opuntiū: Eſtiæū terinthiū: Diona ſyracuſanum: & alios plures. & cum his fœminas duas Laſceniā manthineā: Axiotheā phliaſiā: quæ teſte Dicæarcho uirili utebantur ueſte.

P laxaura cum. x. conſonante. au. diphthongo ſcribitur. fuit teſte Heſiodo in theogonia una ex nymphis filia Oceani & Tethyos.

P lectrum cum. c. & . t. exilibus ſcribitur: dici poteſt latine pecten.

P leiades cum. i. latino ſcribitur: apud græcos uero. ei. diphthongus: quæ a noſtris quandoque diuiditur: ut in ſecundo horum cōmentariorum libro oſtendimus (Et ut dicunt poetæ græci) ſeptem fuerunt Atlantis filiæ: non ex Electra coniuge: ſed ex Pleione nympha: dicente Ouidio in. v. faſtorum libro. His ſata Pleione cum cæli fero atlante. Has (ut ipſi poetæ græci ferunt) cum mater boetiam ducere uellet: Orion illis uim inferre tentauit. Sed fuga euaſerunt: quas ille. xii. annos eſt proſecutus. At iuppiter pietate in puellas cōmotus illas in aſtra locauit: quæ in humero tauri conſpiciuntnr. Incipiuntq; oriri tempore ueris uigeſima die Martii. unde Virgileæ a latinis dicuntur. Lucentq; in calendis Iunii unica hora: & ſucceſſiue magis: quouſq; menſe ſeptembris & octobris duodecim perlucent horis. menſe uero februarii penitus abſconduntur. & a matre Pleiōe pleiodes ſunt cognominatæ.

P leione cum. i. latino ſcribitur: & ut ſupiori dictione uidimus: ſic in iſta. ei. græca diphthongus diuiditur: nympha fuit ex q̄ Atlas ſeptē ꝓgenuit ſilias: quæ ab illa pleiades ſunt cognominatæ: ut in ſupiori dictione uidimus.

P leonaſmus cū unico. n. ſcribit. dici pōt a nobis cumulatio ſiue adiectio. Virgil. ſic ore locuta eſt. & li. georg. ii. Hactenus aruorum cultus: & ſidera cæli Non enī niſi ore loquimur. Nec alibi q̄ in celo ſunt ſidera.

P lemmyriū ſecunda cū. y. græco penultia cū. i. latino ſcribit: fluuius ē ſiliciæ ex oppoſito ad ortygiā inſulā. hunc cū Vir. in. iii. ænei. dixiſſe undoſum: expoſuit Seruius: illū uerbum ex uerbo expreſſiſſe. cum idē ſit plēmyrium: qđ undoſu; Nā a πλεμμύρω: quod ē exundo: deducit. ob qđ plēmyrium cū duplicato. m. nōnulli: ut puto melius ſcripſere: cum & apud græcos ipſum. m. reduplicet.

P leuron cum. eu. diphthōgo & unico. r. ſcribitur: dicitur latine coſta: & ob id nō nunq̄ latus. Vnde pleureſis.

P leureſis eodem modo ſcribitur: dolor eſt pectoris: in quo coſtæ locantur.

P luto cum. t. exili ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia: una ex nymphis oceani & Tethyos filia: habet accentum in ultima: quem ſi in prima haberet fratre; Iouis deſignaret.

P luto cum. t. exili ſcribitur: habetq; accentū in prima. fuit Saturni ex Ope uxore filius: frater Iouis: ſed eodem partu cu; Glauca natus: ut in dictione Chronus uidimus. Is a noſtris dicit hic Dis & hic Ditis: eo ꝙ πλοῦτος græce apud noſtros diuitias indicat: ut oſtendimus in dictione Deus. Huic ſorte datum eſt imperium infernorum. Vnde ait Statius.

Forte ſedens media regni infœlicis in arce.
Dux herebi:populos poſcebat crimina uitæ.
Nil hominum miſerans:iratuſq; omnibus umbris.& reliqua:quæ proſequitur.
Seneca etiã in Hercule furente ſimilia enarrans . eius aſpectũ terribilẽ explicat.
Idem Proſerpinã Iouis & cereris filiam rapuit. Nam tunc quoq;:ut dicit Oui.i
v.metamorph.Tenebroſa ſede tyrannus Exierat:curruq; atrorum uectus equo
rum:Ambibat ſiculæ cautus fundamina terræ. Fuitq; olim uulneratus ab her
cule Pluto ĩ bello:quod geſſit hercules cõtra pylon patriã neſtoris:& undecim
neſtoris frẽs ĩteremit auxiliãte plutone neſtori.unde ait Sen.in hercule furẽte
Hic (qui rex populis pluribus imperat)
Bello cum peteret neſtoream pylon.
Tecum conſeruit peſtiferas manus.
Telum tergemina cuſpide perferens.
Effuit tenui cuſpide ſaucius.
Et mortis dominus pertinuit mori.

P neuma cũ.n.poſt.p.ĩ eadẽ ſyllaba ſcribi.& dicit̃ latine ſpiritus flatus. deſcẽdit
ꝙ a πνέω:quod ẽ ſpiro flo:unde & græcæ pneumon qui latine pulmo dicitur.

P odalirius cũ unico.l.&.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero in.ii. iliados filius
Aeſculapii & frater Machaonis:qui ob ſolertiam medicinæ una cũ fratre ex cre
ta ad troianum ad bellum conuocatus fuit.de quo Ouidins in ſecũdo de arte.
Quantus apud danaos podalirius arte medendi.
Automedon curru:tantus amator ero.

P oderis cum unico.r.&.i.latino ſcribitur : dicitur latine talaris. & a ποδῶν id
eſt pedibus deſcendit.

P oean cum.œ.diphthongo ſcribitur:fuit pater Philoctetis.Vnde & ipſe Philocte
tes Poeantius dictus eſt.Ouidius in.v.triſtium.
Pene decem totis aluit poeantius annis.
Poſt ſerum tumido uirus ab angue datum.Nec cum.æ.ſcribitur: ut nonnulli
forte putauerũt credentes a παιω deduci:quod ẽ ferio:cũ ipſe teſte Homero in
ii.iliados fuerit ſagittandi peritiſſimus:ſed patronymicum eſt deductũ a patre:
qui ſemp:ut diximus ab illis ποίαν ſcribitur.

P oeantius cũ.œ.diph.&.t.exili:atq;.i.latino ſcribitur:filius Poeãtis dicitur: hoc
eſt Philoctetes:ut in præcedẽte dictione uidimus : queadmodum amithaonius
ſimiliter amithaonis filius dicit̃:de quo ſatis in dictione philoctetes uidimus.

P œna cum.œ.diphthongo ſcribitur:& inde poenitentia:ac poenitet.

P œta cũ.œ.diuiſis ſyllabis:&.t.exili ſcribitur:uocabulũ græcũ eſt : qui latine fa
ctor dicit̃.nam a ποιέω:quod eſt facio deſcendit.Et cũ apud græcos prima ſit
diphthongus oi:nos abiicientes.i.retinemus.o.euphoniæ cauſa. Ne conuerſa ĩ
œ.diphthongum: quæ apud nos ſonũ habet ſolius.e. & cum ſimiliter ſecunda
ſit e:diſſonantiam ſoni conficere uideretur.

P ogonia cũ unico.m.ſcribit̃:dici poteſt a nobis barbata. Nam genus eſt cometæ
ſic quoq; dicti a ſpecie barbæ:dicẽte Pli.in.ii.nat.hiſto.idẽ Pogomas uocãt.Cu
ius inferiore ex pte in ſpecie barbæ lõgæ ponit̃ iubã.nã πώγων barba dicit̃.

P olemo cum unico.l.&.e.abſq; diph.ſcribitur:fuit atheniẽſis philoſophus Philo
ſtrati filius pago aeenſi oriũdus.Hic adoleſcẽs adeo impudicus erat:ut pecuni
as circumferret:quo eſſet ad omnes implendas uoluptates paratior:eas itidẽ in
angiportis & uiis occulebat.Sed cũ ſemel ebrius & coronatus ĩ ſcholã Xenocra
tis irrumpet:ille pter niſſa oratione: quã incepat:de pudicitia dicere cœpit:Vel
ut alii ferunt tunc forte apud illum de pudicitia ſermo erat:quem uiſo Polemo
ne ardentius pſecutus eſt:Quo ſecutum dicunt:ut ĩpudens adoleſcens paula
tim ſe colligeret:& ante egreſſum ſcholæ cõponere inciper: ac de cætero ſtudio:
& induſtria adeo ſeipſum uinceret:ut Xenocrati in regenda ſchola ſuccederũt.

P olycletus cum.y.græ.&.c.ac.t.exilibus ſcribit̃:fuit teſte Pli.in.xxxiiii.natu.hiſ.
ſtatuarius ſua ætate maximus.Hageladiſq; diſcipulus.fuitq; in eodẽ teſte Quin
ti.li.xii.de inſtitu.orato.diligentia ac decore ſupra cæteros.Cui q̃q̃ a plærſq; tri
buitur palma:tamen ne nihil detrahatur:de eſſe pondus putant. Nã ut huma
næ formæ decorem addiderit ſupra uerum:ita nõ expleuiſſe deorum auctorita
tem uidetur.Quin ætatem quoq; grauiorem dicitur refugiſſe nihil auſus ultra
leues genas.Et quæ Polycleto defuerunt Phidiæ:atq; Alcameni dantur. Nã &
in ebore ut Phidias opatus eſt:dicente etiam Iuuenale in ſatyra Stemmata quid
faciunt:Phidiacum uiuebat ebur:necnon polycleti.

P olycrates cũ.y.græ.&.c.ac.t.exilibus ſcri.fuit ſamius tyrãnus.de quo Cice.de fi
nibus bonorum & malorum.Pli.q; & diuerſi græci auctores meminerunt. Hic
adeo ſibi fortunã obſegoſam habuit:ꝙ oĩa deſiderata pficiebat. Ad moderandaz
igit̃ fortunæ inuidiã ſumpto e manu ãnulo:quẽ pcioſiſſimum poſſidebat:ĩ ma
re iæcit.nõnulli uero caſu decidiſſe dicunt:ſed iopinate illũ repẽteq; recupauit
Nã poſt dies paucos a piſcatoribus piſcis captus:q ãnuluz ſorbuerat tyrãno do
natus ẽ.In cuius uentre cõptus ãnulus illi ueluti a Neptuno reſtitutus tradit̃
q ſane ãnulus teſte Pli.li.xxxvii.nat.hiſto.romã delatus:dono Auguſti in delu
bro Cõcordiæ cũ aureis coronis ẽ appenſus.Sz de polycrate tãdem accidit:ꝙ cũ
aduerſus Darium pſarium regẽ exercituz duceret:ab Orõte pfecto Darii acie fu
ſus & captus:ĩ ſũmo megalenſis mõtis uertice ſuſpendi iuſſus ẽ:ac relictus aui
bus lacerãdus.ut q ubiq; fœliciſſime in terra uixerat.ĩ aere miſerrime expiraret.

P olydamas cum.y.græco ſcribitur:nomen fuit uiri proprium troiani cõpoſituz
ex poly:id eſt multum: & Δαμάζω domito. Fuit troianus qui cum Antenore
& Aenea urbem troianum græcis tradidiſſe dicitur.& a Perſio Polydamas pro
tragœdia de Polydamante accipitur.

P olydectes cũ.y.græ.&.ct.exilibus ſcribi.fuit Magnetis filius:& rex ĩſulæ ſeriphi.
Hic Perſeũ Iouis & Danaes filium educauit.Cuius tãdem ingeniũ ueritus: au
datiãq;:& ſeolocitatẽ:ſub umbra æternæ gloriæ illũ ad ſupandã Gorgonẽ Me
duſã cõpulit.Qua deuicta redeunti Perſeo cũ ſemp detraheret:cõuerſus ẽ ab il
lo in ſilicem mõſtrato capite meduſæo:ut oſtendit Ouidi.in.v.metamorpho.

P olydorus cum.y.græco ſcribitur:interpretarique ualet multum doni. & fuit fi
lius Priami ex Hecuba.de quo Euripides pulcherrimam tragœdiam ſcripſit: &
ab illo Virgilius in.iii.æneidos:& Ouidi.in.xiii.metamorph.plura tranſtulere.
de quo in dictione polymneſtor aliquid uidebimus.

P olydora eodem modo ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia una ex nymphis
filia Oceani & Tethyos.

P olygnotus cũ.y.græco:&.t.exili ſcribitur.fuit teſte Quinti.i.xii.inſtitu.orato.pi
ctor antiqſſimus.de quo uidimus in dictiõe Aglaophon. fuitq; athenienſis. Et
ut dixit Theophraſtus teſte Pli.in.vii.natu.hiſto.primus picturã cõpit.Quod
nõ fuiſſe uerũ idẽ Pli.i.xxxv.oſtendere uideretur.Nam (ut ait) primus mulieres

lucida ueſte pinxit. Capita earum mitris uerſi coloribus opuit. plurimūq; pictu ræ primus contulit. Siquidem inſtitui os ad aperire: dentes oſtendere: uultum ab antiquo rigore uariare.

Polygonius ſecūda cū. y. græco: penultīa cū. i. latio ſcribit̄: dici pōt anguloſus.

Polymniſtor cū. y. græco: & m. ante. n. in eadē ſyllaba ſcribit̄: fuit rex thracū tēpore belli troiāi: & regis Priami amicus. ad quē Priamus dubitās de ſtatu troiæ filiū polidorū cū magno auri pondere cōſeruādū nutriēdūq; miſit: ut cōtingeret troiā capi: ipſe genus & urbē iſtaurare poſſet. Sed deſtructa troia auri cupiditate polydorū interemit. quod cū cognouiſſet hecuba: finxit ſe illi aliud auri pōdus uelle ſecreto indicare. ut ipſe illud ꝓ filio acciperet. quæ auarus rex uera eſſe credēs: & ī cōſpectu hecubæ ueniēs: ab illa unguibus occæcatus fuit: ut eloquētiſſime ꝑtractauit Euripides in κέάβη & Oui. multa tetigit in. xiii. meta.

Polymitus ſecūda cū. y. græ. ſequēs cū. i. latio: & ultīa cū. t. exili ſcri. nomē ē adiectiuū. & id dicit̄: qđ uariis filis: hoc ē diuerſorū colorū ē cōtextū. Nā μιτὸς filū dicit ſeu liciū. unde ueſtis illa dicit̄ polymita: q̄ uariis ī colore filis ē cōtexta.

Polymnia ſecūda cum. y. græco: penultīa cū. i. latio ſcribit̄: una eſt ex muſis: q̄ſi polyphymna: hoc eſt plurimū cātās uel laudās: hymnus enī laus eſt cū cātico Vel (ut alii dicūt) multæ memoriæ: ita ut poly cōponat̄ cū μνήμη quæ ē memoria. Oui. in: v. faſtorum: Diſſenſere deæ: quarum polyphymnia cœpit Prima ſilent aliæ: dictaq; mēte notant: & Horatius in primo carminum: Si neq; tibias euterpe cohibet: nec polyhymnia leſboum refugit tendere barbiton.

Polyion cum. y. græco ſequente. i. latino diuiſis ſyllabis ſcribitur: & eſt nomē cōpoſitum ex poly: quod eſt plurimuꝫ: & ἴον uiola: quaſi plurima ſit uiola. Nam herba eſt teſte Plinio in. xxi. naturalis hiſtoriæ inclyta Muſæi: & Heſiodi laudibus. cuius folia: ut illi poetæ tradunt mane candida: meridie purpurea: ſole occidente cærulea aſpiciuntur. & a radice protinus nunq̄ palmo altiora.

Polyphemus cū. y. græco &. e. abſq; diph. ſcribitur: fuit teſte Homero in odyſſea filius Nuptuni ex Thoſa filia Phorci. Et nomē ē cōpoſitū ex poly: quod multuꝫ denotat & φήμη famæ: q̄ſi fuerit ualde famoſus. Nā dum Vlyxes uagus poſt excidiū: troiæ forte ſiciliā (Homero referente) ꝑueniſſet: cū duoedci ſociis ꝑſcrutatum loca ꝑrexit: tres optimi uini cados ſecum portātes: ubi uiloſum. conſpexerunt hominē ſtaturæ giganteæ unicū ī fronte oculū habētē ipſo dicēte apud Ouidium lib. xiii. metamorph. unum ē in media lumen mihi fronte: ſed inſtar Ingentis clypei: qui greges mūgebat: & ſolus ab antro lapidē tollebat: quem uiginti boum paria mouere nequiſſent: ad quē ingreſſus Vlyxes: ſciſcitabatur đ ritu gētiū: & auxilia ob gratiā Iouis reuerenter poſtulabat. Ille ſupbe reſpondēs dixit ſe nō timere Iouē: & duos ex Vlyxis ſociis apprehendēs ritu beluæ deuorauit. ac cæteros detinens ſequenti mane totidē abſumpſit. Idēq; ueniente ſero cōfecit. Quod Vlyxes ꝑſpiciens. & de ſe ac reliquis iā timēs: cadū optimi uini: qđ ſecum portauerat: illi obtulit miſericordiā poſtulans. promiſit Cyclops ſe illi miſereri ſi uinū iterum ꝓpinaret: & ſic tertio cum potaſſet effectus ebrius: in medio cluſi antri ſe proſtrauit dormiens. quē Vlyxes cum ſotiis acuto ſtipite occecauit. Tādē cum gregibus apire cogeretur: pecudes oēs exeūtes palpabat Vlyxes uero cū ſotiis aſſumptis pecudū pellibus. eius manus effugit. Et quēadmodum id illi ꝑdictū fuit a Telemo ī ſua dictione uidebimus. Amauit hic Galateā ut late & pulcherrime narrauit Ouidi. in præfato. xiii. metamorph. libro. Sed

polyanthea. qđ liber. i. multitudo plurimoꝝ floꝝ.

ut ſcribit Seruius ſup. iiii. æneidos Multi inqt Polyphemum dicunt unū habuiſſe oculū. Alii duos. alii tres. Sed totum fabuloſuꝫ ē. Nā uir fuit prudētiſſimus ob qđ oculū in capite iuxta cerebrū habuiſſe dicit̄: qa prudētia plurimū uigebat. Verum Vlyxes eum prudentia ſupauit: & ob hoc cæcaſſe eum fingitur.

Polypoetes ſecunda cū. y. græco: ſequēs cū. œ. diph. ultīa cum. t. exili ſcribit̄: hētq; accentum in pēultīa. fuit teſte Home. in. xii. ilia. filius Pirithoi & Hippodaniæ.

Polytes cum. y. græco &. t. exili ſcribitur: fuit regis Priami filius ex Hecuba uxore cuius mortem in. ii. iliados Virgilius enarrauit.

Polyptoton cum. y. græco & abſq; aliqua aſpiratione ſcribit̄. Id eſt ꝙ multipliceꝫ hēt caſum. poly enī multiplex eſt: πτῶσις caſus. Accipi tamē conſueuit ꝓ figura: qua diuerſis caſibus ſentētia uariatur. ut Litora litoribus cōtraria: fluctibus undas. Perſius: Ex nihilo nihil in nihilum nil poſſe reuerti.

Polypus cū. y. græ. ſcribit̄: genus ē piſcis multos pedes habēs. Nā cōponit̄ ex poly qđ multitudinē īdicat: & πούσ pes. Quare bene Ouidi. in. iiii. meta. inqt. Vtq; ſub equoribus depræhenſum polypus hoſtē cōtinet. atq; oī dimiſſis ꝑte flagellis

Polyſyntheton cum. y. græ. ī ſecunda & tertia: penultīa cum. th. aſpirato: ultima cum. t. exili ſcribitur: dici pōt multipliciter cōiunctū. Nā cōponitur ex poly: qđ multiplicitatē indicat: & σύνθετον cōpoſitionē. Accipiturq; pro figura: qua locutio multis cōcatenatur cōiunctionibus. Virg. li. georgi. iii. Tectumq; laremq; armaq; Amyclæumq; canem creſſamq; pharetram.

Politia cum. i. latino utrobiq;: &. t. exili ſcribitur. Nec cōponitur a poly: qđ ē multum. Ideoq; non ſcribitur cum. y. græco. Sed deriuatur a polis cū. i. latino: quæ eſt ciuitas. Vnde latine ciuilitas: ſeu reſpublica interpretatur. & inde deductum puto uerbum polio: quin & polities.

Polyxena cū. y. græco ſequēte. x. cōſonāte ſcribi. fuit Priami regis filia ex Hecuba cōiuge: quæ demū poſt captā troiā iugulata fuit ſupra tumulū Achillis. Et nomen eſt cōpoſitum ex poly: quod eſt plurimum: & ξείνη admiranda: q̄ſi plurimum fuerit āmiranda: ob elegantiā. ſ. formæ: & morum præſtantiā. Hētq; apud poetas noſtros accentum in antepenultima: & nō in penultima: ut multi īepte proferre cōſueuerunt. Iuuena. in ſatyra Omnibus in terris: Caſſandra incipet ſciſſaq; polyxe. palla. & Oui. placet achilleos mactata polyxe. manes.

Polyxenus eodem modo ſcribitur: & eundem accentum detinet. hunc Home. ī. ii. iliados. cōnumerauit inter duces græcos: qui ad troiam uenere. & filium fuiſſe dicit præſtrenui Augei: ac diuina pulchritudine præditum.

Poltys cū. t. exili &. y. græco ſcribitur. fuit teſte Plu. rex thracū: & in troico bello.

Pollux cum duplicato. l. ſcribitur a latinis: q eius primā apud græcos naturaliter breuē producunt. At uero a græcis cū unico. l. ſcribitur. Et cum apud illos lōgo noīe dicatur πολυδεύκης: apud nos breuior dicitur pollux. Nā teſte Priſciano ī. viii. Latini gaudētes breuitate plærūq; ī dictōibus græcis faciunt cōciſiones: ut qđ illi δίδω: nos do. Quod illi βούλομαι: nos uolo dicimus: Itē qđ illi ἐμέ: nos me: qđ illi βοῦς: nos bos: πούς: nos pes. Idēq; ī noībus litterarum: ut ī primo horum cōmentariorum li. uidimus. Et fuit Pollux filius Tyndati ex Leda: & frater Caſtoris: de quo in dictione Caſtor ſatis uidimus.

Pompa græcū uocabulū ē: qđ ad ſacras res auctores noſtri nōnūq̄ referunt: ut ſacrificiorū pōpa: ſꝫ ut plurimū ad res alias. Cice. ī Piſonē differens de triumpho Quid tādem inqt habet iſte currus: quid legati in eqs: & tribuni. Quid clamor

militum:quid tota illa pompa. Inania ſunt iſta mihi crede delecta menta pene puerorum captare plaſus:uehin p urbem:cōſpici uelle. Luca. ſimiliter de triū phantibus: Quā ſeriem rerū longa præcedere ponta: Quas potuit belli facies. Hæc aūt facies ſimulachraq; uictoriarū:quæ in triūpho geſtant̃:fercula dicūt̃ Cice. de officiis: Ne pomparū ferculis ſimiles eſſe uideamur. Neq; uero in lætis modo pompa dicit̃:uerū & ī triſtibus. Quin. Quid ſibi uelit ille funebriū longus ordo pōparū. Liuius: Cōſulares uero faſces & p̄textā curulem nihil aliud q̄ pompā funeris putant claris īſignibus uelut īfulis uelatos ad mortē deſtiari.

P ontus cū. t. exili ſcribit̃. Et dicitur id mare quod a palude mæotidos uſq; ī tenedum ꝓtendit̃. Sed iā mare illud anguſtū:quod a tenedo incipit poſt caſū Helles:in illud helleſpontū uocitatū fuit. Quin & quod ab ea ſtrictura incipit:hoc eſt ab helleſpōto:& uſq; in boſphorum thraciū ꝓtendit̃:ꝓpōtis uocat̃. & a boſphoro thracio uſq; ī paludē mæotidē pōtus dicitur. Atq; alio noīe mare euxinū ut in ea dictione uidimus: Iuxta quē locū locus ē tomos clarus Naſonis exilio: ut in ſua dictiōe mōſtrabimus:& a pōtus pōtinus pōtina pōtinū deducitur.

P ontina palus cū. t. exili &. i. latino ſcribit̃:eſt teſte Vibio uolſcorum palus iuxta forū appii haud lōge a taracina:diſtatq; ab urbe uiginti milibus . paſſuum. De q̄ Lucanus ī. iii. Et q̄ pōtinas uia diuidit uda paludes. Nec lōge etiā circeis fuiſſe dixit. Pli. in. iii. naturalis hiſtoriæ:quē fuiſſe olim locū. xiiii. urbium ex auctoritate Mutiani ter cōſulis ꝑdidit. hāc latrunculorū olim fuiſſe ſedē oſtēdit Iuuenalis in. iii. ſatyra cū ait: Interdum & ferro ſubitus graſſator agit rē: armato quotiens tuto cuſtode tenentur: Et pontina palus & gallinaria pinus.

P opiſma cum. i. latino ſcribitur:ſonus eſt cunni ex cōfricatiōe mētulæ. Vnde & cunnus ipſe popta apud nōnullos antiquos dicebat̃. Martia in. vii· Quis ridere poteſt fatui popiſmata cunni:cum ſonat hic cui nō mētula mēſq; cadit· Vnde & popiſma ꝓ coitu nōnunq̄ accipit̃. ut Iuuena. ī ſatyra Credo pudiciciā Frontēq; manūq; Præbebit uati crebrum popiſma roganti ideſt coitum. in quo popiſma ex crebritate agitationis innaſcitur.

P orphyris ſecunda cum. y. græco:ultima cum. i. latino ſcribitur: inſula eſt teſte Pli. lib. iiii. natu. hiſto. in laconico mari ſita a meleæ ꝓmontorio quinq; milibus paſſuum diſtans ancipiti mari pp anguſtias. Eadem poſtea dicta fuit cythera tantum plurali numero:ob memorabile tēplum Veneri ſacrum quod ī illa cōſtructum fuit:ut in ea dictione uidimus.

P orphyrites eodem modo uti ſuperior:atq; cum. t. exili ſcribitur:dicitur affirmāte Pli. in. xxxvi. natu. hiſto. marmor rubeum candidis interuenientibus pūctis qui in ægypto maxime comperitur. Et nomen a ſimilitudine porphyræ:hoc eſt purpuræ accepiſe creditur.

P orthmeus cuȝ. th. aſpirato: &. eu. diph. ī fine ſcribit̃. Nā ſic quoq; litteris græcis πορθμεύσ dicit̃:latine uero porcitor uocat̃. Virgi. ī. iiii. geor. Nec portitor orci Amplius obiectā patit̃ trāſire paludē. Sed eo græco uocabulo uſus ē Iuue. ī. iii. ſatyra cum ait. Iā ſedet ī ripa tetrunq; nouiſſimus horret Porthmea. Et is dicit̃: q traducit hoīes ac uehit nauigio:uel ad nauim de litore: uel de naui ad litus uel ad ulteriora flumīs:lacus:ſtagni ue ſeu ripas ſeu litus. Et licet ſic quoq; frequētius dicatur:pōt etiā accipi ꝓ eo:q portoriū cōduxit. i. q fructus pecuniarios ex portu cōduxit:& a uenīetibus illos exigit. Et dicitur portorium uectigal portus uel fluminū uel lacuū uel ſtagnorū. Sane præter portoriū & amatoriuȝ

ut plurimū neutra deſinētia ī orium locū:ſignificāt ubi aliqd fit:ut deābulatoriū locus ubi deābulat̃. Dormitoriū ubi dormitur. Repoſitoriū ubi qd reponit̃. Tētoriū ubi tēdimus uela:aut ſiqd iſtar uelorū hȝ. Vel ipſa potius uela:ſiue uelamēta cōtra iniuriā cæli. Auditoriū locus ubi audimus p̄ceptorē aut orationē ī nō uera cā:aut opus nouū recitātē. aut ſiqd ſimile ē uel ipſa turba aut ip̄e coetus auditorū. Tectoriū uero illinimētū ē:& q̄ſi pauimētū pietis atq; īcruſtatio.

P orſena cum unico. n. a græcis ſcribit̃:& pēultimā corripit. Quod apud noſtros Marti. cōſeruauit cū ait ī epigrāmatibus: hāc ſpectare manū porſena nō potuit At ī Vir. circa finē li. viii. ꝓductā cōperi:atq; ob id cum duplicato. n. neceſſario ſcriptā. ait. n. Nec nō tarqniū eiectū porſena iubebat Accipe. Vbi ait Seruius unum. n. addit̃ metri cā. Vnde & penultīe datus accentus ē:q ī prima eſſe debet.

P otnia cum unico. t. exili ante. n. &. i. latino in penultima ſcribitur. Erat arcadie ciuitas:ex qua Glaucus fuit:q cū Veneris ſacra ſperneret: Potniades malis mēbra aſſumpſere quadrigæ. i. equæ:quas dicunt Glaucum ipſum a Venere cōtinuiſſe:ut uelocius currerent:ſed in furiā uerſæ:eum cū curruȝ aſcēdere uellet laceraſſe dicunt. Et deducitur potnia a πότνιος:qui eſt uenerabilis.

P ractius cum. c. &. t. exilibus: &. i. latino ſcribitur:fuit teſte Homero ciuitas in pōto:quæ troianis auxilia miſit.

P ræneſte prima cum. æ. diphthongo poſt. r. aliæ ſine diph. uel aſpiratione ſcribūt̃ Oppidum ē italiæ ſup arrhetino monte poſitum urbi ꝓpinquum decē & octo milium paſſuuȝ cōditur & nominat̃ ut placuit Solino a Præneſte Latini regis filio:& Vlyxis nepote ut uero uoluit Virg. a Cæculo filio. Vulcani:quem iuxta ignē ſorores digitiorum fortuitu cōpererunt:illo dicente in. vii. æneido.

Nec præneſtine fundator defuit urbis
Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem
Inuentumq; focis:omnis quem credidit etas
Cæculus.

Nam ut ait Seruius. Erant eo in loco pontifices & dii indigetes ſicut etiā romæ. Quin etiā & duo fratres q digitii appellabant̃:horum ſoror dum ad focum ſederet:diſſimiles ſcintilla eius uteruȝ ꝑcuſſit. Vnde dicta eſt concæpiſſe poſtea enixa ignem inuentum ſuſtulerunt: qa a fonte haud longe erat. Vnde. Vulcani dictus eſt filius:& Cæculus cognominatus: qa oculis minoribus fuit Hic poſtea collecta multitudīe poſtq̄ diu latrocinatus p̄neſtinā ciuitatē ī mōtibus cōdidit: Et cū ad ludos populos uicnos īuitaſſet:cœpit eos hortari: ut ſecū habitarēt:& ꝓ gloria iactare ſe filium Vulcani. Quod cum illi nō crederēt:iuocato Vulcano ut eum filium ſuum cōprobaret: Itaq; corā omnis multitudinis cœtu:flāma ē circūdatus. Quo facto cōmori oēs ſimul habitauerunt: & Vulcani filium crediderunt. ob qd̄ dixit Virgi. Omnis quē credidit ætas. Sed quare dictum erit p̄neſte nō ponit. unde dixerunt nōnulli a multitudine arborū eius nominis:quæ eo in loco frequēter naſcuntur cognoīatum:fuitq; ſitum in loco preeminēti:dicente Virgi. Quiq; altum p̄neſte uiri: Ob qd̄ & frigidum. dicente Iuue. in. iii. ſatyra: Quis timet aut timuit gelida preneſte ruinā. Nā declinat̃ teſte Seruio hoc hoc p̄neſte hæc p̄neſtis. & ob id dixit gelida. Virgil. etiā: Cum primam aciem p̄neſte ſub ipſa. Idem & Priſcianus in. vii. cōfirmauit.

P ragmaticus cum. c. &. t. exilibus ſcribitur: dicitur a noſtris negociator:ſeu forenſis. Nam a πραγματεύομαι:quod eſt negotior deriuatur: Iuuenalis in ſatyra Et ſpes & ratio: Inde cadunt partes in fœdere pragmaticorum id eſt forenſium

qui negotia clientum conducunt.

P raxiteles cũ.x.conſonante:ſequẽte.i.latino:&.t.exili:atq; unico.l.ſcribitur:fuit inter marmoris ſtatuarios gloria ſũmus. Sculpſitq; inter cætera Venerẽ cnidi: quæ nõ ſolũ ibi teſte Pli.in.xxxvi.natu.hiſto.ſed in toto orbe terrarum pcipua fuit. Quã ut uiderẽt multi nauigauerũt cnidũ.Nã duas fecerat:q̃s ſimul uendere optabat.Alterã uelata ſpecie:quã qdã ptulerũt optie: ſeuerũ id atq; pudicũ arbitrãtes.cõditio erat cũ eodẽ precio.Reliquã cnidii emerũt imenſa differẽtia famæ.Voluit etiã poſtea a cnidiis mercari rex Nicomedes totuz æs ciuitatis alienũ quod erat ingens diſſolutũ repromittẽs:oĩa cnidii ppeti maluere.nec immerito illo eni ſigno Praxiteles nobilitauerat cnidum.ædicula eius tota aperit̃: ut conſpici poſſit undiq; effigies deæ:fauẽte ipſa ut credimus facta Nec minor ex quacunq; parte ammirata eſt. ferunt amore captum quendã cũ delituiſſet noctu ſimulachro cohæſiſſe:eiuſq; cupiditatis eſſe indicem maculam.Hæc Pli. iuxta quæ dixit noſter Carolus arretinus.

Praxitelesq; cnidi rurſus te marmore ſignet.
Pulchra uenus:quo ſit nobilis ipſa cnidos.
Omnia mercurio cedere uiſa meo.

Quæ aũt illius ſigna romã portata fuerũt:ponit Plinius in præfato libro:quod qui uoluerit cognoſcere:ibidem legere poterit.

P raxaſpes cũ.x.cõſonante poſt.a.uocalẽ:& ante.a.litteram ſcribitur:fuit nobilis perſa:qui teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iii. Smerdim Cambyſæ fratrẽ iuſſu ipſius cambyſæ perſarum regis occidit.Deinde poſt cum mortem Cambyſæ ad perſas rediſſet interrogatus eſt a magis illis:qui regnum occupauerant:quẽadmodum in dictione Smerdis oſtendimus:ut publice prædicaret Smerdim Cambyſe fratrem uiuere.Et eum eſſe quem Magus regem declarauerat:nec ab eo iterfectum fuiſſe.Quod ſi faceret:facturum eum maximum inter perſas. Et eo beneficio regem ſibi in ppetuum deuincturum.Qui cum facturum ſe omnia: quæ illi uellent:abunde pollicitus eſſet.Suadentibus illis turrim aſcendit. Ex qua perſis quæ magi rogauerant denũtiaturus uidebatur.Ceterũ nihil eorum predicauit.Sed potius magorũ fraudem apperuit. Nec Smerdim q regnaret eẽ Cambyſæ fratrẽ.Quin imo iãdiu ab eo cogente Cambyſæ fuiſſe interfectũ.Sed alium Smerdim magũ a fratre dolo ſuppoſituz:pptrea orare perſas omnes: ut memores beneficiorũ Cyri:& aliorum regum neq̃q̃ ſinerent magnum hominẽ externũ ac aduenticiũ perſis imperitare.his dictis ex turri præcipitem ſe deiæcit:atq; ita diem obiit:ut hæc omnia ex Hero.in latinũ interprætati ſumus.

P resbyter cum græco &.t.exili ſcribitur:dicitur latine ſenior.

P riamus cum.i.latino ſcribitur:fuit Laomedõtis troianorum regis filius.Et nomen ipſum aſſerunt græci a uerbo πρίαμαι:quod eſt redimo contraxiſſe.Naz puer ab Hercule captus cum Heſiora ſorore:ipſe ſolus pecunia redimi potuit. Et ab Ioue originem traxiſſe dicunt:quia Dardanus Iouis fuit filius ex Electra Cuius filius fuit Erichthonius.Hic filium habuit Troem: qui regionem quæ a dardano Dardania dicebatur.troiam a ſe dixit. Huius filii fuerunt Aſſaracus & Ilus:qui urbem ipſam ilion a ſe uocauit.Hic filium habuit Laomedontẽ:qui pater fuit Priami.At Priamus ipſe patre ab Hercule interfecto:& auro redemptus:ilion reformauit & exorauit.Habuitq; teſte Cicerone in primo de quæſtionibus tuſculanis filios quinquaginta:quorũ decem & ſeptem iuſta uxore ſunt nati.At uero ex altero latere Aſſaracus Capim genuit.Ex quo Anchiſes:& ex illo Aeneas.Quam ſane geneologiam Ouidius in.iiii.faſtoruz libro. pulcherrime expreſſit cum ait.

Dardanon electra quis neſcit atlantide natum.
Scilicet electræ concubuiſſe iouem.
Huius erichthonius:tros eſt generatus ab illo.
Aſſaracum creat hic:aſſaracuſq; capim.
Proximus anchiſes cum quo cõmune parentis
Non dedignata eſt nomen habere uenus:
Hinc ſatus æneas.

P riapus cum.i.latino ſcribitur:& habet accentum in penultima:fuit uir ex lampſaco urbe helleſpontiaca qua(teſte Seruio ſup.ii.georg.)ppter uirilis mẽbri magnitudinẽ pulſus eſt:qa ſæpius cũ illo delectabant̃ fœminæ:Hunc dixerũt græci ob fœcunditatẽ hortorũ numen.Ideo dicebat ille apud Virg.in bucolico.Cuſtos es paupis horti.Et in.iii.georgi.ait Virgi.Et cuſtos furum atq; auiuz cum falce ſaligna Helleſpontiaci ſeruet tutela priapi.Huic erat aſellus uictima:qa ut ait Ouidi.in.i.faſtorum cum dii omnes ad feſtum matris deum conueniſſent: & epulis ſatiati eſſent:noctẽ ludis ducebant: Lotidã uero nymphaz Somnus arripuit Cuius pudicitiæ Priapus ipſe inſidebatur:ſed rudẽte aſello: quo Silenus uehebatur:excitata eſt.& Priapus deſiderio fruſtratus.In cuius uindictam lampſaceni aſſellum illi litare ſtatuerunt.

P rymno cum.y.græco:&.m.ante.n.ſcribitur: fuit teſte Heſiodo nympha Oceani & Tethyos filia.

P roblema cum unico.m.ſcribitur:Eſt propoſitio interrogationem detinens annexam cum διατί id eſt quare:ut eſt apud Ariſtotelem.

P robatica cum.c.&.t.exilibus:atq;.i.latino ſcribitur: dici poteſt ouilis. Nã a πρόβατου:quod eſt ouis προβατικη deſcendit. Vnde & piſcina:in qua oues lauabantur:probatica dicta eſt.

P roceleumaticus abſq; aliqua aſpiratione:& cum unico.l. atq;.i. latino ſcribitur pes eſt conſtans:ex quattuor breuibus:ut.Tytire pascentes a flumine reice capellas.Nam in quinto pede pceleumaticum poſuit p dactylo. Et dicitur quaſi primitus iuſſus:eo q in ſacris Mineruæ prius eius pedis uerſus pronunciari iubebantur.πρό enim ante deſignat:& κελεύω iubeo.

P rocyon cum.c.exili:&.y.græco ſcribit̃:ſtella eſt:quæ ante canẽ:q ſirius dicit̃:exoriri conſpicitur. Nam ex pro quod eſt ante:& κυών canis cõpoſitum uocabulum ẽ.Vnde Cicero in.ii.de natura deorum referens uerſus arateos inqt. Anticanem procyon graio qui nomine fertur:& Horatius in li.carminũ.iii.ait.

Iam clarus occultum andromadæ pater
Oſtendit ignem:iam procyon furit:
Et ſtella ueſani leonis
Sole dies referente ſiccos

P roconeſſus cũ.c.exili:& duplicato.ſ.ſcribitur:Ciuitas fuit in minori aſia:

P rochyta cum.ch.aſpirato ſequente.y.græco:&.t.exili ſcribitur: Inſula eſt in tuſco mari ſinu campano ſita:una ex æoliis.de qua Virgilius in.ix.æneidos. Tuz ſonitu prochyta alta tremit.Et Ouidi.in.xiiii.metamor.deſcribens Aeneæ nauigationem dixit:Inarimen prochytamq; legit. Vnde ait Plini. in libro naturalis

hiſtoriæ:inarimes mons fuit:qui terræmotũ paſſus:alteram fudit inſulã: quæ prochyta ab effuſione dicta eſt.Nam προχέω effundo a noſtris dicitur:& προχυτήριον fuſorium.

**P** rocris cũ.c.exili:&.i.latino ſcribitur:fuit Erithei Athenarũ regis filia & cephali uenatoris uxor.ut in ea dictione uidimus. Quam Home.in.xi.odyſſeæ. Dixit Vlyxem apud inferos comperiſſe.

**P** roetus cũ.œ.diph.&.t.exili ſcribit̃:fuit Abantis argiuorũ regis filius:cui ſucceſſit in regno:Hic teſte Homero in.xi.odyſſeæ Antiã habuit uxorẽ: ex qua quattuor filias genuit Mæram:Euryalem:Lyſippem:& Iphia naſſam : quæ cũ teſte Pherecyde in forma ſeu pulchritudine ſe Iunoni prætuliſſent:offẽſa dea eis furorem talẽ imiſit:ut uaccas ſe eſſe arbitrarentur: & aratra timẽtes ſiluas peterẽt dicente Virgi.in Sileno:Proetides implerunt falſis mugitibus agros. Oui.uero inquit in.x.metamor.Illas ob ſpretam uenerẽ ira numinis prius ĩ uaccas: mox in lapides cõmutatas dixit.Sed ut græci ferunt Pherecydis hiſtoriam proſequẽtes propoſuit Prœtus regni partem:& quam ex eis mallet in coniugẽ ſiquis eos in priſtinum mentis ſtatum reſtituiſſet.Cu.us primi cupiditate tractus Melãpus uates ac mantes peritiſſimus:ut dixit Home.illas ſuo artificio liberauit : & ut dixit Seruius helleboro.Ac deinde Iphianaſſam uxorꝫ ſibi elegit.Ex qua teſte Homero in.xv.odyſſeæ libro Antiphatem & Mantium procreauit:Antiphates Oicleum.Vitruuius uero de architectura dixit illas a Melampo conductas apud clitorium arcadiæ oppidum:ut ab ebrioſitate liberarentur.Nam ibi ſpelũcam eſſe dixit limpidiſſimam aquam profluentem:quæ pota facit haurientes odiſſe uinum Ob quod ſuper eius fornice græcis litteris ſcriptuꝫ rettulit:aquã illam non eſſe potabilem & uitibus inimicam.Quod Ouidi.tetigit in.xv. metamorpho.cum ait.

Clitorio quicunqꝫ ſitim de fonte leuauit.
Vina fugit:gaudetqꝫ meris abſtemius undis.

**P** rogymnaſmata ſecunda cum.y.græco:ſequens cum.m.ante.n.ultima cum.t.exili ſcribitur.Et latine interpretatur præexercitamenta.Idem & proagonaſtica deſignat.

**P** rologus cũ unico.l.ſcribit̃.Et dicitur a nobis præfatio ſiue prologuiũ.Nam rẽ in toto libro narrandã ꝓponit:licet Terentius ꝓlogis obuſus ſit.Et in prologis ſcribũdis opa abutit̃.Non qui argumẽtũ narret:ſed q maledictis ueteris poetæ reſpõdeat.Et cũ rẽ de qua tractare intendunt ꝓpoſuerint: ſolẽt latini poetæ inuocare.deinde narrare.Quod mõ cõtrario fit a græcis.Nã cũ primo inuocauerint:quæ tractuti ſunt deinde ꝓponunt:enarrãtqꝫ deinde.Satyrici uero nec inuocãt.nec breuiter quicq̃ primitus dicẽdũ ꝓponũt.Sed ex abrupto incipiẽtes:a repræhenſione ſui.qua ſe primũ expurgare poſſe putant)exordiuntur. Ac ſe mixtim cum aliis repræhẽdẽtes.de qbus locuturi ſũt lõgiori ꝓceſſu proponũt. Ob quod non minus prologo:q̃ Terentius ipſe fecerit:abutuntur.At uero qui apud græcos antiquã comædiam in morẽ noſtræ ſatyræ coſcripſerunt: ut Ariſtophanes:Cratinus & Eupolis magis etiã q̃ noſtri a re ipſa proceſſerũt.Hoc differentes ac cõmœdiæ retinentes:ꝙ non ſeipſos ipſimet:ſed alium inducũt ex abrupto alterum repræhendentem:ut ex Ariſtophane libet latine uerſiculos aliquos referre:quos Leonardus arrentinus delitiæ noſtræ mecum olim ludens ĩterpræetatus eſt.Nam in prima comœdia inducit Ariſtophanes Chremetẽ uirũ bonnm.cæterum inopem:qui cum paupertate offenderet̃:ad oraculum Apollinis profectus quæſiuit.Num præſtaret mutare mores & aliter uiuere. Reſpondit Apollo:cui primum obuius fieret de templo exiens:eũ ſequeret̃: ac domum ſuam adduceret.Ille autẽ accæpto reſponſo cæcũ ſequebatur. Nã is primuꝫ ſibi obuiꝰ fuerat.Carinus autẽ ſeruus q cũ Chremete uenerat:ignarus huius reſpõſi mirabat̃ domini factũ:& inſaniſſe illũ exiſtimabat:itaqꝫ cũ pluries eũ ab illius cæci inſecutione uerbis reuocare tentaret:Et nihil Chremes penitus reſponderet:Inſaniã domini ac fortunã ſuam cõquerens:talia loqui occæpit.

Vt permoleſta res eſt o ζεῦ & dei
Seruum fieri deſipientis domini
Si recta ſint enim illa:quæ ſeruus monet:
Placeat domino nequaq̃ ſic agere:
Neceſſum habet ſeruus eiſdem eſſe in malis.
Corporis enim fortuna non ipſum ſui
Sinit eſſe compotem.ſed eum qui poſſidet.
Et iſta quidem iſta nempe ego obliquo deo
Reſponſa:qui dat ex tripode intorquens aureo
Iuſtam querelam conqueror ſuccenſens:quia
Cum augur ſit & medicus ut aiunt optimus:
Herum tamen remiſit inſanum meum.
Qui nunc ſequatur cæcum hominem contra faciens
Quam oporteat facere.uidens enim ſolet
Dux eſſe cæco:at iſte poſt cæcum uadit:
Meqꝫ una trahit.ac nihil reſpondet:dum peto.
Ego igitur nihil eſt:cur feram nunc etiam amplius:
Ni mihi reſpondeas here:cur iſtum ſequeris:
Tibi moleſtus eſſe non deſiſtam ego.
Non hercle me pulſabis coronatum quidem
Nequaq̃.at enim dempta tibi corona prius
Quo magis doleas Nuge equidem non deſiſtam
Prius q mihi dicas:quid eſt.nanqꝫ hoc fides
Te erga mea facit:ut adeo de te petam.

Et reliqua.Vbi abſqꝫ aliquo ꝓlogo ad rẽ ipſam ſubito decurrit.Satyrici etiã noſtri poetæ a reprehenſione ſua incipiunt:ut idipſum:quod in ſe repræhendunt in alios uerius ꝓſequantur.Quãobrem uehementer aberrant.q Perſium mundiſſimũ ſatyrũ exponere uolentes: dicũt illũ in prima ſatyra uoluiſſe eos repræhendere poetas:q cũ idocti ſint & arrogãtes:q̃dã uerborũ ineptia ſeipſos claros oſtendere conant̃:ꝙ a muſis in parnaſo deportati heliconẽ deguſtarunt:& diuinorum poetarũ aĩas intra ſe ſuſcæperũt:q cũ ſint pice & corui:merito ueniunt rep̃hendẽdi.Sꝫ lõge alius ẽ eius poetæ ſenſus:ſeipſum enĩ repræhendit:ꝙ repente & feſtinus nimiũ poeta ꝓdiit:nec unq̃ aq̃s helicõis depotaſſe meminerit: aut ꝑ ſomnũ qd unq magnum uiderit:qbus q̃ocyſſime poeta fieri potuerit: ut Heſiodo contigit & Ennio.Nam ut in ſua dictione uidimus cũ Heſiodus iuxta parnaſum patris oues depaſceret:a muſis raptus: & ad heliconẽ deductus: ſacriſqꝫ aquis epotus:& hedera coronatus:repente poeta apparuit.Ennius ſimiliter cuꝫ ſomniaſſet Homeri animã in eum intraſſe.q̃primũ ſe poetã egregiũ manifeſtare

ualuit.ut in dictione Pythagoras oſtendimus. At cum nil tale mihi contigerit inquit Perſius: Sed potius ruſtico ſim fonte potus: & muſas locaq; quæ inhabitant illis reliquerim: quorum imagines ſequaces ipſæ hederæ lambunt: merito repræhendendus uenio: ſi ad ſacra uatum: & illoruꝫ certamina poema aliquod affero. Sed fame cõpulſus & ſpe lucri: quæ duo ne dicam homíes: ſed muta quoq; animalia uerba co𝔤ũt humana cõfingere: coactuꝫ ſum id quoq; efficere. & ob id forſitan excuſari potero. Vt ꝑ hæc ſane & illos repræhẽdere ualeat. qui cum talia quotidie ſe potaſſe & ſomniaſſe cõfingant. ſola ſpe lucri ineptiſſima quæq; poemata ad ſacra uatum adferre non uerentur. Vnde ait Perſius. Nec prolui. quod ex prope & luo compoſitum puto. hoc eſt bibendo attigi. uel etiam ímerſi labra. quæ non tantũ hominũ: ſed aliorũ ſunt animaliũ. ut Iuuenalis in. iii. ſatyra: Et elixi ueruecis labra comedit. Quin & terræ margines: unde labruſcam dictam uoluit Seruius. Fonte caballino producto ſcilicet a pegaſo allato caballo. ut in dictione pegaſus oſtendimus iuxta id. Vectanti ad rura caballo. Vt ſic repente: hoc eſt ꝑ eum modũ: quo Heſiodus & Ennius poeta prodirem & heliconidas ideſt muſas patronymicũ eſt fœmininum deductũ a græco. Et ꝓ pallidam pyrenẽ: quæ uallis eſt inter duos parnaſi colles muſis ſacra: ut diximus in dictione parnaſus: quæ ab effectu pallida dicta eſt: quia ſe incolentes: hoc eſt poetas: ob ſpeculationes pallidos reddat. ut infra idem dixit poeta. En pallor ſeniumq; Et Iuuenalis de poetis tempore Mœcenatis. Tunc utile multis Pallere & toto uinum neſcire decembri. Muſas ergo & eorũ loca illis reliquo: quorum imagines ex gypſo uel marmore deductæ habentur. ut Iuuenalis. Qui facis in parua ſublimia carmina cella. Vt dignus uenias hederis & ímagine macra. Quas & ipſi ſibimet quandoq; apponere cõſueuerant: dicente Pli. in. xxxiiii. natu. hiſto. Notatum eſt ab auctoribus. L. Actium poetá in camenarum æde maxima forma ſtatuam ſibi poſuiſſe: cũ breuis admodum ipſe fuiſſet. Hederæq; ſequaces: hoc ẽ poetarũ ſtudia cõſequentes. Virgi. in. ix. Flãmiſq; ſequacibus iras Lãbunt: hoc ẽ leniter cõtingũt. Cũ ego ipſe ego ſemipaganus ſim: hoc eſt ruſticano fonte potus. de quo í dictione pegaſus uidimus. Affero ad ſacra uatũ ideſt poetarũ certamina: de quibus late uidimus í dictione hedera. Carmẽ hoc ẽ poema noſtrũ. Queẽadmodũ Virgi. in Daphn. Cũ plures Mopſus ceciniſſet uerſus íquit: Tale tuũ carmẽ nobis diuine poeta. & reliqua. Et ꝓſequit᷑ cãm Perſius quare ad hoc cogitur: ſub ſimilitudine pſitaci & picæ dicẽs: Quis expediuit ideſt docuit expedire ꝓferre ac dearticulate. Pſitaco ſuũ chære: quod græcũ ẽ & tantũdem ac ſalue: ut in ea dictione uidimus. & exponũt nõnulli ſuũ ideſt naturale: quod falſum eſſe: cum experientia: tum ex ſenſu poetæ apparet. Sed ideo ſuum dixit: uel quia illi conſuetum fuerat: & uſitatum addiſcere. ut Virgili. in Palæmone. Sua ſemper apud me Munera ſunt lauri. Vel qui ita dearticulate illud effert: ut ſibi naturale uideatur. Queẽadmodum in ſecundo georgi. ait Virgilius: Quæq; ſuo uiridi ſemꝑ ſe gramie ueſcit. Quis docuit picas uerba noſtra conari: hoc ẽ cum conatu effingere: ac deinde exprimere. Ad quod ipſe Perſius reſpondet. Venter magiſter artis & ingenii largitor. ut Virgi. in primo geor. Labor oía uincit improbus. & duris urgens in rebus egeſtas. Qui utiq; uenter artifex eſt ſequi negatas uoces. ſ. a natura. Quin & idẽ ex eo confirmat. Quod ſi refulſerit: & manifeſta fiat Spes doloſi nũmi ideſt ob quem mille fraudes & doli naſcuntur. de quo late uidimus in dictione numiſma. Videbis ſcilicet Coruos poetas. Nã ut ſcribit

Macrobius libro ſaturnalium: Redeunti Auguſto ex actiaco bello cum ingenti gloria quidá romæ obuiá ſe illi cũ coruo dedit: ꝗ ad imꝑatorem ait: Aue imperator inuicte: quo delectatus Auguſtus uiginti milibus nũmis emit. Cuius exemplo alter excitus: ſimilẽ coruum edocuit: quẽ cũ audiſſet Auguſtus: Talium inquit ſalutatorũ ſatis domi habeo. Refert etiá Pli. in. x. natu. hiſto. ꝙ imꝑante Tiberio coruus quidã aſſuefactus omnibus matutinis in forum uolabat: & roſtra ubi primo Tiberium: deinde Germanicum & Druſum Cæſares nominatí: mox tranſeuntẽ romanum populum ſalutabat: poſtea remeans ad tabernã pluribus officio mirus fuit. Quẽ ut poſtea ſubita iracundia mẽceps ꝗdam exanimauit: quia excrementis eius calciamenta fœdauerat: ſũme populus honorauit. Nã primo pulſus eſt reus: mox interẽptus: funuſq; alitis memorabiliter celebratuꝫ fuit quippe conſtratus lectus ſuꝑ duorum æthiopum humeros ꝑ̃cedente tibicine & coronis omnium generum uſq; ad rogum: qui conſtructus eſt dextera uiæ appiæ ad ſecundum lapidem in campe ridiculi appellato. Et poetridas. Formatur per modum patronymici: & dicitur poetris huius poetridis. Pegaſeum id eſt poeticum: metaphora a fõnte ſocrato muſis: ut uidimus in dictione muſa. Melos: canticum ſiue carmen dulce: hoc eſt ſuaue. Simili modo & ſe reprehenſione dignum uideri oſtendere uult Iuuenalis in initio ſui poematis. ꝙ ſemper tantum auditor fuerit: ꝙ talium ſane poetarum: a ꝗbus quicquid dixerant: merito hauſiſſe poterat. & nihil aliud a ſummo minimoq; poeta præter ea quæ audiuerat ſcribi cõſuetum ſit. & nec ipſe aliquid ſcribat: ſed ſemꝑ audiat. Itaq; reprehenſione dignum ſe indicat. Et licet proprie prima ſatyra prologus dici non poſſit: ꝓlogi tamẽ quippiá detinet: quia & in illa etiá quid in operis reſiduo dicturus eſt proponit cum dixit. Quicquid agunt homines uotuꝫ. timor. ira. uoluptas. gaudia diſcurſus noſtri eſt ferrago libelli. Et cauſas quare potius ſatyram q̃ aliud poema: & plura alia quæ ad materiaꝫ ꝓlogi ſpectare poſſunt: ut in ſequentibus oſtendemus. Nec inter poetas dicaciſſimos: atq; acriter mordentes a iunioribus noſtris Iuuenalis ipſe locatur: Neq; eam detinet libertatem: quam priſca comœdia habuit dicẽte Horatio Eupolis atq; cratinus ariſtophaneſq; poetæ: Atq; alii quorum comœdia priſca uirorum eſt.

Siquis erat dignus deſcribi: quod malus: aut fur:
Quod mœchus foret: aut ſicarius: aut alioquin
Famoſus: multa cum libertate notabant.

Quin & oſtendit deinde quomodo illos ſecutus eſt apud noſtros Lucilius dicẽs

Hinc omnis pendet lucilius hoſce ſecutus:
Nutatis tantum pedibus numeriſq; facetus.

Cuius ſane Lucilii ſeueritatem & libertatem Iuuenalis ipſe in fine primæ ſatyre tetigit cum ait:

Enſe uelut ſtricto quotiens Lucilius ardens
Infremuit. rubet auditor: cui frigida mens eſt.

Criminibus. Ob quá ſane rẽ & maledicentiã nimiãq; libertatẽ fuit hoc comœdiarum genus romæ lege ꝓhibitum: ne potẽtiores urbis aliquádo offendi cõtingeret. ꝗbus tacita ſunt ꝑ̃cordia culpa. Quare dicebat᷑ idẽ poeta. Vnde illa priorũ ſcribẽdi quæcunq; animo flagrante liberet. Simplicitas cuius nõ audeo dicere nomen. ſ. libertatis: quæ adeo a ſuæ ætatis tyráno ſuppreſſa fuerat: ut ne illius quidem nomẽ ꝓferre liceret. Nam teſte Suetonio Domitianus: ſub cuius imꝑio

Iuuena.florere ac ſcribere contigit:ſcripta famoſa uulgoq; edita:quibus primores uiri ac fœmine notabantur: aboleuit nõ ſine auctorum ignominia. Quam ob cãm teſtat̃ ipſe Iuuenalis nolle ſe uiuos repræhẽdere:cum ſtatim adeſſet accuſator:quia ĩ nulla alia ĩ re eum criminari curaret:q̃ ꝙ uerum dixerit.Sed ut ait Experiar quid cõcedatur in illos:Quorum flamina tegitur cinis:atq; latina Quæ.ſ.uiæ erant romæ:in quibus mortuorum cineres in ſepulchris cum ſuis titulis plurimu3 locabant̃.Sed ut mihi certiſſimũ liquet uſus fuit lepidiſſimus poeta ꝑoccupatione:q̃ quod tacere ꝓmittit.pulcherrimo pãdit artificio. Nã ut cætera facilius oſtendamus cõſtat eum tẽpibus fuiſſe domitiani principis:quẽ ſub nomine Neronis manifeſtiſſime ille nõnunq̃ acriter inſecutus eſt: ut in ſatyra Criſpini.Contra quẽ & Domitianum de luxuria & ingluuie apte inuehit̃: licet ſub cognomine Neronis principẽ exprimat:quando ait:Cum iã ſemianimem laceraret flauius orbẽ Vltimus & caluo ſeruiret roma neroni.De Domitiano locutus eſt:quẽ conſtat ex domo flauia & caluum fuiſſe. Et ut longos proceſſus omittamus hæc paucula:quæ infert Suetonius in uita Veſpaſiani id cõprobent.At enĩ Rebellione triũ principum:& cæde incertum diu: & quaſi uagum imperium ſuſcepit firmauitq; tandẽ gens flauia obſcura illa quidem ac ſine ullis maiorũ imaginibus tamen reip.nequaq̃ pœnitenda.licet conſtet Domitianũ cupiditatis ac ſæuitie merito pœnas luiſſe. Ex quo de Domitiano loquẽs Martialis lib.epigrãmatum.ix.inquit.

Cum ianus hyemes domitianus automnos:
Auguſtus annis cõmodabit æſtates:
Manebit altum flauiæ gentis decus.

Nam teſte Suetonio menſem octobris.de ſuo nomine Domitianũ cognominari edixit.Fuit ergo Flauius Domitianus:hoc eſt de gẽte flauia: Quin & ipſe idem Caluus Nero.Nam cum ipſius Domitiani ſtaturã idẽ Sueto.explicaret:& eum toto corpore decentẽ fuiſſe:ac pulchrũ oſtẽdiſſet:ſubdit: Poſtea quoq; caluitio deformis erat.Et ut parum infra pergit:Caluitio ita offendebat̃: ut cõtumeliã ſuã traheret ſicui alii ioco uel iurgio obiectaret̃.At manifeſte conſtat.Neronem illum ſextum impatorem nõ fuiſſe de domo flauia nec caluum extitiſſe:ſed teſte Suetonio ſufflauo capillo:ita ut nec minima in eo caluities annotet̃.At uero Neronem eum uocauit Iuuenalis:uel ex ſimilitudine morum:uel ꝑ irroniã cum Nero egregiam præſtantẽq; fortitudinem indicet:& ille teſte Suetonio laboris fuiſſet impatiens:nec pedibus ꝑ urbem temere ambulaſſet. Nam nec Nero ſextus ille impator:ſed Domitius nomine proprio dictus fuit:quem Claudius Neronem uocitauit:poſtea q̃ eum in filium adoptauit.Itaq; teſte Gellio lib. xiii.noctium atticarum : Ex Claudiis quos a ſabinis oriundos accæpimus qui orat egregia atq; præſtanti fortitudĩe Nero appelatus eſt.Sed id ſabini accæpiſſe a græcis uidentur:qui uincula & firmamenta mẽbrorum dicunt.Vnde nos quoq; latine neruos appellamus.Non igitur in Neronem ſextum impatorẽ:ſed in Domitianum Iuuenalis ſuo tempore regnãtẽ inuexit.Sed ut rem ipſam ſatyricis uelamẽtis occulere:& ſolis eruditis propalare poſſet: pulcherrimo artificio in fine ſatyræ nõ nulla de Nerone & illius morte ſubtexuit. Nam cum Montanus de rumbo ſentẽtiã coram Domitiano dixiſſet:ſuam ſubinfert poeta noſter Vicit digna uiro ſententia.nouerat ille Luxuriam imperii ueterẽ.Nec dixit imperatoris ſed imperii. Et ſuperaddens ueterem a Domitiano ad Neronem rem tráſtulit. Quod & melius per id quoq; declarat:quod deĩde ſubnectit:Noctesq; Nerõis iã medias.Nãq; ut ipſe Sueto.refert Nero epulas a medio die uſq; ad mediã noctem ꝓtrahebat.Et in uita Domitiani circa libri finẽ:Cõuiuabatur inq̃t Domitianus frequẽter ac large:ſed pene raptim certe nõ ultra ſolis occaſum.Ex quo cõſtat nõ illũ tunc quoq; de Domitiano:ſed de Nerone fuiſſe locutum.Sed rurſus ut Domitiani cõſiliũ diſſoluere ualeat.& de quo uoluerit intelligere ſub occulte oſtendat ſubdit:Surgitur & miſſo ꝓceres exire iubent̃.cõſilio.& reliqua uſq; dũ rem magis occultare intendens:ad Neronẽ ipſum rediiſſe potuit: quando ait: Atq; utinã his potius nugis tota ille dediſſet.Tẽpora ſæuiciæ claras q̃bus abſtulit urbi Illuſtreſq; animas impune & uindice nullo.Quãq̃ & id ide3 de Domitiano intelligi ualeat:ut ex Suetonio haberi poteſt.Et ut quod promiſerat de mortuis ſe potius proſecuturum cõfeciſſe oſtendat:ſubnectit neronis mortẽ dicens:Sed periit poſtq̃ credonibus eſſe timendus Cœperat: hoc eſt uilibus perſonis:ut idem in ſatyra Stẽmata quid faciunt:At uos troiugene uobis ignoſcitis & quæ turpia cerdoni uoleſos brutũq; decebant.Idem in.iii.ſatyra.Quis tecum ſectile porrum Sutor:& elixi ueruecis labra comedit.Accæpit enĩ ſutorem ꝓ q̃uis perſona uili.nã ut oſtendit Cornelius Tacitus plæbeios quoſq; proſecutus ẽ qui urbis incendium ab illo iuſſum affirmaſſent:quin & crudelibus illos afficiebat pœnis:quibus cum ſic timendus eſſe cœperit captara:oportunitate nobiles in eũ iurauerunt.Nanq; cum a plebis ob ludos & ioculatiões prius plurimũ amaretur:timebant nobiles in eum aliquid attentare.Sed in Domitianum perſeuerauit plæbis amor & deſiderium etiam poſt illius peractam mortem dicẽte Suetonio circa operis ſui finem:Occiſum Domitianum populus indifferenter & miles grauiſſime tulit:ſtatimq; diuum appellare conatus eſt. paratus & ulciſci duces.Quãobrẽ de Domitiano intelligere nõ potuit Iuuenalis. Et hæc hactenus de Domitiano.Sed quid iam dicemus de Criſpino.Et certe eodem tempore cum Iuuenale fuit & Martialis in quem tamen ille nominanter & probroſe inuehere non formidauit:q̃q̃ & potentiſſimus eſſet in aula Domitiani.Quid enim mordatius de illo dicere potuit:q̃q̃ monſtrum nulla uirtute redemptum A uitiis: æger ſolaq; libidine fortis.Nemo malus fœlix minime corruptor:& idem Inceſtus:cum quo nuper uitata iacebat: Sanguine adhuc uiuo terram ſubitura ſacerdos:& reliqua.Ad quẽ tamẽ Martialis quia ex primoribus erat benigniſſime ſcribit dicens in libro epigrammatum.

Sic placidum uideas ſemper criſpine tonantem.
Nec te roma minus:q̃ tua memphis amet.
Carmina parraſia ſi noſtra legentur in aula:
Nanq; ſolent ſacra cæſaris aure frui:
Dicere de nobis:ut lector candidus aure:
Temporibus præſtat:non nihil iſte tuis.
Nec marſo nimium minor eſt doctoq; catullo:
Hoc ſatis eſt.ipſi cætera mando deo.

De illo uero in.i.ſatyra Iuue.dicere nõ curauit:Cũ ꝑs niliace plæbis cũ uerna canopi Criſpinus:de quo nos late in dictiõe creta ꝓ terra diximus. Qui & ſi de illo uera forſitan dixerit Iuue.cõtra leges tamen principis ægerat: q ut uidimus hæc de primoribus uiris ac fœminis dici ꝓhibuerat. Vnde ſecreto illum has ſatyras ſcripſiſſe coniector:nec niſi amicis quibuſdam eo tempore oſtendiſſe: ut

Quintiliano: Martiali Vmbritio:& aliis nõnullis:in quibus ſe poſſe cõfidere iu
dicabat. Ob quam ſane cãm cũ de poetis ſatyricis Quintilianus ipſe in. vii. de ĩ
ſtitutione oratoria loqueref :nomẽ Iuuena. poetæ ſuppreſſit:de quo tamẽ intel
ligens inquit. Sunt clari hodie:& qui olim noïabunẽ. Oſtendiſſe etiam ſatyras
Marti. id epigrãma ĩdicare uidef : qđ a Iuue. ille idẽ Martia. lib. xii. ſcripſit:ubi
de primorũ factis & dictis curioſum eũ fuiſſe oſtendit:quod ſane tale eſt.
Cum tu forſitan inquietus erras
Clamoſa iuuenalis in ſubura:
Aut collem dominæ teris dianæ
Dum per limina te potentiorum
Sudatrix toga uentilat:uagunq;.
Maior cælius & minor fatigant.
Me multos repetitas poſt decembres.
Accæpit mea:ruſticunq; fecit:
Auro bilbilis & ſupba ferro. Et reliqua. Quæ in eodem epigrammate idem au
ctor proſequitur. Et in libro. vii. ad eundem Iuuenalem alio in epigrammate:
quod tale eſt dixit:
De noſtro facunde tibi Iuuenalis agello
Saturnalicias mittimus ecce nuces:
De Vmbritio uero:ꝙ ſatyras uiderit dubiũ nõ uidef:imo & ĩ nõnullis coadiu
torẽ eũ habuiſſe Iuue. ĩpe oſtẽdit:ĩ fine tertiæ ſatyræ. Vbi poſt ea ipſa quæ in to
ta ſatyra Vmbritius locutus ẽ:hæc quoq; ad Iuue. iam ab eo diſcedens ſubdit.
Ergo uale noſtri memor. & quotiens te
Roma tuo refici properantem reddet aquino:
Me quoq; ad eluinam cererem:ueſtrãq; dianam.
Conuelle a cunis. ſatyrarum ego ni pudet illas.
Adiutor gelidos ueniã caligatus in agros. Nec is ſolũ:ſed & aliis quibuſdã ſaty
ras ſuas oſtendiſſe uerisſimile ẽ::e quibus nõnullos fallaces:atq; ꝓditores illũ ha
buiſſe dicũt:q ut a Paride Pontomio potẽtiſſimo in aula Domitiani in quẽ Iu
uenalis inuexerat gratiam captare poſſent:eos uerſus illi oſtendere non ſũt ue
riti. Quos in ſatyra:quæ incipit Et ſpes & ratio:huiuſmodi inſcripſit.
Curritur ad uocem iocundam & carnen amicæ.
Thebaidos lætam qum fecit ſtatius urbem.
Promiſitq; diem. tanta dulcedine captos
Afficit ille animos:tantaq; libidine uulgi
Auditur:ſed cum frægit ſubſellia uerſu.
Eſurit intactam paridi:ni uendat agauem.
Ille & militiæ multis largitur honorem.
Semeſtri uatum digitos circũligat auro.
Quod non dant procederes:dabit iſtrio. tu camerinos.
Et bareas:tu nobilium magna atria curas.
Præfectos pelopea facit philomena tribunos.
Haud tamen inuideas uati:quem pulpita paſcunt:
Quos uerſus cũ legiſſet Paris dolore intrĩſecus concæpto:curauit Iuuena. ſub
noïe dignitatis ab urbe depellere. Et nihil de ſatyra ſe legiſſe oſtẽdẽs:prefecturã
illi militum in ægyptum a Domitiano dari carauit. Qua ſane adepta:& corru
ptam militarem omnẽ diſciplinã cõſpiciens:ſe cõtinere nõ ualuit:qn in caſtrẽ
ſes ante diſceſſum e roma ut nõnulli ferunt puã ſatyrã inſcriberet:quæ incipit.
Quis numerare q̃at:fœlicis p̃mia galle Militiæ. In ægyptũ deide ꝓgens. aliã de
ſupſtitionibus ægyptiorũ ibidẽ ſcripſiſſe cõſtat:quæ incipit Quis neſcit uoluſi
bithynice. Sed ſtatim artificio Paridis a dignitate deiectus:rem ipſam dinoſcens
ac deceptũ ſe uidẽs:moleſtiis deuictus interiit. Poſt quẽ paucis admodũ diebus
Paridem romæ deceſſiſſe dicunt:Cui epitaphium hoc Martia. inſcripſit.
Quiſquis flamineam teris uiator:
Noli nobile præterire marmor:
Verbis delitiæ. ſaleſq; nili:
Ars & gratia:riſus & uoluptas.
Romani decus ac honor theatri.
Atq; omnes uenores cupidineſq;.
Hoc ſunt condita quo paris ſepulchro. Quis ergo nõ uideat Iuuenalem homies
ſuo tempore uiuentes ex induſtria inuaſiſſe:& nec potentioribus pepciſſe? Qui
& ex minoribus ſiquis diligenter inſpicere uelit:neminem inſequi aut aliũ quẽ
uis modo aliquo nominare:in quem & Martialis ipſe non ſcripſerit: uel de illo
uel aliquo in loco meminerit. Nam ſummouetur Iuuenalis ad ſcribendum ſa
tyram:Quod meuia tuſcum Figat aprum:nuda teneat uenabula mamma. ad
quã Martia. lib. iiii. Dum nõ uis leporem:dũ nõ uis cárpere nullos. Et pluſq̃ pa
tri meuia parcis apro. Et reliq̃. Nõ põt tã patiens eſſe Iuuenalis nõ tam ferreus
ut ab ſcribendo ſatyrã teneat ſe:Cauſidici noua cuꝫ ueniat lectica mathonis Ple
na ipſo:hoc eſt uel nouiter facta:qa ex turpi ſeruitio iam cũ ad cauſidicandum
ſe cõtulerat:uel admirabilis & egregia. ut Virgilius in bucolico: Pollio & ipſe fa
cit noua carmina. i. eximia & admiranda. Ad quem & Martialis in. x. epigram
matum libro ſic inquit:Omnia uis belle matho dicere dic aliquãdo & bene dic
neutrum:dic aliquando male. Et libro. xi. ad eundem ait: Paruas roga magnos:
ſed non dant hæc quoq; magni:Vt pudeat leuius tu matho magna roga. Quid
ꝙ nomen delatoris ſeu accuſatoris cuiuſdam magni amici ipſe Iuuenalis ſubti
cet:& illum ex nominibus eorum:quos etiam accuſauit cognoſcendum oſten
dit hominibus eius temporis: Et ut quidam ferunt fuit Heliodorus Domitiani
libertus:q cũ cito rapturus eſſet qcqd ſupererat de nobilitate iam ab aliis uora
ta libertis timebatur a Maſſa:& munere palpabatur a Caro ſimiliter uiro nobi
li:ad quem iam proſcriptum Martialis. ſcribens ait:Care parectonias latias non
rite per urbes Nobilis:& centum dux memorãde uiris. Et reliqua plura: quibus
oſtendit eum iam exulem eſſe:& bona perdidiſſe. Nam ait Plinius circa finem li
bri. xxxv. Iã nõ eſt enumerare libertos ex ſanguine quiritum:& proſcriptionum
licentia iam ditatos:ut late uidimus in dictione creta. Quid ꝙ a nullis ob timo
rem uxor illi ſummittebatur. Et ne uero nomen oppreſſorum ignominiã Iuue
nalis exprimat:fictis nominibus ioculatorum quorundam ſeu deriſorũ in triũ
phis rem illã ipſe pandit cũ ait:Et a trepido timele ſummiſſa latino. Sed de uero
Latino & uera Timele ait Martialis ad Domitianũ in quodam epigrãmãte. Cõ
ſucuere iocos ueſtri quoq; ferre triumphi Materiam dictis nec pudet eſſe ducẽ.
Quam timelem ſpectas deriſoreq; latinũ:Illa fronte precor carmina noſtra legas
Quin & eadem figura uſus eſt:in ſatyra Stẽmata quid faciunt: quin dixit Mor
tem ſic quiſquã exhorruit:quis ita mortem ut ſit uxoris zelotypus:& ſit ſimilis

ſtupio latino.hoc ē uiro ita mortē timēti:ut uxorē quā ſũme amare contigerat
ꝓ euadenda morte Heliodoro:aut cuius alii ſũmittere non curaret: quaſi dicat
potius mortem eligere debes:q̃ rem adeo turpē ꝑpetrare.Sed nec id quoq; ſibi ꝓ
fuit.Nec profuit Poſtumũ uirũ aliũ peſſimũ totiēs ſub ciſta locare :ut eo inſcio
uxorem Timele audire uideretur. Quin tandem ab illo uel quouis alio ob ſuas
diuitias accuſatus & proſcriptus fuerit:dicente eodem Iuuenale ad Poſthumũ
in ſatyra Credo pudiciciam:Quem totiēs texit perituri ciſta latini.hoc eſt quia
nec illi ſua ciſta profuit.At ad Poſthumum ait Martialis in principio epigram
matum.iii.Occurris quocunq; loco mihi poſthume clamas Protinus: & prima
eſt uox tua:dic quid agis.Hoc ſi me decies una cõueneris hora Dicis habes pu
to nil poſtu tunc quid agas.Verum & ipſa eadē qua diximus figura.iterum Iu
uena.in eadem prima ſatyra uſus eſt.cum de Galla loquitur: Nam cũ ſe prius
ſubmoueri dixerit:ab his qui teſtamenta merentur noctibus:& ab his quos ĩ cæ
lum euehit optima ſummi Nunc uia proceſſus uetulæ ueſica beatæ ideſt illius
aulicæ Neronis libertæ:de qua uidimus in dictione paticus: quæ ob id quoq; ĩ
itia dedit Othoni progredi ad imperium:ut ibidem late declarauimus.Ira dein
de excandeſcit in quēdam pupilli ſpoliatorē:cuius nomē & ꝓpriam hiſtoriā ob
deperdita antiqua uolumina nõdum comperire ualui. Et frui illũ iratis diis ꝑ
cõparationem Marii oſtendit.eo quod ſola infamia notatus fuerat:& ſic dānatus
inani iuditio:Quid enĩ ſaluis infamia nũmis.Nanq; ueluti Marius tēpore Syl-
læ deductus antequā ab Hiemſale numidarũ rege(ut tetigimus in dictiõe mi-
turnæ)auxilia in patriā colligere poſſet:uoluptatibus fræna laxauit.& ab octa
ua diei hora:contra romanā cõſuetudinē:iuxta numidarũ ritũ pro libito bibe
bat & epulabatur:atq; ita quoq; iratis diis fruebat̃: ut apud Senecam in Hercu
le furente:qui a Iunone coactus ad domitanda ꝑ orbē mõſtra: ex quibus ſemp
gloriam reportabat:ut illa inquit:Itaq; noſtra fruit̃ : In laudes ſuas mea uertit
odia dum nimis ſæua impero. Sic ſpoliator ille ac proſtrator pupilli notatus ſal
uis infamia nũmis diis iratis ob eam notā fruebat̃ :quia pecuniis ſaluis ĩ uolup
tates pro libito laxabatur.& ꝑ urbē gradiens ſeruorum gregibus populum com
primebat.Et alia cũ narrauerit:quæ diuerſis ĩ dictiõibus explicauimus.ad illũ
deinde cõuertitur:q denſiſſima lectica:uel ex lignorũ ſtrue & cõpagine: uel ſer
uorũ multitudine uxorē pregnantē:uel languidā circũducebat : ac quadrātes
centũ ꝓ illius impenſis mendicatim poſtulabat. Eſt enĩ quadrans quarta pars
aſſis ideſt romanæ libræ:ut uidebimus in dictiõe talentũ. Et ad illũ ſimiliter q
oſtendens uacuā & clauſam ꝓ cõiuge ſellam:Galla mea ē inquit.Et ſic priori fi
gura utitur ut nomine uilis mulieris illos quoſcũq; repræhendere poſſit qui ſi
milia cum uxoribus ꝑpetrabant:De Galla uero & Martialis ipſe meminit in.ix.
epigrāmatum libro cum ait:Funera poſt ſeptē nupſit tibi galla uirorũ Picenti
ne ſequi uult puto galla uiros.Et in eodem libro de eadem: Aureolis futui cuz
poſſit galla duobus.Et pluſq̃ futui:ſi totidē addideris.Aureolos a te cur accipit
æſchyle denos.Et reliqua:quæ proſequitur.Sed ne nimium digrediar.libet ad
huius primæ ſatyræ introductionem redire.Cuius ſenſus pre cæteris difficilli-
mus eſſe uidetur:& mētem lepidiſſimi poetæ indicare curabo.ac nõnulla illius
uariis in locis obſcuriſſima contingam:quæ in aliis horum cõmentariorum li-
bris non tetigimus : quæ pro poſſe explanare curabo.Incedit igitur hac uia in
ipſa prima ſatyra Iuuenalis primo ſe aliquid debere ſcribere oſtendit : & cum

hucuſq; nil ſcripſerit:dignum eſſe reprehenſione.Qui tam&ſi uere ſit diſciplīæ
ignorās:neceſſum tamē ē ea optime nouiſſe.quæ a maximo minimoq; poeta fe
runtur:cum ea quoq;.& ſemꝑ audiuerit:& nec aliis aliud ſcribere tētauerit:q̃re
reprehendendus uenit:quod ſemꝑ auditor fuerit.& nunq̃ ſcriptor.Quāobrem
iam aliquid ſcribere intendens:oſtendit ſecundo ſe ex multis concituz malle ſa
tyraz:q̃ aliud poema deſcribere: & illo decurrere campo per quē magnus equos
auruncæ flexit alumnus id eſt Lucilius:qui fuit ex arunca.& primus apud lati
nos ſatyram ſcripſit.Et cum concitantia rettulit:probat tertio ea magis uenuſi
na digna lucerna:hoc eſt ſtudiis & laboribus ac uigiliis Horatii: q̃ alia poemata
quæ ab aliis paſſim ſcribuntur.& maxime cum ſuæ uxoris maritus ſit leno: &
ſolus accipiat mœchi bona:nec ſit accipiendi ius ullum uxori.& alia quæ elegā
tiſſime ꝓſequitur adeo turpia.Quod ſi natura negat:facit indignatio uerſum.
Quarto oſtendit quænam eſſe debeat:aut poſſit ſatyræ ſuæ materia . Quinto
materiam ipſam ſatyræ copioſiorem ſuo tēpore eſſe oſtendit:q̃ retracto fuerit tē-
pore:Quod cum multis exēplis mõſtrauerit:oſtendit ſubſequenter nil futurũ
eſſe.Quod noſtris moribus addat poſteritas:& ꝙ omne uitium ad ſummuz ue
nit:nec amplius aſcendere ualeat.& quod eadē facient cupiētq; minores.Sexto
modum oſtēdit:quē in ſua ſatyra cõſcribēda obſeruare poterit.etiā ſialiquis di-
cat:Hic forſitan unde ingenium par materiæ eſt.Sed hoc ueluti diſſolutum re-
liquit.quia facit indignatio uerſum Qualēcunq; poteſt. Et ſiqs iterum dicat.
Vnde illa priorum poetarum ſatyricorum ſcribēdi qd̕cunq; animo flagrāte li
beret ſimplicitas.Reſpõdet idē illā nõ eſſe:ſed dimiſſurum ſe uiuentes & poten
tes.ac experiri uelle:Quid cõcedatur in illos:Quorum flāminea tegitur cinis
atq; latina.Et præoccupatione uſus in uiuentes ac uerbis primores inuehit: ut
oſtendimus.Dicit ergo interrogatiue primum cõtra ſeipſum inuehens.Semper
ego auditor tantum.hoc ē ne ego unq̃ ceſſabo audire.Nunq̃ ne reponā: hoc eſt
nunq̃ ne aliqd ſcribā.uel ea quæ audiui uel alia.Vexatus totiens rauci theſide
codri:Sane in uerbo repono uĩ græcā obſeruauit.ut Home.επίγού νασιθήκα
id eſt poſui:hoc ē ſcripſi.Nam ſic quoq; apud poetas græcos id uerbum ſignifi
cat.Quod & noſtri poetæ ſimiliter obſeruauere.Perſius in prima ſatyra. Ecce
modo heroas ſenſus afferre uidemus.Nugari ſolitos græce nec ponere lucuz Ar
tifices.i.ſcribere ſimili mõ repono.ut Martialis ad Iuuenalem libro.xii.epigram
matum:Et totum mihi nunc repono quicqd tardos euigilaueram ꝑ ānos. Re-
pono dixit ꝓ ſcribo.Hora.in poetria:Aut famā ſequere:aut ſibi cõuenientia fin
ge ſcriptor honoratum ſi forte reponis achillē.i.ſcribis. Nec id ſolum deſignare
depræhendimus.Vt Virgi.ĩ li.georg.iii.Nõ illis epulæ nocuere repoſtæ id ē de
licatæ:ſeu ſeruatæ:ut exponit Seruius.Et.i.ænei.Manet alta mente repoſtum.i
infixum & collocatum iudicium Paridis.Et ĩ.iiii.Stratiſq; reponunt.i.collocāt.
Et in eodē li..Ariſq; reponimus ignem.i.iterum ponimus.At uero impono idē
eſt:quod decipio:ut quis ſe deo putet poſſe imponere.i.deum decipere. Et ſub
dit,poſtea noſter:Totiens uexatus.i.totiens audiēdo repercuſſus:de quo uerbo
Gellius & Macrobius plura dixere.Theſeidæ.i.fabula de Theſeo recitata:quam
in dictione Theſeus explicabimus.Rauci codri.i.poetæ illius:qui ob aſſiduam
recitationem raucus effectus erat.Ouidius circa finem libri.iiii:metamorphoſ.
Raucaq; garrulitas ſtudiũq; ĩmane loquendi. Erat autē Codrus poeta pauꝑcu
lus:quē pulpita paſcebant.Iuuenalis in.iii.ſatyra:

Lectus erat codro procula minor urceoli ſex
Ornamentum abaci.nec non & paruulus infra
Cantarus.& recubans ſub eodem marmore chiron:
Ianq; uetus græcos ſeruabat ciſta libellos.
Et diuina opici rodebant carmina mures.
Et Martialis libro epigrammatum quarto:
Plus credat nemo q̃ tota codrus in urbe
Cum ſit tam pauper:quomodo cæcus habet.
Et ſubſequitur Iuuenalis dicens.
Impune ergo mihi recitauerit ille togatas:hoc eſt ſine aliquo effectu recitauerit
mihi ille togatas:ut nec aliquid hauſiſſe uidear:cũ non ſimiliter ego aliqd ſcri-
bam.Nam impune quoq; cõmune ẽ uocabulũ:nec tantũ ad hoc:quod eſt ſine
pœna:quãtũ ad omnẽ effectũ referri cõſueuerat:ut eſt illud Apulegii:Impune
capitoliũ aſcẽdi cũ nemo eſſet:q ſententiã diceret: Et ẽ togata comœdiæ genus
qua ſolũ romanorũ uilia & cõmunia narrabantur. In quibus teſte Quintilia.
Affranius excelluit:q ut ait utinã nõ inqnaſſet argumẽta puerorũ fœdis amo-
ribus mores ſuos faſſus.Nec hoc loco ait Iuuenalis mihi : ut ex cõmemoratione
ꝑſonæ ꝓpriæ rem faciat gratiore. quæ pluribus cõpetere poterat.ut Virgi. lib.
georgi.i.Nõ illa quiſq̃ me nocte ꝑ altũ Ire aut a terra moneat cõuellere funem:
Sed ad ſe ipſum ſpecialiter tale quid refert poeta:ut oſtendimus. Et ſubdit Hic
elegos de quibus uidimus in dictione elegia.Impune diẽ cõſumpſerit ingẽs Te-
lephus.hoc eſt ſine aliquo effectu:ut.ſ.ego nihil didicerim:& propter hoc nihil
ſcribere debeã.Ille alius recitauerit mihi grande poema de Telepho:in cuius re-
citatione diẽ cõſumpſerit.de quo in dictione Telephus oſtẽdemus:Quid quod
nec minus ingẽtia recitant̃ de Oreſte poemata.& nihil ego ſcribere audeã.Et ta
men reſtent de illo plura cũ ſcriptus & in tergo nec dũ finitus oreſtes.Nam ut
uidimus in dictione Oreſtes:p̃bebat ille materiã oĩbus ſcribere aliquid uolenti-
bus.Ideo ait Virg.in.iiii.æneĩ.Aut agamẽnonius ſcænis agitatus oreſtes.Et di-
xit tergo.hoc ẽ exteriori ꝑte mẽbranæ.Nã cõſueuerũt nt plurimũ antiqui poe-
mata aut orationes:quas alii recitare uolebãt:in rotulis deferre. ut idẽ Iuuena.
Duo cæſaris anticatones:& hoc qa facile & ſine tpis interruptione illos explica-
bat:& replicabãt.Vnde & uolumina dicta puto.Tergũ aũt erat pars exterior ip
ſius mẽbranæ:ut Virgi.in.iii.georgi.Vndaq; iã tergo ferratos ſuſtinet orbes.In
q̃ & Oreſtes etiã ſcriptus erat:cũ ab ĩteriori capi nõ potuiſſet. Sed in ipſa exteri
ori etiã deſcriptus nõdũ finitus erat.Accipit̃ & nõnũq̃ tergũ ꝓ toto aĩalis corio
ut Virgi.in.i.ænei.Taurio quãtũ poſſet circũdare tergo.Et in.i.georgi.ꝓ ultĩa
rei alicuius ꝑte idẽ poeta exp̃ſſit:cũ dixit: Stiuaq; quæ currus a tergo torqueat
ĩmos:Cũ ergo tanta audiuerĩ:& tãto tpe:ꝙ ueriſimile ſit me ea optime accæpiſ-
ſe: & noſſe:ita ut nulli magis ſit ſua nota domus : q̃ hæc ipſa mihi.& nihil ego
ſcribo:uenio merito reprehẽdẽdus ideo ait:Nota magis nulli domus ẽ ſua q̃ mi
hi lucus Martis.& reliq̃.Sane hunc locũ oẽs quos legi ineptiſſime exponũt.di-
cẽtes ipſũ Iuuenalẽ ꝓfiteri ſe utrãque philoſophiã naturalẽ.ſ.& moralem:tarta
rique & occultarum rerum noticiã dilucide adeptũ fuiſſe. Cũ Vulcani antruʒ
& uentorũ qualitates ac pœnarũ apud tartareos differentias ſe ſcire proponat.
Et ſic quod ille ad fabulas:hi ad altã ꝑſcrutationẽ & ſapientiam referũt. Quod
utiq; ineptiſſimũ ẽ:& cõtra intentionẽ eius:ac ſatyricum morẽ:manifeſtiſſime

cõprobatur.neq; eni poetas quoſdã alios de ineptia & arrogantia occulte dam-
nans:in hæc eadem uitia ipſe incidiſſet.Hec ſe ſane ſapientẽ:ſed potius ignorã-
tem declarare intendit cum dicat:Si natura negat.facit indignatio uerſũ.Qua
lẽcunq; põt.Similiter Perſius:Nec fonte labra ꝓlui caballino.Nec in bicipiti ſõ
niaſſe parnaſo Memini me:ut ſic repente poeta & doctus & indoctus ſcribat: &
ea ſolum quæ iã iã mihi ita innoteſcant: ut nulli alii nota ſit magis domus ſua
Cur & nõ ego etiã tam&ſi indoctus ſim aliqd q̃uis piturum ſcribã: magis q̃ ſem
per audire debeã.Quod uero illa quæ quotidie poetæ illi ꝓclamant ſibi nota eẽ
debeant.hac cõprobat ratione:quæ omnẽ abiicit arrogantiã Platani Frontonis
hoc eſt quæ in domibus ſunt Frõtonis:ne & eiuſdem domus columnæ crebra
recitatione cõfractæ:eius nomini oĩa referunt:& reclamant. quin & marmorea
ſedilia mea aſſidua ſeſſione tõuulſa:id idẽ retundunt.Ac ipſa eadẽ: quæ illi di-
cunt ſe ſcire:deſignant.Cur & non ego qui ſemp auditor fui iſta etiã optime ꝑ-
noſcere debeã.Rurſus & ꝙ inter poetas indoctos:& nõ inter doctos:cõnumerari
habeat:duabus rõnibus explicat.Prima quia manum ferulæ ſubduximus: hoc
eſt ueræ diſciplinæ ſubtraxit:Nã ſic poetæ frequenter ꝓ diſciplina ferulã aſſũ-
pſere:ut oſtendimus.Secũda eſt cã:quia cõſiliũ ipſe dedit Syllæ priuatus ut al-
tum dormiret.De quo Cæſar teſte Sueto.neſciuiſſe illũ litteras dixit:quia dicta
turã depoſuit.Sed qa id multo fortius de illo intelligi debuit:qui ei ignauũ hoc
conſilium præſtitit:ut aliquid ꝓuerbiũ ferre uidebat̃.q̃re ſi Iuuenalis eiuſmõi
illi cõſiliũ dedit: lõge magis & ĩter indoctos uidebatur cõnumerãdus:q̃ ipſe Syl
la indoctus dici debuit.Cũ ergo ea ſolum:quæ optime cognoſcere potuit.a ſũ-
mo minimoq; poeta ſcribantur:ſtultũ uidet̃:ob id ſe ab ſcribẽdo cõtinere: quia
piturũ qđ ſcriberet:eſſet opus:cũ nullũ eo tẽpore ſcriberetur opus:qđ nõ utiq;
piturum eſſet.Ait ergo ſic poeta lepidiſſimus: Nota magis nulli domus eſt rua:
q̃ mihi lucus Martis:hoc ẽ marti romæ cõſecratus:qa teſte Iuſtino in ultio ſuo
rum epitomatũ lib. ĩ illo Rhea Numitoris filia duos pueros incertũ ſtupro an
Marte cõceptos enixa ẽ.Cũ ergo lucus ipſe quotidie a poetis agitaretur & illorũ
ipſe poeta noſter ſemp auditor fuit :cõſequens erat ut ꝓbabit id quoq; ꝑfecte ſi
bi ĩnoteſcere.Quin & Aeoliis uicinũ rupibus antrũ Vulcani.ſ.& ei notũ.Nã ab
ætna monte ꝑ ſubterraneos ſpecus uſq; in hierã inſulã antrũ eſſe ꝓhibetur: qđ
Vulcano ſacrum dicitur.Vir.in.viii.ænei.inſula ſicaniũ iuxta latus.æoliaq;.
Erigitur liparem:fumantibus ardua ſaxis:
Quam ſubter ſpecus:& cyclopum exeſa caminis
Antra ætnea tonant:ualidiſq; incudibus ictus.
Ideo antrum illud uicinum rupibus æolis.q eſt ab ætna in hierã inſulam iuxta
latus ſicanium & iuxta liparẽ atq; ſtrõgylẽ:ubi regnum fuit Aeoli:ut late uidi-
mus in dictione æolia:& in aliis dictionibus.Nulli ergo eſt ita nota domus ſua:
ut mihi antruʒ Vulcani:hoc aſt omnes fabulæ:quæ de antro Vulcani ab hiſce
poetis recitantur.Quicquid agunt uenti: hoc eſt uel ab Aeolo cõpreſſi: uel ad
aliquid exequendum iuſſi.ut hi ſcilicet poetæ fabulaneur: mihi cognitum eſt.
Quas torqueat umbras æacus:qui Iouis fuit filius ex Aegina & apud inferos
cum Rhadamanto & Minoe conſtitutus iudex dicitur:ut in ſua dictione plene
uidimus . Vnde alius furtiue deuehat aurum Pelliculæ . hoc eſt omnes Iaſo-
nis fabulæ: quæ illum pelliculam auream ex colchyde deduxiſſe loquuntur:
mihi probe innoteſcunt,Quin & quantas iaculetur monychus ornos: ut in ea

di:ctione uidimus. Sed ꝙ hæc oĩa ipſe ſcire deſiderat:p ratioñe a minori ſumptã
cõprobat. Nam ſic hæc ipſa Frõtonis Platani cõualſaq; marmora clamãt ſemp
& ꝓloquuntur. Et aſſiduo ruptæ lectore colũnæ:ut Virgi. in quarto georgi. Et
cantu quærulæ rũpunt arbuſta cicadæ. Quid ego obtuſior ne'ſũ mar moribus
Et platanis. quaſi dicat:& ſi talia hæc ipſa ſciũt:multo magis & ego rationis ca-
pax. & ſimili modo ſemp auditor eadem ſcire debeo. Nec intelligere uoluit Iuue
na. ut omnes exponere cõſueuerunt Frontonẽ illũ eundem fuiſſe poetam : qui
in propria & tã egregia domo eiuſmodi poemata recitaſſet:cũ i ſequẽtibus oſtẽ
dit ſui tempis poetas pauperrimos eſſe:nec ſimiles habere domos: in quibus ſũt
porticus colũnæ & platani. Sed ut idẽ oſtendit in ſatyra quæ incipit. Et ſpes &
ratio Romani diuites cũ iam nihil ꝓrſus poetis cõferrent:ædes tamen cõmoda
re ſolebãt:ut in illis ſaltẽ recitare poemata poſſent:ut in ea ſatyra ad Teleſinum
paupem & egregiũ poetam inquit. Didicit iam diues auarus.
Tantum admirari tantum laudare diſertos.
Vt pueri iunonis auem. & ſubdit: At ſi dulcedine famæ.
Succẽſus recites:maculonus cõmodat ædes. Ac longe ferrata domus ſeruire iu
betur: In qua ſollicitas imitaẽ ianua portas. Et reliqua:quæ ꝓſequitur. Vnde ſi
mili modo nobilis hic Fronto poetis egregias domo ꝓ poematũ recitatione præ
ſtabat. Ad quẽ Martia. in epigrãmatibus ſcribit dicens : Vota tui breuiter ſi uis
cognoſcere marci: Clarũ militiæ frõto togæq; decus. Cum ergo nõ alia poemata
a docto uel indocto poeta ſcribantur:ꝙ quæ rettulimus:& in his oẽs diuerſent
Nam ut inquit Expectes eadẽ a ſũmo minimoq; poeta:quid amplius reſtat. ni-
ſi ꝙ & ego aliquid ſcribere debeã. ꝙꝙ indoctus ſim & ignorãs. Quod ex hoc com
probat dicẽs: Et nos ergo manũ ferulæ ſubduximus:hoc ẽ quonã pacto doctus
eſſe ualeo:qui manũ a ferula:hoc ẽ diſciplĩa ſubtraxi: & potius præfatas nugas
& fabulas audire uolumus:ꝙ ſub ferula pſiſtere: Nã tranſlationẽ duxit ab eo: q
cũ manũ ferulæ præbet:ſe diſciplinæ ſubiectum oſtendit. Eſt enĩ ferula flagelli
genus quo puerorũ manus uapulare cõſueuerũt. Horatius in ſermonibus. naꝫ
ut ferula cædas meritũ maiora ſubire. Sed hic pro diſciplina accæpit:ut ſimili-
ter obſeruauit:ac intellexit noſter Carolus arrẽtinus cum ait: ad Cyriacũ. Igno
rant docti cauſas:quærũtq; frequẽter. Vnde tibi eloquiũ copia tãta tibi ẽ. Nec
certe ĩmerito: cum nil didiciſſe magiſtro.
Dicas & ferulæ ſurripuiſſe manũ. Probat & alia ratione Iuuenalis ſe inter indo
ctos cõnumerandũ eſſe cum ait. Et nos conſilium dedimus ſyllæ priuatus ut
altũ Dormiret:hoc eſt ut abſq; grauibus dictaturæ curis quieſceret. Virgi. i. iii.
georgi. Nec ſomnos abrumpit cura quietos. At quia ob hoc quod dictaturæ re-
nũtiauit. dictus fuit neſciſſe litteras:multo magis ego qui id quoq; illi conſiliũ
dedi neſcire litteras dici mereor. Et hæc dicta quidem ſufficiant pro explatione
difficillimi loci. & introductione ad primam ſatyram nobilis poetæ Iuuenalis.
Cætera uero quæ difficilia uidentur diuerſis in dictionibus horum commenta
riorum pro noſtra facultate explanare conabimur. Nec id ſane formido quod
nonnulli uaticinari uidentur futuros quoſdam: qui commentariola quædam
ex his noſtris commentariis diuerſos in poetas ſine honore noſtro traducere :
ac quæ noſtra ſunt ſibi arrogare non uerebuntur . Ego enim quoſq; ſimiles
paruipendo. ſuo enim illi mendacio & furto detecti erubeſcent: modo amicis ꝓ
mea uirili ſatiſſaciam. hæc hactenus. Vernm & nonnulla in hac ſatyra reſtant

ac in aliis quibuſdã deinceps ſatyris:quæ ex amiſſorum librorũ defectu nunꝗ
plene intelligere ualui:ut qs ille fuerit de quo ſupra meminimus: q pupillum
expoliauit:& ꝓſtituit. Quis ille q bona dedit præſepibus:& caret omni maioruꝫ
cenſu. dum ꝓuolat axe citato flãmineã. Ac ille qui ſe lautum ac beatuꝫ exiguis
tabulis:& gẽma fecerat uda:licet quidã fuiſſe Mathonẽ putent:qđ mihi nõ cõ
ſtat. Quis etiã ille q dedit tribus patruis aconita. Et licet hæc nõnullis forſitan
parua eſſe uideantur:nobis tamen ſi iucunditatẽ & lepiditatẽ ut decet poete ca
ptare cupimus:neceſſaria ꝓrſus apparent. Sep qđ nõ ualemus:pretermittere li-
bet. Et ad aliqua in ſecunda ſatyra tranſeamus:quæ obſcure a poeta tractari ui
denẽ. Mittamuſq; iã ſocraticos cinædos:quos in dictiõe cinædus explicauimus
Quin & illos qbus podice leui Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcæ. id
eſt tumores illi difficiles:q ex cõfricatione podicis puerorum oriri dicuntur. &
a medico ſcilicet ridente ob id:qa turpem cauſam recognouit inciduntur in po
dice leui:id eſt ſine pilis:ut ætatẽ monſtret: Virgi. in Sileno de filia Proeti: Quã
uis collo tumuiſſet aratrum. Et ſæpe in leui quæſiſſet cornua fronte:id eſt abſ-
q; pilis. Martia in ultimo epigrãmatum: Sit nobis ætate puer non punice leuis:
Propter quẽ placet nulla puella mihi. Sed uerius ac magis ingenue Peribonius
qui uultu morbum inceſſuq; fateẽ:de quo Martia. Quid quod ad ſextuꝫ fictũ
philoſophũ & uirum obſcœnũ infamis uarillus ait:ego te ceuentẽ ſexte uerebor
id eſt dum predicaris apte te mouentẽ. Nã ceuere quidẽ ẽſt maſculorum:hoc ẽ
ſe apte motare dũ prædicantur. Martia. in. iii. Sed pædicaris ſed pulchre neuole
ceues. Iam iã tu prior es:ne uole uincis:aue. Criſſare uero eſt mulierum apte ſci
licet ſe ſimiliter motantium dum futuuntur. Iuuenalis in ſatyra Credo puditi
tiam de Lauſella loquẽs:quæ præmia proponebat illis mulieribus quæ melius
id agitabãt inquit Frictum criſſantis adorat. Martialis ſimiliter.
Scire cupis quo caſta modo matrona loquaris.
Nunquid cum criſſas blandior eſſe potes. At de eodem Sexto meminit idẽ Mar
tialis in libro ſeptimo epigrammatum cum inquit:
At natalitias dapes uocabar:
Eſſem cum tibi ſexte non amicus. Et ſubdit:
Sed cauſam ſcio nulla uenit a me:
Argenti tibi libra poſtulanti:
Nec leuis toga nec rudes lacernæ:
Non eſt ſportula quæ negociatur.
Poſcis munera ſexte nõ amicos. Et ſubdit deinde Iuuenalis. Quis cælum terris
non miſceat. & mare cælo Si fur diſpliceat uerri:
Prolepſis ultima cũ. p. ante. s. &. i. latino ſcribitur: dici poteſt præceptio. Nam cõ-
ponitur ex pro quod eſt ante & λήψισ accæptio: Et eſt figura teſte Seruio ſup
iiii. georgi. ex perſona poetæ. quæ tunc quoq; fit: cum aliquid præaccipit ad q̃li
tatem quæ ſubſequitur: ut Virgi. cum dixiſſet Pancheiam tellurem fleuiſſe: Eu
rydicem uxorem Orphei dixit: Pancheia rheſi mauortia tellus: quã ſcilicet lon
ge poſtea ꝙ fuit Orpheus ille tenuit.
Promotheus cum. th. aſpirato ſcribiẽ: fuit teſte Ouidio in primo metamorphoſe-
os Iapeti filius ex Aſia nympha coniuge. Quam ſatus Iapeto mixtã fluuialibus
undis Finxit in effigiem moderantũ cuncta deorum:& reliqua: de quo fere oẽs
poetæ loquuntur. Ex quo Promethides cũ. i. ꝓducta ante des deducitur Oui.

libro.i.metamorph. Vnde Promethides placidis epimethida dictis.

P roœmium cum.œ.diphth.in ſecunda ſecundum græcam litteraturam ſcribiť: quam ſane latini noſtri iam non obſeruant:ſed ſine diphthongo (ne eiuſdem litteræ fiat inculcatio) proœmium ſcribunt:dicitur latine initium uel exordium & (ut dixit Quintilianus circa initium libri quarti) Maiori quadaꝫ ratione græci uidentur proœmium nominaſſe:quo a noſtris initium modo ſignificatur.Illi partem hanc eſſe ante ingreſſum rei (de qua dicendum ſit) oſtendunt.Nā ſiue propterea quod οιμη cantus eſt:& cithatœdi pauca illa (quæ antequam legitimum certamen inchoent) emerendi fauoris gratia canunt proœmium cognominauerunt.Oratores quoq; ea (quæ prius q̃ cām exordiantur) ad conciliādos ſibi iudicum animos proloquuntur eadem appellatione ſignarunt : ſiue quod οιμον:id quod ante ingræſſe rei ponitur:ſic uocare eſt inſtitutum.idem græci uiam appellant.

P ropylæa ſecunda cum.y.græco ſequens cum.æ.diphthongo ſcribitur: dicitur latine ueſtibulum uel porticus:ſed de ueſtibulo plura locutus eſt Gellius:quæ qui uoluerit in libro.xvi.noctium atticarum legere poterit.

P ropina cum.i.latino ſcribitur:apud græcos uero.ei.diphthōgus:cuius abiecta e.retinemus.i.& iuxta compoſitionem græcam dici poteſt ante famē.Nam cōponitur ex pro quod apud nos dicit ante:& πεῖνα fames. Et ut nonnulli aſſerunt locus erat iuxta thermas & balnea publica:ubi poſt lauacrum a fame & ſiti reficiebantur:unde & alii quidam ex latina præpoſitione pro:& dictione græca compoſitum potius uolunt; q̃ ex ambubas græcis:ita ut id quod datur pro eſurie indicet ſiue eſculenta ſint:ſiue poculenta:unde uerbum propino deducitur:quod indicat eſculentum tibi porrigo uel poculentum.Iuuenalis in ſecunda ſatyra.Quando propinat byrrho tibi ſummitq; tuis contacta labellis Pocula ideſt porrigit tibi uinum:quod ipſe prius ſuis labellis attigit.

P ropheta cum.t.exili ſcribitur:dicitur latine uates:& deſcēdit a προφημι quod eſt exprimo uel profero.

P roſcænia cum.c.exili &.æ.diphthōgo a latinis ſcribitur:qui ſcænam ex qua cōponitur cum diphthongo teſte Priſciano ſcribunt:apud græcos uero ſine diphthongo ut in ea dictione uidebimus.Et ſunt proſcænia teſte Seruio ſuper ſecūdo georgicorum pulpita ante ſcænam in quibus ludicra exercentur.

P roſelytos cum.æ.abſq; diphthongo &.y.græco in penultima &.t.exili ſcribitur dicitur a noſtris aduena.

P roſelenus cum.e.abſq; diphthongo & unico.l.ſcribitur:ſignificat apud nos ante lunam:ut Cicero in fundana:a. cades cōmemorat qui ſe proſelenos eſſe aſſerunt ut uidimus in dictione arcadia.Nam componitur ex pro quod eſt ante & σελήνη luna.

P roſeucha cū unico.s.&.ch.aſpirato ſcribitur:dici poteſt latine obſecratio uel oratio.Id enim dictio græca quæ eſt προσευχή indicat.poni tamen uidetur a Iuuenale pro loco ubi precibus & obſecrationibus aliqui a tranſeuntibus mendicabant:ut iuuenis ille petulans ad illum:quem acriter pulſauerat ad Iuuenalē ait in.iii.ſatyra.Ede ubi conſiſtas in qua te quæro proſeucha.

P roſerpina cum.i.latino ſcribitur apud græcos uero non cum.i.ſed cum.o. περσεφόνη ſcribitur:fuit Iouis filia ex ſorore Cerere. Nam cum Pluto teſte Oui.i iiii.faſtorū & quinto metamorph.ex inferis emerſiſſet:ut fundamēta trinacriæ cōſpiceret:quæ cū Typhœus ingētibus uiribus ſupimpoſitā ſibi inſulā abiicere conareť apiri uiſa ſunt:& lucē uſq; ad inferos demittere luſtrans ſiciliam Proſerpinā cōſpexit .in cāpis æneis cū Cyane nympha & ſirenibus flores legentē:quā rapuit:& ad inferos ſecum duxit:ac matrimonio ſibi copulauit.Hanc mater Ceres accenſis facibus maximo cū ululatu ꝑquirens ab Arethuſa cerciorata ē illā apud inferos degere:unde fregit aratra & cætera ruralia inſtrumenta: & apud Iouē conqueſta obtinuit eā poſſe retrahere:ſi nil apud inferos comediſſet: quæ Aſcalapho accuſāte cōpta ē ſeptē grana malipunici comediſſe.Quapropter ad leniendū Ceteris dolorem ſtatuit Iuppiter:ut ſex menſibus auni cū marito apď inferos:ſex cum matre apud ſupos degeret.Quæ diuus Auguſtinus in.vii.de ciuitate dei:& alii nōnulli interpretanť ut ꝓſerpina fœcunditatē ſeminū indicet Et a proſerpendo Proſerpina ipſa dicatur:& filia Cereris .i.terræ:quæ cum quodam tēpore defuiſſet apud inferos rapta dicebatur:unde ceſſauerunt aratra:& ruralia inſtrumenta.Sed cum luctu publico celebrata rediſſet fœcunditas:fuerunt ꝑgaudio ſolēnia quædā illi inſtituta:quæ apud athenieſes nobiliſſima habita ſunt.Solino uero dixit in ſicilia campū ætneū eſſe floridum & ſemꝑ uernātem:ubi & demerſum foramen aſpiciť:p qď Ditē ad raptū ꝓſerpinæ exeuntem fama eſt hauſiſſe lucē.Euſebius autē libro temporū dixit ꝓſerpinā ſpecioſiſſimā fuiſſe uirginem Cereris filiā & Sicani regis uxorem:quā ob famam pulchritudinis ſingularis Orcus moloſſorum rex rapuit:& matrimonio ſibi copulauit . At Varro in.v.de lingua latina ꝓſerpinam inqt lunam eſſe:quæ ut ſerpens modo in dexterā mō in ſiniſtrā:mō in ſupiorem:mō in inferiorē ptem cæli moueatur Et ipſa luna apud ſupos & inferos equis temporum ſpaciis cōmoratur.

P roſopis cum.i.latino ſcribitur:inſula eſt teſte Herodoto in delta nili hoſtio.in q̃ eſt atarbechis ciuitas.

P roſopopœia cum.œ.diphthōgo in penultima ſcribitur: & ad uerbū dicitur pſonæ factiua.Nā cōponiť a προσωπον quod ē pſona:& ποιω facio: figura ē.uel quando inaīatum ad aīatum loquiť:ut apud Oui.in initio libri de ſine titulo.ut Qui modo naſonis fueramus quinq; libelli.uel animatum ad inanimatum ut Horatius in epodo:Quid amplius:o mare:& o terra ardeo.uel quando etiaꝫ ad inanimatum ipſum quoq; inanimatum loquitur:ut apud eundem in ſecūdo metamorpho.terra & maria loquuntur & flumina.

P roſodia cū.œ.dipth.in ſecunda ſcribi deberet:ſed ut idē ſeruet ſonus apud nos q apud græcos:cōuerſus eſt diphthōgus in.o.longa:& cū.i. latino in penultia ſcribiť.Diciq; pōt latine accentus:q lex eſt ſiue regula ad eleuandā deprimēdāq; ſyllabam uniuſcuiuſq; particulæ orationis accomodata. Et alio nomie apud græcos τόνος dicitur.Nam antiquos noſtros accentus etiam uocaſſe tonores. Quintilianus ē auctor declinato ut ait uerbo a græcis qui tonos dicunt. quos nos accentus ꝓprie nominamus.Et ſunt tā apud græcos:q̃ apud latinos tres: accutus:grauis:circūflexns.Nam hi ſoli denotant ubi quæq; ſyllaba eleuari deprimiue debeat:qď ex maxima uocū cōſonantia pcæptū eſt.lōq; dicebat Quit. libro.i.de inſtitutione oratoria nō eſſe cuiuſlibet auris litterarū exigere ſonos: nō hercle magis q̃ neruorum.Acutus igitur ille accentus eſt quo ſyllaba uoceꝫ acuit eleuatq;.& ſignatur ea uirgula quæ a ſiniſtra pte in dexterā ſurſū ducta ē. Grauis uero eſt quo ſyllaba deprimitur:ſiue deponiť:unde ſignať uirgula: q̃ a ſummo in dexterā deponiť.Circūflexus autē quo ſyllaba: & acuiť ſimul: & de

primit̃:unde ex acuto & graui cõfectus uidet̃.Quare ſamicycli linea deſignat̃:
quæ ſanæ accentuũ ſigna a latinis non ſcribunt̃:a græcis uero ſemp. Sed nec
etiã apud illos accẽtus grauis ubi ẽ deſignat̃:ut oſtendemus. Nã oĩs dictio tam
apud græcos q̃ apud noſtros ſiue monoſyllaba ſit:ſiue polyſyllaba:unum habet
accentũ pdominantẽ atque principalẽ:q acutus eſt:uel circũflexus:nec plures
acutos aut circũflexos:nec unũ acutũ:& alterũ circũflexũ habere põt.Sed accẽ-
tus graues tot habet dictio polyſyllaba:quot ſyllabas ultra eã ĩ q̃ acutus eſt uel
circũflexus habere cõperit̃.Vt ſi apud græcos ἀνθρωποσ dicat̃:prĩa qdẽ acuit̃
ſequẽtes uero duæ grauant̃.Similiter in illa αθηναιοσ.penultima circũflectit̃:
& reliquæ oẽs grauant̃.Quod ſimili modo apud latinos licet nõ ſignetur ĩ pro-
nuntiatione:tamẽ æqualiter obſeruantur.Nam in hac dictione italicus ſecũda
hoc ẽ antepenultima acuit̃:reliquæ uero oẽs grauantur. Similiter in ea quæ ẽ
Octauianus penultima circũflectitur:& reliquæ omnes grauantur.Idem in cõ
poſitis:ut ϖαρύμον:& maleſanus:quæ unicum habent accẽtum circũflexum
græca quidem in ultima:latina uero in penultima.Aliæ uero omnes eorum ſyl
labe graues ſunt:unde nec etiam apud græcos accentus grauis:hoc ẽ ſuper gra
ues ſyllabas deſignantur.Sane & ſi illius uirgula hoc eſt quæ a ſummo in dex-
teram deponitur:ſæpiſſime in græcorum ſcripturis conſpicitur non ob id quo
q; fieri Moſchopulus diligẽs illorum grammaticus: & Diomedes apud noſtros
approbatiſſimus:ut accentum in illa grauem eſſe dicamus cũ ſemper in ea ſyl-
laba ubi eiuſmodi conſpicitur uirgula ſit acutus:Sed ut denotetur acutum illũ
accentum per conſequentiam aliarum dictionum ſequentium eſſe legendum:
nec ſententiam tunc quoq; in ea dictione completam eſſe: & ob id quoq; cum
ſuppreſſione quadam licet acutus efferẽdum:unde quum dicit Demoſthenes
in oratione cõtra Aeſchinem πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ᾽ ἐλαττοῦμαι κατὰ τοῦ
τονὶ τὸν ἀγῶνα αἰσχίνου:& in pluribus dictionibus ſignata ſit uirgula ac
centus grauis:non ob id accentus ibi grauis eſt qui non ſignatur: & accentus
dicitur ſyllabicus: & ibidem quoq; plures ſint monoſyllabæ quæ acutum uel
circumflexum neceſſario exigunt.Sed ut acutus qui eſt in illis in aliarum dicti
onum conſequentiam proferatur: hoc eſt in aliqualem ſimilitudinem grauis.
Nam ſi grauis ipſe ſignaretur accentus quæq; ſyllaba præter quam illam ubi a
cutus ẽ:& circũflexus ſignari haberet.Verũ nec inter acutũ & circũflexum per
cæptibilis eſt ab unoquoq; in pnuntiatione diuerſitas:niſi forte ab exercito mu
ſico.Nam p unũquẽq; illorũ uox ipſa eleuari uidetur. Sed acuti quidem ſupra
longam & breuem:circũflexi uero tantũmodo ſupra longam:nãq; ſupra breuẽ
poni nõ põt.Vnde circũflexus accentus duos tãtũmodo locos in dictiõibus po
lyſyllabis apud græcos obtinet ultimæ ſcilicet & penultimæ. Et hoc ideo quia
dictiones noſtræ accentũ regulariter ĩ ultima nõ patiunt̃.Acutus autem apud
græcos tria detinet loca:ultimæ ſcilicet penultimæ & antepenultimæ.Apud la
tinos uero ob eandem cauſam ſolũ penultimæ & antepenultimæ. Itaq; ultima
exeũte breui & penultima lõga:ſi ſup penultimã ſit accentus circũflexus habe-
tur:ut ἀθηναῖοσ. Similiter in latinis fortuna:romanus:marinus:arrentinus:
Octauianus:ſanus:amoris:legebat:ut etiam in monoſyllabis:dos:flos:cos:quas
cales eſſe longas neceſſe eſt.At amant quia primam breuem habet:& ultimam
longam:& ſuper primã habet accẽtũ:neceſſe ẽ illũ eſſe acutũ. Idẽ ſi penultima
& ultima longæ ſint.ut legebant athenæ mycenæ.Sed ut diximus ſi in antepe-
nultima accentus eſſe dicat̃:acutus erit ſemp:& nunq̃ circũflexus:ut dominus
Virgi.Tullius.Quare & regula in latini: de accentibus datur: quod in triſylla-
bis dictionibus:& tetraſyllabis ſiue deinceps:ſi penultima breuis fuerit antepe-
nultima acuetur.Iuuenalis in prima ſatyra Vnciolam pculeius habet:ſed gillo
deuncẽ.Idem in ſatyra Credo pudiciciã.Fiunt uerceoli pelues ſartago patellæ
Virgi.in Coridone.Preterea nec duo nec tuta mihi ualle repti Capreoli: in qui
bus unciolam urceoli & capreoli in antepenultima acutum habent. Idem in.i.
æneidos:Vnius obnoxam & furias aiacis oilei: ubi eius uerſus prima dictionis
acuitur.Nã ut ait Seruius in his ſcilicet:unius illius ipſius media ſyllaba natu
raliter producitur:ſed cũ opus ẽ corripitur:ut in eo uerſu hac excuſatiõe: quia
quotiens uocalẽ longã uocalis ſeqtur:ſupiori detrahit uires. Vt apud eundem
in.iii.ænei.inſulæ Ionio in magno:& in ſeptimo.Sudibuſue præuſtis: Idẽ ĩ bu-
colico.& longũ formoſe uale uale inqt iolla.Quãobrem & in eo uerſu.i.ante.u.
uocalẽ corripi potuit.Ideoq; in antepenultima tunc quoq; accẽtus fuit:quæ ſa
ne regula & in græcis ſimiliter dictionibus obſeruatur:ut infra uidebimus.Sed
e cõtrario fieri cõtingit:cum antepenultima corripitur.Nam tunc quoq; pẽul-
tima habet accentum:ut Virgilius in primo:Nauibus infandum amiſſis unius
ob iram:ubi eius dictionis unius antepenultima corripitur:& media producit̃:
atq; accentum detinet circũflexum.Rurſum & ſi penultima & ultima in eadẽ
dictione longæ quidem fuerint:antepenultima uero breuis: ipſa antepẽultima
acui non poteſt.inde teſte Quintiliano in primo de inſtitutione oratoria olym-
po & tyranno acutã mediam ſyllabã noſtri dedere:quia duabus longis ſequen-
tibus primã breuẽ acui noſter ſermo nõ patit̃.Quod autẽ ſupradiximus dicti-
ones latinas regulariter accentum in ultima pati nõ poſſe:ob hoc quoq; regula
riter diximus: quia ut idem Quintilianus nonnullos grãmaticos ſit dicere: ac
loqui:ut propter quædam uocum diſcrimina dictiones quædam acuto ſono ſi
niantur:ut circũ littora circũ piſcoſos ſcopulos:ut ſi non acuerent ultimã cir-
cus dici uideatur:& nõ circuitus.Sed ut infra oſtendit id ſibi nõ placet.Et ma-
gis dicendum putat dictionẽ illam mutare cõditionẽ:ita ut in illis locis uerba
cõiungantur:& tanq̃ unũ ſub uno accentu diſſimulata diſtinctione enuncien
tur: itaq; tanq̃ in una uoce una ẽ acuta.Quod idẽ accidit in illo Troiæ qui pri
mus ab oris.Simile dicimus in his quas græci uocant ἐγκλύσεισ: ut uirumq;
cano ubi ſoliti ſumus ſemp ſubſequente illa coniunctione q; applicare accentũ
ultimæ præcedenti.Immo ut qdam ferunt nõ ſolum accentũ ea cõiunctio que
cõmutare põt:ſed quãdoq; & tẽpus.ut Virgi.in Damone:Vno eodẽq; igni: ſic
noſtro daphnis amore.Vbi tandẽ dictio eodẽ quæ penultimã naturaliter longã
habebat:& ultimã breuem:tunc quoq; ratione encleticæ penultimã breuẽ fecit:
& ultimã longam:ut alibi:Vna eademq; uia ſanguiſq; animuſq; ſequuntur Si-
mile & inſtiterunt:& miſcuerunt penultimã breuiauit.ut Virgi.in.iii.æne.Ob
ſtupui ſteteruntq; comæ:uox faucibus hæſit.Et li.geor.i.Miſcueruntq; herba.
& non innoxia uerba.Alii uero putant magis id ex auctoritate factum q̃ rõne
encletice.cum abſq; encletica idẽ nõnunq̃ cõperiatur:ut in eo uerſu: Non eodẽ
curſu reſpondent ultima primis:qui quantæ ſit auctoritatis ipſemet indicet au
ctor.uerum & in quibuſdam aduerbiis conſueuimus omnino differentiæ cau-
ſa accentum in ultĩa ponere:ut alias una eo pone ſane cũ acuto in ultĩa: ne ſi ĩ
penultĩa haberent nomina magis aut uerba crederentur.Rurſus & p ſincopam

defertur quandoque accentus in ultima: ut in ea dictione ardeatis quæ circũ-
flexum habet accentum in penultima:& per ſyncopam facit ardeas:cum in eo-
dem circũflexo in ultima. Nam ut ait Priſcianus in.v. Antiquiſſimi hic & hæc
ardeatis:harpinatis:ſuffennatis:capenatis:ferentinatis:cum circũflexo ĩ penul-
tima proferebant:quæ nos ꝑ ſyncopam ardeas:harpinas:ſuffennas:capenas:fe-
rentinas:cum eodem accentu in'ultima dicimus.Quin & eodem modo ut idem
in alio loco dixit:hoc eſt cum circũflexo in fine proferuntur:optimas: primas:
pontias:crotonias:larinas:& rauennas.ſimiliter & in eadem gentilium nominũ
forma eodem teſte antias nomẽ proprium cuiuſdam hiſtorici:qui Valerius di-
ctus eſt:cum eodem circunflexo profertur accentu.Item & ad appellatiuorum
differentiam hæc propria Manas & Lenas cum accentu ſimiliter circũflexo ĩ fi
ne proferuntur.Iuuenalis:Quod captator amat lenas aurelia uendat. Item &
noſtras nominatiuus ſingularis ut idem auctor in.viii.eiuſdem operis dixit ul
timam circũflectit ad differentiam accuſatiui pluralis qui accutum habet ĩ pe-
nultima:uerum & alia quædam per ſyncopam eodem teſte in.iiii.eiuſdem uo-
luminis tranſferunt circũflexum de penultima in ultimam:ut audiuit audit:
cupiuit cupit:fumauit fumat.Virgilius in.iii.æneidos:Et omnis humo fumat
neptunia troia.Item & per apocopẽ:ut produce produc:illicce illic:iſticce iſtic:
Idq; omnibus artium ſcriptoribus placuiſſe refert: qui de accentibus ſcriptita-
runt.Quid quod fio dum in declinatione monoſyllabam facit:ſi cum alio ſimi
liter infinito componatur uerbo:non ſolum ſignificationem & coniugationem
ſed accentum in eadem ſyllaba:hoc eſt etiam in fine conſeruat:ut calefio cale-
fis calefit:tepefio tepefis tepefit:tam in ſecunda q̃ in tertia perſona accentũ quẽ
in ſimplicibus habebat:in fine conſeruat:mutat etiam accentum metri cõditio
ut cum Virgi.Pecudes pictæq; uolucres.Nam uolucres media acuta legenda ẽ
quæ & ſi natura breuis eſt:poſitione tamen eſt longa:ne faciat iambum: quem
non recipit uerſus heroicus. Similiter cum ait in.xi.Tu uoluſe armari uolſco-
rum edice maniplis.Exigebat ars teſte Seruio:ut in ea dictiõe maniplis eſſet ac-
cẽtus ſuper ni:hoc eſt antepenultimam.cum penultima natura breuis ſit. Sed
quia penultima poſitione longa eſt:accentum longa detinet: hoc eſt ſuper ni:
ſed utique longa eſt ex muta & liquida:quod quotiens fit tertia a fine: hoc eſt
antepenultima accentum etiam ſortiri potuit:ut latebræ tenebræ.At in eo uer
ſu ut ſecunda a fine accentum haberet uerſus obtinuit:ut in ſimilibus fieri cõ
tingit.Solet etiam ſyneresis ſpeciem accentus cõmutare & locum.Nam quotiẽs
exigente metri neceſſitate ĩ nominibus græcis fit ſynæreſis: & ſuper ſynæreſim
remanet accentus.neceſſe eſt illũ circũflexum eſſe. unde in quibuſdam plenis
nominibus:ut Thermodoon Demophoon & ſimilibus:quæ habent acutum in
penultima.Et ꝑ ſynæreſim fit Thermodon Demophon mutat̃ accẽtus ex acu-
to in circũflexum:& tranſfertur in finalem.Sed dubium eſſe uidetur de græcis
dictionibus:quæ latinæ ſcribuntur:an eundem apud nos prorſus accentũ ſer-
uare habeant quẽ apud græcos primitus retinebãt.Quod aſſerere uidetur.Ser
uius ſuper primũ georgi.quando ait Virgi.Heliadũ palmas epiros aquarũ:ubi
ait epirus habet accentum ſup.e.quia græcum eſt:quod ſi latinum eſſet habe-
ret ſupra pi quæ longa eſt.Quod ſi uerum eſt idem dicẽdum eſſet de tragœdia
comoedia:& nõnullis aliis quæ apud illos habẽt accẽtum i penultima:& apud
noſtros in antepenultima detinent. Quare cũ hæc quoq; cum Gaſpare ueronẽ

ſi grãmatico præſtantiſſimo ꝓ noſtra cõſuetudine cõferrẽ. dixit nõ ſcribendu3
eſſe in eo uerſu Virgilii epirus ꝑ us finalẽ:ſed epiros ꝑ os:ita ut litteraturã græ
cam cõſeruet.Idq; in antiq̃s Virgilii codicibus cõperri aſſeruit: ut Ouidi.ſimi-
liter li.metamor.xiii.Rura petunt epiros ab his regnataq; uati. Et ſeruiũ id ide3
intellexiſſe cum ait q̃a græcum eſt:hoc eſt litteratura græca ſcriptum & græco
ſono prolatum ſeruat accentum in prima.Nam & ſi græcæ dictiones latina lit-
teratura ſcribuntur & ꝓferuntur nnutare illas quoq; accentum cõſtat ſecun-
dum exigentiã noſtrã:ut tragœdia:quæ q̃a latina litteratura ꝓfertur:hoc ẽ ſono
diphthongi noſtræ:& non græce accentum:q apud græcos in penultima erat ĩ
antepenultima cõmutauit:quæ apud nos quoq; longa eſt:& diphthongu3 no-
ſtram.œ.detinet. Ouidius in.ii.de triſtibus.Omne genus ſcripti grauitate tra-
gœdia uincit.Horatius in poetria. Effutire leues indigna tragœdia uerſus.ſimi
li modo comœdia:ut idem Horatius:Interdum tamen & uocem comœdia tollit.
At uero proſodia q̃a litteraturam ſeu magis ſonum græcum conſeruat: accen-
tum ipſum ĩ penultima:ut eſt apud græcos:ſic apud noſtros detinet. Vnde ait
ipſe Seruius in.iiii.æneidos.Accentus ſane græcus tunc eſſe põt: cũ declinatio
græca ſeruatur:ut olympos tyrãnos quæ ſic quoq; more græco ꝑ os terminata
habent accentum in prima.At ſi terminatione latina ꝓferimus acutum in me-
dia accentum detinet:ut ſupra uidimus.Qua de re id quoq; diligenter inſpiciẽ
dum eſt:accentum apud græcos in antepenultimã locari nõ poſſe:ultima.ſ.ex-
eunte longa:immo & ſi in uno caſu alicuius nominis accentus forte in antepe-
nultima eſſet: quia ut diximus ultimam breuem tunc eſſe neceſſe eſt: ſi in
aliis caſibus eadem ultima longa fiat: mutabitur accentus: & de antepenulti-
ma in penultimam commigrabitur ut ἄνθρωπος in nominatiuo breuem
habet ultimam:& accentum acutum detinet in antepenultima: & id idem in
accuſatiuo contingit:ut ἄνθρωπον:etiam in uocatiuo ut ὦ ἄνθρωπε.At in ge-
nitiuo:& datiuo:quia ultimam longam detinent:hoc eſt diphthongum: muta-
tur accentus ex antepenultima in penultimam: ut ἀνθρώπου: & in datiuo ſi-
militer:ut ἀνθρώπῳ.econtrario etiam quandoq; contingit nomen aliquod lõ
gam ultimam habere in recto:& accentum in penultima: & quia in aliquo ca-
ſuum ultima breuis fit:mutatur accentus in ãtepenultima:ut ἀριστοτέλης:
cuius ultima q̃a longa eſt habet accentum in penultima:nec in antepenultima
habere põt.At in pleno genitiuo:hoc eſt in non habente ſyneræſim:quia breuis
eſt ultima:facit accentũ in ãtepenultima:uidelicet ἀριστοτέλεος.Similiter in
uocatiuo ἀριστοτέλες. Simili modo Δημοσθένης ἀντισθένης: & mille
alia.Itaq; cum nos hæc nomina traducimus qui ultimam recti quæ apud illos
eſt.η.in.e.noſtrum trãſferimus:& noſtra litteratura illa proferimus: mutamus
etiam accentum ipſum in antepenultimã ſecundũ quod in eadem litteratura
apud illos accẽtus ipſe cõperit:& dicimus ariſtotiles Demoſthenes Antiſthenes
cũ accẽtu in antepenultima:tã in recto q̃ in aliis caſibus. Nã cũ in ſimili littera
tura apud illos:hoc ẽ cũ.e.in ultima: & nõ cũ.η. ea nomina proferuntur: ut in
eorum uocatiuis apparet:quæ in es:& nõ in.ης. deſinunt:accentum detinent
in antepenultima: & non in penultima: ut cum dicunt.ὦ.ἀριστότελες:ὦ
Δημόσθενες:ὦ ἀντίσθενες in omnibus cum accentu ſuper antepenultimã
Nos ergo cum hac litteratura tam in recto quam in aliis caſibus utamur eo
dem quoque accentu: & in recto & in aliis utimur caſibus: & dicimus in

recto Ariſtoteles: & in accuſatio Ariſtotelem cum accentu in antepenultima. Iuuenalis in ſecunda ſatyra: Si quis Ariſtotelem ſimilem uel pittacon emit. Similiter Demoſthenis: ut idem in ſatyra Omnibus in terris: Eloquium ac famaꝫ Demoſthenis ac ciceronis. Nam & hæc ac ſimilia nomina penultimam corripiunt. niſi aliquando ratione liquidæ poſt mutam producantur: Quare & ſecundum regulam primo habitam accentum apud nos in antepenultima detinere habent. Sed diximus ratione liquidæ poſt mutam produci poſſe: ut Virgilius i bucolico: Sola ſophocleo tua carmina digna cothurno: ubi. pho. ratione mutæ: & liquidæ ſubſequentium producitur. At uero in aliis ſeruãt correptam: ut Iuuenalis in ſecunda ſatyra: Inter ſocraticos notiſſima foſſa cinædos: ubi. cra. corripitur. Sane & in aliis pluribus dictionibus græcis mutamus accentum. Nam τραγῷδια: cuius ultima ſemper longa a græcis deponitur habet neceſſario accentum apud illos in penultima. Similiter κῶμωδια. Sed quia a nobis in litteratura noſtra ultima ipſa corripitur: mutamus accentum in antepenultimam: & dicimus tragœdia: comœdia: cum acuto in antepenultima. Vnde hæc quoqꝫ uerba ait Priſcia. in. vi. hoc quoqꝫ ſciendum: quod omnis nominatiuus deſinẽs i. a. a noſtris corripitur: q̃uis ſit apud græcos productus: ut lydia ſyria phrygia italia hiſpania: & omnia alia nomina regionum: unde accentus quoqꝫ cum tempore a nobis mutatur: quia. ſ. apud græcos habent accentum in penultima: eo quod ultima longa eſt: & apud nos antepenultima: quia ultima breuis habetur In paucis tamen græcis inueniuntur noſtri poetæ ſeruaſſe morem græcũ. Statius in. iiii. thebaidos. Non tegea non ipſa deo uacat alite fœlix cyllene. Idem in vi. Te plãgeret argos: Te nemea: tibi lerna comas: lariſſaqꝫ ſupplex Poneret. ubi tegea & nemea quia productam conſeruant a finalem accentum quoqꝫ græcũ detinent. i. acutum in penultima. Et hæc hactenus. Nunc quaſdam particulares dictiones inſpiciamus ubi accentum habeant.

Affatim teſte Amiano primam acuit. Sicqꝫ ſe audiuiſſe legentem Probum grammaticũ hos Plautii uerſus in ciſtellaria. Potine tu homo facinus facere ſtrenuũ aliorum eſt affatim q faciant. Idẽ confirmat Gellius li. vii. noctium atticarum.

Attentim teſte Gellio præfato libro. vii. primam acuit:

Admodum teſte eodem auctore primam acuit.

Affabre ſimiliter eodem teſte acutum habet in prima.

Approbe ſimili modo in prima acuitur.

Approbus teſte Gellio in præfato libro. vii. cum ſignificat ualde probus primam acuit: quo uocabulo uſum fuiſſe dixit Cecilium in comœdia: quæ inſcribitur triumphus: cum ait Hierocles hoſpes eſt mihi adoleſcens approbus:

Apprimus teſte eodem Gellio non acuitur in prima: ſed ut apparet ex hexametro uerſu Liuii in odyſſea media circũflectitur: qui talis eſt. Ibi denique uir ſũmus apprimus patroclus.

Apprime ſimili modo mediã circũflectit: nec Gellio placet acui primam.

Appotus nõ placet ſimiliter Gellio primã acui: quare media circũflectitur.

Apoſtema habet accentum in antepenultima ſi græce uis enuntiare: at latine in penultima ἀπόστημα.

Ara ſine aſpiratione deorum: & primam circũflectit: quia longa eſt ſubſequẽte ultima breui. At cum aſpiratione ſtabulum deſignat porcorum. ac primam corripit & acuit.

Cecidi præteritum ſi uenit a uerbo cædo quod eſt incido habet accentum ĩ pẽultima: in quam diphthongus cõuerſa fuit. Iuuenalis in. iii. ſatyra. Ebrius ac petulans: qui nullum forte cecidit. At ſi uenit a cado habet accentum in prima: ut Virgilius in. iii. æneidos: Ceciditqꝫ ſuperbum ilium.

Cyclops acuit primam: ſed quonammodo accentum habeat in genitiuo & accuſatiuo plurali in ea dictione uidimus.

Decus decoris quum q̃dem neutrum eſt in omnibus ab eo declinatis corripit. o. & a decet uerbo deſcendit: habetqꝫ accentum in antepenultima: quẽ etiã in plurali conſeruat. Virgilius libro æneidos primo. Scænis decora alta futuris. cum uero eſt maſculinum habet accentum in penultima: hoc eſt ſupra. o. quã ſemp producit: ut decor decoris: ſicut auctor auctoris.

Eadẽ in recto habet acutũ ſup primã: & penultimã corripit: quæ eſt. a. Virgi. in. i. æneidos: Nunc eadẽ labẽte die cõuiuia quærit. At in ablatiuo habet accentum ſup penultima: quã ſemp ꝓducit: hoc eſt ea ſemp ꝓducit. a. in ablatiuo.

Eodem q̃a ſemp ablatiuus eſt: &. o. ſemp producit: niſi auctoritate uel metri neceſſitate impediatur: ſemper illam penultimã acuit.

Ergo quando quidem eſt coiunctio illatiua acutum habet in prima. Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiam: Nullam inuenies quæ parcat amati: Ardeat ipſe licet tormentis gaudet amantis: Et ſpoliis ergo longe minus utilis illi uxor quiſquis erit bonus optanduſqꝫ maritus. Quando uero eſt aduerbium cum genitiuo iũctum & pro illius gratia uel illius ob cauſam ponitur teſte Seruio: habet accentum in ultima quæ circũflectitur: ut Virgilius in. vi. æneidos. Illius ergo uenimus: id eſt illius gratia: uel ob cauſam illius.

Euphrates apud nos uti apud græcos penultimam acuit. Virgilius in. i. georgi. Hinc mouet euphrates: illinc germania bellum.

Exaduerſum huius ſecundam ſyllabam debere acui: una cũ Aniano exiſtimauit Gellius li. vii. noctiũ atticarũ. & ſic apud Terentium legi oportere dicunt: cum ait: in quo hæc diſcebat ludo exaduerſum loco tonſtrina erat quædam.

Fictilis primam acuit. Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie: Fictilis: & nullo uiolatus iuppiter auro.

Gætulus habet accẽtum ſuper penultima quam circũflectit. Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris: Cũ gætula ducẽ portaret bælua luſcum. Virgilius in quarto æneidos. Aut captam ducat gætulus hiarbas: quod Martialis nõ obſeruauit ut uidimus in dictione gætulia.

Hara cum aſpiratur ſtabulum deſignat porcorum: & primã acuit:

Heliodorus habet accentũ in penultima. Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiã Tõ ſoris tantum dãno rapit heliodorus. Nã cõponitur ex ἥλιος: id ẽ ſol: & δῶρον donum: cuius ſane prima naturaliter longa eſt: q̃a apud illos eſt. ω. mega. Et ſic uniuerſaliter omnia compoſita a δῶρον: quod eſt donum habent penultimaꝫ longam: ſup qua eſt accentus: ut Polydorus. Dyodo. Martialis in. x. Natali diodore tuo cõuiuia ſenatus Accubat: Theodorus: Iuuenalis ĩ ſatyra Et ſpes & ratio Lautorum pueros artem ſcindens theodori.

Hippocrates habet accentum in antepenultima. Martialis in. ix. Os hominis mulſum me rogat hippocrates.

Incus in obliquis caſibus ſemper habet accentum ſuper ſecunda. Iuuenalis in ſatyra: Omnibus in terris: A carbone: & forcipibus gladioſqꝫ parante Incude &

luteo uulcano ad rhetora miſit.

I ſidorus cum accẽtu ſuꝑ penultimam contra uulgarem conſuetudinẽ ꝓferti dꝫ.

L egeris ſi ſecunda eſt pſona præſentis eius paſſiui: quod eſt legor: habet accentũ in prima: ſi uero futuri habet in penultima: & ſic uniuerſaliter in tertia & quarta uerborum paſſiuorum cõiugatione cõperitur: ut audieris uel audiere: legeris uel legere: duceris uel ducere: poneris uel ponere. Iuuenalis in.v.ſatyra: Duceris planta uelut ictus ab hercule cacus: Et ponere foris.

M alea ꝓmontorium laconiæ habet accẽtum in penultima: ut in ea dictione uidimus. Marſya acuit primam: ut in ſua dictione oſtendimus.
Orpheus primam ſimiliter acuit.

P atina habet acutum in prima: ut in ea dictione.

P ræmodum primam acuit teſte Gellio libro.vii.noctium atticarum: quod apud L.Liuium in odyſſea ſignificat ſupra modum. Nam parcentes inquit præmodum: hoc eſt præter modum.

P ero pro nympha habet accentum in ultima: ut in ea dictione: pro calciamento uero in penultima.

P orſena habet accentum in prima: teſte Seruio ſuꝑ octauum circa finem: & cuꝫ unico.n.ſcribitur: ut in ea dictione uidimus.

P olyxena habet accentum in ſecunda: ut in ea dictione oſtendimus.

P hreneſis habet accentum in penultima: ut in ſua dictione probauimus.

P roceres ſubſtantiuũ eſt: & in omnibus quos habet caſibus acutũ detinet in antepenultima: ut huius proceris: & hi ꝓceres: & ſemel cõperi hunc procerem. Iuuenalis in ſatyra Stẽmata quid faciunt: Agnoſco ꝓcerem: ſalue getulice ſeu tu. At uero ꝓcerus ꝓcera ꝓcerum adiectiuũ eſt: & habet accentũ ſemꝑ in penultima ut corpora procera. Virgi. in ſileno: proceras erigit alnos.

Q uando dupliciter poni conſueuit: & ꝓ qa: & ꝓ tẽpis aduerbio. Siquidẽ ꝓ qa ponitur: teſte feſto acutũ habet ĩ ultima: quod pluribus exemplis mõſtrare poſſumus. Virgi. in primo æneidos: Hic tibi fabor enim quãdo hæc te cura remordet ideſt ſiquidem ſeu qa. Idem in bucolico: Dicite quandoquidem in molli conſedimus herba: ideſt quia ſedimus. Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris: Diſcutienda ualent ſterilis mala robora ficus: Quandoquidem data ſunt ipſis quoqꝫ fata ſepulchris ideſt quia data ſunt. At cũ pro aduerbio temporis ponit̃ accentum habet in penultima. Ouidius in heroidibus. Quando ego non timui grauiora pericula ueris.

R ecido ſi cado deducitur accentũ habet in prima ſi uero a cedo in penultima.

R ethorica acuit antepenultimam: licet penultima longa ſit. Iuuenalis in.vii.ſatyra: Ad pugnam qui rethorica deſcendit ab umbra.

S arpedon ſecundum duplicem declinationem: duplicem habet accentum. Nam ſi in ultima ſyllaba habet accentum: facit in genitiuo huius ſarpedontis: ſi uero in penultima facit ſarpedonis.

T ribulis habet penultimam productam: & ſuꝑ illa accentum: Horatius: Vt cũ pilleolo ſoleas conuiuia tribulis. Martialis ĩ octauo. Nunc anus & tremulo uix accipienda tribuli.

T orcular etiam ſuper penultima habet accentum:

T heodorus habet accentũ: ut uidimus in dictione Heliodorus.

P roſtheſis cũ.ſ.ſequente.th.aſpirato.& in ultima cum.i.latino ſcribitur: dici põt appoſitio uel additamẽtũ. ut in principio dictionis alicuius additur littera uel ſyllaba: ut cum dicimus gnatum pro natum: aſtans pro ſtans. Virgilius in.ii. æneidos Arduus armatos mediis in mœnibus aſtans.
Fundit equus uictorqꝫ ſinon. & cõponitur ex pros: quod eſt ad: & θέσισ poſitio

P rotagoras cum.t.exili ſcribitur: fuit teſte Apollodoro Abderites & Mæandri filius: ſiue Artemonis ut alii dicunt. atuero Eupolis illum fuiſſe teium rettulit: & fuit teſte Apulegio in quarto Floridori cum primis rethorice inuentoribus per facundus. hunc teſte Gellio libro quinto noctium atticarum in ſtudiis doctrinarum egregius: cuius nomine Plato libros ſuos illi inclyto ſcripſit adoleſcentem aiunt uictus querendi gratia in mercedem miſſum: uecturaſqꝫ oneruꝫ corpore ſuo factitauiſſe quod genus græci ἀχθοφοροῦσ uocant latine baiulos appellamus. Et late deinde proſequitur quẽadmodum Democritus Abderites ex eo genere oneris animi illius acieꝫ ſolertiamqꝫ cognouerit: ſecũqꝫ adduxit: ut habuit: atqꝫ ſumptum miniſtrauit: & philoſophias docuit: & eum eſſe fecit: quãtus poſtea fuit. Idem teſte Fauorino uocatus eſt ſapientia: dixitqꝫ de diis non poſſe ſtatuere an ſint an non ſint: ob quod pulſus fuit ab athenienſibus: & eius libri ĩ foro concremati fuere. Idem teſte Heraclito thuriis leges dedit. Et cum iam nonagenarius ſiciliam nauigaſſet: obiit. fuit alius aſtrologus: & alius ſtoicus philoſophus.

P roteſilaus cum.t.exili: &.i.latino: atqꝫ unico.ſ.ſcribitur: ut oſtendit Ouidius in heroidibus qui ait: Bella gerant alii: proteſilaus amet. Homerus uero nonnunq̃ cum duplicato.ſ.ratione metri ſcripſit: fuit ex phylace oppido theſſaliæ Iſiphyli filius: habuitque uxorem Laodomiam filiam Acaſti: ipſa dicente apud Ouidium in.xiii.epiſtolarum heroidum. Vix ſocer Iſiphylus: uix me grandæuus acaſtus: Vix mater gelida mæſta refecit aqua. Et cum unus eſſet ex græcorum ducibus qui ad troiam iuuerũt: & primus ex nauibus in litus proſiliret. ab Hectore interfectus fuit.

P roteus cum.t.exili ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia Oceani & Tethyos filius: habuitqꝫ patriam pallenem in theſſalia: qua relicta regnauit in carpatho inſula. Imperauitqꝫ etiam ægyptiis: & fuit uates maximus: de quo plura Virgil. in quarto georgicorum ſcripſit: aliiqꝫ poetæ diuerſi græci: & latini. Vnde Theocritus ὡσ πρωτεὺσ φωκᾶσ καὶ θεὸσ ὢν ἐνέμε: hoc eſt uti proteus deus exiſtẽs etiam phocas pauit.

P rothous cum.th.aſpirato ſequente.o.ſcribitur: fuit teſte Homero libro.ii. iliados unus ex ducibus græcis: qui ex magneſia uenit ad troiam.

P rothogenes cum.t.exili ſcribitur: nomen eſt ſignificans aliquem primi generis: & ut plurimum pro eo ponitur a poetis: q ſe talẽ confingit: ut Iuuenalis in.iii. ſatyra: Non eſt romano cuiq̃ locus: hic ubi regnat Protogenes aliquiſ: fuit etiam nomen cuiuſdam pictoris illuſtris: qui teſte Gellio in fine libri.xv.noctium atticarum memoratiſſimam illam imaginem Hyliſi apud rhodios in ædibus qbuſdam publice factis extra muros urbis pinxit.

P rotogenia cum.t.exili ſcribitur: fuit teſte Ariſtarcho ſuper decimum odyſſeæ Deucalionis filia ex pyrrha.

P rothenor cũ.th.aſpirato ſequẽte.œ.diphthongo ſcribit̃: fuit teſte Homero in.ii. iliados: unus ex quinqꝫ boeticorum ducibus: q ad troiam uenerunt.

P rotocollum cũ.c.&.t.exilibus atqꝫ duplicato.l.ſcribitur: Dicunt nõnulli poſſe

hoc quoq; uerbum interpretari ꝓ prima cõglutinatione: hoc eſt pro prima illa
& raptim confecta ſcriptura:quæ aliã magis compoſitam deſiderat. Et quia in
cæræ glutino quæ ꝑ tabulas extenſa erat:protocollũ ideſt prima conglutinatio
uocata ẽ: ita ut πρωτον primum dicat:& κολλησισ glutinatio: Alii uero non
cum duplicato.l.ſed cum ſimplo protocolum:ideſt primũ.ſ.ſcripturæ membrũ
κολον enim membrum dicit interpretari uolunt.
Protologia cum.t.exili ſcribitur:& quaſi prima locutio.
Protomartyr abſq; aſpiratione : & cum.y.græco ſcribitur: eſtq; protos. ideſt pri-
mus martyr.
Protonotarius abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:dictio eſt ex græco:quod eſt pro
tos:ideſt primus:& notarius quæ dictio eſt latina:a nota ſcilicet deducta: hoc ẽ
primus notarius.
Proxeneta abſq; aliqua diphthongo:& cum.x.cõſonante:atq;.t.exili ſcribitur:di
ctio eſt græca:& qua utitur Demoſthenes contra Aeſchinẽ:deduciturq; a πρό-
ξενιζω.quod eſt hoſpitio coapto.Sed ille iam apud nos dicitur:qui compoſitor
& mediator eſt emibilium & uendibilium.
Pſalmus cum.ſ.immediate poſt.p.ſcribitur:diciq; poteſt latine canticum. Nam a
ψάλλω uerbo græco:quod eſt canto deducitur:unde & pſalterium.
Pſaltria cum.ſ.poſt.p.&.t.exili atque.i.latino ſcribitur:dicebatur apud romanos
illa quæ ſequebatur:& amabat iſtriones:& deducitur a pſallo quod ẽ cãto quia
illi quos eiuſmodi fœmina amabat:quotidie in ſcænis cantare ſolebant.Iuuena
lis:Quæ pſaltria penem.
Pſalmodia eodem modo ſcribitur:& componitur ex pſalmo:& odia qui eſt cãtus
Quod ſi plene transferretur deberet cum diphthongo pſalmoedia ſcribi: ſed ut
græcus ſonus conſeruetur:dicitur pſalmodia ſicut proſodia.
Pſammis cum duplicato.m.&.i.latino ſcribitur:fuit Neci regis ægypti filius.cui
teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſecundo in regno ſucceſſit.
Pſammenitus cum duplicato.m.&.i.latino atq;.t.exili ſcribitur:fuit Amaſis fili-
us & ægypti rex:qui teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iii.mortuo patre ꝑ id tẽ-
pus:quo uix in ægyptum Cambyſes traiæcerat: apud memphim una cum reli
quis ægyptiorum a Cambyſe proelio ſuperatus captus eſt.
Pſammethicus cum duplicato.m.&.t.exili atq;.i.latino : &.ch.aſpirato ſcribitur
fuit antiquus ægyptiorum rex:ante hunc teſte Herodoto lib.hiſto.ii.qui de illo
late ptractat. Aegyptii primos omnium hominum ſe eſſe putabant.poſtea uero
huius induſtria didicerunt phrygas primos fuiſſe:ſe uero ſecundos.
Pſeudus cum.eu.diphthongo in prima ſyllaba ſcribitur:dicitur apud nos falſus
& inde pſeudo propheta falſus.
Pſylli cum.y.græco ſubſequente duplicato.l.ſcribitur : populi ſunt ĩ libya iuxta
naſamones : atq; ꝓpinquiores garamantas.hi teſte Herodoto libro hiſtoriarum
quarto contra noxium uirus incredibili corporis firmitate muniti erant:quod
Lucanus in.viii.tetigit cum ait Gens unica terras.
Incolit:a ſcæuo ſerpentum innoxia morſu.
Marmaridæ pſylli par lingua potentibus herbis.& reliqua:quæ ꝓſequitur.Sed
ut dixit Herodotus hæc gens ꝓrſus deleta fuit:nec quicq̃ præter opinionem de
ueſtigio ſui nominis reliquerunt.Quod ꝑ quem modum euenerit: ipſe idẽ præ
fato libro deſcripſit.Cuius locũ Gellius lib.xvi.noctiũ atticarum elegantiſſime
per hunc modũ pene ad litterã traduxit:dicens pſylos quondam fuiſſe in terra
aphrica cõterminos naſamonibus:auſtrũq; ĩ finibus:eorũ quodã in tempore ꝑ
quã ualidũ ac diutinum flauiſſe:eo flatu aquã omnẽ in locis:in q̃bus colebant
exaruiſſe:pſyllos re aquaria defectos:eã iniuriã grauiter auſtro ſuccenſuiſſe:de
cretũq; feciſſe uti armis ſumptis ad auſtrũ:ꝓinde q̃ſi ad hoſtem iure belli res pe
titum proficiſcerentur:atq; ita ꝓfectis uentum auſtrũ magno ſpiritus agmine
ueniſſe obuiam:eoſq; uniuerſos cuꝫ omnibus copiis armiſq; tumulis mõtibuſq;
arenarum ſupuectis opuiſſe:eo facto pſyllos ad unum omnes interiiſſe.Itaq; eo
rum fines a naſamonibus occupatos.hos dixit Plinius circa initium libri.vii. a
Pſyllo rege cognominatos.Similes ex his fuerunt marſi in italia.
Pſitacus cum.i.latino &.t.ac.c.exilibus ſcribitur:auis eſt:quam teſte Plinio libro
decimo naturalis hiſtoriæ : & Solino ſimiliter in collectaneis india ſola mittit
ſed nunc quoq; iuxta meroen & ægyptuꝫ capi comperimus:ipſa colore uiridis
eſt cum torque puniceo. Cuius roſtri tanta eſt duricies:ut ſi e ſublimi præcipi
tetur in ſaxum nixu oris ſe conſeruat illæſum:quæ tenet quinos digitos: habẽt
autem ternos cæteri:& cum linguam longe latiorem q̃ cæteræ aues habeant:arti
culata exprimit uerba.
Pſythium prima cum.y.græco ſequens cum.th.aſpirato:&.i.latino ſcribitur: ge-
nus eſt paſſi.de quo late uidebimus in dictione ſurrhentum.
Pſora cum unico.r.ſcribitur:dicitur latine ſcabies:quo uocabulo ſæpe utit̃ Plini
us in naturali hiſtoria.
Pthia prima cum.th.aſpirato immediate ſubſequente.i. latino ſcribitur: ſicq; fre-
quentius ſcribitur. licet Homerus addat quandoq; aſpirationem ad.p. & dicat
phthia:fuit theſſaliæ regio:& Achillis patria:ut diuerſis in locis oſtendit Home-
rus:& nos late uidimus in dictione aſopus.uerum latini noſtri poetæ conſueue
runt interponere aliud.i.& dicere phithiam tribus ſcilicet cum ſyllabis: ut Bri-
ſeis in epiſtola ad Achillem apud Ouidium in heroidibus: Quam ſine me phi-
thiis caneſcant æquora remis.
Et uideam puppes ire relicta tuas. Virgi:in.i.æneidos: Veniet luſtris labẽtibus
ætas:Cum domus aſſarici phithiam claraſq; mycenas:Seruitio premet ac uictis
dominabitur argis:ſic græci mnam & nos minam dicimus.
Pthiſis cum.th.aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribitur:eſt exulceratio pulmonis ex
humorum concurſu.
Ptyſis prima abſq; aliqua aſpiratione &.y.græco ſequens cum.i. latino ſcribitur:
dicitur ſputio:& a πτύω.quod eſt ſpuo deducitur.
Pteria cum.t.exili &.i.latio ſcribit̃.locus eſt capadotiæ munitiſſimus:apud ſino-
pem ciuitatem:ubi Crœſus primum cum Cyro pugnauit.
Ptolemæus prima cũ.p.&.t.exilibus:atq;.o.uocali:ſecunda cum.e.abſq; diphthõ
go quã nõnulli ĩ.o.cõuertũt:penultia cũ.æ.diphthõgo ſcribitur: nomẽ eſt pro
prium deductũ a πτολέμω:quod apud æoles: idem eſt quod apud atticos πο
λέμῶ ſine.t.i.pugno:& eſt apud grãmaticos regula:ꝙ omnia nomina deſinen-
tia in eus:& a uerbis circũflexis deducta:ſemp.æ.diphthõgũ detinẽt in penulti
ma:ut τιμῶ:quod eſt æſtimo :iudico.honoro Timæus:πτολέμω Ptolemæus
Et fuerunt hoc nomine uocitati uiri q̃plures clariſſimi.& reges ægyptii:quibus
Ptolemus Lagi gregarii militis filius initium dedit. Nam ſic teſte Iuſtino libro
decimotertio: &.xvii.ſuorum epitomatum uirtute ſua humilitatem patris ex-

cedens: unus ex patriciis Alexandri magni effectus ē. poſt cuius mortē potitus ægyptum aphricāq; & magnam arabiæ partem: poſt quadrageſimo anno regni ſui tam amplum ſucceſſoribus ſplendorem reliquit: quod ſubſequentes ægyptii omnes reges Ptolemæi ab illo dicti ſunt. Reliquit hic duos filios Ptolemæuȝ Philadelphum: & Ptolemæum Ceraunum. Philadelphus illi ſucceſſit in regno uir ſane doctiſſimus: & Stratonis philoſophi diſcipulus. Qui & bibliothecam illam nominatiſſimam fecit: quæ uſque ad primū alexandrinum romanorū bellum durauit. Et cum annis triginta octo regnaſſet: diem extremum obiuit: cui Ptolemeus filius cognomēto Euergetes in regno ſucceſſit. Hic ſex & uiginti annos regnans moritur. Cui & filius Ptolemeus Philopater dictus hæres ſucceſſit in regno: qui cum decem & ſeptem annis regnaſſet uita deceſſit. poſt quem filius eius Ptolemæus Epiphanes uiginti quattuor annos regnum tenuit: cui per trigintaquinq; annos Ptolemæus Philomater cognominatus ſucceſſit in regno. poſt quem Ptolemæus alter Euergetes nouem & uigīti annis regnauit. poſt hunc Ptolemæus Phython: qui & Soter etiam cognominatus fuit: decem & ſeptem annis regnauit. Huic Ptolemæus Alexander per decem annos ſucceſſit. poſt quem nequiſſimus ille adoleſcens Ptolemæus Dionyſius qui Pompeium magnum truncari permiſit ultima regnauit: fuerunt & nonnulli alii Ptolemei ut filius Pyrrhi regis. Item & quidam Cypriorum rex: qui ſuis diuitiis romanū ditauit ærarium. fuit & aſtrologus ex ægypto non ſtirpe regia: quæ longe ante illum defecerat: ſed pheludiēſis qui floruit temporibus Traiani & Hadriani imperatorum: ut ipſe in quinto nono & decimo maioris ſui operis atteſtatur.

P urpuriſſa cum. i. latino: & duplicato. s. ſcribitur: color eſt qui bombyci immixtus: mulierum genas tingere conſueuit: de quo uidimus in dictione phucus.

APVD Græcos initio dictionum ſemper aſpiratur: ut in primo horum commentariorum libro mōſtrauimus Rhadamanthus cum. th. aſpirato ſcribitur: fuit Iouis filius ex Europa: & rex lyciæ: quo tempore apud argos regnabat Danaus: hic (quia uir fuit ſeuerus: & iuſtitiæ executor) a poetis fingitur apud inferos nocentum explorare culpas: dicente Virgi. lib. ænei. vi.

Cnoſius hic rhadamanthus habet duriſſima regna:
Caſtigatq; auditq; dolos: ſubigitq; fateri
Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani:
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

R hamnys ultima cuȝ. m. ante. n. &. y. græco ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum. vi. Vrbs in euboia: in qua Fortuna maxime colebatur. Quod Lucanus tetigit libro quinto de euboia loqueretur dicens: Et tumidis in feſta colit q̄ numina rhamnys: unde & ipſa Fortuna a poetis nonnunq̄ rhamnuſia dicta fuit: conuerſione ſcilicet. y. græci in. u. noſtrum: ut Ouid. libro. v. triſtium: Exiget ad dignas ultrix rhamnuſia poenas: & Iuuenalis in ſatyra.

R hamnuſia cum. m. ante. n. in ſecunda ſcribitur: dicebatur a poetis Fortuna. ut in præcedenti dictione uidimus.

R hamnetes cum. m. ante. n. &. t. exili ſcribitur: nomen eſt uiri proprium: de quo Virgi. in. ix. æneidos meminit.

R hamſinitus cum. m. ante. p. &. i. latino utrobiq;: atq;. r. exili ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum. ii. rex in egypto poſt Protea.

R haphanum cum. ph. aſpirato ſcribitur: herba eſt quæ & alio nomine: utputo lapatum dicta eſt: ut in ea dictione uidimus.

R hea cum. e. abſq; diphtongo ſcribitur: fuit filia Cæli ex Veſta: & ſoror atq; uxor Saturni: ut uidimus in dictione ops.

R hebanus cum unico. n. ſcribitur: eſt Orpheo teſte in argonautica fluuius in faucibus boſphori thracii. Idem Pli. in. v. ſuæ naturalis hiſtoriæ confirmauit.

R hegyum cum. y. græco ſcribitˢ: ciuitas eſt teſte Liuio in. iiii. de ſecundo bello punico: in ultimo calabryæ ſeu brutiorum: eo. ſ. in loco q̄ italia a ſicilia dirupta eſt unde & a ρηγνυω: quod eſt dirumpo nomen aſſumpſit. Et rhegyni qui ex hoc ſunt oppido cognominantur ab hiſtoricis. Et etiá regium ſine aſpiratiōe ipſius r. &. i. latino oppidū aliud eſt in gallia ciſalpina: a quo regienſes ciues cognominantur ab hiſtoricis: & nō rhegyni: ſicut cumani ex oppido cumarum in campania: & comenſes ex como oppido galliæ. Item albani ex alba oppido quod eſt in latio: & albenſes ex alba oppido ad lacum fucinum.

R heſus cum. e. abſq; dipthongo & unico. ſ. ſcribitur: fuit teſte Homero in. x. iliados rex thraciæ: qui cum albiſſimis equis & magnanimis in adiutorium troianorum deueniſſet: a Diomede & Vlyxe noctu clam abſtractis in caſtris ſuis interfectus fuit. Eſt etiam fluuii troiani nomen: ut idem circa initium libri. xii. demonſtrauit.

R hetorica cū. t. &. c. exilibus: atq;. i. latino ſcribitur: dicitur a noſtris oratoria.

R hetor eodem modo ſcribitur: dicitur a noſtris orator: q̄q̄ iam diuerſa ſignificare dicuntur. Nam orator is dicitur qui cauſas orat uel in iudiciis: uel in concionibus. Rhetor uero non iam orator: ſed rhetoricæ profeſſor dicitur: & greca declinatione facit in accuſatiuo rhethora. Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris de Demoſthene loquens ait: quem pater ardentis maſſæ fuligine lippus: A carbone & forcipibus gladioſq; parante incude. & lutheo uulcano ad rhetora miſit: id eſt ad profeſſorem rhethoricæ. Sane oratores nonnunq̄ etiam legati a perorādo pro republica nominati ſunt. Virgilius in. x. æneidos: Iamq; oratores aderāt ex urbe latina. Declamator autem is dicitur qui ſtudiis apud rhetorem in conuentu ſcholaſticorum fictam cauſam orat. At ipſe quoque rhetor: & quicunq; alius (ſi etiam extra ſcholam hoc genere utitur: ſiue ut alios ſiue ut ſe exerceat) declamator uocatur.

R heuma cum aſpiratione ipſius. r. ſimiliter ſcribitur. Nam dictio græca eſt: quæ latine eruptio ſiue fluor dici poteſt.

R hexenor abſque aliqua diphthongo: & cum. x. conſonante ſcribitur: fuit teſte Homero circa initium libri. vii. odyſſeæ Nauſithoi filius: & frater Alcinoi regis phæacum.

R hinoceron cum. i. latino. &. c. exili ſcribitˢ: animal eſt quadrupes habens in rhine: id eſt naſo ceras. i. cornu. Nam & alio nomie dici monoceron nōnulli uolūt eo q̄ unicum cornu habeat: quod aliud animal eſſe puto: & in fronte cornu illud habere exiſtimo: atq; latine unicornis dici. Sed rhinoceronta habere repandum cornu dixit Solinus. i. recuruum: quod ſubinde attritū cautibus ī mucronem exditat eo q̄ aduerſus elephantos prœlietur: par ipſis longitudine: breuior cruribus: naturali telo alium petens: quam ſolá intelligit ictibus ſuis putá. Eſtq;

beſtiæ eodem Solino teſte color buxeus.
R hynitalcus: prima cũ.y.græco: ſequẽs cũ.i.latĩo: reliquæ ſine aſpiratiõe ſcribũt
fuit uir thracius: cuius exẽplo teſte Plutarcho in uita Romuli Cæſar ſæpe dice
re cõſueuerat: amare quidẽ ẽ ꝓditionẽ: ſed ꝓditores magnopẽ abhorrere.
R hypes cum.y.græco ſcribitur: populi ſunt achiuorum.
R hiphæi prima cum.i.latino: ſequens cum.ph.aſpirato &.æ.diphthongo ſcribĩt
Sic quoq; dicuntur quidã ſcytici montes a perpetuo uẽtorum flatu. Nã ριφιξω
græce dicitur: quod apud nos flo. Virgi.in.iii.georgi. Gens effræna uirum rhi-
phæo tunditur euro.
R hipæ: prima cũ.i.latino: ſequens cũ.p.abſq; aſpiratione &.æ.diph.ſcribitur: fũt
teſte Seruio ſup nono æneidos: montes in arcadia quos a ſcythicorum differen
tiam nos ſine aſpiratione ipſius.p.ſcribere & ꝓferre conſueuiſſe dixit.
R hytius prima cum.y.græco: ſequens cum.t.exili &.i.latino ſcribitur: fuit teſte
Homero libro.ii.iliados ciuitas cretæ.
R hythmus prima cum.y.græco: ſequens cum.th.aſpirato in ſubſequente ſcribĩt
Nec aliud latine q̃ numerum deſignat. Quintilianus libro nono de inſtitutiõe
oratoria. Sunt inquit numeri rhythmi: ut & Cicero ipſe cõſtituit: & ſecutus eũ
Virgi.cum dixit: Numeros memini ſi uerba tenerem: & Hora.ĩ carminibus: Nu
meris quæ fertur lege ſolutis. Et pergit Quintilianus thythmi ut dixit neque
finem habent certum: nec ullam in contextu uarietatem: ſed qua cœperũt ſub-
latione ad poſitionem uſque decurrunt.
R hœtus prima cũ.œ.diphthõgo: ſequẽs cũ.t.exili ſcribitur: mons eſt troianus in
quo Aiax tælamonius: poſtq̃ ſe ipſum interfecit ſepultus fuit: unde & rœteus dr
ducitur: qui græce ῥοίτειος dicitur. Sed nonnũq̃ quidem abiicientes.i.retine-
mus.e.productam: ut Virgi.in.iii.æneĩ. Primum rhœteas aduectus in oras Ali
quando uero diphthõgus ipſa a noſtris diuiditur rhœteius rhoeteia rhoeteium
Virgi.in.v.ænei. Nõ beroe nobis: nõ hæc rhoeteia mater ẽ. Dorieli coniunx.
R hodope cum unico.p.ſcribitur. mons eſt thraciæ: ut dixit Florus libro ſuarum
hiſtoriarum.iii. Sic quoq; a Rhodope regina thracuꝫ ibi ſepulta cognominatus
Solinus uero dixit mõtem eſſe mygdoniæ quæ portio eſt macedoniæ ſed utrũ
q; eſſe poteſt: quia conterminæ ſunt regiones: & ut ait Seruius ſuper.iii.georgi-
corum. Rhodope in plagam orientalem porrigitur: & ſeptentrionalem reflectĩt
Ideo ait. Virgi. Quaque redit mediũ rhodope porrecta ſubaxem.
Illic clauſa tenent ſtabulis armenta. & reliqua.
R hodos cum unico.d.ſcribitur: inſula eſt lyciæ teſte Pomponio libro ſecundo: &
prima cycladum uenientibus ab oriente: in qua roſæ capulum dicitur a nõnul
lis fuiſſe inuentum: dum urbis fundamenta foderentur: a quo & ciuitas & in-
ſula cognominata putatur. Nam rhodos græce latine roſa dicitur. huius circui
tus admirandus: ut uidimus in dictione coloſſus.
R hodia cum.i.latino ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha quædam
filia Oceani & Tethyos.
R hodeus eodem modo ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia: & Homero iux-
ta initium.xii.iliados fluuius troianus olim ex monte ida effluens: nunc uero
ita deperditus: ut comperiri non poſſit.
R hodopis cum.i.latino ſcribitur: & facit in genitiuo declinatione quidem græ-
ca rhodopidos: latine uero rhodopidis: fuit meretrix quædam thraciæ miræ

pulchritudinis: quæ teſte Herodoto libro hiſtoriaruꝫ.ii. una cum Aeſopo capti-
ua. fuit: Illam Charaſſes mitylenæus frater Sapphus poetiſſæ maxima pecunia
redemit: ut idem Herodotus in eodem libro teſtatur. Cuius etiam rei meminit
Sappho ſoror in epiſtola ad Phaonem cum ait: Arſit iops frater uictus meretri-
cis amore: Multaq; cum multo damna pudore tulit. hanc eandem Plinius libro
xxvi. naturalis hiſtoriæ pyramidem laudatiſſimam conſtruxiſſe dixit: nequis
opes regum miretur: ut maiore ſit miraculo eã tãtas opes meretricio quæſtu cõ
quiſſe. aſſeritq; una cum Herodoto illam Aeſopi fabellarum philoſophi: & cõpo
ſitionis conſeruam & contubernalem fuiſſe.
R homphæa cũ.æ.diph.in penultia ſcribĩt. dici põt framea: genus eſt gladii.
R hoxolani cum aſpiratione principii: &.x.conſonante atq; unico.l.ſcribitur: po-
puli ſunt ſcythici ultra danubium: quos dici rutenos puto: de quibus in dictio
ne baſtarne uidimus.
R homa cum aſpiratione principii (ut nõnulli uoluerunt) ſcribitur: Qui & græcũ
eſſe uocabulum ex auctoritate magnorum uirorum cõtendunt. Nã Solinus in
initio ſui operis: ſunt inquit qui uideri uelint rhomæ uocabulum ab Euandro
primũ datum: cum oppidũ ibi offendiſſet: quod extructũ ante ualentiã dixerit
latina iuuentus. ſeruataq; ſignificatione impoſiti prius nominis rhomã græce
ualentiam ipſam nominarunt. Idem Hieronymus noſter a ρωμη: quod robur ĩ
dicat: & ualentiã denominatam romã aſſerit. Vnde & Macrobius libro.iii.ſatur-
nalium: romani (inquit) ipſius noſtræ urbis latinum nomen ignotum eſſe uolu
erunt. Itaq; uelut nomẽ græcum: & nõ latinum cũ aſpiratione ipſius.r. illi iidẽ
q hæc inducunt ſcribere uoluerunt. Quorũ nõnulli deinde ſententiã cõmutã-
tes (ut ex eorundẽ nouis inſcriptiõibus aſpeximus) antiquã ſcripturã ſequẽtes:
abſq; aſpiratione romã iã ſcribere decreuerunt. Itaq; & nos cũ illis illorũ ſeqmur
ſententiã: q romaꝫ nõ a græco accæptã: ſed latinam. & a Romulo cognominatã
eſſe aſſernnt. Nã & græcus ipſe Plutarchus de eo nomĩe unde & qua potiſſimũ
cauſa emanauerit: ſententias cum plurimas rettuliſſet: eam tandem ueram eſſe
dixit: quam Varro: & Liuius noſter: & exactiſſimi quiq; græci aſſeruerunt: ã cõ-
ditore Romulo urbis romæ nomen accæptum fuiſſe. Idemq; Saluſtius aſſeuera-
uit. At uero Romulum latinam etymologiam habere ex eo potiſſimum conſtat
quod dixit Ouidius libro faſtorum:
Arbor erat. remanent ueſtigia: quæq; uocatur
Romula nunc ficus: romula ficus erat. Quam ſane ficum ſic quoq; uocatam a
rominando dixit Plutarchus in uita Romuli: cum ſub ea pecudes æſtatis tẽpo-
re frigora captantes: herbas rominare conſueuerunt. Vel ut dixit Plinius libro
decimoquinto naturalis hiſtoriæ ab eo quod ſub illa inuenta eſt lupa: Romulo
& Remo infantibus præbens rumen: ita enim tunc ut ait uocabant mammam.
Quãobrem cum ipſo.r.abſq; aſpiratione romam ſcribendam puto. Idemque ab
antiquis noſtris in numiſmatibus: & marmorum inſcriptionibus obſeruatum
conſpeximus. Romæ igitur ambitum diuerſis temporibus fuiſſe uarium: ex di-
uerſorum auctoritate comprobari poſſe uidetur. Nam primus quidem ambi-
tus: teſte Cornelio Tacito a foro boario ubi æreum inquit taurum aſpicimus:
quia id genus animalium aratro ſubditur: ſulcus deſignandi oppidi cœptus:
ut magnam Herculis aram amplectaretnr. Inde certis ſpaciis interiecti lapi-
des per ima montis palatini ad aram Conſutii: mox ad curias ueteres: tum ad

ſacellum larem forumq; romanū:& capitolium non a Romulo: ſed a Tito Taci
to additum progreſſum eſt.Quæ omnia loca cum ad radices palatini mōtis fu
erint.in ſequentibus deſignare curabimus.Pli.uero in.iii.naturalis hiſtoriæ ex
Auguſti traditionibus ſcribit urbis ambitum ſuo tempore milia paſſuum uigi
ti continere.portaſq; habere triginta:& tunc quoq; ſeptem clauſas eſſe.Flauius
autem Vopſcus ſcribit Aurelium imperatorem ambitum urbis ad triginta mi-
lia paſſuum ampliaſſe:nec de portis mentionem fecit.Quarum nomina ad ple
num inueſtigare:ac comperire difficile eſſet.Nam cum diuerſis temporibus au
cta fuerit:& quæ intra ultimum murorum ambitū remanebant:portæ formaȝ
decuſq; amitterent:fueritq; deinde roma diruta & confracta:illas prorſus inue-
ſtigare ac percipere uidetur impoſſibile.Sed earum tantum nomina explicabi-
mus:quas apud hiſtoricos expreſſas comperimus:hoc eſt flumen tanam:collati
nam:collina:exquilinam:uiminalem:neuiam:quequetulam:gabiuſam: lauer-
nalem:ruduſculanam:rutumenam:latinam:appiam:atq; eādem capenam: tri-
geminam:aureliam:fontinalem:carmentalem:quæ & ſcelerata dicitur:panda-
nāq;:& liberamugoniam:quæ & trigonia cognominatur:catulariam:triūpha-
lem.Quarum etymologiam & ſitum:ut apud approbatos auctores compimus:
ſi non omnium:nonnullarum ſaltem explicare conabimur.Sed id primū præ
notare liceat thybrim a ſeptētrione urbem intrare:& ex latere meridiano uerſus
hoſtiam exire.Ita ut ex latere quidem dextero uaticanum comperiat: & ianicu-
lum:quæ duo regionem tranſtyberinam complent.a ſiniſtro uero ſit romanæ
urbis ambitus ſeptem complectens colles.Erat igitur porta flumentana illa co
gnominata:quam thybris urbem intrans in ſiniſtra ripæ parte relinquitur.Sic
quoq; dicta teſte Feſto Pompeio:quod thybris eam quandoq; influxerit.Nec in
aliam ex diſpoſitiōe loci influere thybris potuiſſet de qua Liuius in.vi.ab urbe
meminit cum ait.prædicta die in petilinum lutum extra portam flumentanaȝ
Quin & illam de cælo tractam meminit.Collatina uero porta:quæ per eundeȝ
circuitum ad ſiniſtram thybris partem:flumentanæ iam etiam contermina te-
ſte eodem Feſto a collatia oppido prope romam in quod aliarum ciuitatū opes
fuerunt collatæ appellata eſt.de quo Liuius in primo ab urbe dixit: collatia &
quicquid circa illam agri erat ſabinis ademptum eſt.hæc eadem multos poſtea
annos pinciana dicta eſt:a palatio ſibi propinquo cuius teſte Caſſiodoro in epi
ſtolis rex oſtrogotorum primus Theodoricus de molita marmora rauennā por
tari curauit.Ad hanc conſequens porta fuit quæ gabiuſa dicebatur eo quod re
cta in Gabios duceret:Vnde & Liuius in bello macedo.gabuiſam de cælo tactā
fuiſſe cōmemorat At ſubſequens porta quirinalis dicta fuit. Sic quoq; eodem
Feſto teſte cognominata:ꝙ ea ī collem quirinalem itur:ſiue quod proxime eaȝ
Quirini ſacellum eſt.hæc eadem ut nonnulli uolunt aliquando ægonenſis di-
cta fuit:eo quod mons ipſe quirinalis prius ægonus cognominatus eſt.Alii ue
ro aliam portam fuiſſe:& ad quēdam quirinalis collem deduxiſſe contendunt
qui eo nomine cognominatus fuit.huic proxima collina dicebatur:quæ ad qri
nalem conducebat.Quod Varro ipſe de lingua latina:ſic quoq; indicare uide
tur:cum dixit in quirinali colle plura ſunt collium nomina.Nam collis tricep
ſois:ubi ædes Quirini:collis ſalutaris qui tricepſois.collis pollinaris.qui eſt ad
ædem Salutis.& collis mutialis.ad ædem dei Diffidii.ab qua collium uarietate
quam quirinalis habuit collis:dicta eſt porta collina.huic portæ propinquum

fuit Veneris erycinæ templum.de quo Ouidius libro faſtorum.
Templa frequentari collinæ proxima portæ
Nunc decet.a ſiculo nomina rege tenent:Et hanc eandē rerum talium curioſi
illam eſſe dicunt.quæ iam ſalaria nominatur . Quod nomen prius uiæ ſtratæ
adfuiſſe Cornelius Tacitus indicat.Nam ingreſſum militum Vitelli imperato-
ris in urbem deſcribens:inquit tertium agmen per ſalaria collinæ portæ appro
pinquabat.Feſtus uero ait:quod per eam ſabini a mari ſalem deferebāt. Sequēs
porta & collinæ ſuccedens uiminalis dicta:quia.ſ.ad uiminalem collē ducebat
Eadem ut nōnulli ferunt & numentana dicta fuit:cuius etymologiam nondū
cōperi:atq; eam fuiſſe quæ ſanctæ Agnetis nunc quoq; uocatur: nōnulli con-
tendunt.huic exquilina ſuccedit:qua ſcilicet in aquilias itur: nunc ut ferunt
ſancti Laurentii:atq; etiam tyburtina appellatur.hanc eandem aliquando tau
rinā a capite tauri:quod illi inſculptum erat nōnulli cognominatam fuiſſe cre
dunt.Alii aliam taurinam ipſam extitiſſe contendunt.fuit & alia quæ neuia o-
lim nunc maior dicitur.Sequens iam pridem eſt aſinaria a priſcis celimontana
a celio monte:nunc ſimilis ſancti Ioannis uocatur.octaua cuius equiualens in
angulo clauſa cernitur Metrodii porta dicebatur.Quin & omēs quas nomina-
mus Liuius ipſe in.ii.ab urbe cuȝ Porſenæ obſidionē deſcriberet:ſic quoq; a ma
ioribus cognominatas fuiſſe ſatis oſtendit.Sequēs porta ut omnes cōiectantur
etiam nunc nomen retinet latina dicta fuit:quod ea in latium ducebat.Eadem
uel illi propinqua capena dicebatur:de qua Solinus Italum inquit regem de in
ſula ſiciliæ cū ſyracuſanis ad Ianum pueniſſe.ac eius conſilio auxilioq; ciuitatē
iuxta albulam condidiſſe capenam nomine a qua poſtmodum portæ capenæ
nomen fuit.De eadem Iuuenalis in ſatyra Vmbricii:q unica theda domum to
tam ad cumas deferebat inquit: Subſtitit ad ueteres arcus:quos latericios a Ro
mulo cōſtructos dicunt Nec florentes poſtea opibus romani paſſi ſunt in mar
mora cōmutari:ut antiquitatē & memoriam cōditoris cōſeruarent:madidamq;
capenam:ratione ſcilicet fontium ꝓpinquorū: Hic ubi nocturnæ numa conſti
tuebat amicæ:Nunc ſacri fontis nemus & delubra locantur iudeis eadem uiam
ſtratam habet:neapolim uſq; ducentem:quæ appia dicta fuit. Nā fuit etiam ro
mæ porta trigemina:p quam ut trigemini fratres Horatii exierunt: quando Cu
ratios deinde ante albam occiderunt.Sed teſte Liuio tertius qui ſuperſtes remā
ſit:porta carena rediit:de illa tamen ſæpiſſime meminit Liuius: ut in bello ma
cedonico ædiles inquit eo anno porticū unā extra portaȝ trigeminam emporio
ad tyberim addito fuerunt.& libro quarto de urbe Minutius extra portam tri
geminam boue aurato donatus eſt .hanc eandem eſſe quæ hoſtienſis deinde di
cta fuit:eo ꝙ hoſtiam uerſus ducat qdam affirmare nō dubitant.nunc uero ſā
cti Pauli cognominari dicunt:quia ad eius ædem celeberrimā uergit. Ego uero
an eadem ſit:uel affirmare nequeo:ſicut nec de porta aurelia: an ea ſit quæ ī lo
co ianiculi edito etiam nūc cōſpicitur:& ſancti Pancratii ob propinquitateȝ ad
illius ædem appellatur : & illa fontinalis quæ ex ianiculo in uaticanum dimit
tit licet hoc quidem nōnulli certum aſſerant hoc tamen ex Feſto habemus fon
tinalia fontiuȝ ſacra eſſe:unde & romæ fontinalis porta.Et quia dixit romæ nō
puto id ianiculum contigiſſe:quod extra romam tranſtyberim erat:& magis ca
penam fuiſſe exiſtimo iuxta quam fontes erant:qui eam madidam reddebant.
Vnde ait Liuius in bello macedonico:cenſores uiam ſternendā a porta capena

ad Martis ædem locauerunt.& alio lib.in eodem bello:ædibiles alteram porticũ
ad portam fontinalem ad Martis aram.qua ĩ campos iter eſſet pduxere. fuerũt
aliarum.ut rettulimus portarum nomina:quæ uel itra breuioris circuitus mu
ros:uel amplioris locatæ erant: uel forte etiam eorũdem alio tempore fuerunt
obſeruata nomina.Quod exacte diſcerni poſſe impoſſibile exiſtimo. Certi tamẽ
ſumus Romulum ipſum in ſuæ urbis cõſtructione.tres portas ſtatuiſſe:unam
carmentalem:quæ & ſcelerata dicta fuit.Aliã pandanam: quæ & libera. Tertiaꝫ
mugoniam:quæ & trigonia:hoc eſt triũ angulorum cognominata fuit. Varro
tamẽ dixit pandanã ſaturniæ urbis nomẽ portæ fuiſſe:nõ dixit romæ.Verum
eum locũ roma poſtmodũ cõplexa fuit:ut inſequẽtibus apparebit.Itaque roma
aucta etiam portarum nomẽ detinuerũt. Carmentalis porta a Carmẽte matre
Euandri:quæ inibi prius habitauerat dicta fuit: Illa uero carmibus quibus re-
ſponſa dabat:cum Nicoſtrata uocabulo græco uocaretur. Quare dixit Virgili-
us in.viii.æneidos.Et carmẽtalem romano nomine portam:Sed poſtea teſte.Fe
ſto ſcelerata uocata eſt:quod per eam trecenti Fabii cum clientibus quinq; mili
bus egreſſi:aduerſus hetruſcos ad amnem cremeram omnes interfecti ſunt.Vn
de de illa ait Ouidius libro faſtorum:
Carmentis portæ dextra eſt uia proxima iano:
Ire per hanc noli quiſquis es omen habet.
Illa fama refert fabios exiſſe trecentos.
Porta uacat culpa:ſed tamen omen habet.At uero pãdanæ & mugoniæ etymo
logiam nõdum comperi.Querquetulana autem porta:de qua ſupra mentionẽ
fecimus:ubi fuerit incertum habemus:ea tamen ſic quoq; cognominata fuit:te
ſte Feſto quod quercum intra muros iuxta ſe habeat: Quin & de lauernali ſic ĩ
quit:lauerniones fures antiqui dicebant:quod ſub tutela deæ Lauernæ eſſent
in quo uis loco obſcuro:abditoq; hinc & lauernalis porta:hæc illius uerba. Ru
duſculana eodem teſte appellata eſt:quaſi rudis & impolita ſit relicta.Dixit etiã
rutumenam Item Feſtus a nomine cuiuſdam aurigæ cognominatã fuiſſe.Quĩ
& catulariam ſic quoq; cognominatam uoluit:quia haud longe ab ea ad placã
dum caniculæ ſidus inimicum frugibus ruffæ canes immolabãtur : ut fruges
matureſcẽtes ad maturitatem perducantur.Triumphalis uero porta:quam in-
ter alias ultimam nominauimus:omnium romanæ urbis celeberrima fuit. Sic
quoque cognominata quia per eam & nullam aliam triumphi agebãtur.huius
portæ adhuc intimæ fundamentorum molles in extrema thybridis ripa conſpi
ci poſſunt:& pons ſimiliter ad illam conducens : cuius pilarum baſes a cruſtis
marmorum decruſtatæ ĩ ipſo thyberi ab portæ ripa: uſq; ad hoſpitale ſancti ſpi
ritus:etiam noſtro tempore decernuntur:a quo loco uſq; ad Neronis circum: ĩ
quo Caii Calliculæ obeliſcu:aſpicitur:qui nunc quoq; corrupte Iulia nuncu-
patur:& ad ſiniſtrum latus baſilicæ beati Petri adiacet:triumphale territorium
nuncupatur.Sed de porta meminit Ioſaphus approbatiſſimus hiſtoricus libro
ſeptimo de captiuitate iudaica:ubi Vaſpaſiani pricipis & Titi filii de iudæis tri
umphum deſcribens ait ipſos enim imperatores:qui non in palatio maiori : ſed
in Iſidis templo nocte quieuerant ad octauianas ambulationes tranſiuiſſe : ubi
eos ſenatus & honorati equites præſtolabantur.Et cum fauor militaris eoſdem
meritis honoraſſet laudibus:uotis ritæ celebratis ad portam receſſiſſe : quæ ab
eo quod per illam ſemper triumphorum pompa duceretur nomen accæpit : fi-
niſq; pompæ erat Capitolini Iouis templum. Suetonius etiam de funere Octa-
uiani loquens ait:quoſdam ſenatores cenſuiſſe Auguſti funus porta triumpha
li ducendum:Sed de territorio triumphali non parum eſt teſtimonium Dama
ſi:qui ſcripſit beatum Petrum ſepultum fuiſſe in uaticano iuxta territoriuꝫ tri
umphale.Verum & triumphale territorium:& adherentia illi loca uaticani no
men a uaticano colle aſſumpſere:de quo Iuuenalis in ſatyra Credi pudicitiam
meminit cum ait:Et uaticano fragiles de monte patellas: Martialis & cum ait:
Quid de tucca iuuat uetulo miſcere phalerno in uaticanis condita muſta ca-
dis:Nam & patellæ olim ut nunc ex creta uaticani montis formabantur. Sed
unde collis ipſe uaticani nomen aſſumpſerit:dixit Feſtus: ꝙ eo potius ſit popu
lus romanus uatum reſponſo:pulſis hetruſcis.Gellius uero in libro noctium at
ticarum.xviii.Agrum inquit uaticanum:& eiuſdem agri deuꝫ præſidẽ appellã
tum accæpimus a uaticiniis:quæ ui atq; inſtinctu eius dei ĩ eo agro fieri ſolita
erant.Sed præter has cãs:& aliã rettulit Varro in libris diuinarũ rerum dicens.
Quẽadmodũ aruis deus appellatus:araq; ei ſtatura infima uia noua:ꝙ eo in lo
co diuinitus uox edita erat.Ita uaticanus deus nominatus : penes quem eſſent
uocis humanæ initia:quoniam pueri ſimul atq; pti ſunt eã uocem edunt:quæ
prima in uaticano ſyllaba eſt.Idcircoq; uagire dicit exprimente uerbo ſonuꝫ uo
cis recentis.Et conſtat iam uaticanum collem eum eſſe qui eccleſiæ beati Petri
adiacet:nec ſupra illum:aut propinquum fuiſſe Neronis palatium: ut inſcii q
dam mentiuntur:de quo in ſequentibus pertractabimus.Sed teſte Cornelio Ta
cito:apud quem geſta Neronis particulariter deſcribuntur: Clauſit inquit Ne
ro in ualle uaticana ſpacium:in quo equos regeret: haud promiſcuo ſpectacu
lo:de quo in dictione circus:& dictione obeliſcus ſatis uidimus. Et ſubdit idem
auctor Neronem apud nemus:quod nauali ſtagno circũpoſuit extruxiſſe con
uenticula:& cauponas reliquaq;.q legere cupit ibidem poterit. Rettulit etiã Pli
nius circa finẽ.xvi.naturalis hiſtoriæ.liber uetuſtiorem urbe ſuo tempore uati
cano ilicem eſſe.In qua titulus æreis litteris & hetruſcis:quæ religione arborem
iam tunc dignam fuiſſe ſignificant.Sed præcunctis rebus celebrior & religioſi
or cõſpicitur uaticanus reliquiis beati Petri:& eius excelſa baſilica : ac romani
pontificis palatio:quod Nicolaus papa eo nomine ſecundus primum fundauit
ac grande uiridarium fortiſſimis muris cinxit. Sed iam mirum in modum: &
pene incredibili ornatu inſtaurat id Nicolaus quintus totius orbis delitiæ:ac re
ligio:qui diuina ſua uirtute pontificatus maximi gradum ſummum aſcendit.
Vaticanum uero primitus Leo papa quartus muro muniuit: & de ſuo nomĩe
ciuitatem leoninam uocauit.Ea ſex portas etiam nunc ſtãtes habet. Quarũ pri
ma in ianiculum dimittens ab eccleſia cui ſubiacet ſancti ſpiritus nomen accæ
pit.Alia eſt edito ĩ colle ſita pertuſa:hoc eſt perforata uocatur.Tertia iuxta mæ
tam a ſiniſtro latere apoſterulano quodam Saxone iuxta illam habitante:poſte
rulæ nomen accepit.Quarta quæ pontificis uiridario ſubiacet:ab eccleſia beati
Peregrini nomen accæpit.nunc uiridaria uocatur . Quinta iuxta mætam Ha
driani:quod nunc caſtrum ſancti Angeli uocatur.& qua in campos itur ſãcti
Angeli porta uocatur.Sexta ea eſt:quæ ſimiliter ſub ipſa Hadriani:mæta ad ur
bem per pontem ipſius Hadriani conducit:atq; ab æneis foribus ænea uocitat̃
Et hæc hactenus.nunc de collibus urbis uidendum reſtat: qui ſepteꝫ ab aucto
ribus deſcribuntur:dicente Virgilio libro georgicorum ſecundo ſcilicet & rerũ

facta eſt pulcherrima roma: Septemq; una ſibi muro circũdedit arces. Quoruʒ
nomina ſunt capitolinus: idem & tarpeius: auentinus: palatinus: cælius: exqui
linus. uiminalis: & quirinalis. Ianiculus uero regionem ipſam totam tranſthy-
berinam: excæpto uaticano indicat: ſed abſq; ianiculo: & naticano ſepticollis ip
ſa urbs dicebatur. Vnde apud romanos ipſos antiquitus feſta erant: quæ ſepti-
montinalia uocabantur. Capitolinus igitur mons teſte Varrone de lingua lati
na dictus eſt: quod cum in eo fundamenta ædis Iouis foderẽtur: caput huma-
num inuentum eſt. Et ut addit Liuins litteris tuſcis annotatum. Sed ante hoc
ipſum nomen eodem Varrone teſte tarpeius a Tarpeia uirgine ueſtali dicebat̃:
quæ ibidem quoq; a ſabiuis necata armis: & ſepulta fuerat: quod etiam nũc te-
ſte Varrone tarpeium ſaxum appelatur. Et ut idem pergit hunc antea mõtem
ſaturnum appellatum prodiderunt: & ab eo late ſaturniam terram. & etiam En
nius appellat antiquuʒ oppidum in hac fuiſſe ſaturnia ſcribitur. Eius ueſtigia
etiam nunc inquit Varro manent tria. Quod ſaturni fanũ in faucibus. Quod
ſaturnia porta: quam Iunius ſcribit: ibi quam nunc uocant pandanam. Quod
poſt ædem Saturni in ædificiorum legibus priuatis pariete: poſtici muri ſunt
ſcripti. hæc ille. fuit in hac arce capitolii celeberrimum Iouis optimi maximi tẽ-
plum: de quo ſic inquit Cornelius Tacitus in. xviiii. ſuarum hiſtoriarum. uoue
rat Tarquinius Priſcia. rex bello ſabino ſedẽ Ioui optĩo maxĩa Iæcitq; fũdamẽta
ſpe magis futuræ magnitudinis: q̃ tunc populo romano competeret. Mox Ser-
uius Tullius ſotiorum ſtudio adiæcit aliquid. Deinde Tarquinius ſuperbus ca
pta ſueſſa & pometia per hoſtium ſpolia fecit. Sed gloria operis libertati ſeruata
pulſis regibus Horatius puluillus iterum cõſul dedicauit magnifice. uerum te-
ſte Lactantio cum Tarquinius capitolium facere uellet: atq; in eo loco multo-
rum deorum ſacella eſſent: conſuluit eos per auguria utrum Ioui cederent. Et
cedentibus cæteris ſolus deus terminus manſit: qui lapis erat in fonnis ac rudis
Vnde illum Virgilius capitolii immobile ſaxum uocat: & eum eſſe dicebãt: quẽ
pro Ioue Sarurnus dicitur uoraſſe: de quo

Sed facto capitolio ſupra ipſum terminum foramen eſt in tecto relictum: ut qa
non ceſſerat libero telo frueretur. Fecit etiam Auguſtus in capitolio ædem Ioui
tonanti: dicente Suetonio: tonanti Ioui ædem in capitolio conſecrauit: liberatus
periculo cum expeditione cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur
perſtrinxiſſet: unumque præſentem exanimaſſet: fuit & in eadem arce Iunonis
montæ templum: quod per hunc quoq; modum ipſi deæ in capitolio dicatum
fuit. Nam capta urbe a gallis: & obſeſſo capitolio: anſeres ibidem erãt Iunoni ſa-
crati: a quibus teſte Liuio libro. v. ab urbe romani etiam in magna ciborum pe-
nuria abſtinebant. Sed galli cum nocte ſubluſtri tanto cum ſilentio ad ſũmum
capitolii ueniſſent: ut non modo cuſtodes: uerum cane. pallerent: anſeres ipſos
ſacros nõ fefellere. Quorum clangore & allarum ſtrepitu exitus. M. Manlinus
qui ante tertio anno conſul fuerat: & cuius ædes in arce capitolii ſtructæ erant
correptis armis & alios ad arma ciens: gallos in ruinam: & præcipitium dedit.
Quod & Virgilius in. viii. æneidos tetigit cum ait:
In ſummo cuſtos tarpeiæ manlius arcis
Stabat pro templo & capitolia celſa tenebat.
Romuleoq; recens horrebat regia culmo:

Atq; hic auratis uolitans argenteus anſer:
Porticibus gallos in limine adeſſe canebat. His ſucceſſibus elatus Manlius cum
in maximas diſſenſiones cũ Camillo: ex inuidia ut creditur deueniſſet: a tribũis
militũ cõſulari poteſtate creatis: dãnatus crimine regni de tarpeia rupe: quaʒ a
gallis tutatus fuerat: ĩ tyberim precipitatus obcubuit: in cuius diruta domo Iu
nonis ædes conſtructa fuit: dicente Liuio lib. vii. ab urbe dictator ſcilicet Camil
lus ædem Iunoni monetæ uouit: cuius dãnatus uoti: aũ uictor romam reuertiſ
ſet: dictatura ſe abdicauit: Senatus duumuiros ad eam ædem pro amplitudine
reipublicæ faciendã creari iuſſit: locus in arce deſtinatus: quæ area ædium. M.
Manlii capitolini fuerat. Vnde inquit Ouidius libro faſtorum quinto.
Arce quoq; in ſumma iunoni templa monetæ:
Ex uoto memorant facta camille tuo.
Ante domus manli fuerat: qui gallica quondam
A capitolino reppulit arua ioue. Sed ob quã cauſam dicta fuerat moneta oſten-
dere uidetur Cicero libro diuinationũ primo cum ait: Poſt illum cladem maxi-
mam a ſenonibus gallis factam: audita uox ex arce Iunonis fuit: ex quo Iuno il-
la appellata moneta eſt: hæc ille. Ita ut ſi ante id tempus ab aliquo Iuno ipſa mo
neta appelletur: nõ quidẽ ut tunc quoq;: ſed quia poſtea appellata fuit intelli-
gendum eſt. fuit etiam in eadem arce capitolii Mineruæ delubrum: ut oſtendit
Plinius libro. xxxv. naturalis hiſtoriæ. Nam loquens de Nicomacho pictore in-
quit: pinxit raptum Proſerpinæ: quæ tabula fuit romæ ĩ capitolio in Mineruæ
delubro. Et libro. xxxiiii. ſcripſerat molles quippe excogitatas uidemus ſtatuarũ
quas colloſſos uocãt. Talis eſt in capitolio Apollo tranſlatus a Lucullo ex apol
lonta ponti urbe triginta cubitorum quingentis de talentis factus. Et infra ſub
dit: habet in eodem capitolio admirationem & capita duo quæ Publius lẽtulus
conſul dicauit Alterum a Carete lindio Lyſippi diſcipulo factum Alteruʒ fecit
Decius comparatione in tantum uictus ut artificium minime probabilis artifi
cis uideatur. Dixit etiam Herculem eſſe in capitolio qui a tarento fuit trãſlatus
Et ut breuiter in his concludam teſtatur Seruius ſuper ſecundum æneidos lib.
ubi ait Virgilius. Ecce autem panthus telis elapſus achiuum. in capitolio omni
um deorum ſimulachra celebrari. Ex quo dixit Ammianus hiſtoricus libr. xxii.
rerum geſtarum huius totius arcis ornamenta quibuſcunque ægyptiorum mi
raculis ſunt anteponenda. Quare aurea capitolia cognominantur a Virgilio li-
bro. viii. æneidos. Ad hanc autem arcem cliuus erat publicus non longe ab eo
loco incipiens: ubi pons erat ſublicius: qui iam ſanctæ Mariæ uocitatur: ut in
ſequentibus oſtendemus quo iter a ianiculo in fora ducebatur. De quo Ouidi.
libro faſtorum primo inquit:
Vtq; leuis cuſtos armillis rapta ſabinos
Ad ſummæ tacitos duxerit arcis iter
Inde uelut nunc eſt per quem deſcendentis inquit
Arduus in ualles per fora cliuus erat. Nam circa eũ locum (ut uidebimus) duo
fora iungebantur boariũ. ſ. & piſcariũ. Boarium id dicebatur forum quod inter
palatinum: & arcẽ capitolinã cõſtitutuʒ erat. In quo & lacus curtius cõtinebat̃
Dicente Varrone de lingua latina in foro lacũ curtium a Curtio dictũ cõſtat.
Et ſubdit. Eſtq; de illo triceps hiſtoria. Nam Procilius non idem prodidit quod
Piſo: nec quos is Cornelius a Procilio relatum in eo loco dehiſſe terram: & id

ex ſenatus conſulto ad haruſpices relatum eſſe reſponſum:deum Manio peſti-
lionem poſtulare.Idem ciuem fortiſſimum eodem mitti.Tum quendam Curti
um uirum fortem armatum aſcendiſſe in equum: & a concordia uerſum cum
equo in eo præcipitatum.Eo facto locum coiſſe:atq; eius corpus diuinitus hu
maſſe:ac reliquiſſe genti ſuæ monumentum. Piſo in annalibus ſcribit ſabino
bello quod fuit Romulo & Tatio:cum romulis cum ſuis ex ſuperiore parte im
preſſionem feciſſet:Metius Curtius ſabinus uir fortiſſimus in locum paluſtrē
qui tum fuit in foro anteq̄ cloacæ ſint factæ receſſiſſe: atq; ad ſuos in capitoliū
recæpiſſe:ab eo locum inueniſſe nomen.hæc Varro. Cui & Liuius in ſeptimo
ab urbe aſſentiri uidetur.Quam ſane opinionem Plutarchus ipſe ī uita Romu
li latius etiā ꝑtractauit.Quin & Ouidius in libro faſtorū.vi.ſic quoq; dixit:
Curtius ille lacus ſiccas qui ſuſtinet arás:
Non ſolida eſt tellus:ſed fuit ante lacus.Et pergit Varro ad ea quæ dixerat ſub
dens:Cornelius uero & Luctatius ſcribunt eum locum eſſe fulguritium : & ex
ſenatus conſulto ſeptum eſſe.Id quia factum eſt a curcio conſule:cum.M. Me
gentius fuit collega:curtium appellatum.Sed ut diximus hoc quoq; forum in
quo curtius locus erat:boarium uocabatur.quod ac ratiōe expreſſiſſe uidetur
cornelius Tacitus libro hiſtoriarum primo:quia eo in loco boues ad ſulcū pro
ambitu urbis deſignandæ adhibiti primum ſunt:ita ut ubi ſulcus coeptus eſt :
æneus ſit taurus.Quod etiam opinari facit capita boum:quæ pene omnibus ro
manis ædificiis inſculpta uidemus:quaſi ab optimo fieret bouis augurio:quod
in deſignanda urbe concæptum fuit.Alii a boue bouarium cognominatum fo
rum dicunt:quem Hercules ibidem deuicto Caco Ioui immolauit:de quo Oui
dius libro faſtorum:
Immolat ex illis taurum tibi iuppiter unum
Victor:& euandrum ruricolaſq; uocant:
Conſtituitq; ſibi quæ maxima dicitur aram
Hic ubi pars urbis de boue nomen habet.Alii de bobus inibi uendundis & emū
dis dictum putant.Inducuntq; in argumentum portam quandam marmore-
am circa ea loca adhuc reſtantem:hoc eſt ad latus eccleſiæ beati Georgii in uela
bro:ubi hæ litteræ inſcriptæ ſunt.Imperatoribus Lucio Seuero Septimio:&.M.
Aurelio Antonino:& Iuliæ Auguſtæ matri negotiantes boarii eorum numini:
Vnde & Varro de lingua latina oſtendere uidetur dicēs. Quo quid generatur
conferrent forum appellatum additumq; ab eo cognomen: ut forum boarium
Macrobius in tertio ſaturnalium libro romæ autem inquit : uictoris Herculis
ædes ſunt duæ:una ad portam trigeminam:altera in foro boario.huic & piſca-
rium forum coniunctum uidetur:quod iuxta tyberim fuiſſe idem Varro de lī
gua latina oſtendere uidetur dicens:Secundum tyberim ad ianum forum pi-
ſcarium uocant:hoc eſt iuxta ianum:de quo Ouidius in libro faſtorum primo
deum ipſum interrogat dicens:
Cum ſint tot iani cur ſtas ſacratus in uno:
Hic ubi iuncta foris templa duobus habes.Ad quē Ianus reſpondens hiſtoriam
refert belli ſabini:quod uirginum raptarum gratia cōmiſſum eſt:quo cum ro-
mani portam:quæ ſub radicibus collis erat: & ab aduētu ianualis poſtea dicta
fuit:claudere feſtinarent:quia in illam hoſtes ruebant:mox ut clauſa eſt pate-
facta fuit.Vnde ait Ouidius id Iunoni impingens:

Et iam contingerant portam ſaturnia:cuius
Dempſerat oppoſitas inuidioſa ſeras.Et ut dixit Macrobius in ſaturnalibus cū
iterum:ac tertio idem contigiſſet armati plurimi pro limine ſtetere cuſtodes.Sȝ
cum ex parte aduerſa acri prælii certaretur : proferretque fama noſtros fugere
territi aditu relinquerunt.Tunc per patentem portam hoſtes irruunt. Sed re-
pente fertur ex eo loco ubi ædes eſt Iani:ꝑ hanc portā magna fluenra aquarum
feruentium decurriſſe multaſq; cateruas hoſtium:tum ex feruore. tum rapida
uoragine deperiſſe.Vnde loqui pergit Ianus apud eundem poetam.
Cum tanto ueritus cōmittere numine pugnam:id eſt cum Iunone.
Ipſe meæ moui callidus artis opus:
Oraq; qua pollens ope ſum fontana recluſi
Sumq; repentinas eiaculatus aquas
Ante tamen calidis ſubiæci ſulphura uenis:
Clauderet ut tacito feruidus humor iter. Itaq; in eo loco ubi aquæ illæ calidæ
defluxerunt templum Iano a Numa conſtructum fuit.Quod teſte Liuio in pri
mo : ille index belli paciſque fecit Numa apertum ut in armis eſſe ciuitatem.
Clauſum pacatam circa omnes populos ſignificaret.Nam cum apertum erat ꝑ
fecti ad bella ſperare uidebantur ſuffragia opitulante deo:dicente eodeȝ apud
Ouidium:Vt populo reditus pateant ad bella profecto.Tota patet dempta ia-
nua noſtra ſera Pace fores obdo ne qua diſcedere poſſit. Virgilius uero dixit:
ut intus furor coerceretur.Scæua ſedens ſupra arma: & centum uinctus aeris:
Poſt tergum nodis fremit horridus ore cruento.Sane teſte Liuio bis deīde poſt
Numæ regnum clauſum fuit.Semel Tito Manlio conſule poſt primum bellum
punicum perfectum bellum.Iterum ut ait ꝙ noſtræ ætate dii dederunt: ut ui-
deremus poſt bellum actiacum ab imperatore Auguſto pace terra mariq; parta
Rurſum & tempore Veſpaſiani clauſum fuiſſe:Suetonius eſt auctor. Sed tēplū
ipſum nonnulli hæc ipſa curioſius perſcrutantes etiam noſtra ætate integrum
aſpiri aſſeruerunt.ex candido ſcilicet marmore patentibus quadrifariam por-
tis iuxta ſanctum Georgium in uelo aureo.unde cliuus publicus ad capitoli ar
cem incipiebat.De quo Seruius ſupra.vii.æneidos dixiſſe uidetur.cum ait. Ca-
ptis phaleris ciuitate tuſciæ inuentum eſt ſimulachrum Iani cum frontibus q̄t
tuor.unde ꝙ Numa inſtituerat tranſlatum fuit ad forum tranſitoriū:& q̄ttuor
portarū unum templum eſt illi inſtitutum.hæc ille.hoc ignari qdaȝ Boetii do-
mum uocant.Nec minus ignare eccleſiam beati Georgii in uelo aureo uocitāt.
Cum locus ille Varrone teſte uelabrum:& nō uelum aureū diceret: ut eum de
auētino monte tractabitur oſtendemus.Scribit etiā Suetonius de Cæſare:ꝙ gal
lici triumphi die uelabrum præteruehens pene curru excuſſus eſt axe diſtracto
Aſcenditq; capitoliū ad lumina ſexaginta elephantis dextra & ſiniſtra lychnos
geſtantibus:ſed quia Iani templum ad ſiniſtrū argiletum fuiſſe dixit Liuius:
Quid id argiletum fuerit dicemus:& teſte Seruio ſupra.viii.æneidos locus erat
qui uel ab argilla terra pingui dicitur:uel Argo hoſpite Euandri:qui cū Euan
dro inſidias paraſſet.ab ipſius Euandri ſotiis interfectus fuit.cui tamen hoſpita
litatis gratia Euander locum:& ſepulchrum conſecrauit. Vnde cum Virgilius
Euandrum induceret ea loca monſtrare Aeneæ ſubdit:
Necnon & ſacri monſtrat nemus argileti:
Teſtaturq; locum:& lœtum docet hoſpitis argi. Verum & præter ea duo fora:

quæ ſupra nominauimus:boarium ſcilicet & piſcarium: nõnulla alia romæ fu
iſſe diuerſis ex auctoribus recollegimus. Vnum ſcilicet quod forum romanum
ſimpliciter dicebatur:conſtitutum quidem poſt boarium iuxta palatium ĩ uia
ſacra ad radices capitolii & arcum Seueri:ut infra uidebimus. Aliud uero Trai
ani forum dicebatur: quod ille mirabilibus ædificiis ſtruxerat.Ná teſte Ammia
no Marcellino libro decimoſexto de rebus geſtis Conſtantis filii Flauii Conſtan
tini magni:Cum primum inquit Conſtans ex conſtantinopoli ubi natus edu-
catuſq; fuerat:romaꝫ uenit.urbe inſpecta obſtupuit. Et infra ſubdit:uerum cũ
ad Traiani forá ueniſſet:ſingulareꝫ ſub omni cælo ſtructurá:ut opinamur eter
nam moenium aſcenſionem mirabilem hærebat attonitus:perque giganteos cõ
textus circumferens mentem:nec relatu effabiles:nec rurſus mortalibus appe-
tendos.omni itaq; ſpe huiuſmodi quicq̃ conandi depulſa Traiani equum ſolũ
locatum in atrii medio: qui ipſum principem uehit imitari ſe uelle dicebat : &
poſſe cui prope aſtans regalis Ormuſda reſpõdit:Ante ſtabulum talem condas
hæc ille.in cuius fori partem ſtructuræ cellarum admirabiles fuiſſe depræhen
duntur.quas dicunt Traiani principis milites habitaſſe:quibus a Bonifatio ſũ-
mo pontiſe eius nominis octauo ſuper iniecta fuit turris : quæ militiarum ap-
pellatur.fuit in eodem foro & adhuc integra conſpicitur columna altitudinis
centum quadraginta cubitorum:ut quidam ferunt intrinſecus quidẽ cochlea
extrinſecus uero res geſtas præſtantiſſimi principis admirabili opere ſuper in-
ſculpta.Ad cuius baſam incifæ litteræ oſtendunt terreum collem:qui eius tur-
ris altitudinem æquabat:ut area fieret plana.Inde operibus effoſſum aſportatũ
ꝙ fuiſſe.iuxta hoc forum uerſus eccleſiam Hadriani martyris.aliud prius forũ
inſtructum fuerat a Nerua:quod tranſitorium dicebatur ut Helius Spartianus
in Alexandri Seueri uita:his quoq; uerbis indicauit. Statuas inquit locoſas uel
pedeſtres nudas uel equeſtres diuis imperatoribus ĩ foro diui Neruæ:quod trã-
ſitorium dicitur locauit:omnibus cum titulis & columnis æreis: quæ geſtoruꝫ
ordinem continerent.hæc illius uerba.Sed ob id quoq; tráſitorium dictum cõ
iicimus:quod ex eo ad alia propinquam contiguaq; fora tranſiеretur:ad roma-
num ſcilicet & traianum.Nam a Petro bibliothecario ſcriptum legimus eccleſi-
am beati Hadriani in tribus foris ab Honorio romano pontifice eius nominis
primo ædificatam fuiſſe:iuxta quam portas cuiuſq; fori admirabiles etiam cõ-
ſpicere libet:q̃q̃ ab ignaris quibuſdam Cæſaris domus pars fori traiani dicatur:
legimus inſuper & in Plinio:& in aliis alia duo fuiſſe fora:unum Cæſaris dicta
toris:Aliud Diui Auguſti.de foro Cæſaris dixit in.trigeſimoquarto .naturalis
hiſtoriæ cum ait:Cæſar quidem dictator loricatam ſibi dicare in foro ſuo ſtatu
am paſſus ẽ.De foro uero Auguſti ſic inquit Suetonius.plurima opera publica
extruxit:ex quibus præcipue forum cum æde Martis ultoris. Plinius ſimiliter
de hoc ipſo foro frequentius meminit.Nam in uigeſimo ſecundo inquit Aemi-
lianum donatum obſidionali corona in aphrica : quod ſtatuæ eius in foro ſuo
Diuus Auguſtus inſcripſit. Item & in trigeſimo quinto ſuper omnes inquit
Diuus Auguſtus in foro ſuo in celeberrima parte poſuit tabulas duas:quæ bel
li faciem pictam habent:& triumphum.& in eodem libro:ubi opera apellis ĩdi-
cat.Romæ inquit ex illius picturis Caſtorem etiam habemus:& Pollucem cum
uictoria & Alexandro magno. Item belli imaginem reſtrictis ad terga manibus
Alexandro in curru triumphante.Quas utraſq; tabellas Diuus Auguſtus ĩ fo-
ri ſui celeberrimis partibus dicauerat.Gellius etiam in.viiii.noctium atticarum
Statuam inquit Valerio Coruino Diuus Auguſtus in foro ſuo ſtatuendá cura
uit.In eius ſtatuæ capite corui ſimulachrum eſt rei pugnæq;:quaꝫ diximus mo
numentum.Ad uero huiuſce fori extruendi:ut dixit Suetonius:cauſa fuit ho-
minum & iuditiorum multitudo.quæ uidebatur inſufficiens duobus:& tertio
indigere.Itaque feſtinantius nec dum perfecta Mratis æde publicatum eſt.Cau
tumque ut ſeparentur in eo publica iudicia:ac ſortitiões iudicum fierent: hæc
ille.ſed quæ fuerint ea duo fora:in quibus iudicia dabantur:nõ habeo certum
ſed puto romanum & Cæſaris:ſicq; poſtea in tribus fieri:hoc eſt etiá in foro Au
guſti Diui.dicente etiam Martiale in tertio epigrammatum:
Cauſas inquis agam cicerone diſcretius ipſo:
Atque erit in triplici par mihi nemo foro.Et ut ſequitur Suetonius ædeꝫ Mar-
tis bello philippenſi pro ultione paterna ſuſcæpto Auguſtus uouerat.Sanxit er
go:ut de bellis ibi triumphiſq; conſuleretur:huc ſenatores prouincias cum im-
perio petituri huc deducerentur quicunq; uictores rediſſent: huc inſignia tri-
umphorum conferentur.Sed hæc hactenus.Nunc de auentino colle dicenduꝫ
eſt:de cuius nomine Varro ſic ait:auentinum aliquot de cauſis dicunt:Neuius
ab auibuſq; eo ſe a tyberi ferrent aues.alii a rege auentino albano ꝙ ibi ſit ſepul
tus.alii auentinum ab aduẽtu hominum:quod cõmune latinorum ibi Dianæ
templum ſit conſtitutum.Sed ut ait:Ego maxime puto quod a uehendo auen
tinus ſit dictus:quod cum mons ipſe a cæteris partibus urbis paludibus eſſet
excluſus uehebantur ad illum nauibus homines.Cuius ueſtigia quod ea pars
dicitur uelabrum.& ab eo uehendi actu uelatura:ſicut merces a marcádo: & ae
re.hæc ille.At uero Liuius ſecundam quam rettulit opinionem aſſeruit idẽ O
uidius in.iiii.faſtorum cum ait:Venit auentinus poſt hos:lacus unde uocatur
Mons quoq;.Et in.xiiii.metamorphoſeos libro inquit:
Tradit auentino qui quo regnarat eodem
Monte iacet poſitus:tribuitq; uocabula monti.fuit ſuper hoc monte ara:quam
Liuius libro primo ab urbe dixit primam in auentino Herculi ab Euandro po
ſitam.Idem in eodem libro refert Numam Ioui elicio aram dedicaſſe.fuit & ſup
illo templum Lunæ ſacrum:de quo Ouidius libro faſtorum:
Luna regit menſes:huius quoq; tempore menſis.
Finit auentino luna colenda iugo.fuit inſuper & illo templum ſumptuoſiſſi-
mum ſacratum:quod de parte prædæ ueientanæ Camillus uouerat: ut Liuius
in quinto ab urbe teſtatur.fuit & ædes Libertatis:quam Gracchus teſte Liuio
de ſecũdo bello punico ex mulctatitia pecunia faciendum curauit.Quin & Pli-
nio teſte libro decimoſexto naturalis hiſtoriæ:fuit ſuper eodem monte lauretũ
ſilua Ioui ſacra.fuit etiam aquæ claudiæ forma: quæ teſte Caſſiodoro ex cælio
monte in auentinum perducebatur.Sub illo uero fons fuit: de quo olim bibe-
bant Faunus & Picus ſatyri:iuxta quem Numa uinum ponens ſatyros inebri-
auit:Vnde Ouidius:
Lucus auentino ſuberat niger illicis umbra:
Quo poſſes uiſo dicere numen ineſt:& reliqua. fuit & maioris famæ ſpelunca
Caci:ex eo ſcilicet latere montis:quo auentinus in palatinũ ſpectat.de quo late
Virgilius in.ix.æneidos.Et Ouidius in faſtis:
Cacus auentinæ timor atq; infamia ſiluæ.Et hæc de auentino.

Nunc ad palatinum accedendū eſt. Cuius uocabuli cauſam reddidit Varro de
lingua latina cum ait: Quartæ regionis palatium: quod palantes cū Euandro
uenerunt. qui & palatini aborigines ex agro reatino: qui appellatur palatiū ibi
cōſederunt: Sed hoc alii a Palantia uxore Latini putarunt. Eundē hunc locum
a pecore dictū putant quidam. Itaq; Neuius balatium appellauit. hæc Varro &
licet cum unico. l. ſcribat: eius tamen prima longa a poetis ponitur: ut Martia-
lis epigrāmatum libro. iiii. aſſeruit Poſſeſſa malis palatia regnis. Verum & ante
has Varronis deſignationes puto pallanteum cum duplicato. l. cognominatū:
cum dicat Virgilius in. viii. æneidos:
Arcades his oris genus a pallante profectum:
Qui regem Euandrum comites qui ſigna ſecuti
Delegere locum: & poſuere in montibus urbem:
Pallantis proauide nomine pallanteum. Et infra idem ait. Nobile pallanteum.
Vel forte palanteum urbs: aut pro auo Euandri: aut ut aſſerit Pli. libro. iiii. na-
turalis hiſtoriæ a pallantio urbe arcadiæ cognominata fuit. Et pallatium ac pa
latinus mons eſt cauſis: quas ſupra poſuit Varro ſuꝑ hoc monte: ut ex Corne-
lio Tacito accæpimus primo urbs roma ædificata fuit. Et in eo reges primo de-
inde conſules: poſtea imperatores maiori ex parte ſedē habuerunt. habuitq; etiā
teſte Liuio libro ab urbe condita. iii. ædes Vani ducis Fudani: quæ Vani prata
diruto ædificio publicatoq; ſunt appellata. & in bello macedonico dixit idē Li-
uius. M. Iunius Brutus ædem magnæ matris deum in palatio dedicauit: & lu-
dos ob eam dedicationem factos megaleſia appellatos. Et in. viii. de ſecundo bel
lo punico. matrem inquit magnam deum a græcia aduectam in ædem uictorie
quæ eſt in palatio ꝑtulere. fuit etiam in palatio teſte Plinio libro naturalis hiſto
riæ primo: phanum febri dicatum: & libro. xii. dixit fuiſſe in palatio templum
quod fecerat Diuo Auguſto coniunx Auguſta. Quod deinde incendio con-
ſumptum fuit: ut uidimus in dictione cinamomum. Et ut refert Suetonius. C.
Calicula ſuper templum Diui Auguſti ponte tranſmiſſo palatium capitoliūq;
coniunxit. Cuius & reliquias quaſdam adhuc conſpicere libet. In eodem teſte
Suetonio Cæſar Auguſtus templum Apollinis in ea parte excitauit: quam ful
mine ictam ſedari adeo haruſpices pronunciarant. addidit porticus cum biblio
theca latina græcaq;: quo loco iam ſenior ſæpe etiam ſenatum habuit: decimaſq;
iudicum recognouit. Vnde ait Ioſephus in ſecundo de captiuitate iudaica: Ita
q; conuocato ab Auguſto Cæſare optimatum romanorum amicorumq; conci
lio in palatii Apollinis templum: quod priuatum ipſius ædificium admiran-
dis operibus exornatum erat. multitudo quidem iudæorum cōſtitit cum lega
tis. fecit etiam Auguſtus teſte prefato Suetonio quædam opera ſub nomine ali
eno: nepotū & uxoris ſororiſq;, ut porticū baſilicāq; Lucii: & Caii: Itē porticū Li
uiæ & Octauiæ: theatrūq; Marcelli. Sed & cæteros prīcipes urbanos ſæpe horta
tus ē: ut ꝑ facultate qſq; monumētis uel nouis uel refectis: & excultis urbē ad-
ornarēt: Multaq; a multis tūc extructa ſunt: ſicut a Martio Philippo ædex Her
culis & muſarū: a. L. Dornificio ædes Dianæ: ab Aſinio Polliōe atriū libertatis:
a Mimacio Planco ædes Saturni: a Cornelio Ballo theatrū: a Statilio Tauro am
phitheatrum: a. M. uero Agrippa complura & egregia. Cælius uero mons Var
rone teſte a Cælio Iubennio duce nobili: qui cum ſua manu dicitur Romulo
ueniſſe auxilio contra Latinū regem nomen ſumpſit. In quo ut puto uel habi-
tauit uel ſepultus fuit. & ut teſtatur Liuius libro primo. fuit urbi additus: quo
tempore Tullius Hoſtillius albam euertit: & albanorum familias romam duxit.
Et quo frequentior habitaretur eam ſedem regiæ cœpit: ibiq; habitauit. Et ſub-
dit curiam fecit: quæ Hoſtilia uſq; ad patrum noſtrorum ætatem appellata eſt
Et infra dicit albanos eum incoluiſſe montem. Suetonius ſcripſit Veſpaſianum
imperatorem in eo monte templum Diui Claudii ædificaſſe. Et Iulius capitoli-
nus in geſtis Tetrici tyranni tetricorum inquit comus fuit in monte cælio con
tra lyſium metelinum: & fuerunt Fauni Veneris & Cupidinis: aliorumq; deorū
ædes: aræ: & templa in cælio monte. & teſte Sexto Ruffo in deſcriptionibus ſuis
fuit macellum magnum antrum Cyclopis: lupanaria cohortes quinq; uigilum
caſtra peregrina ſpoliarium & armamentarium. Nunc etiam medio in eius dor-
ſo binæ aquæductus formæ ſumptuoſiſſimi ſuperbiſſimiq; operis conſpiciunt
Quarum una cubitales detinet litteras Antonii Caracallæ: quæ deſignat eā ab
illo capitolium eſſe deductam: Altera a Claudio in palatinum: ut tituli marmo
rea tabula inciſi iuxta xenodochium lateranenſe demonſtrant. In extremo eiuſ-
dem montis baſilica iam eſt lateranenſis: quæ ſic quoq; cognominata eſt quia ī
lateranenſium nobiliſſimæ gentis ædibus extructa fuit. Vnde Hieronymus ad
Marcellam inquit. Quis credat mulierem nobilem & potentem in domibus la-
terani: qui neroniano truncatus eſt gladio publice pœnitētiam ægiſſe. De quo
ſane laterano Cornelium Tacitum locutum exiſtimo in uita Neronis cum ait:
Proximā necē Plantii laterani conſulis deſignati Nero adiungit adeo propere:
ut nō amplecti liberos nō illud breue moræ arbitrium ꝑmitteret. Et Iulius capi
tolinus de. M. Antonio Aurelio dicit educatus eſt in eo loco: in quo natus ī do-
mo aui ſui iuxta ædes laterani: nō longe ab hac baſilica. alia eſt ſanctæ crucis in
hieruſalem: ab Helena Flauii Conſtantini matre cōſtructa: eo. ſ. loco teſte Petro
bibliothecario: ubi templa erant Veneris & Cupidinis ſimul iuncta. uidetur ad
huc illi propinquum amphiatherum ſemidirutū: quod Statilii Tauri maiores
noſtri appellauere. Ex parte uero qua ad palatinum cælius uergit: ædes fuerūt
paternæ beati Gregorii: in quibus ille monaſterium ſuperſtruxit. Exquilini au
tem montis eo quo omnium maximus eſt longam poſuit. Varro nominis expo
ſitionem. Et in multis partibus Varronis etiam ætate obſcurati. Sed quæ ad rē
faciunt: hæc pauca ſunt. Secunde inquit regionis exquiliæ: alii eas ſcripſerunt
ab excubiis regis dictas: alii ab eo quod excultæ a rege Tullio eſſent: & infra ex-
quiliæ duo montes habiti. Verum ut iam proſpicere ualeamus: Celebrior pars
illa fuit quæ a foro Traiani & turribus quas comitum & militiæ appellant: ici
piens per montem cui caballo nunc nomen eſt: ad thermas uſque dioclitianas
protenditur: & in portam deſinit quam ſupra exquilinam diximus: & quæ iā
ſancti Laurentii nominatur. Altera uero pars collis uia interſecatur: quæ Patri
cii uicus dicitur. Et ſuper hac parte eccleſia eſt celeberima ſanctæ Mariæ ma
ioris: alii ſancti Viti in macello: ad uſq;. C. Marii trophæa & ultra protenditur.
Dirimiturque a cælio monte per uiam: quæ porta neuia uſque ad amphithea
trum: quod colloſſeum uocamus reducitur. fuerunt igitur in exquiliis ædifi-
cia q̃plurima: & admirauda: & primo a turri militiarum aſcendentes cernunt
ruinæ thermarum: quas & conſtantini ſtatius illius fuiſſe coniector: & uſq; in
domum Proſperi cardinalis de columna uiri ī toto orbe clariſſimi declinare cō
ſpicimus. de quibus Apollodorus & Ammianus mentionē fecerunt. Cernunt

& illic ingentes ſeminudorum ſenum .marmoreæ ſtatuæ : iuxta quem locum
uicus eſt:qui Corneliorum dicitur:ubi illorum ædes fuiſſe putamus:proximo
ab inde ac pene contiguo loco conſpiciuntur caballi marmorei ingentes : cum
uiris ſeminudis:lora tenentibus miro artificio compacti. Quorum unus opus
Praxitelis latinis litteris inſcribitur:alter phidiæ.quos teſte Sexto ruffo tiridates
quod a porta flumentana uſq; ad collinaʒ continetur:ad quirinalem pertinere
dicunt:qui paruo quoq; interuallo ob ædificiorum ruinas a uiminali diſcerni
tur:Qui uſque ad thermas dioclitianas protendi dicitur.uerum in colle uimi-
nali:& ſi plura fuerint ædificia:nihil tamen aliud certum comperi:q̃ tres in illo
ſpecioſiſſimas totius urbis domo fuiſſe.de quibus Plini.libro.xv.naturalis hi-
ſtoriæ ſcribit:ut.M.Craſſi oratoris:unam aliamque præſtãtiorem.Q .Catullis
illius qui cum.C.Mario cimbros fudit:ac poſtea capitolii tegulas inaurauit.Ip
ſūq; capitolium ſpoliis cimbricis adornauit:Tertiam ambarum pulcherrimam
C.Aquilii romani:quem clariſſimum fecit iuris ciuilis ſcientia.Ipſeq; fuit quē
M.Cicero in officiis dicit legem de dolo malo tuliſſe:cuiuſq; ad legem aquiliam
extantium adhuc legum titulus annotatur:fuerunt & in illo ut nonnulli pu-
tant ſaluſtiani horti:quorum reliquias obſtupendas deſignant: a porta uimina
li in collinam:& ad ſanctam uſq; Suſanam extendi putant.In colle uero quiri-
nali dixit Liuius in bello macedonico ædem Fortunæ primogeniæ fuiſſe:quaʒ
primo bello punico uotam Cneus Domitius prætor urbanus dedicauit:fuerūt
& nonnulla alia quæ paulo ante:cum de collina porta loqueremur nominaui-
mus.& hæc de collibus urbis dicta ſufficiant Nunc ad campum martium trãſ
euntes:qui ſic quoq; a Liuio deſcribitur in.ii.urbe:ager tarquiniorum: qui in-
ter urbem & thyberim fuit conſecratus Marti. martius deinde campus fuit. ea
Liuii uerba nonnulli acuitius conſiderantes:quicquid prope capitolium & thy
berim interfuit:campum martium fuiſſe dixerunt.cum eo tempore urbs ad ca
pitolium aut parum circa finiretur. Idem Ouidius Iuturnæ ædem deſcribens
oſtendere uidetur:quam ea in parte fuiſſe dicit:qua campus martius uirginea
ambit aq̃.ait enim Te quoq; lux eadem turni ſoror ede recæpit:Hic ubi uirgīea
campus obitur aqua:Conſtat autem uirgineam a quam per quirinalis collis ca
uernas campum olim martium:quæ nūc triuii regio dicitur illabi: Nam ea ſo-
la aqua iam urbē romã ex exteris ingredit.Quã teſte Suetonio.M.Agrippa pri
us induxit:deinde a Tiberio Claudio inſtaurata fuit:ut titulus in marmore ex
ciſus indicat:qui talis ē:Tiberius Claudius Druſi filius Cæſar Auguſtus duct9
aquæ uirginis deſtinatos p Cæſarem fundamētis nouos refecit:ac reſtituit.ha-
buit olim campus martius ædificia plura & admiranda. Quorū puulæ ruinæ
adhuc reſtantes admiraculã reſpiciunt.Nàm in ea pte qua depreſſior erat:nau-
machia fuit a Cæſare conſtructa.Poſt quē Auguſtus ſexto cōſulatu mauſeolū
inter uiam flamineam & thibridis ripas conſtrui fecit:opas ſane in toto orbe ad
mirandū Ita ut Suetonius:& alii nōnulli ſcriptores æternum:ut puto iudican
tes deſcribere neglexerint. Solus ex his quos legere ualui Caſſiodorus ultimus
de rebus his ſcriptor:& qui illū integrū uiderat talia refert:Auguſtus mūdi do-
minus ad potentiã ſuã opus extollens in campo martio mirãdã erexit romanis
fabricam:& moles extendens immēſas firmiſſimis ſtruxit mōtibus:ubi magna-
rum rerum iudicia clauderentur.Biſſena quippe hoſtia ad duodecim ſigna ap
poſuit.Et infra dixit duos in campo martio fuiſſe obeliſcos: interpretationem

ægyptiæ philoſophiæ cōtinentes.Plinius uero.xxvi.naturalis hiſtoriæ libro ſic
armeniorum rex romaʒ portauit:quē uenturum Nero ut laute acciperet. thea
trum Pompeii unius diei opa totum iaurаſſe:Cornelius Tacitus & Plinius ret-
tulerunt.Hic enī rex ut diuerſi alii ex aſia græcia aliiſq; locis multas tabulas &
plura ſigna clariſſimorum artificū romã detulerunt:ut nōnulli auctores & ma
xime Plinius atteſtatur:Iuxta hunc locū turrim illã fuiſſe nōnulli aſſerunt:ex
qua Suetonius Neronē ſcribit urbis icændium ſpectaſſe:& ſcænico habitu tro
iæ incendiū decantaſſe.Inde nō longe aliæ ſunt Dioclitiani thermæ: ædificiuʒ
quippe pulcherrimū & admirandū.In eadem exquilariū pte uico patricii ther-
mæ fuerunt nouatianæ:ut oſtēdit Damaſus in uita Pii romani pontificis:quē
ſanctæ Praxedis rogatu eccleſiam ſanctæ Pudentianæ ſororis ſuæ ſupra ther-
mas nouatiana ædificaſſe ſcribit.ſimiliter in geſtis beati Laurentii legimus mo
naſterium ſub ſuo nomine in pane & perna in thermis olympiadis ædificatū
fuiſſe.Fuerūt & in alio exqlinarum colle trophea.C.Martii de cimbris atq; teu-
tonis:quæ nunc ultra ſanctnm Vitum in macello cernuntur:& cimbria uocã
tur.De quibus ac eorum deriuatione in dictione trophæum uidebimus.cernū
tur & diuerſorum ædificiorum ſpectandæ inſigneſq; ruinæ : Inter quas adhuc
integros fornices conſpicimus:quos uulgo gallucii thermas appellant. Et ut q
dam nimium curioſi diuinant:fuit ibi inſignis illa baſilica:quã Suetonius ſcri
bit.C.Cæſarem.Caio & Lutio nepotibus extruxiſſe.Idq; ex præfato Gallutii no
mine interpretari uoluerunt.fuit & in eodem colle macellum. cuius uerbi hãc
Varro expoſitionem affert.Omnia poſtq̃ cōtracta in unum locum quæ ad ui-
ctum pertinebant:& ædificatus locus macellum appellatus:ut quidã ſcribunt
ꝙ ibi fuerit hortus:alii ꝙ ibi domus fuerit:cui cognomen fuit macellum: quæ
ibi publice ſit diruta:& in qua ædificatum hoc quod uocetur macellum:nec u
nicum hoc in loco romæ fuiſſe macellum puto: ſed per alia diuerſa urbis loca
Vnde & Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie inquit:
Nultos purro uides quos ſæpe eluſus ad ipſum
Creditor introitum ſolet expectare macelli .
Et quibus in ſolo uiuendi cauſa palato eſt.Sed iuxta exquiliarum macellum ec
cleſia conſpicitur ſancti Viti.quæ dicitur in macello:cui contiguus eſt triūpha
lis arcus:quem litteræ adhuc ſtantes indicant compoſitum honori Galieni im
peratoris futi:& teſte Plinio libro primo naturalis hiſtoriæ in exquiliis ædes ma
læ fortunæ:& ædes erant nepotis Plinii:ut ex epiſtola de morte Martialis appa
ret.Quin & alia pene innumerabilia:quæ omnia perueſtigare longum eſſet: &
impoſſibile.Sed nunc de quirinali & uiminali proſequimur:quos ob paruitatē
Varro colles & non montes appellat:dicens tertiæ regionis colles quinq;:ab de-
orum phanis appellati:e quibus nobiles duo colles:uiminalis a Ioue uimineo:
cuius ibi aræ ſunt:collis quirinalis a Quirini phano. Sunt qui a quiritibus q
cum Tatio curibus uenerunt romã:ꝙ ibi habuerint caſtra.hos duos colle: ſcri
bit Liuius in primo ab urbe : Seruium regem addidiſſe cum amplificandæ ur-
bi animum adiæciſſet:deinceps auxiſſe exquilias:inibique ipſum ut loco digni
tas fieret habitaſſe:aggeris foſſa & muro circundediſſe urhem.ſane quoq; ſcri-
pſit:is obeliſcus qui eſt in campo martio centum decem pedum eſt a Meroſide
inſcriptus:cui Diuus Auguſtus mirabilem addidit uſum ad Solis umbras de-
prehendendas:dierumq; ac noctium horas. conſtruxit & idem in cãpo martio

iuxta tyberim porticum:quæ teſte Iulio capitolino in uitã ultimi Gordiani mil
le pedũ erat:& ex oppoſito aliam ſimiliter mille pedũ æqualiter diſtãtes ad ſpati
um pedũ quingentorũ frequẽtatum undiq; uiridanti lauro myrtoq; & buxo &
in medio ſtratũ breuibus colunis altriſecus poſitis ad pedes mille:quod eſſet de
ambulatorium.ita ut in capite eſſet baſilicũ pedũ quingentorum. Cogitauerat
præterea eodẽ Iulio teſte cũ Myſitheo.ut poſt baſilicum thermas æſtiuas ſui no
minis faceret:ita & ut hyemales in principio porticus poneret: ſuoq; uſui eſſet.
Erat & ſimiliter in campo martio locus alius:quem ecuria: alii equiria uocita-
bant:de quo.M.Varro ſic ſcripſit eucuria ab equorum curſu dicuntur.Eo enĩ
die ludis currunt in martio campo.hæc ille.nam & locus ludorum & dies quo
agitabantur:ecuria dicebatur.de quo Oui.circa finẽ ſecundi libri faſtorũ inqt:
Iamq; duæ reſtant noctes de menſe ſecundo
Marſq; citos iunctis curribus urget equos:
Ex uero poſitum permanſit ecuria nomen:
Quæ deus in campo præſtituit ipſe ſuo:unde & nunc quoq; in campo martio:
& adhuc eccleſia cõſpicitˀ quæ ſanctæ Mariæ in ecuria uocitatur.Erat & tẽplũ
Iſidis:de quo uidimus in dictione Oſiris.fuit etiam in campo martio: & adhuc
conſpicitur columna intrinſecus cochlea : & extrinſecus multiplicibus rerum
geſtarum ſculpturis elaborata: honoriq; Aurelii Antonini Pii:teſte Sex. Ruffo
dicata.cuius imperatoris imago in illa talis conſpicitur:qualem in antiquis nu
miſmatibus cernere conſueuimus.Iuxta hanc columnam.ut multi uolunt:co
mitia:centuriata romani populi fiebant:quãdo ſcilicet tribus ad ſuffragia illic
reddenda citabantur.Quod ueriſimile eſſe uidetur:cum tumulus ſit poſt eam
uerſus occidentalẽ plagam:qui corrupte hodie accæptorum dicitur: ab antiqs
citatorum mõs uocabatur:hoc eſt eorum:qui poſtq̃ citati ſuffragia intra ſepta
cõtulerant:ne laturis ſe denuo imiſcerent ab aliis ſeparabantur & per pontem
qui ab ſeptis uſq; ad tumulum cõducebant diſcere cõſueuerant.De quo ponte
Suetonius in uita Cæſaris:ubi de conſiliis coniuratorũ in Cæſarem diſſerebat.
inquit primũ cunctati:utrũ ne in campo martio p comitia tribus ad ſuffragia
uocantẽ partibus diuiſis ponte deiicerent. Nã teſte eodem Suetonio impatores
nõnũq̃:ut unus de populo ſuffragia dabãt. Ait enĩ de Auguſto in illius uita :
quotiens magiſtratuũ comitiis interfuiſſet tribus cũ candidatis ſuis circuibat
ſupplicabatq; more ſolẽni.ferebat & ipſe ſuffragiũ in tribubus:ut unus e popu
lo.hæc ille.Comitii uocabulũ:ut qdã ferunt:& loco & actui cõmune fuit.hoc ẽ
a cõmunitate ubiq; dictũ eſt:Nonnulli uero alii comitium in ſingulari locum
eſſe dixerunt ꝓpe ſenatum:quo ire equitibus romanis:& populo romano lice-
bat.Comitia uero in plurali actionẽ eẽ creandorum magiſtratuũ.Vnde & iux-
ta palatiũ comitium fuiſſe:& Varro & Plutarchus oſtendere uidentur. ait enĩ
ſic Plutarchus in uita Romuli.quod ambo cucis Romulus.ſ.& Tatius ad pcu
tiendum foedus cõuenere:hucuſq; comitiũ uocant. Nam conſtat eodem Plu-
tarcho teſte eo in loco fuiſſe:ubi ſabini patrũ:& uirorũ animos cõciliauere. Sed
clarios id Varro demõſtrat.ait enĩ ante curiã hoſtiliã roſtra ſub dextera huius
comitio locus ſubſtructus.hæc illius uerba:ex qbus & his quæ ſupra narraui-
mus conſtat eum locum ad radices palatini fuiſſe:quod comitiũ in ſingulari
uocabãt.In quo forte priuatiora ſuffragia impendi conſueuerant.Nam ait ſic
quoq; Gellius i.xv.noctiũ atti.libro.Lælii fœlicis ad Quintum Mutium primo

ſcriptum ẽ:Labeonẽ ſcribere calata comitia eſſe:quæ pro collegio pontificũ ha-
berẽ:aut regis:aut flãminum iaugurandorũ cã:eorũ autẽ alia eſſe curiata alia
centuriata curiata p lectorem curiatũ calari.i.cõuocari:centuriata p cornicinẽ
Et ſubdit in eodẽ Lælii fœlicis libro.Hæc ſcripta ſunt:is q nõ uniuerſum popu
lum:ſed ptẽ aliquã adeſſe iubet:nõ comitia:ſed cõcilium edicere debet. Tribuni
autẽ neq; aduocant patricios:neq; ad eos referre de ulla re poſſunt. Ita ne leges
quidẽ ꝓprie:ſed plæbiſcita appellanˀ: quæ tribuniſplæbis ferentibus accæpta
ſunt:qbus rogationibus ante patricii nõ tenebantur:donec.Q. Hortenſius di-
ctator eam legem tulit:ut eo iure ꝙ plæbs ſtatuiſſet omneſq; quirites tenerẽtur.
Item in eodem libro hoc ſcriptum eſt:cum ex generibus hominum ſuffragium
feratur:curiata comitia eſſe: cum ex cenſu & ætate centuriata: cum ex regioni-
bus & locis tributa. centuriata autem comitia intra pomœriũ fieri nephas eſſe
qa exercitum extra urbem imperari oporteat:intra urbem imperari ius non ſit:
propterea centuriata in campo martio haberi:exercitũq; imperari præſidii cau-
ſa ſolitum:quoniam populus eſſet in ſuffragiis ferendis occupatus.hæc ille.Ex
quibus id quoq; intelligi poteſt:quod Liuius in.ii.ab urbe dixit:patres in cõcio
ne:quæ per annum durauit:effugere nõ ualuerunt:Quin uolero ex plæbe tri-
bunus reficeretur.cum rogationem tulerit ad populum:ut plæbei magiſtratus
tributis comitiis fierent.Nam nõ ſolum tribus quinq; ex his:quæ romæ eſſent:
ſiue intra mœnia:ſiue in ſuburbanis: & agro cõplexæ. ſed par prope numerus
ex italia ad ferenda ſuffragia comitiorum temporibus cõfluebanˀ.unde & Sue-
tonius in Auguſti uita. ſic inquit.Vrbe urbaniſq; rebus adminiſtratis italiam
duodeuiginti coloniarum numero deductarum refrequentauit: operibuſq; ad
uectigalibus publicis pluriſariam inſtruxit:etiam iure ac dignitate urbi quodã
modo pro parte aliqua adæquauit:excogitato genere ſuffragiorũ: quæ de ma
giſtratibus urbicis decuriones coloniei in ſua quiſq; colonia ferrent. Et ſub die
comitiorum obſignata romam mitterent.Quæ omnia Aſconius Pædianus Ci-
ceronis orationes exponens longo proceſſu explicauit:Et cum præter illas duo
deuiginti colonias pluribus aliis italiæ ciuitatibus ferendi ſuffragia ius fuiſſe cõ-
ſtenderit:Infra ſubdit.Cn.Pompeius ſtrabo pater.Cn.Pompeii magni tranſpa-
danas colonias non nouis colonis inſtituit : ſed ueteribus incolis manentibus
ius dedit latii:ut poſſent habere ius quod cæteræ latinæ coloniæ: id eſt ut petẽ
di magiſtratus iure ciuitatem romanam adipiſcerentur.Hæc illius uerba: quæ
ad comitiorum intelligentiam dicta ſufficiant.Iam de roſtris:quæ dixit Varro
ante curiam hoſtiliam fuiſſe uidendum eſt:de quibus Liuius in.viii.ab urbe lo
quens ait.Naues antiatum partim in naualia ſubductæ partim incenſæ:roſtriſ
q; earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit. Erant ergo roſtra in
foro locus ad palatini radices.unde ad populum loqui plurimum conſueuerãt
& a roſtris nauium ſic quoq; cognominatus.Ideo ait Seruius ſuper.viii. æneid.
Romanum forum eſt:ubi nunc roſtra ſunt.Præter hæc Varro locum aliũ eſſe
dixit:etiã nõ longe a comitio qui græcoſtaſis uocitatus fuit: dicens ubi natio-
num ſubſiſterent legati:qui ad ſenatum eſſent miſſi:hic græcoſtaſis a parte: ut
multa dictus eſt:hoc utputo intelligens quia græci cũ inter cæteros ad ſenatũ
miſſos ob philoſophiã & oratoriam digniores eſſe uiderentur a legatorum parte
hoc eſt ab ipſis græcis locus ubi omnes ſubſiſterent legati græcoſtaſis dictus eſt
Et ſubdit Varro de loco alio quod ſenaculum uocabant dicens:Senaculũ ſupra

græcoſtaſim ubi ædes Cõcordiæ:& baſilica opima ſenaculum uocatũ: ubi ſena
tus:aut ubi ſeniores cõſiſterẽt.hæc ille:de quo Valerius Maximus i.ii.libro me/
minit cũ dixit. Antea ſenatus aſſiduã ſtationem eo loci peragebat:qui hodie ſe/
naculũ appellat̃.Et puto ædẽ Concordiæ nõ longe a lacu curtio in eodẽ pala/
tino fuiſſe:cũ ſupra idẽ ipſe Varro rettulerit Curtiũ ut rapidiore curſu in hia/
tum ſe p̃cipitaret a concordia mouiſſe:hoc eſt a loco ubi poſtea Concordiæ tẽ/
plũ fuit.Nãq; aliã Concordæ ædem fuiſſe puto:quam Ouidius in primo faſto
rum lib.a Liuia Germanice matre ædificatam rettulit:cũ ait ad Germanicum.
Hanc tua conſtituit genitrix:& rebus & ara
Templaq; feciſti quæ colis ipſa deæ.Quã a Tiberio imperatore dicatã Suetoni/
us ſcripſit.Qui longe poſt Ciceronem : ad quẽ Varro de lingua latina ſcripſit.
Fuit & ſimiliter in radicibus palatini templum Ioui ſtatori a Romulo uotũ bel/
lo ſabinorum:eo.ſ.in loco ubi romani precibus Romuli:ac pudore cõmoti pu/
gnandi contra ſabinos animos & audaciam recuperarunt: atq; eo ĩ loco primũ
ſteterunt.faceret & ſimiliter non longe a tarpeia templum Romulus Ioui fere/
trio:ubi quercus erat paſtoribus ſacra : quem teſte Plutarcho ĩ uita Romuli ſic
appellauit ob illata uulnera in Acronem regem ceninenſium : quem ſingulari
certamine interemerat. Nam ut ait Plutarchus latini uulnus inferre ferire di/
cunt.cuius exuuias manibus propriis ipſe Romulus deportauit: & ad ſacrã pa
ſtoribus quercum depoſuit.ubi ab eo cõſtructo templo romani duces:ut idem
Plutarchus pergit non niſi de ſingulati prælio cæſis hoſtium ducibus ferebant
ſpolia:que uocabant opima:uel ab ope:ut dixit Varro: uel ab ope ut exiſtimat
Plutarchus:cũ ſit opus egregiũ:ac clariſſimum ducẽ belli parem ſibi ductorem
ſupare.unde Virgi.in.x.Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis.Quod qui
bus romanis ducibus contigerit:uidimus in dictione Acron.fuerunt & alia ro
mæ loca ab noſtris auctoribus nominantur expreſſa:ut carinæ ſubura: taber/
nola:uia ſacra:de quibus aliquod loqui Varrone duce uiſum eſt. hic libro.iiii.
de lingua latina innuere uidetur planum illud quod inter Marii trophæa & la
teranenſe palatium interiacet:tabernolam regionem cognominatam fuiſſe. A
quo uult Varro carinas incipere:& ĩ uiam ſacram deſinere: ita ut eam loca ubi
nunc eſt eccleſia ſancti Petri ad uincula:& uaſtiſſimæ ruinæ:quæ contra am/
phitheatrum coloſei adhuc cernuntur ſub carinis teneãtur: quæ etiã ſic quoq;
ab inhabitantibus:& tabellionibus nominantur.Quin & ibidem exquibuſdam
inſcriptionibus ueterem curiam fuiſſe coniectamur. In qua augures ſedem ha
bentes inaugurari conſueuerant.De qua Varro curiæ inquit duorum generũ
ubi curarent ſacerdotes res diuinas:ut curiæ ueteres : & ubi ſenatus humanas:
ut curia hoſtilia:& alia in loco idem Varro curare a cura dictum:& cura quod
cor urat:curia ubi ſenatus rempublicam curat.& illa ubi cura ſacrorum publi
ca.at uia ſacra a curia ueteri incipiens:ſecus amphitheatrum coloſſei ad ſeptẽ/
trionem plagã uergens:ſubtus Titi & Veſpaſiani arcus:uſq; ad proximam capi
tolii arcem p̃ducebat.Et inde dictam dixit Varro:ꝙ per eam ab arce ideſt a capi
tolio ad augures ſacra quot menſibus ferebantur. Et ſubdit ſacræ uiæ partem
ſolam tunc fuiſſe uulgo notam:quæ eſt a foro eunti primo cliuo:Vnde ait Li/
uius in ſecundo ab urbe uicus romæ erat qui uia ſacra dicebatur. Et Horatius
in primo ſermonum.Ibam forte uia ſacra ſicut meus eſt mos.Quare & recte Pe
trus bibliothecarius ſcripſiſſe uidetur: Foelicem ſummum pontificem eo noĩe

tertium feciſſe eccleſiam ſanctorum Coſmæ & Damiani uia ſacra in templo Ro
muli in hac quia iuxta forum romanum erant:fructus & poma ueditabant̃:
dicente Ouidio in primo de arte amandi:
Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa
Illa uel in ſacra ſint licet empta uia.Iu huius ſummo teſte Liuii poſita fuit eque
ſtris ſtatua in honorem Chlœliæ.uirgo.ſ.inſidens equo.Suburam uero inde di/
ctam Varro affirmat.quod ſub muro terræ carinarum fuit. Et ſubdit ſub ura
Iunius ſcribit ab eo quod fuerit ſub antiqua urbe . Cui teſtimoniũ põt eſſe qd̃
ſubeſt loco q terreus murus uocatur.Quare ait Iuuenalis in.v.ſatyra de tyberi/
no quodam ignobili piſcem:Et ſolitus mediæ cryptam penetrare ſuburæ.
Nam tota adiacens regiuncula ab ea crypa quæ uſq; in tyberim protendebatur
ſubura cogminata fuit.Vnde & Petrus bibliothecarius diuit beatum Gregoriũ
conſecraſſe gothorum eccleſiam:quæ eſt in ſubura ſub nomĩe uirginis Agathæ
Et ut ſcribit Suetonius in uita Cæſaris.habitauit primo Iulius Cæſar in ſubu/
ra modicis ædibus.Poſt autem pontificatum maximum:in ſacra uia domo pu/
blica.Et Plinius libro.xix.Cæſar inquit dictator totum forum romanum.uiam
q; ſacram ab domo ſua in cliuum uſque capitolinum in munere gladiatorio lin
teis contexuit.Fuitque ea domus quam Octauianus Auguſtus teſte Suetonio
ſumptuoſe nimis a Liuia ornatam ad ſolum uſque dirui fecit. In cuiuſque a/
rea porticus Liuia cognominata: poſtea ſtructa fuit. de quo Ouidius libro fa/
ſtorum ſexto.
Diſce tamen ueniens ætas ubi liuia nunc eſt.
Porticus immenſæ tecta fuiſſe domus. Ad quam deinde porticum teſte Plinio
Veſpaſianus pacem ſuam ædiſicauit.Erat & non longe a ſubura: & carinis pa/
gus dictus ſuccuſanus.Cuius tertiam litteram non cum.b.ſed.cum.c. ſcriben/
dam dixit Varro:qa eo dictus eſt:quod ſuccurrit carinis. Erat & inſuper romæ
ſub capitolio ad eam partem:quæ in Lucii Septimi Seueri arcum triumphaleꝫ
cõuerſa ẽ:nõ longe a foro bouario uicus:qui iugalis a iugis boum: quæ inibi fi
eri cõſueuerant cognomĩatus eſt.De quo Liuius in bello macedonico inqt ſa/
xum ingens ex capitolio in uicũ iugarium p̃cidit:& multos oppreſſit. legimus
& in Liuio li.iiii.ab urbe æqmelio:quod cũ.æ.diphthõgo in prima ſcribitur:qd
romæ fuerit.Nã cũ factã cædẽ Spurii Melii ex equeſtri ordine ob regnũ cõcu/
pitum ſcripſiſſet:addidit nec ſatis eſt eius ſanguĩe expetitũ: niſi tecta parieteſq;
intra quæ tantum amentiæ cõcæptum eſſet diſſiparent̃: bonaq; cõtacta preci/
is regni mercandi publicarent̃:Iuſſere itaq; quæſtores uendere ea bona: atq; in
publicũ redigere.Domũ deinde:ut memoriæ area eſſet oppreſſæ nephariæ ſpei
dirui ex tẽplo duxerunt.Id æqmelium appellatũ eſt.Itaq; ait Varro in.iiii. de lĩ
gua latina:Aequimeliũ ꝙ æquata Melii domus publicũ ꝙ regnum occupare
uoluit.Et ſubbit is locus ad buſta gallica ꝙ roma recupata gallorũ oſſa:q poſſe
derant urbum:ibi coaceruata ac cõſepta ſunt.Sed iam de ueliis quæ in plurali
& ſingulari efferuntur:uidendũ eſt.de quo Liuius in.ii.ab urbe cum de Vale/
rio Publicola primo cum Bruto conſule loqueretur. Quod ædificabat in ſũma
uelia alto & munito loco domum:ut arcem inexpugnabilem:quam ob ſuſpitio
nem regni demolitus in infimo cliuo reædificauit.de qua Varro cum palatiuꝫ
a balatu ouium deſcripſiſſet:Inquit huic germalium & uelias coniunxerũt. Et
infra ſubdit:Veliæ unde eſſent plures accæpi cauſas:in quibus cũ ibi paſtores

palatini ex ouibus ante tonſuram inuẽtam uellere lanâ ſint ſoliti : quaſi dicat a
uellendo ueliá collam quendá dictũ:qui cum germalio alio colle palatio ꝑ ag-
geres cõiunctus fuit.De inſula uero quæ in medio tybridis inter urbem & iani
culũ adhuc cõſpicitur:ſcribit Liuius in.ii.ab urbe:poſtq̃ cõſecratus Marti Tar
quiniorũ campas fuit : forte ibi tunc ſeges farris dicitur fuiſſe maturæ meſſis:
quẽ campi fructũ quia religioſum erat cõſumere deſectam cum ſtramento ſege
tem magna uis hominũ ſimul immiſſa corbibus fudere in thyberim tenui fluẽ
tem:a qua ut mediis caloribus ſolet.ita in uadis hæſitantis frumenti aceruos ſe
diſſe illitos lino. Inde inſulam paulatim & aliis quæ fert temere flumen eodem
uectis factam.Poſtea credo additas moles manuq; adiutum:ut tam eminẽs ara
firmatq; templis quoq; ac porticibus ſuſtinendis eſſet hæc ille. Ea autem in in-
ſula duo fuere templa Iouis & Aeſculapii nepotis ex phoebo.De quibus Ouidi-
us libro faſtorum primo inquit:

Quod tamen ex illis licuit mihi dicere faſtis
Sacrauere patres hoc duo templa die:
Accæpit phoebo nymphaq; coronide natum
Inſula diuidua quam premit amnis aqua.
Iuppiter in parte eſt:cœpit locus unus utrunq;
Iunctaq; ſunt magno templa nepotis auo.

Inſuper & de ærario romano uidendũ eſt. De quo Macrobius in ſaturnálibus
libro primo ſcribit:Romani ædem Saturni ærarium eſſe uoluerũt: quod tẽpo-
re quo italiam incoluit:fertur in eiꝰ finibus nullũ furtuȝ eſſe cõmiſſum. Aut
quia ſub eo nihil erat cuiuſq̃ priuatum.nec ſignare ſolum:aut partiri limite cã-
pum Fas erat in medium quærebant:ut ait Virgili.ſimiliter & Feſtus ærarium
inquit populus romanus in æde Saturni habuit:Ideo inquit præfatus Macro-
bius apud eũ locabatur populi pecunia cõmunis:ſub quo fuiſſent cunctis uni
uerſa cõmunia:In eo etiam teſte Seruio ſup.ii.georgi.reponebantur acta : quæ
ſuſcæptis liberis faciebãt parentes.Iuuenalis in ſatyra Neuole: Nullum ergo me
ritum eſt ingrate ac perfide nullum:

Quod tibi filiolus uel filia naſcitur ex me
Tollis enim:& libris actorum ſpergere gaudes
Argumenta uiri.Varro libro.iiii.de lingua latina ueſtigiũ inquit etiá nũc ma-
net in æde Saturni.Quod etiá nunc propter penſurá trutiná habet poſitá:æra
rium ab eo appellatũ.Et fuiſſe uidetur in faucibus capitolii. Ná ut ait Seruius
ſup.ii.æneidos:ubi dixit Virgi.Sanguine placaſtis uentos:& uirgine cæſa. Ore
ſtis oſſa ab aritia romá tranſlata ſunt & condita ante templũ Saturni: quod eſt
ante cliuũ capitolii iuxta Cõcordiæ templũ.Vnde Macrobius habet inquit Sa
turnus aram & ante ſenaculũ illic græco ritu capite aperto res diuina fit: quia
primũ a pelaſgis:poſtea ab Hercule ita eam a principio factitatá putant Fuit &
romæ locus,qui pro caſtris habebatur:quẽ primus omniũ principum Octauia
nus Auguſtus inſtituit:nõ alia ut putat ratione:q̃ ne milites uagi : & ꝑ urbem
diſperſi rapinis tumultu cõtentionibus ciuitatẽ redderẽt inquietam.Nam poſt
uictoriá partẽ de.M.Antonio de Cleopatra imperio quiete potitus inter multa:
quæ prudentiſſime egit binam inſtituit claſſem:unam apud miſenũ lucaniæ
portá:quæ italiæ inſulas oramq; galliarũ maritimá hiſpanias aphricáq; mauri-
taniaſq; & ſeptemtrionalis oceani plagam tutaretur. Alteram apud rauennam

in loco nunc candiano.In quo poſtea claſſenſe oppiduȝ fuit. Cuius claſſis ꝑtes
tutarẽtur ſinus maris adriaci:illyrici:dalmatiæ:epiri:græciæ:thraciæ:põti:mæ
otidis & aſiæ in noſtrum mare uergentis atq; ore ægypti neceſſitatibus ſubueni
rent.Quorum multitudo cum nõnunq̃ romæ uocaretur.In ianiculo caſtra ra
uẽnatibus Auguſtus ipſe ſtatuit:ex quo regio tranſtyberina abinde quandoq;
urbs rauẽnatiũ dicta fuit.At miſenatium ꝑegrinorũq; militum in cælio monte
caſtra locauit.Poſt Auguſtum Tiberius ꝑnitioſiſſimá libertati romanæ atq; etiá
impio rẽ exorſus eſt.Ná teſte Suetonio caſtra romæ cõſtituit:q̄bus prætorianæ
cohortes uagæ ante id tempus:& ꝑ hoſpitia diſperſæ cõtinerentur .Cuius tyrá
nidis fomes locum habuiſſe in ſuburbiis uiæ appiæ: ubi nunc eccleſia ẽ ſancti
Sebaſtiani nõnulli cõiectantur.Et prima horum tyránis in aſſumptione Clau-
dii ad imperium apparuit:ut præ cæteris hiſtoricis Ioſephus approbatiſſimus
auctor in libro de captiuitate iudaica late deſcripſit. & poſt illum breuiteer Sue
tonius tetigit in ipſius Claudii uita. Idemq; in morte Galbæ:& nouo Othonis
imperio contigiſſe:& acre prælium in circo maximo capitolioq;:& palatio cum
militibus prætorianis fuiſſe oſtendit.Et tandem intantum ꝓceſſit prætoriano
rum militum auctoritas ſiue temeritas:ut quẽ uellent imperatorem facerent:&
factum imperio deturbarent.Vnde Helius Lampridius in uita Heliogabali ar-
bitrium uitæ ac necis in præterionis fuiſſe oſtendit:ait enim in caſtris milites p̃
canti p̃fecto dixerunt ſe parſuros eſſe Heliogabalo:ſi & ĩpuros homines & auri-
gas ab ſe dimoueret: atq; ad boná frugem rediret. Scribit & Iulius capitolinus
ædem fuiſſe in prætorianis caſtris:in quá ſenatus aliquãdo uocari cõſueuit: p̃-
ſertim cum de abrogãdo alicui impio agendũ eſſet.Nãq; eo in loco Maximis pa
tri & filio abrogato impio Gordiani duo pater itẽ & filius declarati ſunt Augu-
ſti:& in uita Pupieni:& Balbini impatorũ quãtum caſtra prætoriana urbi offu
erint idẽ Capitolinus oſtendit dicẽs.Maxio q̄dem ad bellum ꝓfecto:romæ præ
toriani remanſerunt. Inter quos & populum tanta ſeditio fuit:ut ad belluȝ ue
niretur inteſtinum:romæ ꝑs maxia incẽderetur: tẽpla fœdorẽtur: omẽs plateæ
cruore polluerẽtur. Et infra ſubdit interea romæ iterum ſeditiões íter populuȝ
& milites ortæ.ut nec cum edicta ꝓponeret Balbinus audiretur Veterani ſe i ca
ſtra p̃toriana cõtulerunt cum ipſis p̃torianis.quos cœpit populus obſidere. nec
unq̃ ad amicitiá eſſent reducti:niſi fiſtulas aquarias populus incidiſſet. Idẽ Iu-
lius eorundem impatorum uitæ exitum narrans.hæc in uerba ꝓſeq̄tur.Illis cõ
tendentibus milites ſuparunt:atq; eos nudatos ãbos ueſtibus regalibus de pala
tio cum ĩiuriis p̃duxerunt:& ꝑ mediá ciuitatẽ ad caſtra raptare uoluerunt ma
gna ex ꝑte laniatos. ſed ubi cõpertum ẽ germanos ad defenſionẽ illorum ſupue
nire ãbos occiderunt:in itinere medio reliquerunt.Inter hæc Gordianus Cæſar
ſublatus a militibus impator eſt appellatus Auguſtus.Et idem Capitolinus ſe-
natus cõſultum inq̄t de impia Valeriani principis optimi i prætorianis caſtris
factum fuit.Et multa quæ de his diuerſis in locis leguntur:q̄bus oſtenditur p̃-
toriana caſtra grandẽ peſtẽ libertati romanæ:atq; impio intuliſſe.Pontes etiam
romæ ſup thyberim fuiſſe legimus & uidimus.quorum nomina cum ſuis cau
ſis adhuc ſatis cõperta nõ habemus.Scribit tamẽ Liuius in.i.ab urbe pontẽ ſub
licium ab Anco Martio cõſtructuȝ fuiſſe.q teſte Pli.ligneus ꝓrſus:& ſine ferreo
clauo prius fuit:ita diſpoſitus cõtignatione:ut eximerentur trabes:ſine fulturis
ac reponerentur:quod quidem ſic facere religioſum erat.Poſtq̃ Horatio Coclite

defendente ægre reuulſus eſt. Sed teſte capitolino illũ Antoninus Pius impera-
tor marmoreũ fecit. hunc eundem ipſum eſſe nonnulli putant: qui ad radices
auentini demolitus aſpicitur. Alii quibus adhæreo eum illum eſſe uolunt: qui
nunc ſanctæ Mariæ pons uocitatur. Iſq; ad tranſitum eius temporis urbi; cõ-
modior eſſe uidetur. Sicq; uel huius uel alterius nomen ignoratur. Nõnulli ue-
ro putant eum: qui eſt ad radices auentini: æmilium dictum fuiſſe. Alii illum
qui iam dicitur pons mollis in uia tyburtina æmiliũ olim uocitum aſſerũt: his
aliis ſuper inductus eſt pons: qui Iouis inſulam uerbi coniungit. quem. Q. Le-
pidum &. M. Curium ædiles ſtruxiſſe titulus in marmore exciſus oſteudit. Cũ
uero qui ad ianiculum inſulam applicat: Valentinianum ſuperiorem & ualen-
tem ſtruxiſſe ſimilis titulus indicat. Alius fuit qui ad ianiculum etiam & portã
aureliam maxime doferebat: qui aurelius ſimiliter uocabatur Cui iam demoli-
to rupto nomen eſt. Alius fuit pons triumphalis portæ cõiũctus: qui & ipſe no
men a triumphis: qui p illũ agebantur accæpit. Proximus pons eſt huic Hadri-
ani: caſtello ſeu mætæ cõiũctus: qui & ſancti Angeli uocitatur. eſt etiam ſupra
flumẽtanam portã ĩ uia flaminea extra urbẽ pons alius. q miluius neſcio a quo
denomiat̃. Arcus triũphales fuiſſe romæ q̃plurimos & legimus & conſpicimus
ſed quoſdã dirutos: quoſdã ruinis cooptos: quoſdam etiam nouis ædificiolis ab
aſpectu hominũ ſemotos. Integrũ pene illũ cõſpicimus: qui Flauii Cõſtãtini fu
it iuxta amphitheatrũ coloſſei. Cui talis inſcriptus eſt titulus. Imp. Cæſari Flu-
uio Cõſtãtino Maxĩo Publii filio Auguſto ſenatus populuſq; romanus. Quod
inſtictu diuinitatis mentis magnitudine cum exercitu ſuo: tam de tyranno: q̃
de omni factione uno tempore iuſtis rẽpublicam ultus eſt armis. arcũ triũphis
inſignẽ dicauit. Alium ſimiliter pene integrũ Lucii Septimi iuxta ſanctũ Hadri
anum ſub capitolio cernimus: ĩ quo talis ſtat titulus. Imp. Cæſ. L. Septimo. M.
F. Seuero Pio pertinaci auo patri patriæ parthico arabico & parthico adiabeni-
ca Põti. maxi. trib. poteſtatis. xi. Imp. xi. Cos. iii. procos. Et Imp. Cæſ. M. Aurelio.
L. F. Antonino Aug. Pio foelici trib. pot. vi. procos. P. P. optimis fortiſſimiſq;
principibus ob rem. p. reſtitutam imperiunq;. ro. propagatum inſignibus uir-
tutibus eorum domi foriſq;. S. P. Q. R: Vidimus & alium ſe midirutum iuxta
palatium & templum Pacis in uia ſacra: in quo hæc quoq; inſcripta ſunt uer-
ba. S. P. Q. R. Diuo Tito Diui Veſpaſiani. F. Veſpaſiano Aug. Et licet etiam in
hoc arcu ex uno quidem latere: ipſum Titum triumphantem in curru a quat-
tuor equis ducto conſpicere: ex altero uero latere uaſa templi: & candelabrum
illud ditiſſimũ ſeptẽ ramorũ: tãq̃ ante currũ Titi portarentur inſculpta. De q-
bus Ioſephus libro. vii. de bello iudaico deſcribẽs Titi triũphũ ſic ait. Spolia ue-
ro alia qdẽ paſſim ſequebantur. Eminebãt autẽ ante duces ea quæ apud hiero-
ſolymã in tẽplo repta ſunt. Mẽſa aurea ponderis talenti magni: & candelabrũ ſi
militer qdẽ auro factũ: ſed opere cõmutato ab uſu noſtræ cõſuetudinis. Nã me-
dia qdẽ colũna baſi hærebat. tenues autẽ ab eo cãnulæ pducebantur formatæ
ad ſimilitudinẽ fuſcinæ: & in ſũmo quæq; in lychnis ſpeciẽ fabricatæ erant nu
mero ſeptẽ ſeptimi diei: qui apud iudæos ẽ indicãtes honorẽ. uel ut idẽ auctor
alibi dixit ſtellas errãtes ſignificabant. Et ſubdit poſt hæc aũt portabatur lex iu
deorum nouiſſima ſpoliorũ. Et poſtq̃ totũ triũphũ deſcripſit infra ſubdit: Ve-
ſpaſianus pacis tẽplũ ædificare decreuit. Itaq; mira celeritate: & quæ hominum
cogitatiões ſuparet effectũ ẽ. magna enĩ diuitiarũ largitate uſus: inſup perfectis

id picturæ: ac figmentorum opibus exornauit. Omnia nanq; in illud phanum
colecta ſunt ac depoſita: quorũ uiſendorũ ſtudio p totã orbẽ: q ante nos fuerũt
homines uagabant̃: quomõ aliud apud aliud ſitum eſſet uidere cupientes. Hic
autẽ repoſuit etiã quæ iudeorũ fuerunt inſtrumẽta his ſeſe magnifice ferẽs. Le
gẽ uero erorũ & penetralium uela purpurea in palatio cõdita ſeruari præcepit.
Hieronymus ſimiliter ſup Iohelẽ Veſpaſianus inqt: & Titus romæ tẽplo Pacis æ
dificato: uaſa tẽpli hieroſolimitani: & uniuerſa donaria in delubro illius cõſecra
runt. q ut ſubdit græca & romana narrat hiſtoria. Eſt & alius arcus iuxra eccle
ſiam ſancti Georgii. In quo talis eſt inſcriptio. Impato. Cæſa. L. Septimo Seuero
Pio ptinaci. Aug. Arabic. Adeabenic. Parth. M. fortiſſio fœliciſſimo põt. maximo
treb. poteſt. xii. Imp. xi. Conſ. iii. patri patriæ. Et Imp. Cæſ. M. Aurelio Antoni-
no Pio fœlici. Aug. trib. pot. vii. Cos. iii. P. P. pcos. fortiſſimo fœliciſſimoq; prin-
cipi & Iuliæ Aug. matri Aug. ii. Et caſtrorum & ſenatus & patriæ. Et Imp. Cæſ.
M. Aurelii Antonini Pii fœlicis Aug. parthici maximi britãnici maximi argen-
tarii: & negotiantes boarii huius loci deuoti numini eorum. Cernimus & arcu3
alium in macello. quem ſupra Galieni imperatoris fuiſſe diximus. Quin & alios
q̃plures: quorum inſcriptiones & tituli ſunt demoliti: Quidam tamen diuinare
uolunt arcũ illũ: qui in uia flãminea iuxta eccleſiam beati Silueſtri: & Laurẽtii
ĩ Iucina conſpicit̃. Domitiani prĩcipis fuiſſe: a quo licet tituli & marmoreæ cru
ſtæ ablatæ fuerunt. In una tamen quæ reſtat Domitianum eum ſculptu3 eſſe
uolunt: qualis a Suetonio deſcribitur. ſed tunc ſedentem dormientemq; & Mi-
neruam. quam ſuperſtitioſe colebat ſomniantem excedere ſacrario: negantemq;
ſe ultra eum tueri poſſe: q exarmata eſſet a Ioue. fecit etiam Claudius teſte Sue
tonio Tiberio marmoreum arcum iuxta Pompeii theatrum: decretum quidem
olim a ſenatu tamen obmiſſum pægit. fuerunt & romæ templa phanaq; admi-
randa: & ſacalla pene innumera: ut templum Iouis capitolini cum his quæ ſu-
pra rettulimus. Templum Iſidis in campo Martio: ut uidimus in dictiõe Oſiris
Cuius reliqas quaſdã porticus & marmoreas colũnas inter Antonini columnã
& pantheon cõſpici qdã uolunt. quæ phani ipſius magnitudinẽ & pulchritudi
nẽ aliquãtulũ argumẽtari uident̃. Nec inde longe ex antiqs ædificiis tẽplum p
magna pte integrum cõſpicitur. qd' pãtheon cũ. th. aſpirato ab hiſtoricis cogno
minatur. Quod mea quoq; interpretatione ſummũ deorum indicat. Nam πᾶν
denotat omne: quod ſane in ſimilibus ſæpe cõperi ad ſummum ſpectat: & θεῶν
deorum. Vnde ait Pli. li. xxxvi. natu. hiſto. pantheon Ioui ultori ab Agrippa fa
ctũ fuit. Dion uero hiſtoricus græcus pantheon dictum ait ſiue q in Martis Ve
neriſq; imaginibus ſub ipſo tẽplo cõſtitutis omniũ deorum imagines effictæ e-
rant: ſiue ut potius arbitrari uidetur: q templum ipſum rotundũ ſit: cæloq; p-
ſimile: & ſic quoq; omnium deorum habitatio cenſeatur. Sed quod ab Agrippa
factum fuerit: oſtendit etiam idẽ. Plinius in. xxxiiii. eiuſdem operis cum ait: Sy-
racuſana ſunt in pantheo capita columnarum poſita ad id idem titulus in frõ-
tiſpicio templi ſic indicat. M. agrippa. L. F. conſul tertium fecit. Deinde ab Ha-
driano inſtauratum fuiſſe Spartianus in eius uita atteſtatur. Quin & poſt hãc
inſtaurationem aliam a. L. Septimo: &. M. Aurelio Antonino minores litteræ:
quæ in eodem frontiſpitio leguntur indicare uidentur: quæ in eodẽ
fuiſſe etiam ſimulachrum Veneris oſtendit Macrobius in ſaturnalibus dum
magnitudinem eius unionis deſcribit: quem in auribus Cleopatra geſtabat.

Cuius magnam partem per acetum cõſumpſerat in conuiuio:quo. M.Anto-
nium ſumptibus ſuperare cõtendebat.Sed qui ſuperfuit uicta regina : & capta
ægypto romã delatus diſſectuſq; eſt.Et facta ex una margarita duæ impoſitæq;
ſimulachro Veneris:ut monſtruoſæ magnitudinis conſpiciuntur in tẽplo: qđ
pantheon dicitur.Fuitq; & templum pacis Veſpaſiani opus:de quo paulo ante
uidimus.Nec in tota urbe alterius ædificii ruinæ ſpectabiliores admirabilioreſ
q; cernuutur.Præter hæc & aquæ ductus multiplices & admirandi romæ fue-
runt:qui aquas in urbem teſte Frontino:qui de his proprium librũ ad Neruaȝ
imperatorem ſcripſit:uarie cõducebant:quas omnes Sextus Ruffus: qui poſt il
lum fuit indeſcripſionibus ſuis:unde uiginti cõnumerat uidelicet : traianam:
anniã:atticam:martiam:claudia:cæruleã:iuliam:auguſteã:appiam:algẽtianã:
cyminiã:ſabatinã:aureliã:damnatam:uirgineã:tepulã:ſeuerianam: antonianã:
alexandrinã:quæ uel a cõditoribus ut traiana:annia:martia:& plures aliæ:uel
a locis unde ducũť:ut cyminia:uirginea:cærulea:& aliæ nõnulle nomẽ aſſũp
ſere.Virgi.vii.Et cymini cũ mõte lacũ.De martia ſic inquit Pli.lib.xxxvi.natu.
hiſto.dicãtur nunc uera æſtimatiõe inuiſa:alibi miracula. Q. Martius iuſſus
ſenatu aquarũ anienis ductus reficere nouã a noĩe ſuo appellatã. Cuniculis p
mõtes actis intra præturæ ſuæ tẽpus adduxit Agrippa in ædilitate ſua adiecta
uirginea aqua cæteriſq; corriuatis:atq; emẽdatis lacus ſeptigentos fecit.hec ille
ob quæ puto.ſubiratũ reſpõdiſſe Augnſtũ:romanæ plæbi uinum petenti. Cũ
apud Suetonium ait tot aquas introduxit Agrippa gener meus & uinũ quæri-
tis.Sed nõ longe poſt pſequiť Plinius uicit antecedẽtes aquarũ ductus nouiſſi
mum impendium opis incohati a.C.Cæſare:& pacti a Claudio.Quippe lapide-
am excelſitatẽ oẽs urbes & mõtes æquãtem:ut lauacra impleret curtios atq; cæ-
ruleos fõtes adductos.Erogata in id opus talentum quingenta ſexaginta milia
Et pſequiť idem Pli.Siquis aquarum abundãtiã ĩ publico balneis: piſcinis: eu
ripis:domibus:hortis:ſuburbanis uillis:ſpatiaq; uenietiuȝ: extructos arcus mõ
tes pfoſſos:cõuallas æquatis.fatebiť nihil magis mirandũ fuiſſe ĩ toto orbe ter
rarum.hæc ille:quæ ſiquis latius noſcere cupit legat Frontium de aquæ ducti
bus ad imperarorem Neruam.cuius tempore ob aquarum copiam urbem dicit
a ueteri infamia purgatã:quæ tribus menſibus anni dicebatur peſtilẽs. Fuerũt
& romæ thermæ theatraq; & amphitheatra.de quibus in propriis dictiõibus ui
dimus:uidebimuſq;.Sed quia nonnullis dubium eſt ubi nam fuerit domusNe
ronis:quæ aurea dicta fuit:de illa quæ noſtri auctores ſcripſere referendum ex
planandũq; duximus.De qua primum Suetonius in illius uita ſcripſit domuȝ
dicens a palatio exquilias uſque fecit Quam primo trãnſitoriam : mox incẽdio
abſumptam reſtitutamq; auream nominauit.De cuius ſpatio atq; cultu ſuffe-
cerit hæc rettuliſſe.Veſtibulum eius fuit in quo coloſſus centum uiginti pedũ
ſtaret.Ipſius effigies tanta laxitas:ut porticus triplices militarias haberet. Item
ſtagnum maris inſtar circũſpectum ædificiis ad urbium ſpeciem rura inſuper
aruis atq; uinetis: & paſcuis ſiluiſq; uaria cum multitudine omnis generis pe-
cudum atque ferarum.In cæteris partibus cuncta auro lita diſtincta gemmis
unionumq; conchis erant:cœnationes liquiate tabulis eburneis uerſatilibus:ut
flores fiſtulis & unguenta deſuper ſpargerentur:præcipua cœnationum rotun
da:q̄ perpetuo diebus ac noctibus uice mundi circumagerentur Balneæ mari
nis albulis fluentes aquis eandem domum cum abſolutam dedecaret hactenus

comprobauit:ut ſe diceret:quaſi hominem tandem habitare cœpiſſe.hæc Sueto
nius.De eadem Cornelius Tacitus ubi incendium romæ deſcripſit:ſic inquit.
Eo tempore Nero Antii agens nõ ante urbem regreſſus eſt:quæ domui qua pa
latium & Mecennatis hortos continuauerat ignis appropinquaret.Neq; tamen
ſiſti potuit quin & palatium & domus & cuncta circum haurirentur: & infra
ſubdit.Cæterum Nero nixus eſt patriæ ruinis extruere domum. In qua haud
proinde gemmæ & aurum miraculo eſſent ſolita pridem & luxu uulgata: quã
arua & ſtagna & in modum ſolitudinum hinc ſiluæ & apta ſpatia & proſpectus
Itaq; teſte Plinio in.xxxiii.natu.hiſto.apparatus fuit aureæ domus ambientis
urbem.Et in.xxxiiii.de eadem inquit.In aureæ domus Neronis ſolariis aues ex
argento mirabili opere ſculptæ fuerunt.Et libro.xxxvi.dixit Eam in domũ Ne-
ronem incluſiſſe ædem fortunæ:quæ ex lapide pheginide tranſlucens ædifica
ta foribus clauſis claritatem diei intus haberet.Verum hæc domus a ſequenti-
bus deinde principibus diruta fuit:& uaria deſuper ædificia cõſtructa. Inter q̄
amphi theatrum id fuiſſe accæpimus:quod coloſſeum a Neronis coloſſo uoca-
mus:dicente Martiale:Hi ubi conſpicui uenerabilis amphitheatri. Erigitur mo
les ſtagna Neronis erant.In eadem domo ſuperædificatæ fuerunt & thermæ:di
cente eodem Martiale:Hic ubi miramur uelocia munera thermas & reliq̃ : quæ
uidimus in dictione amphitheatrum: & dictione coloſſus . Nam quia colloſſus
ille Neronis relictus fuit:qui ſtabat in porticu domus aureæ:& iuxta illum am
phitheatrum conſtructum fuit dicta eſt moles tota coloſſeum:Ex quo ſane Ne-
ronis coloſſo:ut ſcribit Helius Lampridius in uita Cõmodi Antonini Neronis
caput Comodius abſtulit:& ſuum ſuperimpoſuit:ac tituluȝ more ſolito ſubſcri
pſit:& certe apud lateranenſem eccleſiam nõ longe ab amphitheatro caput grã
de æneum etiam nunc aſpicimus:quod Cõmodi fuiſſe ex numiſmatum imagi
ne depræhendimus:ob quod nõnulli id eſſe putãt:quod ipſe ſpurciſſimus Cõ-
modus capiti flagitioſiſſimi Neronis ſubrogauit.Cõſpicitur & hoc tempore mo-
les:nõ longe ab arcu Conſtãtini:& amphitheatro coloſſeo:hoc eſt ãte beati Gre-
gorii monaſterium:quam a nonnullis ſeptizoniuȝ:ab aliis ſeptodium uocari le
gimus.Nam cum magna ex parte demolita ſit:tres adhuc in illa colũnarum or
dines inuicem ſuperimpoſitos hoc tempore uidemus.Hanc quoq; molem Seue
ri Aphri imperatoris ex Helio Spartiano fuiſſe depræhendimus. Ait enim de illo
loquens opera eius publica romæ præcipue extant. Septizonium & thermæ ſe-
uerianæ.Et paulo infra ſubdit:cum ſeptizonium faceret nihil aliud cogitauit.
q̄ ut ex aphrica uenientes ſuum opus cernerent:& medium ſimulachrum eius
locatum additum palatinis ædibus.Is regium arcum ab ea parte facere uoluiſ-
ſe perhibetur:quod etiam poſt Alexander cum uellet facere ab aruſpicibus dici
tur eſſe prohibitus:cum hoc ſciſcitans non litaſſet. Iulius uero Capitolinus in
Antonini Getæ uita:qui eius Seueri filius fuit non ſeptizonium: ſed ſeptodiuȝ
dixit:Nam de Antonino locutus inquit.Illatus eſt maiorum ſepulchro: hoc eſt
Seueri:quod eſt in uia appia euntibus ad partem dexteram ſpecie ſeptodii ſtru-
ctum:quod ille ſibi uiuens ornauerat.hæc ille.Quæ ſane uocabula deriuationẽ
græcam detinent.Ita ut uel ſeptẽ zonarum ædificium fuiſſe dicatur: uel ſepteȝ
uiarum hoc eſt per illas zona incedentium:ut iam conſpici libet.

Abacus cū.c.exili ſcribiť:fuit teſte Herodoto lib.hiſtoriarū
ii,æthiopum rex:qui Anyſim ægypti regem fugauit:& illi
us regnū quinquaginta annis obtinuit.

Sabyllus cū.y.græco & duplicato.l.ſcribitur:fuit teſte He
rodoto lib.hiſtori.vi.Gelæ uerbis ſiciliæ tyrannus:poſtq̄.ſ.
interfecit Cleandrum parernei:qui tyrannidem prius ſep
tem annis occupauerat.

S abini cū.i.latino ſcribiť:fuerunt teſte Pli.in.iii.natu.hiſto.populi in italia a re
ligione & cultu deorū:quaſi ſeuini cognominati. Nam σέβομαι græce diciť la
tine colo:uel ueneror. hi teſte Plutarcho in uita Romuli ciuitates ſine moeni
bus incolebant:ut priſcā illā lacedæmoniorū cōſuetudinē referrēt. Vnde in ea
quæ romanæ urbi ꝓpinqua ſunt colonias:deinde deduxerunt tanq̄ nullū aliū
aduerſum populum ob animi magnitudinē ꝑtimeſcerent. Ideoq; cum diceret
Virgi.in.ix.Tacioq; ſeni curibus ue ſeueris:īquit Seruius ideo dixit Seueris qđ
cum filias ꝑdiderint ceninenſes:antēnates:cruſtumeri:& ſabini cæteris primū
quieſcentibus : ſoli ſabini bella ſumpſere. Hi aduerſum nouos maritos licenter
plurimum ſcōmatibus iocabantur. Quod Luc.in.ii.tetigit cum ait: Nec ſoliti
luſere ſales nec more ſabino.

Excæpit triſtis cōuicia feſta maritus.Et a ſabino ſabellus deducitur.ut Virgi.
in ſecūdo georgi.de italia loquens ait:Hæc genus acre uirum marſos pubēq; ſa
bellam Extulit.& in ſecundo georgicorum.Denteſq; ſabellicus exacuis ſuis:Itē
Iuuenalis:Menſamq; ſabellam.

S adyattes cum.y.græco & duplicato.t.ſcribitur:fuit Ardyos filii Gygis filius q
teſte Herodoto libro hiſto.i.poſt patrem regnauit in lydia.Cuius regno eius fili
us Alyattes ſucceſſit.

S agarus cuȝ unico.r.ſcribitur:ē teſte Hero.lib.hiſto.iii.fluuius phrygiæ. Liuius
uero in.vii.de bello macodonico fluuiū eſſe dixit Gallogræciæ:qui ꝑ phrygiaȝ
defluens:& ad berecynthū oppidū ꝑtingens:in ꝓpontidem tandem influit.

S ais cum.i.latino ſcribitur:ciuitas eſt in ægypto iuxto hoſtium quoddam nili :
quod ab ipſa ciuitate ſaiticum cognominatum fuit.

S aiticum cū.i.latino utrobiq; & abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur. Vnum eſt ex
hoſtiis nili:ut in dictione ſebennyticum uidebimus.

S aliunca cū.i.latino &.c.exili ſcribitur:uoluerūt quidā græcū eſſe: quod nomie
uerū ē:ſed latinā habet etymologiā:hoc ē a ſaliēdo dictū:ut ait Pli.xxi. natura
lis hiſt. lib.ſaliūca folioſa qdē ē:ſed breuis & quæ necti nō poſſit radici nume
roſe cohæret herba uerius q̄ flos: & quæ manu cōpreſſa facile cōdenſatur. de q̄
Virgi.meminit i bucolico:Puniceis humilis quantū ſaliunca roſetis.

S alamin cū unico.l.&.i.latino ſcribitur : & ſalamis etiā dici poteſt atq; ſalamina
ſed uerius in.n.deſinit:quod retinet in obliquis quēadmodum attis & attin del
phin & delphis:eleuſiu & eleuſis.Eſt ergo ſalamin inſula in euboico mari cōtra
athenas ſita:urbem retinens ſui nominis:in qua Telamon Aiacis & Teucri pa
ter regnauit.Sed cū reuerteretur Teucer a bello troiano nec de īimicis aiacis te
ſte Iuſtino ultus fuiſſet:a patre expulſus cyprū ꝑrexit. Ibiq; urbeȝ aliam ſalami
nam condidit.De qua Hora.in primo carminū meminit.Nil deſperandum teu
cro duce & auſpice teucro.Certus enī ꝓmiſit apollo ambiguā tellure noua ſala
mina futurā.At de priori ſalamina intellexit Quin.i.vi.de inſtitutiōe oratoria

cum ait.Neq; eſt ignobile exemplum megarios athenienſibus cum de ſalamina
contenderent uictos Homeri uerſu.Qui tamen ipſe in omni editione reperitur
ſignificans Aiacem naues ſuas athenienſibus iunxiſſe:uerſus autem Homeri hi
ſunt.ἀιασ Δέκσαλαμινοσ ἄγεν Δύοκάι Δέκανηασ στησέ Δάγον ἵη ἀ
θηναίων ἵσταντοφάλαγγεσ.Horum primum quidem Ariſtoteles in primo
rethericorum rettulit:ſecundum uero apud Herodotum comperi.Nam adhuc
in nullo exemplari homerico inueni.

S almoneus cū unico.l.&.n.&.eu.dipht. ī fine ſcribiť.h;q; accentū ſup ſecunda
fuit teſte Lactātio grāmatico cuiuſdā Aeoli filius:q apđ helidē regnauerat. hic
maxīa inſolētia diuinos ſibi honores quæritabat:factitabatq; iacere fulmina:ut
Iuppiter.Sed a Ioue ipſe fulminatus in inferna demerſus ē:dicēte Virgi.i.vi.æ
nei.Vidi & crudeles dantē ſalmonea pœnas.Idē Home.in.xi.odiſſeæ.

S almoxis ultima cum.x.conſonante:&.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto lib.
hiſtoriarum.iiii.dæmon quidam thracum.

S alum cum unico.l.ſcribitur:& ſignificat apud nos mare : deduciturq; a uerbo
græco:quod σαλεύσθαι:quod eſt moueri:& agitari.

S amos cum unico.m.ſcribitur:nomen eſt duarum inſularum in mari ægæo: de
quibus in ſequenti dictione uidebimus.

S amothracia cū.th.aſpirato &.c.exili atq;.i.latino ſcribitur:inſula ē in ægæo ma
ri thraciæ adiacens:quæ prius ſamos dicta ē:poſtea ex cōmixtis thraciæ īcolis
ſamothracia dicta fuit:dicente Virgi.in.vii.æneidos.Threiciāq; ſamū: quæ nūc
ſamothracia ferť.Nam dixit threiciā ad differentiam alterius inſulæ ſami: quæ
aſiæ adiacet ex oppoſito ad epheſeum & andro uicina:ut oſtendit Ptolemæus ī
geographia:de qua Iuuenalis i.iii.ſatyra meminit:cum ait.Hic andro ille ſamo
At e ſamothracia teſte Apulegio in.ii.floridori deſpicitur parum pelagi: eſtque
frumento pigra fœcundior oliueto: nec uinitori nec olitori ſcalpitur:incolis fre
quens eſt:& hoſpitibus celebrata.oppidum habuit quod fuiſſe amplum indicāt
mœnia ſemiruta hæc teſte Lactantio in primo diuinarum inſtitutionū ex Var
ronis teſtimonio fuit Iunoni dicatiſſima: eo quod in illo nata fuit educataque:
& Ioui nupta:ut inquit cātatiſſimus rumor eſt.Ob quod præ cæteris numini
bus a ſamiis in nobiliſſimo templo illi dicata:ut idem auctor ſubdit honorabať
Et ut Apuleius in prefato libro rettulit ante aram Iunonis in ſamo erat:eius ſta
tua a Polycrate tyranno dicata:qua nec pulchrius nec ditius quicq̄ eſt: adole
ſcēs eſt uiſenda pulchritudine crinibus fronte:& in omnibus membris ſuis ad
mirabilis.Quin & teſte Pli.in.xxxvi.natu.hiſto.fecit ſcopas Venerē: quæ ſamo
thraciæ ſanctis cerimoniis coluntur.Quare dixit Iuuenalis. Iures licet & ſamo
thracum Et noſtrorum aras.& maxime cum romanis timenda uideretur Iur o:
Hæc eadē fuit Pytagoræ patria & unius ſibyllarum.Et cum ſit in ea gleba tena
ciſſima:primum illic fictilia uaſa facta dicuntur quæ ab auctoribus ſamia uoci
tatur.In eadem teſte Homero circa iītium libri.xiii.iliados nemoroſus eſt collis:
unde omnem idam & omnem troianam urbem ſubiicere oculis quis poſſet.

S ambuca cum.c.exili ſcribitur:genus eſt inſtrumenti: ut dixit Iulius Pollux ad
Commodum imperatorem.

S andyx cū.y.græco ſcribiť:& ponitur a græcis teſte Pli.in.xxii.natu.hiſto. inter
olera ſilueſtria.idē Opinion & Heraſiſtratus affirmarūt : dicūtq; illā breui cau
le:& in aliis fœniculo ſimilem eſſe. hæc eſt quam Ariſtophanes poeta comicus

Euripidi tragico obiicit iocularit er matrē eius ne olus quidē legitimū uēditaſſe
ſed ſandicē.ex eadē fit color ſandycinus:ut teſtis eſt Seruius ſup id Virgilii in
bucolico:Sponte ſua ſandyx paſcētes ueſtiet agnos. Qui ſane color teſte Pli.in
xxxv.lib.cōficitur ex ſandaraca & rubrica admixta.Sed ut idem dixit in præſa
to.xxii.libro peculiaris laus eius herbæ ē.quod fatigato Venere corpori ſuccur
rit:marcēteſq; ſenio iam coitus excitat:ſiſtitq; ꝓfluuia alba foeminarum.
S angaris cum unico.r.&.i.latino ſcribitur:fluuius qui teſte Liuio in.vii.de bello
macedonico ab odoreo mōte diffuſus:& p gallogræciā phrygiāq; defluens: egra
dium midæ urbem alluit.& ut dixit Seruius ſup.vi.ænei.iuxta caſtellum bere
cynthos fluens:miſcetur deinde thymbræo fluuio:ita ut geminatis aquis maior
effectus:haud longe a troia in propontidem cadit.
S annites cū duplicato.n.&.i.latio atq;.t.exili ſcribitur a græcis:populi ſunt ita li
ci in ſannio inter picenū campaniam & apuliam poſiti.
S apiri cū.i.latino ſcribit:ſunt teſte Orpheo ī argonautica populi iuxta pōtum.
S appho cū duplicato.p.& ſecūdo aſpirato ſcribitur:fuit foemine lesbia & nobilis
uates:a qua uerſus quidā lyrici ſapphici ſūt cognominati quos illa cōperit. De
hac Oui.in.ii.de triſtibus inquit:Leſbia qd docuit ſappho niſi amare puellas.
Et de remediis lib.ii.inquit:Me certe ſappho meliorē fecie amice.Martia.in.vii.
Carmina iam fingi ſappho laudauit amatrix.cuius ſane opa ex maiorū negligē
tia amiſimus:nec inter græcos eius aliquid cōperire ualui. habemus tamen tra
ductam ut putamus ab Ouidio eius quandā nobilem epiſtolam: quā uerſu ele
gaico ad Phaonem amaſium direxerat.
S arcarius cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fluuius eſt teſte Heſiodo in theogonia
quē Ariſtarchi gloſa dicit eſſe in phrygia.
S arcoſmos cū.c.exili ſcribit:dicit teſte Ser.ſup.ii.ænei.iocus cū amaritudine:ut
Priamo inqt Pyrrhus apd Vir.i.ii.ænei.Referes hæc & nuntius ibis Pelidæ ge
nitori illi mea triſtia facta Degenereq; neoptolemū narrare memento.
S arcophagus cū.c.exili:&.ph.aſpirato ſcribit.accipiturq; a noſtris ꝓ ſepulchro
eo quod σαρκα ideſt carnem:φαγει:hoc eſt comedit. Vnde Pli.in.ii.naturalis
hiſto.inquit circa aſon troadis lapis naſcitur:quo conſummuntur omnia cor-
pora:& ſacrophagus uocatur.
S ardanapalus cū unico.l.ſcribitur:& cum accentu ſuper penultima a latinis ꝓ
nuntiatur:quæ ſane producitur.Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris:Et ue-
nere & cœnis & plumis ſardanapali.Nam fuit aſſyriorum rex ultimus : de quo
Diodorus hiſtoricus apud græcos plene ſcripſit.& Iuſtinus apud noſtros teti-
git:tandē ab Artabano.qui eius nomine medis præerat regno priuatus ē qui e
mediis ſcortis ſeipſum in regnū iæcit.Iuſſitq; teſte cicerone in.v.de quæſtioni-
bus tuſculanis uerba hæc buſto ſuo inſcribi.Hæc habui quæ edi quæq; exatu-
rata libido Hauſit:alia iacent multa & præclara relicta.
S ardanis cum unico.n.&.i.latino ſcribitur:fuit uir lydius q Croeſo ſuadere co-
natus eſt:ne perſis bellum inferret.
S ardinia cū.i.latio ſcribit:inſula eſt in tyrrheno mari ſita:quæ a Sardo filio Her
culis:qui e libya ueniēs inſulam occupauit teſte Solio nomē ſortita fuit:a qua
ſardous adiiectiuū nomen deducitur. Ouidi.in.iiii.faſtorum: Sardoaq; regna
ſiniſtris reſpicit a remis.
S ardis cum.i.latino ſequente.ſ.ſcribitur:eſtq; numeri pluralis:& teſte Priſciano

in.vii.terminat noīatiuum & accuſatiuum in.is.ut.ſ.ſonum græcū ſeruet.Naʒ
eodē Priciano.teſte apud græcos ei diph.finalē habet:ut αι σαρΔειϲ:Ταϲ σάρ
Δειϲ.Similiter ut dicit alpis:ſyrtis:trallis:urbs fuit in lydia ad latus imoli mon
tis maxime ꝑcelebris:ut teſtis Hero:li.hiſto.i.Et Pli.li.v.natu.hiſto. Eadem fuit
olim regia crœſi lydorum regis:ut late oſtendit ꝓfatus Hero. & Horati.in.x.epi
ſtola.Quid cōcinna ſamos:quid cræſi regia ſardis?
S ardonyx cum.y.græco ſequente.x.ſcribitur:lapis eſt olim apud romanos preci
oſus.Eſtq; generis maſculini & fœminini.Perſius:Et natalitia tandem ſerdony
ce.Iuuenalis in ſatyra. Et ſpes & ratio.ideo cōducta paulus agebat ſardonyce
maſculini:ut idem in ſatyra Credo pudiciam:In manibus denſi radiant teſtitu
dine tota Sardonices:eſtq; dictio compoſita ex ſardo qui lapis fuit ī ſardinia pri
mum compertus:coloris rubei & onyx.qui eſt unguis: quaſi utriuſq; colorem
teneat.Ideo inquit Marbodeus de lapidus ſardonicem facit duo nomina ſardus
& onyx:& ut dicunt habet colorem ſubcandidum cum rubro ac more latino di
citur etiam ſardonycus.Iuuenalis in ſatyra Exemplo quodcunq; malo. Arguit
ipſorum quos littera gemmaq; princeps Sardonycos.
S armatæ cum.t.exili ſcribitur. hi populi illi ſunt quos græci ſauromatas uocāt:
ut in ea dictione uidimus.
S arnus cū.n.poſt.r. & nō ſartus: ut qdā uoluerunt ſcribit: fluuius eſt cāpaniæ
ex ſarno monte cāpaniæ ortum ducens iuxta oppidū ſarni in radicibus mōtis
poſitum:primoq; magno cū murmure montis defluit:mox in paludes amplas
deſinit:quæ graues īcolis nebulas toto anno emittunt:deinde coactus rupibus
ueſeuum montē radit:& ab inde ꝑuo cōtentus curſu in tyrrhenum mare cōci
dit.De hoc Virgi.li.ænei.vii.meminit dum campanos deſignat populos turno
fau ētes dicens.Saraſtes populos de qua rigat æquora ſarnus.Et teſte Seruio ſa
raſtes ipſi populi ſunt a ſaryno fluuio cognominati .
S arra cum duplicato.r.ſcribitur: & cum dictio ſit phœnicia & non græca ſecun
dum.r.minime aſpirari conſueuit:urbs fuit in phœnicia:quæ teſte Seruio cir
ca finem ſecundi georgicorum dicta fuit deinde tyrus:ſed id quoq; nomen a pi
ſce quodam accæpit:qui illic abundat:& ſar illa lingua uocatur : ex cuius ſan
guine ſericum in purpuram tingebatur.Ex quo adiectiuuʒ ſaranus deducitur
ut Virgilius prefato in loco.
Vt gemma bibat:& ſarrano dormiat oſtro.
S arpedon cum.e.abſq; dipth.ſcribitur:ſup quam habet accentum: & declinatur
huius ſarpedontis:fnit teſte Homero Iouis filius ex laodomia Bellero phontis fi
lia.Herodotus uero dixit in primo eū fuiſſe Iouis filium ex Europa: ac Minois
fuiſſe fratrem:ut in ea dictione uidimus.Hic cum rex eſſet licyæ:& ī armis ſtre
nuus troianis contra græcos fauit:& multa bellando ſtrenuitatis documenta
demonſtrans:a Patroclo tandem interimitur.
S ataſpis cum.c.exili:&.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſto.iii. Virg.
magnus & diligens:quē Xerxes ad ꝑſcrutandam libyam miſit.
S atrae cum.t.exili ſcribit:populi ſunt græcorum in litoribus thraciæ: ut oſten
dit Herodotus in.vii.hiſtoriarnm libro.
S artago cum.t.exili ſcribit:dicitur patella in qua caro frigitur:& αϛάρξ: quæ te
ſte caro nomen aſſumpſit:& latine frixoriū ab ipſo frixationis ſono dictā uolūt
dicit & apud illos alio uocabulo Τηγανον:qd ſane uocabulum pro eadem re

tuſci obſeruant: dicētes teganū frictūq; apud græcos dicitur τηγανιστόν. At uero peluis a peluendis pedibus uel manibus dicitur. Feſtus ſolū de pedibus dixit: Malluuiū eodē teſte ideſt ī quo manus lauātur: labrū cōmune ē quod uulgo dicit̃ bacile. Addit Feſtus gutturniū eſſe uas: ex quo aqua in manus datur: ab eo quod peroris anguſtias gutta fluat. Patellæ poſſūt etiā lāces & parapſides dici: Hora. in epiſtolis: Nec modica cœnare times holus omne patella.

Satyrus cū. t. exili &. y. græco ſcribit̃ animal ē: quod teſte Pli. in. v. natura. hiſto. de homine nil aliud præfert q̃ figuram: habitatq; in receſſu inſulæ canopeæ in cōfinibus ethiopiæ. & ut ſcribit Hieronymus in uita Pauli: ad quē cū pergeret beatus Aanto. uidit homūculū aduncis naribus & fronte cornibus aſpa: cui extrema corporis ī caprarū pedes deficiebant. Et p̄miſſo ſigno crucis cū quiſnam eēt interrogaſſet Anto. reſpōdiſſe fertur mortalis ego ſum. unus ex accolis heremi quos uano errore deluſa gētilitas faunos ſatyroſq; & īcubos colit.

Satyra cū. t. exili &. y. græco ſcribit̃: genus eſt poematis: quod quaſi ſaturā dictū nōnulli putant. Nam teſte feſto ſatura genus eſt cibi ex uariis rebus conditum Et ſubdit inde genus carminis dici in quo de multis rebus diſputatur. hæc ille nec abſunt qui dicant a ſimilitudine ſatyrorum dictam. Nam illi leues: nudi dicaces: & capripedes appellant̃: hi uero leues qui de his quæ ſunt uitia in cōmuni hominū uſu deſcribūt: uel quod facile de uitio in uitiū arguētes labant̃. Nudi quod aperte repræhendant: dicaces quia impetuoſi garruliq; & abunde dicāt Et (quia capra uile animal eſt & turpe: & hi ſimiliter de turpibus & rebus uilib⁹: hoc eſt uitioſis ſcribere conſueuerunt) capripedes ſunt appellati nam non ita eleuatur carmen ſatyricum aut augeſcit nec talem habet tubam: qualem heroicū ipſum habet: nec unam eandemq; materiam continuat: ſed in multas ſcinditur ac in fine ſæpenumero langueſcit: pluſq̃ habet deinde grauitatis atq; difficultatis: q̃ carmen elegiacum. habet etiam quandam miram rerum uariarū ſuauitatem: doctrinam: atq; copiam ſub illa obſcuritate latentem: & ſic mordax ē dicax: nudū: petulcum: ferox: de una re ī alterā more ſatyrorum animalium trāſiliens. Sane ipſa ſatyra ut dixit Quintilia. tota noſtra eſt: hoc eſt non a græcis cōſueta niſi in modū comoediæ antiquæ: ut uidimus in dictione comoedia: & ī dictione prologus. Primus apud latinos inſignem laudem adeptus eſt Lucilius Sed purus magis ac terſior Quintiliano iudicio fuit Hora. Perſius uero ut nobis uidetur obſcurus fuit & preſſus: eius tamē labor ut dixit Quintilia. fuit precipuus: & multum ueræ gloriæ: q̃uis in uno libro promeruit. Ideo dicebat Martialis ad Pudentem in epigrāmatibus:

Sæpius in libro numeratur perſius uno.
Quam leuis in tota marſus amazonide.

Sed ut mihi uidetur lepidiſſimus inter cæteros eſt Iuuenalis: de quo Quintilia. intellexit de ſatyricis loquēs cum ait.

Sunt clari hodie: & qui olim nominabuntur.

Satrapa cū. t. exili ſcribitur: dictio ē pſica: quæ apud nos præfectum indicat.

Satagytæ abſq; aliqua aſpiratione & cū. y. græco ſcribitur: fuerunt teſte Herodoto lib. hiſto. iiii. populi in aſia ſcythica.

Sauromatæ cū. t. exili ſcribit̃: ſunt teſte Hero. lib. hiſto. iiii. populi qui ex profundo paludis maeotidos incipientes: regionē uerſus boreā itimere dierum quindecim incolūt exilē quidem ac tenuē. Sed foelicibus & infoelicibus arboribus refertā. hos dixit Pli. in. vi. natu. hiſto. eſſe medorū ſobolem: & prius li. iiii. dixerat ſauromatas ſcytharum gētes græci uocāt: quas ſarmatas romani dicunt. Et florus in. iii. ſarmatæ inqt: nihil præter niues raraſq; ſiluas habent: qbus ē tāta barbareis: q; pacē nō intelligāt. Ideo hos p Lentulum ꝓhibere danubio ſatis Auguſto fuit. De quibus etiam Seneca in tragœdia furentis Herculis ait:

Illic dura carent æquora fluctibus:
Et qua plena rates carbaſa tenderent:
Intonſis teritur ſemita ſarmatis.

Saulius cum. i. latino ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum. iiii. rex ſcytharum & pater Indatyrſi: ut in ea dictione uidimus.

Saurus cum au. diphthongo ſcribitur: dicitur a noſtris lacertus. Fuit etiam teſte Plinio in. xxxvi. hiſto. natu. proprium nomen ſculptoris eximii.

Satniois cū. t. exili ſequente. n. conſonante &. i. latino ſcribitur: fuit teſte Orpheo fluuius phrygiæ.

Scæna cū. c. exili &. æ. dip (teſte Priſciano) ſcribitur: hocq; ex antiquorum conſuetudine magna: q̃ ex uera orthographia obſeruari dixit. Nā cum dictio ſit græca nec apud græcos diph. habeat: abſq; diph. etiā apud nos trāſferri debuit: dicitur enī græce σκηνή. Sed iā certa ē & approbata cōſuetudo ex antiqſſimis marmorum inſcriptionibus & claris auctoribus: quæ p diphthō. illā ſcribi demōſtrant: Varro tamen dixit ſup hac dictione uariā fuiſſe ueterum opinionē. Aliis. ſ. p. e. exile: ſicut apud græcos ſcribendum aſſeuerantibus: aliis in ſignum ꝓductionis per. æ. eſſe notandum: & hanc ultimā opinionem ex eadē cauſa cōfirmauit Apulegius grāmaticus: ut uidimus in dictione æthica: atq; in dictiōe cæra: & traducitur a noſtris ſcæna. i. inumbratio. Nā teſte Seruio & Caſſiodoro a ruſticis primum inumbrationis cā cōperta fuit: ubi prius carmina incōdita ſæpius decantabant. Quare & a nōnullis tabernaculū traductū fuit. Vnde & ſcænophegia tabernaculorum feſta ducta ſunt. Verum eodē Caſſiodoro teſte cum in urbes deducta fuit: ſcæna redactū ē nomen ad eā ptē theatri: quæ ab uno eius cornu ad aliud ducebatur. Nā ut uidebimus in dictiōe theatrum: cōſtruebat̃ ipm theatrum in formā ſemicycli. Et illa ſcæna dicebatur: quæ ab uno illius cornu in aliud cornu cū cooptura ducebatur. & teſte Seruio ī. iii. geor. Apud maiores theatri gradus tātum fuerunt: & ſcæna de lignis ad tēpus fiebat. Vnde ut ait p manſit cōſuetudo: ut cōponant̃ pægmata a ludorum theatralium editoribus. hæc ille. Scena autē quæ fiebat: aut uerſilis: aut ductilis erat. Verſilis tūc erat cū ſubito tota machinis quibuſdā cōuertebatur: & aliā picturæ faciē oſtendebat. Ductilis tunc cum tractis tabulatis hac atq; illac ſpecies picturæ nudabat̃ interior. Quod perite utrunq; tetigit Virgilius cū ait: Vel ſcæna ut uerſis diſcedat frontibus: ſingula ſingulis complectens ſermonibus.

Scænitæ (quia teſte Solino a ſcæna dicuntur: cum. c. exili &. æ. diphthongo ſcribitur) populi ſunt nobiles arabiæ habitantes montē caſſitū: q ſcænitę cauſam nominis inducunt: quod tentorii ſuccedunt nec altas domos habent.

Scea porta troiana cum. c. exili &. æ. diphthongo ſcribitur: ut oſtendit Homerus lib. iii. iliados ubi ait ὅτι σκαιαὶ πύλαι ἦσαν:

Scamander cum. c. exili ſcribitur: fluuius eſt troiæ ex ida deſcedens: quem Heſio. θεῖον σκάμανδρον: hoc eſt diuinum ſcamandrū uocauit. hunc ex noſtris plures xanthum fuiſſe dixerunt.

Scamandrius cum. c. exili &. i. latino ſcribitur: fuit filiū Hectoris & Andromachæ

nomen quod illi teſte Homero in.vi.iliados primo pater impoſuerat. Sed ut ait eum cæteri Aſtyanactẽ uocare maluerunt. Quod ſolus illius pater urbẽ tutaretur: ut uidimus in dictione Aſtyanactes.

S camonea cum.c.exili ſcribitur: frutex eſt teſte Diaſcoride ex una radice uirgas plures efferens: cuius ſuccus ualet in medicinis.

S capha cũ.c.exili &.ph.aſpi.ſcribit̃: ẽ nauicula ĩ ligno cauata: & a σκάπτω. qđ ẽ cauo deducitur. Vnde & a multis foſſura: alueus: & linter traducitur. Aphricanus iuriſcõſultus de euictione ſcapha inqt ꝑ ſe ꝑua nauicula eſt.

S caphiũ cũ.c.exili ſcribit̃: uas ẽ cõcauũ ĩ quo cacari cõſueuerat: Vlpianus iuriſcõſultus de auro & argẽto legato. Scaphia hĩta uẽtris cã nõ puto argẽto legato cõtineri. Quare loquẽs Iuue. de mulieribus quæ rome luctabãtur dixit ĩ ſatyra Credo pudiciciã: Et ride poſitis ſcaphiũ cũ ſumit̃ armis. Martia. ſimiliter in.xi. Te potare decet gẽma q mẽtora frangis in ſcaphiũ moecchæ ſarda napale tue. Plautus in bacchidibus ꝓ galea ſcaphiũ ꝓ inſigni ſit corona plectilis.

S carus cũ.c.exili ſcribit̃: piſcis eſt teſte Columella lib.ix.de agricultura: q totius aſiæ græcie litore ſicilia tenus frequẽtiſſimus exit. Nũq̃ ĩ liguſticũ nec ꝑ gallias enauit ad ibericũ mare. Itaq; ne ſi capti qdẽ ꝑferãtur ĩ noſtra uiuaria diuturni queunt poſſideri. Et Quĩtilia.i.v. nec helorũ noſtro mari nec ſcatũ ducas. Vnde teſte Macro. lib.iii.ſaturnali: Adeo ignotus italicis litoribus erat: ut nec nomen latinum eius piſcis habeamus.

S captẽſula abſq; aliqua aſpiratione: & cũ.p.ante.t.ſcribit̃: locus eſt teſte Feſto in macedonia: ubi argẽtũ effoditur: dictus a ſcaplo uerbo græco: quod eſt effodia. Vnde Lucretius. Quales ſcaptẽſula ſubter odores emittit.

S ceptrũ abſq; aliq̃ aſpi. uel diph.ſcribitur: uirga erat q̃ reges ĩ ſimilitudinẽ Iouis utebãtur: cũ teſte Seruio ſup.xii.ænei. ipſius Iouis ſit ꝓpriũ. hoc & ad federa ſẽper adhiberi cõſueuerat. unde in foedere Aeneæ & latini ait ipſe Latinus apud Vir. p̃fato loco: Vt ſceptrũ hoc dextra ſceptrũ: nã forte gerebat nũq̃ fronde leui fundet uirgulta. & reliq̃: cuius cãm dixit idẽ Seruius: q maiores ſemp ĩ fodere ſimulachrũ Iouis adhibeãt: quod cũ tedioſũ eẽt p̃cipue quãdo fiebãt: cũ longe poſitis gẽtibus foedera inuẽtũ ẽ: ut ſceptrum tenẽtes quaſi imaginẽ ſimulachri redderent Iouis: cuius proprium eſt ſceptrum. Iuppiter enĩ & non detinẽs ſceptrum pater ẽ patratus: ſed ille quaſi pater.

S chema cum.ch.aſpirato ſcribitur: dici poteſt latine figura ſiue cultus.

S cheſis cum.ch.aſpirato ſcribitur: & dici poteſt habitudo: ut nominũ quoq;: cum multitudo inconiunctorũ nominum quodam ambitu copulatur iuxta id. Nubila. nix: grandoq;: procellæ: fulmina: uenti.

S cyla cũ.c.exili &.y.græco unico.l.ſcribit̃: ſignificat apud græcos id quod dicimus ſpolia. uel manubiæ tãtũ ĩ plurali: at in ſingulari nomen fuit uiri propriũ qui teſte Hero.li.hi.iiii. filius fuit Ariapitis ſcytharũ regis cui in regno ſucceſſit.

S cylus eodem modo ut ſuperior dictio ſcribitur: fuit frater Dipeli: de quibus in dictione Dipelus uidimus.

S cylurus cum.c.exili.&.i.latino ſcribitur: nomen fuit uiri proprium: qui teſte Plutarcho octuaginta filios maſculos habuit.

S cylla cũ.c.exili &.y.græ.& duplicato.l.ſcribit̃: nomẽ fuit duarũ maxie mulierũ: de quibus poetæ memorãt. Vna fuit Niſi megarẽſium regis filia: de qua Oui. in ix. metamor. oĩa pertractauit. Nã cũ eius patriam Minois obſideret: & ſtatutum fatis eſſet urbem capi nõ poſſe: quouſq; pater Niſus purpureã quã habebat comã cõſeruaret. Illa amore Minois capta: capillũ patri abſcidit: & ſit patriã ac patrẽ ꝑdidit. Sed a Minoe deinde ſpreta: lamẽtabilibus quæſtibus deficiens ĩ auẽ ſui noĩs uerſa ẽ: De q̃ etiã idẽ Ouid. de arte amãdi li.i.dixit: Filia purpureos niſi furata capillos: Puppe cadẽs nauis facta refert̃ auis. Altera teſte Seruio ſup.iii. ænei. & ĩ bucolico fuit Phorci filia ex Cretaria nympha: de q̃ Oui. in.xiiii. meta. oĩa expreſſit. Nã cũ deus marinus Glaucus hanc ardenter amaret: a q̃ ipſe ſpernebatur. Et circe Glaucũ ipſum mirũ in modũ amaret. ſuadebat Glauco Circe: ut ſpernentẽ ſcyllã ſperneret: & ſe amãtẽ amaret. Cui prius inquit Glaucus naſcent̃ in æquore frõdes. Et ĩ ſũmis naſcent̃ mõtibus algæ ſoſpite q̃ ſcylla noſtri mutent̃ amores. Ex quo irata Circe nec uolẽs amatũ ledere cõtra ſcyllã ipſã in canduit: quæ ſibi preferebat̃. Et ꝗ fontẽ in quo ſcylla ipſa lauari cõſueuerat: ueneficiis potẽtiſſimis uitiauit: adeo ut cũ fontẽ ĩtrauit: canes terribiles iuxta ĩguina ſua cõſpiceret. q mõſtruoſis latratibus ipſam deterrebãt. qbus ipſa exterrita p̃cipitẽ ſe mari dedit: quã ut ait Virgi.ĩ.iii.ænei. Cæcis cohibet ſpelunca latebris Ora exertantẽ: & naues in ſaxa trahentẽ: Vnde & Oui.li.i. de arte inqt: Altera ſcylla maris monſtrum medicamine circes: Pube premit rapidos inguinibuſq; canes. huius formam depingens Virgi. in. eodem li.iii.ænei. inquit.

Prima hominis facies: & pulchro pectore uirgo
Pube tenus: poſtrema immani corpore piſtris.
Delphinum caudas utero cõmiſſa luporum.

Saluſtius uero concordans cũ Pli li.iii.hiſto.natu. dixit in ſicilia eſſe ſaxum ingens humanã habẽs effigiẽ in pte ſuperiori: in inferiori uero plures habere dixerunt refectos ſcopulos ſub radicibus cauernoſos. Inter quos dum æſtuoſum mare intrat: ab eiſdẽ refractum tumultuando repræſentat latratum canum & ululantes lupos.

S cylaceum cum.c.exili utrobiq;: &.y.græco atq; unico.l.&.e.ſine diphthõgo ſcribitur: fuit oppidum ab athenienſibus in ſcylacea regione: quæ eſt in ultimo italiæ conſtructum. ut dixit Solinus in litore ſinus ſcylacei: ut oſtendit Ptolemæus in geographia. de quo Virgilius circa finẽ libri.iii.æneidos. Cauloniſq; arces & nauifragum ſcylaceum.

S ciopodes cum.c.exili &.i.latino ſcribitur: fuerunt homines quidam monſtruoſi in deſertis indiæ. qui teſte Plinio lib.vii.naturalis hiſtoriæ. in maiori æſtu humi iacentes: reſupini umbra ſe pedũ protegebant. Et cõponitur dictio ex σκιά quæ eſt umbra: & πόδασ pedes.

S cyphus cũ.c.exili &.y.græ.ſcribit̃: fuit (teſte Macro) Herculi. poculũ ut liberi patris cãtarus ẽ. & aliud uas qđ abſq;.ſ.dicit̃ cyphus: de quo ĩ ſua dictõe uidimus.

S cyrus cũ.c.exili &.y.græ.ſcribit̃: iſula ẽ in mari ægæo una ex cycladibus & Lycomedis regis patria: in q̃ Achilles ſub puellari habitu adoleuit. atq; eius regis filiam Deidamiã grauidauit: quæ ab inſula & ipſa ſcyrias nõnunq̃ nominatur. Ouidi. in.i. de arte amandi. Scyrias æmonio uicta puella uiro.

S cyronia ſaxa eodẽ modo ſcribitur. Nã ſaxa propinqua ſunt athenis ſex milibus paſſuum porrecta in memoriam ultoris Theſei. E quibus Ino cum Palæmone filio in ꝓfunda ſe precipitẽ iaculata auxit mari nomen.

S cytha prima cũ.c.exili &.y.græco. ſequẽs cum.th. aſpirato ſcribitur. fuit teſte Hero: lib.hiſto.iii. Herculis filia a qua ſcythiam dictam putat.

S cythia prima cum.c.exili &.y.græco: ſequẽs cũ.th.aſpirato ſcribitur: &.i.latino

regio eſt ſeptētrionalis:quæ diuiditur a fluuio tanais. & ps quidē una remanet
in europa:altera uero in aſiā ꝓtēdit̃.Et quæ ē i europa ad thraciā termiat̃:pau
caq; gignit aialia.Et teſte Pli.i.viii.natu.hiſto.a fulmie ē imunis. Quæ uero in
aſia ad orientē uergēs diuerſas cōtinet gētes:de quarū moribus dixit elegantiſſi
me Iuſtinus i prio ſuorū epitomatū Vniuerſaliter aūt oēs ſcythice gētes teſte He
ro.li.hi.iii.arcubus ſūt eqtātes:nō ex aratro ſ; ex feris:q̃s uenant̃ uitā ducentes.

S chiſma cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris ſciſſura:& de-
riuatur a σχίζω:quod eſt ſcindo.

S choenas cum.ch.aſpirato &.œ.diph.ſcribitur:dicitur latine funis:quo nomine
dicta fuit ciuitas una boetiorū:de q̃ memit Home.i.i.ilia.Et ſic quoq; teſte Ari-
ſtarcho cognominata a ſcoeno patre Atlantis.

S choenobates prima cum.ch.aſpirato &.œ.diph.ultima cū.t.exili ſcribitur. dici
poteſt latine funiambulus.Nā componit̃ ex ſchœnos q ē funis. & bates ambu-
lans.qua dictione utit̃ Iuuena.in.iii.ſatyra cū de græculis loquitur.

S chola cū.ch.aſpirato ſcribit̃.& dicit̃ a σχολάζω uerbo græco.quod ē uaco-qa
(teſte Feſto)cæteris rebus omiſſis uacare liberalibus ſtudiis pueri debent.

S copas cū.c.exili ſcribit̃:fuit ſculptor marmorarius.Cuius opa ubi romæ habeā
tur.& quæ fuerint rettulit late Pli.in.xxxvi.natu.hiſto.

S cōbrus cū.c.exili ſcribit̃.genus ē uilis piſcis: ideo frequēter ſaliunt̃ hi piſces.

S corpius & ſcorpio cū.c.exili ſcribit̃:uermis ē uehēs i cauda mortale uenenum.

S copulus cū.c.exili ſcribit̃:ſed a græcis dicitur ſcopelos : cū.e.penultima quam
nos in.u.noſtrū cōuertimus.

S cotonia abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribit̃:dici pōt obtenebratio.Nam i
firmitas ē tenebroſitatē iducēs.& deducit̃ a σκοτοῦμαι uerbo: quod apud nos
ē uertigenor.Vnde & deducitur σκότος:quod eſt tenebræ.

S cutulata abſq; aliqua aſpiratione ſcribit̃.Et ut quidā uolunt græca eſt dictio d̃
ducta a σκυτεύω:quod ē ſuo:ita ut ſcutulata ueſtis ſit undiq; ſuta:quæ mulie
ribus pmaxime cōueniebat.Ego cū id nunq̃ apud græcos cōpererim.magis la-
tinū puto:& ex eo potiſſimū:quod dicit Pli.li.viii.natu.hiſto. dū de generibus
lanæ & ueſtiū ptractat:Scutulis diuidere ueſtes gallia docuit. Iuxta quē ſenſu;
dixiſſe uidet̃.Iuue.in.ii.ſatyra cū ait:Cærulea indutus ſcutulata:& galbana ra
ſa.Nam ſcutū & ſcuta rotundam formā indicat & inde ſcutula diminutiuum
ꝓ ſcutella ſumit̃:ut Lucilius teſte Priſciano circa finem tertii: dū diminutiuis
tractat dixit lib.v.Scutulam ligneolā in cerebro infixit.Martia.etiā in.xi.ſic im
plet gabatas parapſideſq; & leues ſcutulas cauaſq; lances.Et inde hæc ſcutula-
ta ueſtis ſcutulis diſtincta.Galbana uero genus ueſtis ſimiliter dicūt mulierib⁹
aptum:quæ græce γάλβανον uocatur.

S ebenniticum cū duplicato.n.ſequēte.y.græco:penultima cū.t.exili &.i. latino
ultima cū.c.exili ſcribitur:nomen eſt unius ex hoſtiis nili:quod teſte Hero.lib.
hiſto.ii.in duo alia diuiditur ſcilicet in ſaiticū:& mendeſium.

S eleucus cū.c.exili ſcribit̃:fuit unus ex principibus Alexandri: qui poſt Alexan
dri mortem:primus in ſyria regnauit:de quo Appianus clariſſimus hiſtoricus
græcus libro de bello ſyrico:ſic inquit:ſeleucū audio:cū Alexandri camillus ad
huc eſſet p longū tēpus equitanti pedes aſtitiſſe:cūq; ex labore deficeret appre
henſa equi cauda inſequi pſeueraſſe.caſu uero extremā aciem regii teli frontem
eius pſtrinxiſſe:ſtatimq; cruore effuſo Alexandrū cum tēta careret diademate
proprio obligaſſe uulnus:diadema ex cruore fœdatum eſſe. Ob hæc Ariſtādrū
uatē inſpecto eo pdixiſſe ferunt regē illū futurū qdē;:uerū cū maxio labore re-
gnaturū.Sic ille p q̃dragita regnauit ānos cōputatis his qbus ſatrapes habitus
ē.cæterū iugi labore:ut octogenarius adhuc bellū gereret:& depugnās extīctus
ſit.Et ut idē auctor ꝓſeqt̃ defuncto Seleuco q deinceps ab illo ſyrie regnū ſuſce
perunt hi fere habent̃ Antiochus primus:q nouercā fert̃ duxiſſe:& Sotheris co
gnomen habuit.Nā ut idē auctor in eodē uolumine late prius oſtēderat.Strato-
nicē Seleuci uxorē Antiochi nouercā & iā puerū Seleuco enixā Antiochus ipſe
adoleſcens miſere depibat:uerū paſſionē cōprimēs nō palā cuiq̃ facere audebat
tantum morbo indulgēs ultro mortē appetebat.Sed tandem Eraſiſtratus medi-
cus re cognita ad Seleucum inqt.filius tuus iſanabili morbo corripit̃.Ad clami
tantē regem addidi Eraſiſtratus paſſio hæc amor ē.& qdem mulieris quā cenſe
q haud potis ē.admiratus Seleucus nōne uniuerſæ inqt aſiæ imperitē & ꝓ ſup-
ſtite filio oia dare poſſum.ſolum quæ mulier hæc eſſet efflagitabat . Cui Eraſi-
ſtratus meā inqt uxorē depit:tū rex miris pollicitationibus rogabat:ut illam in
cōiugium filio daret:cui tātum regnum debebatur.Cui reſpōdens Eraſiſtratus
an tu inqt q̃q̃ eius parens ſi uxorem tuā cuperet Antiochus illā ultro daturus
eſſes.tum Seleucus deos oēs pſancte deierās ſpōte ac læte daturū obtulit.Quod
cum nō ficte regem effari Eraſiſtratus cognouiſſet:paſſionē omnē filii detegit.
& quēadmodum id dephendiſſet enunciat Seleucus gaudio elatus unicū opus
ſupeſſe ſibi arbitratus ē:quo pacto id filio pſuadēdum eſſet: quo pacto & uxori
ſed tandē uoti cōpos coacto exercitu rē pādit:ei filio uxorē cōiugem dedit: qd̃
magnificum & regale ab oibus exiſtimatum fuit:ac magnificentius qddā & ſa-
pientius adoleſcētis amor:atq; ad amorē eius inſignis moderatio.Ex huius igit̃
Antiochi & nouercæ cōiugio natus ē alter Antiochus:cui etiā dei cognomē af-
fuit a mileſiis primum inditum. qd̃ Timachrum eorum tyrānum expuliſſet.
huic Antiocho pharmaco interēpto Seleucus filius ex Laodice i regno ſucceſſit
Callinicus cognominatus.Seleuco autē ipſi filii duo affuere ætate adulti.Seleu
cus.ſ.& Antiochus.Seleucus ex mala ualitudine cum iā duobus ānis regnaſſet
p Pharmachum ſublatus.cui frater Antiochus ſuccedens magnus cognoīatus
ē.Hic bellum cū romanis geſſit.ac ſeptē &.xxx.ānis regnum tenuit. habuitq; fi
lium Seleucū & antiochum.ſed facta cū romanis pace miſſus fuit Antio. obſes
romā:& mortuo patre ſucceſſit Seleucus.q dato romanis Demerito filio fratre;
Antiochū liberauit:is cū i patriā reuerteret̃:& iā athenis ꝓpinquus eſſet.Seleu-
cus ex iſidiis Heliodori cuiuſdā ex ſuis īterficit̃:quē ſuſcipe regnū conantē Eu-
menes & Attalus ui pepulere:Antiocho in regē ſubſtituto:cui blandiebant̃ ma
xime.Huic filius Antio.ix.ānos habēs ſucceſſit in regno:quē ob patris uirtute;
Syrii Eupatrum cognominauerunt:quē Lyſias aluit & Demetrius obſes clācu
lum e roma diffugiens:& a ſyriis grate ſuſcæptus Lyſiā pariter:a puerum Anti
ochum interemit.& ipſe regno prefuit:q a babyloniis Sother ē cognominatus.
Poſt quem ex eodem genere multi fuerunt principes & tempore p breues:fuitq;
bellum mithridaticum:& ſyria in romanorum poteſtatem uenit.

S elymbria ſecunda cum.y. græco: penultima cum.i. latino ſcribitur. ciuitas eſt
teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vi.in ꝓpontide ꝓpinqua hyzantio.

S emiramis cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit aſſyriorū regina:& Nini regis ux
or:hæc mortuo marito: nō eſt auſa tradere imperium filio impuberi derelicto:

nec ipſa palam tractare timens illos nõ eſſe foeminæ parituros. Quare teſte Iu
ſtino in primo ſimulat ſe filiũ eẽ Nini:& puerũ ꝓ fœmina:hoc ẽ ipſa Semirami
de oſtẽdebat:ſicq; ſexũ mẽtita magnas res geſſit:quarũ amplitudine ubi iuidiá
ſuperatá putat:quæ ſit:& quẽ ſimulaſſet fatetur. Quod nec illi dignitatem ad-
emit:ſed admirationem auxit:quod mulier nõ fœminas mõ uirtute:ſed etiá ui
ros anteiret.hæc ut græci ſcriptores & latini illos ſequẽtes ferunt babylonẽ cõ-
didit.Sed hos redarguit Ioſephus diligẽtiſſimus hiſtoriarũ ſcriptor lib.ad Appi
onem alexandrinũ grámaticũ primo inducens Beroſi chaldæi auctoritatem an
tiquiſſimi & ueriſſimi ſcriptoris:qui manifeſtiſſime oſtendit urbem prime am-
pliatá & exornatá:ac muro cinctá fuiſſe a Nabuchdenoſor rege longe ante Se-
miramidẽ.Sed hæc ut idem refert Iuſtinus nõ cõtenta acquiſitos a uiro regni
terminos tueri:æthiopiá quoq; imperio adiæcit:indis bellũ intulit:quo præter
illam & Alexandrum magnũ nemo intrauit.Et ut refert Valerius Maximus ď
ira & odio:dũ die quadá circa cultum ſui corporis occupata eſſet: & nuntiarẽ
illi babylonẽ deſeciſſe:ſoluta adhuc altera parte criniũ ꝓtinus ad eá expugná
dam cucurrit:ne prius decorẽ capillorũ redegit in ordinem:q̃ tantá urbẽ in ſu
am poteſtatem reſtituit.Quare merito a Iuuenale redargui potuit Otho roma
norum impator:qui dũ romanis uiris omniũ uariorum grauiſſimis & fortiſſi-
mis imperitare certaret.ſpeculũ in ciuili bello contra Vitelliũ deferebat: quo ſe
ipſum armatũ uidebat: an decenter comptus eſſet. cũ iam tolli uexilla iuberet.
Quod neq; in aſſyrio pharetrata Semiramis orbe Mæſta:nec actiaca fecit Cleo
patra carina.Verũ cum Semiramis in præliis ſemp & ſanguine uerſarẽ: a ſtu-
pris nunq̃ ceſſauit.Immo teſte Pli.in.viii.natu.hiſto.Equuȝ fuiſſe amatũ a Se-
miramide uſq; in coitum Iuba auctor eſt.nec erubuit filio cõmiſceri. Alios ue-
ro flagitioſe cõcæptos expoſuit ĩpie:qbus rebus cognitis ac diuulgatis:ut eius ĩ
famia tolleretur p legẽ ſtatuit:ut inter parentes ac filios nulla delata reuerẽtia:
ut cuiq; libitum eſſet liber cõcubitus fieret.Iuſtinus uero nõ cõſueuiſſe illá cũ
filio cõcubitum dixit:ſed ad extremũ ait cum filii concubitum petiiſſet:ab eo-
dem interfecta ẽ:duos & quadraginta annos poſt Ninum regno potita. Diodo
rus uero ſiculus alia & auerſa his etiam ſcribit.

S epia cum.i.latino ſcribitur:ſcopulus eſt teſte Hero.diuerſis in locis:quem iuxta
litora athenienſiũ eſſe oſtendit.Eſt etiá genus piſcis: de quo ſatis Pli. ẽ locutus.

S erbonis cum.i.latino ſcribitur. Eſt teſte Herodoto in.ii.palus : iuxta quam eſt
mons caſius.

S eres cum.e.abſq; diphthongo & unico.r.ſcribitur: ſunt Solino teſte in collecta-
neis:& Plinio in.vi.naturalis hiſto.populi aſiæ ſcythicæ mites & quietiſſimi in
ter ſe.reliquorum mortalium coetus fugiunt adeo:ꝙ cæterarum gentium com
mercia abnuant.arbores apud hos non ſolum folia ſed lanam etiam proferunt
quæ ab eis denominata ſericum appellatur.Vnde Seneca in hyppolyto.
Procul ſit muricis tyrii robur:quæ fila ramis ultimi ſeres legunt. & Virgili.in
primo georgi.Velleraq; ut foliis depectũt tenuia ſeres. Et ut dixit Pli. Primum
eorum flumen proſitharas:proximũ cambri:tertium lanos:a quo promontoriũ
Et ſubdit Solinus in ripis cambris ſine interprete depoſita rerum precia oculis
æſtimantes:ſua tradunt aliena non emunt.Quare debet intelligi eos nõ egredi
terminus ſuæ gẽtis.Vnde ideſt.Ignoti facie ſed noti uellere ſeres. horum nomẽ
teſte eodem Pli.latine ſiluarum nobiles ſonat.

S ermyle cum.y.græco ſcribitur:fuit teſte Herodoto ciuitas in ſithonia:ut in ea di
ctione uidebimus.

S eriphius cum.i.latino utrobiq; ſcribitur a ſeripho inſula.

S erpillus cum.i.latino & duplicato.l.ſcribitur:herba eſt paruorum foliorum ca-
pillis per herbam ſerpentibus:unde nomen accæpit:ut in primo horum cõmẽ-
tariorum libro uidimus.

S eſoſtris cũ.t.exili &.i.latino ſequẽte.ſ.deſinit:fuit teſte Hero.li.hiſto.ii. rex ægy-
ptii.Idẽ referente Pli.in.vi.natu.hiſto.conatus eſt nauigabilẽ alueum ex rubro
mari in nilum ꝓducere:q̃ pte ad peluſium decurrit ſeptuagita duobus milibus
paſſuum ĩteruallo.mox Darius rex pſaruȝ idẽ excogitauit. Deinde Ptolemæus
ſequens q eduxit foſſam latitudine pedum centum:altitudie triginta: lõgitudi
ne.xxxvii.miliũ paſſuũ uſq; ad fontes amaros:ultra deteruit iundatiõis metus
excelſiore tribus cubitis rubro mari cõpto:q̃ terra ægypti.Et ſubdit. Aliq nõ eá
afferunt cám:ſed ĩmiſſo mari corrũperetur aqua nili:quæ ſola potus prebet.

S etinum cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:uinum eſt ſic quoq; cognominatuȝ ab
agro eius nominis ubi naſcitur:qui teſte Pli.li.iii.natu.hiſto.eſt in campania.

S yagros cum.y.græco ſcribitur:a noſtris aper cognominatur . Nam quod apud
græcos συσ:apud nos ſus dicitur:& αγροσ ferus.

S ybaris prima cum.y.græco:ultia cuȝ.i.latino ſcribitur:fuit oppidũ antiqſſimũ
duodecĩ milibus paſſuum ab urbe diſtás.Quin & aliud teſte Hero.li. hiſtori.v.
crotonæ ꝓpinquum ẽ:& eodem nomine fluuius in calabrya crathi fluuio ꝓpi-
quus.Itẽ nomen iuuenis cuiuſdam apud Horatium in primo carminum. Ly-
dia dic per omnes te deos oro ſybarim cur properes amando perdere.

S ibylla pria cũ.i.latino:ſequens cũ.y.græ.qn & duplicato.l.ſcribit̃.Nomẽ eſt nõ
ꝓpriũ mulieris:ſed officii.Ná σιοὺσ dæos æoles uocant : βούλη uero ſententia
eſt:ſeu cõſilium:ex qbus id nomen cõponunt.Ita ut ſibyllas.i.dei ſententias an-
tiq noſtri uaticinatrices mulieres dixerunt:q̃s decẽ fuiſſe memorat Varro ĩ lib.
rerum diuinarum:quos ad.C.Cæſarẽ pontificem Maxi.ſcripſit:eaſq; oẽs(ut ret-
tulit Lactátius)enumerauit ſub auctoribus:q de ſingulis ſcriptitauerũt. Primá
fuiſſe dixit de pſis:cuius mentionẽ fecit Nicanor:q res geſtas Alexandri mace-
donis ſcripſit,ſecundá libycá:cuius meminit Euripides in lamiæ ꝓlogo, Tertiá
delphicá de q̃ Chryſippus loqtur in eo li:quẽ de diuinatiõe cõpoſuit, Quartam
cymæá in italia:quá Neuius in li.belli punici.Piſo in ánalibus nomiat,Quintá
erythreá:quá Apollodo.erythreus ſuá affirmat eſſe ciuẽ.Eáq; graiis ilion peten
tibus uaticinatá:& piturá eſſe troiá.Et Home.mendacia ſcripturũ, Sextá ſamiá
De q̃ ſcribit Eratoſthenes in antiqs ánalibus ſamiorum repiſſe ſe ſcriptum,ſepti-
má Cumaná noíe Amaltheam:quæ ab aliis Erophile uel Demophile nominat̃.
eáq; nouem libros attuliſſe ad regẽ Tarquinium Priſcuȝ:ac ꝓ his trecentos phi
lippos poſtulaſſe.Regẽq; aſpnatũ precii magnitudinẽ deriſiſſe mulieris inſaniá
illá in cõſpectu regis tres cõbuſſiſſe:ac ꝓ reliqs idẽ ꝓciũ popoſciſſe. Tarquinũ
multo magis inſanire mulierẽ putauiſſe:quæ denuo tribus aliis exuſtis: cuȝ in
eodẽ precio pſeueraſſet:motuȝ eſſe regẽ ac reſiduos trecentis aureis emiſſe.Quo
rum poſtea numerus ſit auctus capitolio refecto:ꝙ ex omnibus ciuitatibus : &
italicis & græcis præcipueq; erythreis coacti allatiq; ſunt romani. Cuiuſq; ſibyl
læ nomine fuerunt,Octauam hölleſpontiam:in agro troiano natam uico mar-
meſſo circa oppidum gergitheum: quá ſcripſit Heraclites ponticus: Solonis &

·9· Ciri fuiſſe temporibus. Nonam phrygiam.quæ uaticinata.ſit Ancyræ. Decimã
·10· tyburtem:uel tyburtinam nomie Albuneam:quæ tybure colitur:ut dæa iuxta
ripas amnis amoeni;.Cuius in gurgite ſimulachrum eius inuentum eſſe dicit̃
tenens in manu librum.

S ycambri prima cum.y.græco: ſequens cum.c.exili ſcribitur. Sed apud græcos
prima diphthongũ habet ου:a qua nos.o. abiicimus & retinemus.v. populi ſũt
germaniæ.de quibus Martialis in primo: Crinibus in nodum tortis uenere ſy-
cambri.

S icani prima cum.i.latino:ſequẽs cũ.c.exili ſcribitur:fuerũt ſecundũ nonnullo
rum opinionem populi hiſpaniæ a fluuio ſicoride cognominati.Vnde & Luca
nus inquit:Heſperios inter ſicoris nõ ultimus amnis. Hi duce ſicelo ad italiam
ueniſſe dicũtur:eãq; tenuiſſe excluſis ab originibus:Mox ipi pulſi ab illis:quos
ante pupulerant:inſulã uicinã italiæ occupauerunt. Eamq; ſicaniam quidem
a gentis cognomine:ſiceliam uero a nomine ducis uocitauerũt. Et inde quoq;
Italum regem ueniſſe:a quo italiam cognominatã fuiſſe dixerunt.

S icilia cum.i.latino utrobiq; &.c.exili ſcribitur:inſula ẽ ad ultimum italiæ: quã
græci ſiceliam:uidelicet ſecundam cum.e.uocali ſcribentes dicunt:quod latini
in.i.conuerterunt. Hæc ut Pli.in.iii.natu.hiſto.& alii fere omnes putauerunt
hiſtorici:olim italiæ cõiuncta fuit:ſed terræ motu agente ſeu alia quauis ruina
diuiſa ea pars fuit ab italia:undis intermediis ſine requie fluctuãtibus. Vnde &
Virgilius in tertio æneidos ait.

Hæc loca in quondam & uaſta conuulſa ruina:
Tantum æui longinqua ualet mutare uetuſtas.
Diſſiluiſſe ferunt:cum protinus utraq; tellus
Vna foret.& reliqua:quæ ꝓſequitur.Idem Luca.in.iii.confirmauit. Hanc ſici-
liæ inſulam pulchritudine deſcripſit Thucydides de bello pelopõneſiaco libro:
Cuius formã ut ſummatim dicamus triangularẽ poſuit: quin & ipſos angulos
totidem ꝓmontoria in extremitatibus ſuis cõficere dixit. E quibus ipſa a poetis
trinacria dicta fuit.Horũ quidem unus in meridiẽ uergit:& pachynus dicitur
Alius uero ad ſeptẽtrionem ſpectat:& pelorus uocatur:Nec plus diſtat ab italia
q̃ mille quingentis paſſibus.Alius autem in libyam & occaſum tendit: atq; ĩ ip
ſam carthaginem maxime ſpectare uidetur.Nec ab aphricæ litore pluſq̃ centuꝫ
uiginti milia paſſuum diſtare conſtat:uocaturq; lilybeus.& hi tres montes tria
inſulæ latera conſtituentes:unũ quidem ad aphricam exponunt:reliqua uero
duo latera uerſus italiam ipſam coartantes inſulam in pelorum deducunt.
Sane a ſicilia ſiculus deriuatur.pauciorũ.ſ.ſyllabarum q̃ primitiuũ quod rariſ
ſime fieri contingit:cum in deriuatiuis additio fieri ſolebat:ut pater paternus:
mater maternus:homo humanus:roma romanus.Et raro aliter:ut ab hiſpania
hiſpanus:a lauinia lauinus:a ſicilia ſiculus:& pauca alia.Nã ď his loquor quæ
ſunt adiectiua.

S ycion prima cũ.i.latino:ſequẽs cũ.c.exili &.y.græco ſcribit̃:fuit teſte Pli.ĩ.iiii.
natu.hiſto.achaiæ urbs in laconia : unde & laconia quandoq; ſicyonia uocata
fuit.Refertiſſima oliuetis:ob quod ait Virgi.ĩ.ii.geor.Terit̃ ſicyonia bacca tra-
petis.de qua Cicero in.v.de officiis. Aliam eodem nomine oſtendit Pli.eſſe ĩ ma
ri ægæo inſulam ex oppoſito ad epidaurum:quam altam eſſe & eminentem uo
luit.Idem Iuue.in.iii.ſatyra cum ait:Hic alta ſicyone.Vnde & hæc ſicyonia cal

ciamenti genus accæptum fuit.Lucanus:
Et pedibus leua ſicyoniam demit honeſta.

S ycos cum.y.græco &.c.exili ſcribitur:uocabulum eſt græcũ:id ſignificãs quod
ficũ dicimus:& a nõnullis ex poetis noſtris antiqſſimis teſte Parthemio uſitatũ
fuit.& Neuium rettulit dicentẽ: Hodie ſycos mihi recens fuit. Vnde & ſycomo-
rus ficus fatua dicitur:& ſycophãta ficuũ comeſtor. Sed iã apud noſtros ficus
cũ.f.atq;.i.latino ſcribitur:quaſi a fœcunditate dicatur : Et ſic quoq; apud cæ-
teros antiquos ſcriptum cõperimus. Sane ut moderniores qdam grãmaticoruꝫ
putant: cũ pro fructu quidẽ ponit̃ ſemꝑ eſt quartæ:cũ uero ꝑ arbore ſecũdæ
eſt declinationis:quæ ambo cõtra rationẽ:& antiquorum auctoritatẽ dicta ſũt.
Nã im ſecũda quoq; declinatione & genere maſculino non modo apud poetas:
ſed apud oratores approbatiſſimos ficus etiam pro fructu comperitur:ut Hora
tius in fine ſermonum:Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi. Plinius in
xv. naturalis hiſtoriæ. Culices uolant morſuque ficorum crebro.hoc eſt auidi-
ore paſtu aperiunt ora.& ſimilia in mille locis. Vnde & eius nepos ĩ.epiſtola ad
Octauum Ruffum:Quæ nunc cum ficis & boletis certamen nõdum habent.
Cicero de ſenectute ex tantulo grano fici.Quin & in genere maſculino protulit
ipſe auunculus.Plinius uariis in locis ſuæ natu.hiſto.& Macrobius ut clariſſi-
me oſtendemus.Rurſus & ꝑ arbore ſæpius quartæ ponitur:ut idẽ Cicero de o-
ratore dixit uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu . Quãq̃ & ſecundæ etiam pona
tur.ut Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris inquit.Ad quæ diſcutiẽda ualẽt
ſterilis mala robora fici.Idem & Macrobius ſemper fere ſecundæ declinationis
utitur:Quin & plurimos ueterum uſos fuiſſe oſtendit. At uero Priſcianus uo-
luit pro fructu quoq; & morbo tantũmodo quartæ eſſe declinationis:hocq; au
ctoritate Martialis dicentis in primo epigrammatum.

Cum dixi ficus rides quaſi barbara uerba.
Et dici ficos cæcilianæ iubes.
Dicemus ficus:quas ſcimus in arbore naſci.
Dicemus ficos ceciliane tuos.ita ut quodlibet horũ uerſiculorũ ponat̃ q̃rtæ de-
cliatiõis ꝑterq̃ ĩ.ii.& ꝑ hoc oſtẽdat Mar. ſecũdũ Priſciãi expoſitionẽ uitiũ & fru
ctuũ q̃rtæ eſſe declinatiõis:genere autẽ differre. Alii uero aliã dicũt Mar.fuiſſe
ſcripturã:& frequẽtius ſic haberi uidet̃:Cũ dixi ficos rides q̃ſi barbara uerba.
Et dici ficus cæciliane iubes:
Dicemus ficus:quas ſcimus in arbore naſci.
Dicemus ficos cæciliane tuos:
Ita ut in primo qdẽ & ultio uerſiculo ſit declinationis ſecundæ: ĩ duobus uero
intermediis ſit quartæ.Nã ut hi ſic legẽtes aiunt: nõ riſiſſet ille Martialẽ qď di-
ceret ficus cũ certũ ac manifeſtũ eſſet nõ eſſe barbarũ:nec ꝙ genere forſitan ab
uſus fuiſſet:cũ dicẽdo ſolũ ficus nõ magis ad unũ genus:q̃ ad reliquum ſe cõ-
traheret.Sed certe ridebat illũ alia declinatiõe uſum fuiſſe q̃ debebat: etiam ex
mutatiõe declinatiõis in ſecundo uerſu apparet.In quo Martial.ad declinatio-
nẽ nõ ad genus reſpondet:cum ficos quod barbaruꝫ & nõ repiri Cecilianus uo
lebat:ipſe Martialis dixiſſet & nõ ficus:quod latinũ erat. At Martia.utrũq; poſ-
ſe dixi & latinum eſſe oſtendit.Et magis ioco q̃ ſerio ad ſolũ morbuꝫ ficos rettu
lit:oſtendẽs illum adeo ſtolidum eſſe:ut negaret ficos repiri:quo clariſſimi au-
ctores utunt̃:& ficos hoc eſt morbũ ad ſimilitudinẽ fructus appellatũ ipſe ſecũ

quidẽ cũ dolore geſtaret.Itaq; & latinũ & uſitatũ eſſe. Quin & ficus quartæ de
clinationis nõ poſſe etiã eſſe generis maſculini oſtẽdit. Ficus ergo cu ſecundæ
declinationis ẽ & fructũ & morbũ:ad cuius ſimilitudinẽ aſſumptũ ẽ deſignare
h;:qn & ꝓ utroq; generis ẽ maſculini:ut multis ĩ locis oſtẽdit Plini. unde ĩ.xvi
natu.hiſto.ait:Fici mirabiles ſũt & abortiui q nunq̃ matureſcũt.Et in eo li.hela
dis inqt: Ficos ſub folio quidẽ puos groſſos uero ſupra folium naſci. Similiter
Macrobius groſſi appellãt inqt fici:q nõ matureſcunt:hos græci dicunt ὀλύν
θουσ.Et ſubdit ĩ milibus tot ficorũ nõ uidebitis groſſum. At uero cũ generis ẽ
foeminini & declinationis ſecũdæ arborẽ tantũmõ:ut Pli.eo.lib.Magna inquit
& radicũ differẽtia copioſæ fico:platano:robori:& ſubdit.Aliis recto meatu: ut
lauro:oleæ.aliis flexuoſo:ut fico.& infra ſubdit:Quidaʒ breuitate radicum cele
rius ſeneſcere arbores putant:quod coargunt fici : quarũ radice: longiſſimæ:&
ſenectus ocyſſima.:Cũ aũt quartæ ẽ declinatõis fructũ & arborẽ deſignare põt
ac ſemp eſt generis foeminini:ut idem Pli.ĩ eodem libro ficus inquit:ſole ex om
niũ arborũ foetu maturitatis cãm meditantˀ.Sic Iuue.Si uis aliã decerpere ficũ
Sed de ficulnea dubiũ apud quoſdam habetˀ.an ab antiquis uſitatũ fuerit uo-
cabulũ:quod nos uſitatũ cõperimus:nõ ſolũ interpraetatione Hieronymi cũ in
euãgelio ait:Reſpice ficulneas & ceteras arbores.Sed in Pli.auctore præſtantiſſi
mo lib.xvi.natu.hiſto.ubi tractãs de cura & uſu foliorũ ĩquit: bobus quibus &
ficulnea:& ligna ex hedera tradentˀ:& ex harundine ac lauro.Reperitˀ ſimiliter
ficulnus ficulna ficulnũ adiectiuũ eẽ:ut Hora.Olim trũcus erã ficulnus ĩutile
lignũ.Et ꝓ materiato ex ea arbore accipiẽdũ ẽ:ut a corylus colurnus. Virg.lib.
georg.iii.Pinguiaq; ĩ uerubus torrebimus exta colurnis. a populus populnus :
ab abies abiegnus.Plau.ĩ caſina:ſed mãe dũ nũ iſtæc:aut populna ſors:aut abie
gna ẽ tua.a quercu quernus.Virgi.lib.georg.ĩ.ſed tamẽ & quernas glãdes tum
ſtringere tẽpus.ab ilice ilegneus uel iliceus.Teren.in adelphis:Lectulos iligneis
pedibus.Statius ĩ.vi.thebaidos:Orniq; iliceæq; trabes metuẽdaq; ſucco. Taxus
a ſalice ſalignus.Virgi.eo.lib.Et cuſtos furũ atq; auiũ cum falce ſaligna.

Sycomorus cum.y.græco:&.c.exili ſcribitur: dicitur a noſtris ficus fatua. Nam
componitur ex ſicos qui eſt ficus:& μῶρός fatuus.

Sycophanta prima cũ.y.græco:ſequẽs cũ.c.exili:tertia cũ.ph.aſpirato:ultima cũ
t.exili ſcribitur.traducitˀ apud noſtros calũniator:ad uerbũ dici ficorũ cõeſtor
φαγῶ enĩ eſt manduco:& phanta is dicitur q edit:σύκους ideſt ficos. Sed qua
re calũniator dicitˀ:duabus id rationibus fieri comperi.Vnã quidẽ apud Syne-
ſium grãmaticum græcũ. Alterã uero apud Pompeium Feſtũ. Prima eſt quod
ex duobus ſeruis græcis alter abſumpſerat ficos:alter quis pſus exediſſet igno-
rabat:domino tamẽ cõquerẽte a ſonte ĩſons accuſabatur. Herus prudẽtiſſimus
utriq; calidã præbuit. Solus delinquẽs euomuit.Quid enĩ ieiunus euomeret:ni
ſi inteſtina:tunc primũ natũ ẽ id uerbũ ſycophãta ideſt calũniator: qa inſontẽ
falſo crimĩe calumniabatˀ. Feſtus uero hac de cauſa ſycophãtas appellatos dixit
atticos inqens quõdã iuuenes ſolitos aiunt in hortos irrũpere:ficoſq; colligere:
quã ob cauſam lege ẽ cautũ:& cõſtitutũ:ut qui id feciſſet capite trũcaretˀ: quã
poenã qui pſequerentur:ob puula detrimenta ſycophantas appellatos.

Sidon cũ.i.latino ſcribitˀ:urbs fuit:quã teſte Iuſtino in.xviii.ſuorum epitomatũ
phoenices condidere:q terræmotu uexati relicto patrio ſolo aſſyrium ſtagnum
prio:mox mari pximũ litus ĩcoluere cõdita ibi urbe:quã a piſcium ubertate ſi-
dona uocauerunt:eo q tali nomine piſcẽ phoenices uocent.Sed deĩde poſt mul
tos ãnos a rege aſcoloniorũ expugnati ciues nauibus appulſi tyron urbẽ ãte an
num troianæ cladis cõdiderunt.De eius ſucceſſu pfatus Iuſtinus pſeqtur.Sed
ex his ſatis cõſtat qre Dido ipſa ſidonia nõnunq̃ a Virgi.cognominata fuit.

Sidus cum.i.latino ſcribitˀ:& latinum ẽ uocabulnm:ac ſido qđ ẽ fixus ſto dedu
ctum puto.Nec illis credo q græcũ eſſe uolunt.& a σύνοδεύω:qđ ẽ cõmeo &
cõuenio tractum exiſtimãt:ita ut ſecundum illos cum.y.græco ſcribatur: & ſit
plurium ſtellarum cõuentus.Nec aliis ſimiliter aſſentior q græcum eſſe putan
tes ex σύν cõponi dicunt:qđ ĩdicat ſimul:& εἰδεῖν uidere: q̃ſi ſimul cõſpectã
ex pluribus ſtellis formã indicet.Macrobius latinum eſſe dixit: & ſup ſomnum
Scipionis ponens differentiã inter ſtellas & ſidus ita ſcribit: Nunc uideamus q̃
ſint hæc duo nomina:quorum pariter meminit Cicero cum dicit : Quæ ſidera
& ſtellas uocatis.Neq; enĩ hic res una gemina appellatiõe mõſtratˀ: ut enſis gla-
dius.Sed ſunt ſtellæ qdem ſingulares & erraticæ & certæ quæ nõ admixtæ aliis
ſole feruntur.Sidera uero quæ in aliquod ſignum ſtellarum plurium cõpoſita
feruntur:ut aries:taurus.andromeda:perſeus:corona:& quæq; uariarum gene
ra formarum in cælo recæpta creduntur.Sic & apud græcos aſter & aſtrum di
uerſa ſignificãt:& aſter ſtella una:& aſtrum ſignum ſtellis coactum: quod nos
ſidus uocamus.Hæc ille ſecundum merã uocabulorum ꝓprietatẽ expſſit. Nam
& quãdoq; etiã ꝓ ſtella ſidus ab auctoribus poſitum legimus:ut apud eundem
Ciceronẽ in eodem libro de uniuerſitate inqt.Itaq; neſciunt hos ſiderum: erro-
ores . & libro.ii.de natura deorum ait.Nam cum duo ſint genera ſiderum quo-
rum alterum ſpatiis ĩmutabilibus ab ortu ad occaſum cõmeans nullum unq̃
curſus ſui ueſtigium inflectit:alterum autẽ cõtinuans cõuerſiones duas::idem
ſpatiis curſibuſq; conficiat. Quintilianus ſimiliter in mathematico: Quid hæc
inqt fulgentium ſiderum uenerãda facies:quod quædaʒ uelut infixa:ac cohæ
rentia ppetua ſemelq; capta ſedulo collucẽt.Alia toto ſparſa cælo uagos curſus
certis emætiuntur erroribus.aſtrum ſimiliter a Virgi.pro unica ſtella poſitum
fuit:quã in funeribus Cæſaris apparuiſſe dicunt:cum ait in bucolicis:Ecce di-
onei proceſſit cæſaris aſtrum.fateor tamen nunq̃ ſtellam dici arietem taurum
andromedam:pſeum:ſed ſidus:unde eſt quod dicimus hibernum ſidus:Et illđ
Quintiliani:Nos graue huius anni ſidus afflauit.

Siderites cum.i.latino utrobiq;:&.t.exili ſcribitur:lapis eſt ferro ſimilis a quo no
men aſſumpſit.Nam apud græcos σίδηρος ferrum dicitur.

Syene cum.y.græco ſcribitur:ciuitas eſt in cõfinibus æthiopiæ & ægypti . Et te-
ſte Pli.in.ii.natu.hiſto.ſupra alexandriã uerſus meridiẽ qnq̃ginta milium ſta-
diorum:Ac ut ſcribit Macrobius li.ii.ſup ſomnium Scipionis directe locata eſt
ſub tropico æſtiuo.i.ſub cancro in extremo torridæ zone.Quare cuʒ ſol ad can
crum uenit in medio ſolſtitii die ſupra uerticẽ ciuitatis cadens:nullã prorſus ĩ
ea umbrã efficit.Quod Luca.tetigit in.ii.cum ait:Vmbras nuſq̃ flectente ſyene
hoc eſt per dies ſolſtitii.Et ſubiunxit in.viii.Nã qs ad exuſtã cancro torrente ſy
enem Ibit.Idem lib.x.Cancroq; ſuam torrente ſyenem.& ut dixit Seruius in bu
colico philoſophi eo loco effodere puteuʒ nimiæ altitudinis:quem ſol radiabat
recto intuitu octauo kalendas iulias:quando eſt in cancro.

Syla cũ.y.græco & unico.l.ſcribitur:mõs ẽ lucanie & ſilua in illo ſit dicta:quaſi
σύρα id eſt tracta:hoc eſt latronibus frequentata. ut Saluſtius de fugitiuis in

ſilua inqt ſyla fuerunt:de qua Virgilius libro.xii.meminit.

S ylla cũ.y.græco & duplicato.l.ſcribitur:de cuius ortographia in primo horum
cõmẽtariorũ lib.mõſtrauimus.fuit(teſte Saluſtio)romanus nobilis:& ut nõnul
li dicũt ex antiqua Scipionũ familia.In adoleſcẽtia oĩbus flagitiis inquinatã ui-
tã duxit:hoc ẽ uſq; ad quæſturã: quã ſub Mario adeptus ẽ. In qua uitã omnẽ
penitus cõmutauit.&(ut dixit Valerius Maxi)catenas Iugurthæ manibus iniæ
cit.Mithridatẽ cõpeſcuit:ſotialis belli luctus repreſſit:Cinnæ dominationẽ fræ
git:& Mariũ qui olim ſe quæſtorẽ faſtidierat:ipſam illã ꝓuinciã ꝓſcriptũ & ex
ulem coegit petere.fuitq; litteris græcis & latinis doctiſſime eruditus:facundus
acer:altatus:gloriæ cupidus:ſui ſecurus.multarũ rerũ & pecuniæ maxime lar-
gitor:animo grãdis:ita ut dicat Saluſtius dubitari potuit fortior an foelicior eſ-
ſet.Nam foelix eo dici uoluit:quod de inimicis marianis fœliciter ultus fuit. Et
dictator inde effectus ita rem.ſuppreſſit:ut teſte Cicerone in.v.uerrinarum:ne
mo illo ĩuito nec bona nec patriam nec uitam retinere poſſet.Vltimo teſte Pli.
nepote de uiris illuſtribus ordinata repub.dictaturam depoſuit: & ſub priuata
uita ſe contulit puteolos.Qua de re Suetonio teſte Iulius Cæſar dicere conſue-
uerat illũ litteras neſciuiſſe:quia dictaturam depoſuiſſet. de quo in dictiõe pro
logus uidimus.Tandem incidit in morbum ulcere in inteſtinis oborto.Quo tẽ
pore tanta pediculorum:ut aiunt uis toto corpore eius manauit: ut nullo argu
mento cohiberi poſſent:atq; hoc pacto mortem obiit.

S ilenus cũ.i.latino & unico.l.ſcribitur:prima tamen apud græcos habet diph.ei
quæ in.i.lõgã cõuerſa fuit:ut ſæpe fieri uidimus:fuit Bacchi nutricius. qui iã
ſenex ſup aſello ſedẽs:Bacchũ p loca oĩa ſequebat̃:ut Oui.i.de arte amandi.
Ebrius ecce ſenex pando ſilenus aſello.
Vix ſedet:& preſſas continet arte iubas.

S yllaba cum.y.græco & duplicato.l.ſcribitur: dici poteſt latine complexio.Nam
compoſitum uocabulum eſt ex σὺν:quod eſt con:& λαμβανω capio.

S yloſon cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum
iiii.ſamiorum tyrannus.

S ilphii cum.i.latino ſcribitur:fuerunt teſte Herodoto lib.hiſto.iiii.populi libyci
ab inſula plateæ uſq; ad os ſyrtium protenſi.

S ilarus cũ.i.latino & unico.l.ſcribitur:fluuius eſt cãpaniæ ſalerno ꝓpĩquus : ita
ut a fluuio exiſtimẽt quidã oppidũ ipſũ nomẽ aſſumpſiſſe. Et ut ait Pli.in.iii.
natu.hiſto.cãpaniã a lucanis diuidit.In quo ultra ſurrhẽtum:ut idem dixerat
in.ii.nõ mõ uirgulta:ſed uolatilia lapideſcũt. Alias potu ſalubres ſũt aquæ eiꝰ.
De hoc meminit Virgi.in.iii.georgi.cum ait:Eſt lucos ſilari circa.

S yllepſis cũ.y.græco & duplicato.l.ſcribitur:dici poteſt latine cõcæptio.Nã com
ponitur ex σὺν quod eſt con:&ληψισ accæptio:& tunc quoq; fieri dicitur cũ
aut pluralis dictio ſingulari uerbo cõplectitur:ut ſunt nobis mitia poma Caſta
neæ molles:& preſſi copia lactis: Aut cum pro multis unus ponitur. Iuxta id
Virgilii in.ii.æneí.Verũq; armato milite complent:milite dixit ꝓ militibus. Itẽ
& pro uno multi:ut idem in.viii.æneidos.Vos o calliope precor aſpirate canen
ti.Nam rectum fuiſſet:uos o muſæ:& tu Calliope.

S yllogiſmus cũ.y.græco & duplicato.l.& penultima cũ.g.ſequẽte.i.latino ſcribi
tur:Eſt argumentationis ſpẽs alias & diuerſas ſub ſe ſpecies detinens:de quibus
omnibus late uidimus in cõmentariis dialecticæ:quæ nuper edidimus.

S ilua cum.i.latino ſcribitur:atq; græcã originẽ habere deprehendit̃. Nã ὕλη la-
tine materia dicitur:quæ aſpirationẽ primũ conuertens in.ſ. ut in pluribus di
ctionibus fieri ſupra oſtendimus:& nihil mutatis litteris:ut.y.græcum in.u.no
ſtrum & poſt.l.appoſitum :atq; initio addito.i.latino reſultat ſilua: id eſt mate-
ria:ſeu prima materia.Quintilianus libro.x.de inſtitutione oratoria diuerſum
inqt eſt eorum uitium qui primo decurrere per materiã ſtilo q̃uelociſſimo uo
lunt.Et ſequẽtes calorem atq; impetum ex tempore ſcribunt.hanc ſilua uocãt.
repetunt deinde & componunt quæ effuderant.Sed uerba emendantur:& nu-
meri manent in rebus temere contextis:quæ fudit leuitas.

S yma cum.y.græco ſcribitur:urbs fuit in aſia:quin & pro monte iuxta pontum
poſuit Orpheus in argonautica.

S ymeon cũ.y.græco &.e.abſq; diphthõgo ſcribit̃:nomen fuit uiri proprium.

S imon cũ.i.latino ſcribitur:fuit uir athenienſis coriarius & philoſophus. Nã ut
ſcribit Laertius quotiẽs ad eius officinam perrexiſſet Socrates:atq; diſſeret oĩa
q̃ meminiſſe poterat annotabat.Vnde & ipſius dialogos trigintatres uno eodem
codice compræhendi dixit idem auctor:cui cum Pericles ſi ad ſe pergeret polli-
ceretur cũcta neceſſaria exhibiturum: reſpondiſſe fertur:fiduciam inquit uen-
dere conſilii non fuit.Alius fuit Simon qui ſcripſit rhetoricam. Alius item me-
dicus Seleuci & Nicanoris neceſſarius.Alius ſculptor.

S imilax cũ.i.latino utrobiq;:& unico.m.atq; unico.l.ſcribitur:arbor eſt quã teſtẽ
Sextio latini taxũ dicunt.Vnde Callimachus σμιλακα φθειροντα ξωα. alii di
cunt eſſe genus hederæ denſis geniculatæ caulibus ſpinoſis frutticoſe ramis: fo
lio:ceu hedera puo nõ anguloſa:ac reticulo eminẽte:papino: flore candido olẽ-
te lilium:fert racemos labruſcæ mõ nõ hederæ colore.hãc dixit Pli.xvi.nat.hiſt
oĩbus ſacris & coronis eſſe infauſtã:quoniã ſit lugubris uirgine eius nois ꝓpter
amorẽ iuuenis Croci mutata in hunc fruticẽ.Et ſubdit id uulgus ignorãs plæ
rũq; feſta ſua polluit hederã exiſtimando:ſicut in poetis:aut Libero patre: aut ĩ
Sileno qs oĩno neſcit qbus coronarentur.Et ſeqtur ex ſimilace ſiunt codicilli ꝓ
priumq; materiei eſt:ut admota auribus leuẽ ſonum reddat.At uero de taxo ar
borem teſte eodẽ Pli.aſpectu ſimilis pino & piceæ minime uirens:graciliſq; & tri
ſtis:ac dira nullo ſucco.Et fert lætalẽ fructũ baccas:qbus ĩ hiſpania p̃cipue uẽ
nenum ineſt. Vaſa etiam uinaria ex ea in gallia facta mortifera fuiſſe cõpertũ
eſt.hæc ille.Repit̃ & inſula cyrnes quæ corſica dicit̃:dicente Virg.in Noeri:Sic
tua cyrnæas fugiant examina taxos.atq; idẽ in georgicis.Amãt aqlonẽ & frigo
ra taxi.Dixit etiã p̃fatus Sextius eſſe in arcadia tã p̃ſentis ueneni:ut ſiq dormiãt
ſub ea:cibũue capiãt moriant̃.Et ſubdit Pli.Sunt & q toxica hinc appellata di-
cãt uenena::quæ nũc toxica dicimus:qbus ſagittæ tingunt̃.Et ſubdit. Reptũ
ĩnoxiã fieri ſi ĩ ipſa arbore clauus æreus adigat̃.Et ut nõ lõge ſupra idẽ dixerat
auctor ĩ europa ſex genera cognatarũ arborũ ferunt̃ pinus pinaſter:quæ eo te-
ſte nihil aliud ẽ q̃ pinus ſilueſtris:mira altitudine & a medio ramoſa ſicut pinus
in uertice.Picæa ut quæ ut idẽ aſſerit mõtes amat atq; frigora feralis arbor: &
funebri indicio ad fores poſita.Quartum genus abies.Quintũ larix:cui fere ea
dem cũ abiete eſt facies:ſed materia p̃ſtantior:& longe incorruptior: & odore a-
crior:nec alio modo ignis ui cõſumitur q̃ lapis.Sextũ genus eſt tæda: quæ oĩa
amant montes:& ꝑpetuo ut ait uirent:nec facile diſcernuntur in fronde.

S imichida cum.i.latino utrobiq;:&.ch.aſpirato ſcribitur: ponit̃ in Theocrito iã

bucolico paſtor:quem expoſitores patrem fuiſſe Theocriti aſſerunt.

S ymmachus cum.y.græco & duplicato.m.atq;.ch.aſpirato ſcribitur: nomen eſt
uiri proprium compoſitum ex σῦν quod eſt con:& μάχοσ bellator:& poteſt eſ
ſe appellatiuum.

S ymmetria prima cum.y.græco ſubſequente duplici.m.atq;.t.exili &.i.latino in
penultima ſcribit̃:dici poteſt cõmenſuratio.Pli.tamen melius inquit in.xxxiiii
natu.hiſto.Non habet latinum nomen:ſymmetria quam diligentiſſime cuſto
diuit Lyſippus non incerta ratione.

S immias cum.i.latino utrobiq;:& duplicato.m.ſcribitur:fuit teſte Laertio philo
ſophus thebanus:qui uigintitres dialogos ſcripſit.

S ymbolum cum.y.græco ſcribit̃.Erat teſte Iulio Pollũce ad Cõmodum impato
rem.de uocabulis rerum ꝑuum numiſma.unde & ſignum a nõnullis traducit̃
qui & euſymbolum bonum omẽ interpretat̃.Itẽ & cum.x.σῦμβάλλω: quod
ẽ cõfero deducatur. Quidã collationẽ interpretari uoluerunt: Ita ut cœna illa
dicatur collatio:in quã cõperandã plures aliquid cõtulerunt.Symbola enĩ hu
ius ſymbolæ eſt collatio: Iuxta quod forſitan locutus ẽ Terentius cum ait ĩ an
dria:Symbolum dedit:ideſt iuditio meo portionem ſuã contulit:uel ſymbolum
dedit.i.ſignum dedit:ut annulum uel aliquid tale qnouſq; pecuniã conferret.

S inethus cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribitur:fluuius eſt ſiciliæ haud longe ab
urbe catinenſi.iuxta quẽ Thalia ſiue ut alii uolunt Aetna nypha Ioui paliſcos
pepit.de quo ſane fluuio meminit Oui.ĩ li.faſt.iiii.cũ ait.Quaq; ſimetheas acci
pit æquor aq̃s.& Vir.i.ix.ænei.Eductum martis luco ſimethea circum flumia.

S ymposium prima cum.y.græco ſcribitur.Et apud nos(teſte Cicerone)honeſtio
re uocabulo:magiſq̃ accurato conuiuium dicitur.

S ymphonia prima cum.y.græco ſcribitur:dicitur a noſtris cõſonantia.Nã cõpo
nitur a ſyn quod eſt con:& φωνία uocalitas.Et inde ſymphõ cõſonatus:ut Iu
uenalis in ſatyra Credo pudiciciã:Micturiunt hic Effigieq; deæ lõgis ſympho
nibus implent:ideſt diutius:& iugibus ſonitibus urinæ.Nam eſt ĩ mictura foe
minæ quædam uniformis conſonantia.

S ympho cum.y.græco ſcribitur:apud græcos uero per additionem.n.deſinit:ſo
nitus quidam eſt cum cõſonantia:ut in præcedenti dictione uidimus.

S ympinium prima cum.y.græco:ſequẽs ac penultima cum.i.latino ſcribit̃: uas
ẽ nõ diſſimile cyatho ĩ ſacrificiis continens libabile:ut dixit Feſtus:& componi
tur ex σύν:quod eſt con:& πινῶ bibo:de quo Iuuenalis in ſatyra Credo pudi
ciciam inquit:Et quis tunc hominum cõtemptor numinis:aut quis Sympini
um uidere numæ:nigrunq; catinum.Sane ſecunda ſyllaba quã.i.latinum cõ
tinere diximus:poteſt illud more antiquorum in.u.cõuertere:ac dici ſympuni
um:ceu optimus pro optimus lubens pro libens & ſimilia.

S ymplegades cum.y.græco ſcribitur:ſunt teſte Plinio in.iiii.&.vi.natu.hiſtoriæ
ſcopuli:uel ſecundum Pomponium ĩ ſecundo duæ inſulæ helleſponti contra
thracium boſphorum mille quingẽtis paſſibus ab europa diſtantes: quas non
nulli ex poetis noſtris etiã cyaneas uocauerunt:ut in ea dictione uidimus. Has
Ouidius in.xv.metamorph.libro mobiles primum fuiſſe:ſed poſtea immobiles
factas dixit:Timuit cõcurſibus argo Vndarum ſparſas ſymplegadas eliſarum.
Quæ nunc immotæ perſtant uentiſq; reſiſtunt.

S imois cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:ultima tamẽ apud græcos habet.ei.diph
thongum:quã nos cõuertimus in noſtrum.i.ꝓductum: & format genitiuum
ſimoentis cum.o.&.e.diuiſis:ut Virgi.in.i.æneidos Alma uenus genuit phrygii
ſimoentis ad undas.Nam diuiſa diphthongo ei quæ eſt in ultima recti:& inter
poſitis.n.&.t.ac in fine addita.ſ.ipſum formamus genitiuum.ſimiliter in accu
ſatiuo ſimoenta.ut idem in.v.ænei.Victor apud rapidum ſimoenta:Et in eodẽ
libro.Hectoreos amnes xanthum:ac ſimoenta uidebo:per quem modum & Ho
merus ipſe declinauit.At Heſiodus non ſimoenta:ſed per ſynæreſim ſimunta di
xit in theogonia cum ait θεῖον σιμοῦντα: hoc eſt diuinum ſimœnta tum.œ.
coniunctis.ut libet illam diphthongum.ου.aliquando in.œ.traducere:ut ĩ an
tehabitis uidimus:& eſt fluuius ex ida troiano monte ſcaturiens:iuxtaq; troiam
decurrens:q cum mari appropinq̃t xantho cõmiſcetur: & in paludem coactus
uxta ſigæum promontorium in mare deſcendit.

S imoeſius cum.i.latino utrobiq;:&.oe.diuiſis ſyllabis ſcribitur:fuit troianus An
themionis filius:quem ideo ſic uocatum dixit Homerus in.iiii.iliados.ꝙ euꝫ ma
ter cum ab ida deſcenderet:& pecora ad parenres reuiſenda deduceret: ad ripaꝫ
ſimoentis peperit:eum deinde ætate florentem:nec dum uxorem ſortitum: ut
dixit Homerus Aiax Telamonius interficit.

S ynæreſis prima cũ.y.græco:ſequẽs cũ.æ.diph.ſcribit̃.figura eſt qua plura per
unũ cõiungunt̃.Nã cõponit̃ a σύν:qđ cõiunctionẽ indicat:& ἄρεσισ diuiſio
q̃ſi diuiſorũ cõiunctio:ꝙ tã in græcis q̃ latinis dictiõibus facere cõſueuimus.
In græcis qdẽ ut Panthus ꝑ panthous.Alcinus ꝑ alcinous:Demophon pro De
mophoon:laocon ꝑ laocoon:In latinis uero maxĩe in genitiuis ſecundæ declina
tionis facimus:q cum ſæpe in duo.ii.terminentur:a poetis noſtris in unũ con
iunguntur:ut Virgi.in Tityro:Nec ſpes libertatis erat nec cura peculii.In eodẽ
Paupis & tuguri ꝑ tugurii.Idẽ in.iiii.georgi.Florentẽ ſtudiis ignobilis oti pro
otii.Idẽ in.i.æneidos.Hic tamen ille urbẽ pataui:pro patauii.Iuuena.in ſatyra
Omnibus in terris:Antoni gladios potuit cõtẽnere:pro Antonii.Similiter dicit̃
bigæ pro biiugæ:quadrigæ ꝑ quadriiugæ.In qbus unum.i.primum abiicitur
& ꝑ ſynæreſim alterum.i.&.u.in unicum ſolum.i.cõuertuntur: ut ſimiliter bi
ni pro biuni:derit in ſcenſione pro deerit & ſimilia.Sicuti ecõtrario per aliam fi
guram nõnunq̃ dicimus fieri pro fire:amarier pro amari:& ſimilia.

S ynagoga cum.y.græco ſcribitur:dici põt coadunatio:quæ & pro re & loco acci
pitur.Nam cõponitur ex σύν:quod eſt con:& ἀγωγή ductio.

S ynalœpha prima cũ.y.græco:pẽultĩa cũ.œ.diph.ſcribit̃:dici põt cõpreſſio.nã
cõponit̃ ex σύν:qđ ẽ cõ:& ἀλοιφή p̃ſſio.& ẽ cũ uocalis aliq̃ ĩ fine dictiõis per
ſubſequentẽ uocalẽ abiicit̃ ĩ metro:ut Sẽp ego auditor tãtũ.& ĩ mille aliis locis.

S ynanche cuꝫ.y.græco &.ch.aſpirato ſcribitur:dicitur a noſtris angina:ut Plau
tus:Vellem me in anginam uerti:ut huic auiculæ fauces preoccuparem.Nam
componitur ex σύν:& ἄγχω:quod eſt affligo:ango:ſuffoco.Vnde & morbus
eſt qui ſpiritum ſuffocat.

S yncopa cum.y.græco &.c.ſcribitur:dici poteſt latine conciſio.Nam cõponitur
ex ſyn quod eſt con:& κόπτω incido.Et eſt figura quando littera uel ſyllaba in
medio dictionis uel conſonantiæ uel metri cauſa abſcinditur:ut forſan pro for
ſitan cõpoſtus pro cõpoſitus.Virgi.in.i.æneidos Compoſtus pace quieſcit.Por
gite pro porrigite:ut Et pocula porgite dextris.

S yncathegorematica prima cum.y.græco: & tertia cum.th.aſpirato: reliqua

omnia ſine aſpiratione ſcribuntur:& traducirur a Priſciano libro ſecũdo dum
de oratione pertractat:ideſt conſignificatiua.

S ynchesis cũ.y.græco &.ch.aſpirato:atq;.e.ſine diphthõgo ſcribitur : dici poteſt
a noſtris confuſio. Nam σὺν dicit con:& χέσισ fuſio. Eſtq; (Donato teſte) hy
perbatũ undiq; cõfuſum:ut id Virgilii ĩ primo æneidos: Tris nothus ab reptas
in ſaxa latẽtia torquẽt: Saxa uocant itali mediis quæ in fluctibus:aras Quoruʒ
ordo ẽ tris.ſ.naues abreptas nothus torquet in ſaxa:quæ ſcilicet ſaxa in mediis
fluctibus latentia itali uocãt aras.Item in.ii.Iuuenes fortiſſima fruſtra Pectora
ſi uobis audentẽ extrema cupido Certo ſequi quæ ſit rebus fortuna Videtis ex-
ceſſere adytis omnes ariſq; relictis Dii quibus imperiũ hoc ſteterat ſuccurritis
urbi incenſæ. Ordo eſt o iuuenes fortiſſima pectora fruſtra ſuccurritis urbi in
cenſæ:quia exceſſere dii adytis:unde ſi uobis cupido certa eſt ſequi me auden-
tem extrema:& reliqua:quæ Seruius:& latius Macrobius proſecuti ſunt.

S ynechon cum.y.græco:&.ch.aſpirato ſcribitur:dici poteſt a nobis continẽs.Nã
componitur ex σὺν:quod eſt con:& ἔχω habeo:

S yncipur cũ.y.græco ſcribitur:Nam ut nõnulli uolũt ex σὺν præpoſitiõe græ
ca cõponitur.quæ con & ſimul indicat:atq; caput dictione latina:ita utea pars
ſimul caput eſſe dicatur.Eſtq; anterior pars capitis:occiput poſterior:

S ynecdoche prima cũ.y.græco:ſequens cũ.c.exili ante.d.ultima cũ.ch.aſpirato
dici põt cõcæptio:a Cicerone uero ĩ dignitatibus dicitur intellectio:& eſt figu
ra cũ a parte totũ uel a toto pars intelligitur.a pte quidẽ totũ: ut Flãmas cũ re-
gia puppis Extulerat:ideſt regia nauis.a toto uero pars:ut Quẽmultæ glomerã
tur aues ubi frigidus ãnus Trans pontũ fugat.ideſt frigida hyems.

S ynodus cũ.y.græco ſcribitur:dici poteſt a noſtris cõuentus. Nam componitur
ex σὺν quod ẽ con:& ὁδὸσ uia:& a cõuentu fit cõuenticulum:ut Cicero pro
Sextio:Cõuenticula inquit hominũ:quæ ciuitates nominarunt.

S ynesius prima cum.y.græco:penultima cũ.i.latino ſcribitur.nomen eſt uiri p
prium deductum a σύνεσισ:quæ eſt conſcientia.

S yngraphum cum.y.græco &.ph.aſpirato ſcribitur: dici poteſt ſecundum litte-
ram ipſam conſcriptio.Suetonius libro primo:non dubitauit a quibuſdam iuſ
iurandum:atq; etiam ſyngrapha exigere.

S ynonyma cum.y.græco utrobiq; ſcribitur.

S inopes cũ.i.latino ſcribitur:fuit teſte Orpheo in argo.ciuitas iuxta pontũ:quã
Pomponius dicit eſſe in cappidocia: & a.L. Lucullo romano ſubacta imperio.
Eadem teſte eodem Pomponio in primo fuit Diogenis patria.

S inopis cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:terra in rubea:quæ teſte Plinio in.xxxv.
natu.hiſto.iuenta ẽ primũ in ponto: & nomen a ſinope urbe aſſumpſit.

S yntaxis prima cũ.y.græco:ſequẽs cũ.t.exili:ultima cũ.x.cõſonante:atq;.i.lati-
no ſcribit:dici põt a noſtris cõſtructio & ſeries.Nam cõponitur ex ſyn quod eſt
con:& τάττω ordino:unde τάξισ:quæ ſeries eſt & ordo.

S ynthesis cum.y.græco in prima:&.th.aſpirato in ſequenti ſcribitur: dici poteſt
a noſtris compoſitio.Nam componitur ex ſyn:quod eſt con:& θέσις poſitio. Et
eſt figura cum ſingulare nomen multitudinem deſignans: cum uerbo plurali
componitur.Virgi.in primo æneidos Pars in fruſtra ſecant:uerubuſq; tremẽ-
tia figunt.Ouidius in heroidibus.
Turba ruunt in me luxurioſa proci.

S yphax cum.y.græco ſcribitur:a græcis:quorum ſcriptura nos & in barbaris ſe
qui debemus:fuit numidarum rex de quo Liuius libro.iiii.de ſecundo bello pu
nico:& aliis in locis loquitur.

S iphnos cum.i.latino ſcribitur: inſula eſt in mari ægæo. In qua teſte Herodoto
libro hiſtoriarum.iiii.argentifodinæ & aurifodinæ multæ erant.

S yracuſæ p.y.græcum:& duplex.r.a græcis ſcribitur.nos uero q primaʒ corripi-
mus cũ unico.r.ſcribimus:ut plueres etiã ex illorũ poetis conſueuerunt.Virgi.
in bucolico.Prima ſcracuſio dignata eſt ludere uerſu.urbs ẽ ſibiliæ ſub pachyn
no monte ſita.quam pulcherrime deſcripſit Cicero libro uerrinarum.vi.Florus
uero in libro.ii.ſic de ſyracuſis breuiſſime inquit longe illis triplex murus toti-
dẽq; arces portus marmoreus fons celebratus aretuſæ:quæ hactenus eis profue
ret ut pulchritudini uictæ urbis parceretur.

S irenes prima cum.i.latino ſcribitur.licet apud græcos ſit ei diphthongus:quaʒ
in.ii.productam:ut ĩ multis uidimus conuertimus:deducitur q; ab ἔρειν quod
ẽ cõnectere & retinere.Cuius aſpiratio ut ſæpe fieri uidimus in.s.cõmutata fu-
it.Et fuerunt ut dicunt poetæ tres acheloi fluminis filiæ ex Calliope muſa. hæ
inſulas quaſdam iuxta pelorum inter ſiciliam & italiam habitaſſe ſcribuntur.
quod Ouidius etiam tetigit in.xiiii.metamorphoſeo.dum Aeneæ tranſitum de
ſcribens inquit.Terraſq; calenti ſulfure fumantes acheloiadum reliquit ſirenũ
ſcopulos.quod Claudianus poeta inſignis clarius oſtendit: ac latius in libro de
raptu Proſerpinæ.harum una uoce teſte Seruio ſuper.v.æneidos circa finem:
alia tibiis:alia lyra canebat.Sed tanta dulcedine cantus tranſeuntes nautas affi
ciebant:ut ſopirentur:quos cum ſopitos perſentiſcerent ſubmergebant:& deuo
rabant.Quare cum iuxta illas tranſiturus eſſet Vlyxes: admonitus a Circe ſo-
ciorum aures cæra obturauit:& ipſe ſe ad nauis maluʒ ligari iuſſit. atq; ſic quo
q; tranſiuit illæſus.Quod ille grauiter ferentes:& ira ſuccenſæ ac dolore cõmo-
tæ ſe pcipitauerunt in fluctus:qnod Iuuenalis tetigit in ſatyra Neuolæ:quando
apud illum ait Neuola.nam pro me fortuna rogatur: Affigit cæras illa de naue
petitas:Quæ ſiculos cantus effugit remige ſurdo.qđ iõ dixit Neuola:quia cum
parum ſupra uellet fortunam pro diuitiis poſtulare intendens dicere: o quãdo
ero diues:quodam ominali uerbo proiecto non dixit diues: ſed dixit quando e-
go pauper ero:qđ illa in malũ omen aſſumens:inquit deinde.Nam pro me for-
tuna rogatur.& reliqua.Has ſane ſyrenas dixit Ouidius in.vi.metamorphoſeos
comites fuiſſe Proſerpinæ cum raparetur a Plutone.Et tres fuiſſe dicũtur: una
nomine Parthenope:alia Leucoſia.tertia Ligia.

S irius cũ.i.latino utrobiq; ſcribit:apud græcos quoq; eſt ei.diphthongus in pri
ma:quæ in.i.noſtrum cõuerſa fuit:ut ſæpe fieri uidimus. Et ut quibuſdã pla
cet a σείω:quod eſt moueo:uel ut aliis magis uidetur a σειρῶ:quod ẽ ſicco deri
uatur.Et dicitnr ſtella quædam:quæ a nõnullis quidem ponitur in fronte cæ
leſtis canis:ab aliis uero in eius ore:Oriturq; in uigeſimonono gradu cãcri:hoc
eſt circa medium menſem iulii:& circa medium ſeptembris occidit : uel ut aliis
placet ante id tempus influxum amittit.Nam in eo tempore intemedio omnia
cõmouet atq; perturbat.Dicente Plinio libro.ii.natu.hiſto.ſentiri ex eius ortu
effectus maxios in terra.& qa ẽ de natura Martis hoĩes nimio ſolis ardore fati
gat.iõ dixit Iuuenalis:Sirius ardet.qn & tunc quoq; feruẽt maria:ĩ cellis uina
mouent.herbæ areſcunt.ut Virgi.in.iii. ænei. Tũ ſteriles exurere ſirius agros.

Canes eo tempore maxime agitantur in rabiem. Et ut ait idẽ Virgi. in.x.ænei/
dos: Ille ſitim morboſq; ferens mortalibus ægris.
Naſcitur & leuo contriſtat lumine cælũ. Sane uoluerũt nõnulli a uerbo σύρω:
quod eſt traho deductũ fuiſſe: cũ ut dicũt ex magnitudine ſigni longũ tractũ
habere uidet̃: uel quia oĩa ad ſe trahit. quæ utiq; etymologia orthographiæ non
correſpõdet: quia tunc quoq; p.y. græcũ ſcriberet̃: quod nunq̃ apud illos com/
pertum fuit. Nec longũ habet tractũ ſirius: ſed ſignũ totũ: quod canis dicit̃ ma
gnum eſt. In quo teſte Ptolemæo ſtellæ ſũt decem & octo: & extra corpus.xi. Ve
rũ hũc canẽ fuiſſe Icari a meſſoribus trucidati oſtendit Oui. li faſto.iiii. cũ ait:
Eſt canis icarium dicunt quo ſidere moto:
Toſta ſiti tellus præripiturq; ſeges. Et tunc quoq; canem occidere:
Virgilius cum ſolem taurus gerit: ait enim in primo georgicorum:
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus: & aduerſo cedens canis occidit aſtro. Nam tunc quoq; ob ſolis ſplendo
rem uideri nequit: & cum communis ſit generis canis diminutiuum canicula
tantũmodo foeminini comperitur.

S yrma cum.y. græco ſcribitur: & eſt generis neutri: poniturq; pro caudã: hoc eſt
tractu ueſtis foeminarũ: & a σύρω: quod eſt traho deducitur. Vnde ait Seneca
de Baccho: qui habitu muliebri nõnunq̃ ſe ornabat: Auro decorum ſyrma bar/
baricum trahit: ut uidimus ĩ dictione Bacchus. Iuxta quod & ipſum ſyrma ali/
quando pro longa tragicæ orationis ſerie tenorem ſuum uſq; in ultimum pro/
trahens ponitur. Iuxta quod dixit Iuuenalis in ſatyra Stemmata quid faciunt
cum Neronis meminit: Gaudentis fædo pegrina ad pulpita ſaltu Proſtitui gra
iæq; apium meruiſſe coronæ. Et ſubdit. Ante pedes domiti longũ te pone thye/
ſtæ: hoc eſt longa de Thyeſte tragœdiam. ob quam apium graiæ promeruit co/
ronæ. Et pergit dicens ſyrma uel Antigones: hoc eſt uel longum ſcripturæ tra/
ctum de ipſa Antigone ab illo recitando productum: ut idem ĩ ſatyra: Quis ne/
ſcit uoluſi. Iuxta hanc eandem ſententiam ait:
Nam ſcelus a pyrrha quãq̃ omnia ſyrmata uoluas:
Nullus apud tragicos populus facit. hoc ẽ quãq̃ longa tragoediarum uolumĩa
legas: nullũ cõperies populum hominẽ comediſſe: ut ille de quo illic loquitur.
Similiter Valerius in phormione: ut rettulit Priſcianus in.vi. inquit: Quid hic
cum tragicis uerſibus & ſyrma facis: ubi dixit ſyrma pro ſyrmate.

S yrtes cũ.y. græco &.t. exili ſcribitur. Sane cum in ultima ſit ei diphthongus: nõ
nulli ex noſtris abiicientes.i. retinent.e. & dicunt ſyrtes. Alii uero abiiciunt.e.
& retinẽt.i. uel ut alii putant totã diphthongum in.i. noſtrum cõuertunt: & di
cunt ſyrtis: hoc eſt hæ ſyrtis: & has ſyrtis: ut uoluit Priſcianus in.vii. Inducitq;
Virgilium dicentem in.x. æneidos: In ſyrtis in ſaxa uolẽs uos turnus adoro. At
in primo ut in emendatis condicibus ſemp aſpexi in.s. finit cum ait: In breuiã
& ſyrtes urget miſerabile uiſu. Et ſunt loca quædam maris periculoſa circa fi/
nes aphricæ uerſus ægyptum a σύρειν: quod ẽ trahere cognomĩata: ut placuit
Saluſtio in iugurthino. Eſtq; in eis teſte Pli. libro.vi. naturalis hiſto. inæquali/
tas magna maris & terræ: & in uno quidẽ loco ꝓfundiſſima fit aqua. In alio ue
ro uadoſa: nec in eodem ſtatu ꝑmanet: Nam ſpirante uẽto q modo cumulus &
ſupra mare fuerat: in ꝓfundiſſimas reſidet ualles: & qui deprimebatur ĩ ualles
nunc ſupra aquas aggeritur. Suntq; loca hæc duo in aphrica & maiores faciũt
ſyrtes ac minores: dicẽte Oui. li.ii. de ſine titulo: Quo lateant ſyrtes magna mi
norq; ſitu: Et teſte Solino ducentorum qnq̃ginta milium paſſuum ĩteruallo ſe
parant̃. Eſtq; minor aliquãto clæmẽtior: q̃ teſte Polybio diſtat a carthagine tre/
centis milibus paſſuum atq; totidẽ ambitur. maiores uero ambitu q̃drigentorũ
uigintiqnq; milium paſſuũ cõmenſuratur. Inter unã uero & relaquã ſpatium ẽ
ducentorũ q̃draginta milium paſſuum. Vnde & teſte Seruio ſup.x. ænei. id fie
ri cõtingit: ut ibi arenoſa ſint in mari loca ſyrtes uocitẽtur. Sed de præfatis ſyr
tibus plura loquitur Lucanus in.ix. ſuæ pharſaliæ libro.

S yria prima cum.y græco & ſequens cũ.i. latino ſcribit̃: regio ẽ aſiæ q̃ ab oriente
fluuio euphrate: ab occidente noſtro mari & ægypto terminatur: a ſeptẽtrione
uero habet armeniam & cappadociam: a meridie autem ſinum arabicum.

S yringa prima cum.y. græco: & ſequens cum.i. latino ſcribitur: fuit arcadiæ nym
pha a Pane ardenter amata: quam teſte Ouidio in.i. metamorpho. ſe ſpernentẽ
cum Pan cupide ſequeretur: & illa fugiens ad Ladonem fluuium perueniret: &
fluuio impedita nõ amplius effugere poſſet: inuocato aliarum nympharũ au/
xilio in paluſtres cannas cõuerſa eſt: quas cum Pan excideret ex ſeptem calamis
in amoris ſolatium fiſtulam primus ſibi confecit: ut Virg. in corydone. Pan pri
mus calamos cæra coniungere plures inſtituit.

S iſyphus prima cum.i. latino: & penultima cum.y. græco ſcribitur: fuit teſte Ho
mero libro.vi. iliados Aeoli filius: hic iſthmon: hoc eſt ſtricturã illã terræ: quæ ĩ/
ter mare ionium & ægæum cõſiſtit: latrociniis occupat. Ita ut Autholiam Au/
tholii filia Laertæ deſponſatã cum ad maritum duceretur: ut qdã dicunt: uel ut
alii aſſerunt ad oraculum Apollinis cõſultura accederet latrocinio cæperit: &
ut multi crediderũt grauidauit: ex q̃ tunc natum Vlixem uolunt. Quod Aiax
illi exprobauerit apud Ouidium libro.xiii. metamorpho. quando ait:
Quid ſanguine cretus
Siſyphio: furtiſq; & fraude ſimillimus illi
Inſeris æacidis aliena nomina gentis.
Tandem occiſus Siſyphus a Theſeo apud inferos truditur: & hac pœna afficit̃:
ut grande ſaxum ſupra montem portare coactus: cum ad apicem deduxerit cõ
tinuo ad ima relaxetur: dicente Ouidio in.xiii. metamorph. aut petis aut urges
rediturum ſiſyphe ſaxum. Et Seneca in Hercule furente.
Ceruice ſaxum grande ſiſyphea iacet.

S iſtole cum.y. græco: &.t. exili ſcribit̃: dici põt correptio. Nam figura dicitur cũ
longa ſyllaba cõtra eius naturam corripitur. Virgilius in.i. æneidos: Cõnubio
iungã ſtabili ꝓpriãq; dicabo. Vbi.nu. breuem poſuit: quæ naturaliter longa eſt.
Nam alio in loco longam poſuit: ut in.iii. æneido. Hectoris andromache pyrrhi
cõnubia ſeruas. Idem in.iiii. Cuiq; loci leges dedimus cõnubia noſtra repulit.
& in eodem: Nomadũq; petam cõnubia ſupplex.

S iſamus cum.i. latino ſcribitur: teſte Homero in.vi. iliados urbs paphlagoniæ.

S ithonia cum.i. latino: &.t. aſpirato ſcribit̃: ps eſt litoralis macedoniæ citra athõ
uerſus thermopontum: habetq; teſte Herodoto lib.vii. hiſtoriarum ciuitates to/
ronem: galipſon: ſermylem: macybernam: & olynthon. In eadem mons ẽ ſithon
q̃maxime niuoſos: de quo Virgili. in ultima ægloga: Sithoniaſq; niues hyemis
ſubeamus aquoſæ. In hac eadẽ locus eſt dictus κύνος: id eſt canis: ubi Hecuba
cõuerſa in canem: Veterumq; diu memor illa malorum: ut ait Ouidius:

Tum quoq; ſithonios ululauit mæſta per agros.
S itula cũ.i.latino &.t.exili ſcribitur:nec uerbũ eſt græcũ:ut quidá uoluerũt:ſed
latinũ & a ſorte ut aſſerũt nomé accæpit.Nam ciſtá illam deſignat:qua ſortitio
ſuffragiorũ accipitur.Plautus in caſina:Sortitio illa in ſitula. Nec in diminuti
uo ſicellá:ut nõnulli aſſerunt:ſed ciſtellam a ciſta deductá ſemp legimus.Cice-
ro de natura deorũ lib.primo:Vt igitur.T. Gracchũ cũ uideor cõcinantem in
capitolio uidere de.M.Octauiano deferẽtẽ ciſtellá.Ná in illam ſuffragia: ideſt
uoces ſuas de approbãda lege ponebát:aut qd ſimile.Solitum aũt erat afferri ci
ſtellam cũ lex ferenda eẽt.quod oſtendit Cicero cũ ait in rhetoricis ad Herẽniũ
Cum.L.Saturnius legem frumẽtariam de ſemiſſibus & triẽtibus laturus eſſet.
Q.Cepio qui p id tépus quæſtor urbanus erat:docuit ſenatũ ærariuʒ pati nõ
poſſe largitioné tantá.Senatus decreuit ſi eam legé ad populum ferat aduerſus
rempublicá uideri ferre.cũ uiris bonis legem coepit:collegæ intercedere.Ille ni
hilominus ciſtellá detulit.Cepio ut illũ cõtra intercedentibus collegiis aduer-
ſus rempublicam uidit ferre cum uiris bonis impetũ fecit:pontes diſturbat ci-
ſtellas deiæcit:Impedimento eſt quo ſecius feratur: accerſitur maieſtatis & reli-
qua.Liuius in.iiii.ab urbe:Teſtibus datis tribuni populum ſummouerunt. ci-
ſtellaq; lata eſt ut ſortirentur:ubi laturi ſuffragium ferent.
S nmerdis cum.m.poſt.n.in prima:& in ultima cum.i.latino ſcribitur: fuit cam
byſæ regis frater:qué cum cambyſes in ſomniis uidiſſet regio throno ſedentem
metuens ne regnum occuparent occidi iuſſit.cæterumq; dum diuitiis in ægy-
pto cambyſes moram traheret:Patizites quidam magus:quem rebus ſuis præfe
ctum domi reliquerat.Smerdim fratrem ſuum ſimilem Smerdi fratri cambyſæ
regem declarat.Quem deinde Darius Hiſtaſpis filiꝰ cõiuratiõe facta cũ nõnul-
lis perſarum nobilibus trucidauit:& ipſe perſarum rex creatus fuit:ut Herodo-
tus in.iii.hiſtoriarum ſcripſit:ut nos ſupra uidimus in dictione Darius.
S myrna cum.y.græco ſcribitur:urbs eſt minoris aſiæ:quam fluuius meles circũ
fluit.hanc teſte Herodoto in uita Homeri Theſeus theſſalus in monumentum
uxoris ſuæ:quæ Smyrna uocabatur conſtruxit.
S ocus cũ.c.exili ſcribit̃:fuit troianus Hippaſi filius genoroſus animo:& corporis
dignitate:hic teſte Homero magno animo *Vlyxem* uulnerauit:ſed ab eo ipſe de
inde interfectus eſt.
S ocrates abſq; aliqua aſpiratione ſcri.fuit atheniẽſis philoſophus clariſſimus : ex
pago alopecenſi : filius Sophroniſci marmorarii:& phaneretæ obſtetricis.fuitq;
ut quidá ferunt Anaxagoræ primũ auditor:poſtea Archelai:cui in ſchola ſuc-
ceſſit.& cũ ante illũ philoſophi omnes rebus phyſicis pſcrutandis operá tantũ
modo impẽderent:ipſe ut qdá putát tedio rerũ obſcurarũ:& incertarum faſtidi
ens res obſcuras:phiſica poſtergauit:& ad aliqd probatũ:& certũ compiendum
qđ beatæ uitæ neceſſariũ foret:animũ applicauit.Itaq; primo teſte cicerone in
ꝓlogo quinti tuſculanarũ libri philoſophiam euocauit e cælo:& in urbibus col
locauit:domoſq; introduxit:& cœgit de uita & moribus rebuſq; bonis & malis
q̃rere:q̃obré ut ſcribit Solinus nõ ſolũ conſenſu hominũ:uerum etiá Apollinis
oraculo fuit ſapiẽtiſſimus iudicatus.fuitq; orator prõptus & acer.Et primus te
ſte Fauorino cũ Aeſchine diſcipulo oratoriæ artis campos apuit.fuitq; etiam il
li cura corporeæ exercitationis:atq; erat pclari habitus:ut dixit Laertius. Mili-
tauitq; quádoq; & Xenophonté ab equo deiectũ in prœlio facto in delo uiriliter

ſuſcipiens ſaluum reddidit. fugientibus atheniẽſibus uniuerſis in bello naual
uicit.Victoriáq; Alcibiadi:qué ipſe teſte Ariſtippo ſuis manibus armauerat: de
cuius morte uidimus in dictione anytus.Reliq̃ latius in Diogene Laertio lege-
re poteris.Fuit & alius Socrates thebanus uir diues & nobilis: q pauptatis amo-
re:quá multuʒ dilexit:ré familiaré largá:& uberé donauit populo. Arbores plu
rimas & fructiferas ſpreuit unico cõtentus bucolo:quo infirmitaté ſuſtentabat
humanam.Alius fuit hiſtoricus:q argos diligenter deſcripſit.Alius epigramma
tum poeta.Alius cous q interpretationes & inuocationes ſcripſit.
S olymi ſecunda cũ.y.græco ſcribit̃:fuerũt populi iuxta liciá:quos Home.li.ilia.
vi.pugnaciſſimos fuiſſe dicit:& a Bellerophõte deuictos.Et li.v.odiſſeæ oſtẽdit
idem Home.etiá in mõtibus habitaſſe:cũ ait:Τηλόθεν ἐκ σολύμων ὀρέων.un-
de & Cornelius Tacitus cũ de iudæorum origine opiniones ait.alia clara iudæ
orum initia ſolymos carminibus celebratá Homeri genté conditá urbem hiero-
ſolymá nomine ſuo feciſſe.Vnde Iuuena.in ſatyra Credo pudicitiá inqt. Inter-
pres legũ ſolymarum.Similiter Martialis in.vii.Linges nõ mihi ná proba & pu
ſilla eſt:ſed quæ de ſolymis uenit peruſtis damnatá modo mentulam tributis:&
declinatur urbs hæ ſolymæ ſolymarum:& hieroſolymæ hieroſolymarum:quin
& hieroſolyma hieroſolymæ:unde hieroſolymitanus.
S olon cũ unico.l.ſcribitur:fuit unus ex ſepté ſapientibus græciæ Execeſtiadæ fi
lius:patria ſalaminius.qui teſte Gellio li.xvii.noctium attica.athenis claruit re-
gnante Tarquinio Priſco romæ:de illo Plato in primo Timæi inquit Memini
Critiam doctiſſimum omniũ doctrinarum dixiſſe plane Soloné uideri nõ ſolũ
prudentia cæteris laude dignis:ſed etiá carminibus præſtitiſſe. Et ſi ſermonem
qué ab ægypto reuerſus inſtituerat ipleſſet. a quo qdem ſeditionibus cæteraq; i
téperie ciuilis diſſenſionis impediente deſciuit.opinor nõ minorem Heſiodo uel
Homero futurum eſſe.Erat quippe ſermo de magno:ac famoſiſſimo titulo: de
his quæ geſſerat ciuitas athenarum:cuius memoria extincta eſt iam illorũ mor
te qui geſſerant:q̃ impendio temporis laſſioris.Idem teſte Ariſtotele in ſecundo
politicorum libro dedit athenienſibus leges cũ táto téperamento cõpoſitas: ut
dixit Iuſtinus ſimiliter in ſecundo:ꝙ parem gratiá a ſenatu & plæbe contrahe-
rent.q̃q̃ plæbs & ſenatus in ſumma prius eſſent diſſenſione . Et ut dixit Vale-
rius de ingratis:*Si illis athenienſes perpetuo uti uoluiſſent*:ſempiternum habi-
turi fuiſſent *imperium*.Idem cum omnium hominum ac oraculi iudicio ſapié
tiſſimus haberetur:indulſiſſe ſcribitur uino.
S olœciſmus cũ unico.l.ſequẽte.œ.diphthõgo:&.c.exili:atq;.i.latino ſcribit̃.dicit̃
uitioſa uerborũ cõpoſitio:ut inter nobis pro inter nos:uel date ueniam ſcelera-
torum pro ſceleratis.Et(ut oſtendit Gellius li.v.noctium atti)ab Aſinio Capito
ne:& eiuſdeʒ ætatis aliis imparilitas é appellatus.Vetuſtioribus uero latinis ſtri
biligo dicebatur a uerſuta uidelicet:& praua cõpoſitione tortuoſæ orationis táq̃
ſterobiligo quædá.Quod uitium Aſinius Capito in litteris:quas ad Clodiũ tu-
ſcum dedit hiſce uerbis diffiniuit:Solœciſmus eſt inquit impar & incõueniens
cõpoſitura partiũ orationis.Vnde ait Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiá:Solœ
ciſmum liceat feciſſe marito.Et tranſlatiue Martialis in epigrámatibus inquit.
Sæpe ſolœciſmum mentula noſtra facit . Et teſte Laertio nomen hoc a Solone
cõtraxit:q cũ in cilicia urbé a ſuo nomine ſoloen conderet:& paucos in ea athe
nienſium habuerit tractu téporis cũ patriam uocé corrũperent:& incõueniẽti

patriũ cõpoſitura loquerent̃:factũ eſt ut qui ſimili uitio aliquando peccaſſent
ſoloecizare dicerent̃.quo tamen uocabulo teſte Gellio qui elegantius locuti ſũt
uſi nõ fuerunt.Ita ut de ſe dicat nos neq; ſoloeciſmum neq; barbariſmũ apud
græcorũ idoneus adhuc inuenimus.Nã ſicut barbaron:ita ſoloecon dixerunt
Et ſubdit noſtri quoq; antiqores ſoloecon facile ſoloeciſmon haud ſcio an unq̃
dixerint.qđ ſi ita ẽ inqt ille:neq; i græco neq; i latio ſoloeciſmus probe dicitur.

S omatopoeia media cum.t.exili:ſequens cũ.œ.diphthongo ſcribitur: dicitur ad
uerbum corporis factura:ideſt σωματοσ ποιια.Et eſt figura cum incorpore-
um modo corporeo loqui introducitur.

S ophocles cũ.c.exili ſcribit̃:fuit atheniẽſis poeta tragicus & clariſſimus: de quo
plures ex noſtris uaria & magnifica ſcripſere.quẽ Cicero diuinũ poetã libro pri
mo de diuinatõe uocauit.Ex quo Vir.Auguſto alludẽs i bucolico ait: Sopho-
cleo tua carmina digna cothurno:hũc primũ ex poetis græcis didici a uiro cla
riſſimo Iſidoro græco iã nũc ſãctæ romãæ eccleſiæ cardiali ruſiẽſi cognomiato

S ophiſta cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:nomen eſt deriuatiuum a ſophos:qui ẽ
ſapiens:quaſi æmulator ſapientis.Nõnunq̃ etiam & pro ſophiæ:ideſt ſapientiæ
calũniatore accipitur.Quin & pro apparente:ac nõ exiſtente ſopho.

S ophronium cum.ph.aſpirato ſimiliter &.i.latino ſcribitur: nomen eſt fœminæ
per diminutionem adulationis amatoriæ prolatum: & a σοφροσύνη: quæ eſt
prudentia deductum uelut totula prudens.

S ophroſyne cum.i.græco ſcribitur:& interpretatur ut in præcedenti dictione ui
dimus prudẽtia.fuit etiã eo noĩe uocitata filia ſupioris Dionyſii tyrãni ſiciliæ.
uidi etiam interpretatum modeſtiam & pudiciciam.

S oro cum unico.r.ſcribitur:fuit oppidum agri uolſci: quod teſte Liuio in.x.ab
urbe poſtea ſannites poſſederunt.& ob difficillimum aditum tutiſſimum crede
batur.Quod deinde quomodo defecerit a romanis.atq; etiam in illorum pote-
ſtatem redierit:oſtenderat idem Liuius in.viiii.ab urbe.de eodem Iuuenalis me
minit cum ait:Optima ſoræ Aut phabrateriæ domus.

S oſia cum unico.s.&.i.latino ſcribitur:nomen eſt proprium: & apud græcos ha
bet.s.in fine:quod noſtri abiiciunt.At apud illos ςῶσιας ſcribitur:& cum ha-
beat.ῶ.mega in prima naturaliter illam producit.

S oſtratus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum
quarto uir Aeguntes filius Laodamantis.

S oter cum.t.exili ſcribitur:dicitur a noſtris ſaluator:& a uerbo σώζω: quod eſt
ſaluo deducitur.Vnde & ſotiria ſalus.

S padix cum.i.latino ſcribitur:teſte Gellio in.ii.noctiũ atticarum:Spadica græci
uocant auulſum palma termitem cum fructu ideſt palmitem.

S pæra cum.æ.diphthongo ſcribitur: & latine dicitur globus atq; ideſt quod ex
omni exteriori parte rotundum apparet.Et nõnunq̃ cum.ph. aſpirato etiam a
noſtris ſcribitur uidelicet ſphæra.

S pargapiſes cum.i.latio & unico.s.ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarũ
primo:& Iuſtino ſimiliter in primo filius Tomyris reginæ maſſagetarum: quez
dolo Cyrus cæpit.ut late præfati auctores tractauerunt.

S parta cum.t.exili ſcribitur:fuit ciuitas:quæ & alio nomine lacedæmon dicitur
ſeu latine lacedæmoniaq;:atq; in plurali lacedæmoniæ lacedæmoniarũ. ex He-
rodoto tamen colligere uiſus ſum:ſpartam urbem fuiſſe: & lacedæmona regio-

nem:in qua illa conſiſteret:ſed indifferenter pro alterutra:taz ab illo: q̃ aliis au
ctoribus poſitam legimus.Sed quam ob cauſam ſparta dicta fuerit:ponit Iuſti-
nus libro ſuorum epitomatum tertio dicens.

Et ut rettulit Cicero in ſecundo de quæſtionibus tuſculanis:Spartanis uirgini
bus magis palæſtra:puluis uenaticus:labor:& militia in ſtudio eſt:q̃ fertilitas fi
liorũ.Vnde & uarium habitum ab aliis uirginibus ferri conſueuerant. dicente
Virgi.in.i.æneidos.Virginis os habitumq; gerens & uirginis arma Spartanæ.

S patha cum.th. aſpirato ſcribitur:& latine dici poteſt enſis.deriuaturq; a uerbo
σπαθάω:quod eſt euagino.

S pelæum penultima cũ.æ.diphthõgo ſcribitur:dicitur a noſtris ſpelunca.Virg.
in ultima ægloga:Certum eſt in ſiluis inter ſpelæa ferarum Malle pati.

S perchius cum.ch.aſpirato:&.i.latino ſcribitur:apud græcos uero eſt in penul-
tima ei diphthongus:quam nos in.i.cõuertimus. Eſt fluuius theſſaliæ: quem
ut ait Pomponius pelion mons effundit:& cum uelociſſimo curſu defluit in ſi
num maliacum cadit.

S peuſippus cum.eu.diphthongo:&.i.latino:atq; duplicato.p.ſcribit̃:fuit atheniẽ
ſis philoſophus:Eurimedontis filius:ex pago myrrhuniſio:& Parthone Platonis
ſorore natus.octo ãnos ſcholæ platonicæ magiſter fuit: Iraſcebat̃ facile: & uolu-
ptati dederat manus: Nam aiunt illum ira cõcitatum catuluz in putæum deiæ
ciſſe:& uoluptatis gratia in macædonia ad Caſſandri nuptias iuiſſe: & cũ uehi
culo in academiã ferretur:haberetq; Diogenem obuium:diceretq; illi ſalue; Re-
ſpondit Diogenes:at tu nequaq̃ ſalue:q eiuſmodi cũ ſis uiuere ſuſtines, Deinde
cum iã paralyſi ſolueret̃:orauit Xenocratẽ: ut ſibi in docendo ſuccederet, aiunt
ſenio cõfectum ſibi mortẽ cõſciuiſſe mærore ipulſum Plutarchus uero ſcripſit
illum pediculis efferueſcentibus interiiſſe.fuit corpore gracili teſte Timotheo.
Reliqt plura cõmentaria:& dialogus eius libros Ariſtoteles tribus talẽtis emit teſte
Fauorino.Ad hunc Simonides ſcripſit hiſtorias. Primus inuenit quo pacto ex
gracilioribus lignis fierent uaſa capacia.

S pyridon prima cũ.y.græco ſequẽs cũ.i.latino ſcribit̃:nomẽ ẽ uiri proprium.

S pinx cũ.i.lat.ſcribitur atq; a nõnullis aſpiratur pria:& facit i genitiuo declinati
one quidem græca huius ſphingos:latino uero huius ſphingis.animal eſt pro
digioſum:quod cum hominibus offertur ſi illum preſentiat ſaluatur;ſi uero be
ſtia prius hominem ſenſerit perditur ipſe homo.

S pinter cũ.i.latino:&.t.exili ſcribitur nõ græcũ ſʒ latinũ:iõq; cũ.y.græco ſcribi
nõ põt:ut qdã inſcii uoluerũt:dicit̃q; græce ἀκροχέριον & aut fibulã in hume
ris aut armillã ſignificat.Plautus in menæchinis.Iubeas ſpinter nouum recon
cinarier.Idem in eodem mihi tu dederis pallã & ſpinter nunq̃ factum.

S pondeus cũ.e.abſq; diph.a latinis ſcribitur.græci uero habent ei diphthongum
in penultima.ex qua nos abiicientes.i.retinemus.e. Et eſt pedis genus ſic quo
q; dictus q in ſacrificiis & libamentis eo maxĩe uterentur. Nã σπονδή libamẽ
tum deſignat:fæduſq; ac ſponſionẽ.Et ab eo σπονδιοφόροι apud græcos dice
bantur ſacerdotes q a noſtris feciales dicuntur;Et conſtat ſpondeus ex duabus

ſyllabis longis:ideo pes eſt tardus & grauis. Vnde Homerus in primo iliados in
ducens Chryſeida Agamennonis puellá uolentibus græcis reſtitui patri chry
ſæ:& quaſi inuitá ab Agaménone diſcedenté:aſcendenteq̃ lento paſſu nauem:
uerſus illos duos ſpondeis omnibus refecit:hoc quoq; ut illius tardum diſceſſū
magis effingeret. Rettulit etiam Cicero in libris de ſuis conſiliis. Cum uinolēti
adoleſcētes tibiarū etiam cantu:ut fit inſtincti mulieris pudicæ fores frangerēt
admouiſſe tibiciam:ut ſpondeum caneret Pythagoras dicitur quod cum illa ſe
ciſſet tarditate modorum & grauitate canentis illorum furentem petulantiam
conſedaſſe. Idem Quintilianus rettulit in primo de inſtitutione oratoria.

S purius cum.i.latino ſcribitur:ille dicitur qui incerto patre natus ē:& a σπορέιν
quod eſt ſeminare deducitur quia nihil aliud de patre quam ſemen affert.

S tadium cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:latine curriculum tranſfertur:qđ Her
culem primum ſtatuiſſe dicūt:& eo ſpatio terminaſſe:quod ipſe uno ſpiritu cō
feciſſet. Nam octaua pars mille paſſuum eſt.

S tather prima cū.t.exili:ultima cū.th.aſpirato ſcribitur:genus eſt ponderis:& ut
quidam dicunt unciæ medietas:deſcēditq; a ςαθμιζῶ:quod eſt trutino uel pō
dero. Et inde ſtatheram dictum puto inſtrumentum quo res ponderantur.

S temma cū.t.exili & duplicato.m.ſcri.dici pōt a noſtris inſula uel corona:Home
rus circa initiū iliados ςέμματ᾽ ἔχων ἐν χερσι. Atq; ibidem deſignat : quod apud
illos ſtephanos:ná & ſtéma & ſtephanos a ςεφανῶ:quod ē corono deducit. Vn
de & tranſumptiue p nobilitate generis capit:qua plærūq; ex uictoriis & coro
nis maiorū noſtrorū cōtrahimus:p quē modū ait Iuuenalis i.iii. Stémata quid
faciunt.qd pdeſt pontice longo ſanguine cenſeri. Quin & pro inſcriptionibus
ſaxorū:ut Martialis in.x. Triſtia ſaxorū ſtémata delet herus. Sane accepiſſe Vir
giliū lib.v.æneí. Coroná pro galea:teſtis eſt Seruius q id exponés. Omnibus in
moré tonſa coma preſſa corona inquit.i.galea:atq; illū ſermone homerico uſu3
fuiſſe dixit qui ſtephanon p galea poſuit. Et ut Pli.circa initiū libri.xxi. Quæ
dam coronæ funiculis in orbē obliquūq; & in ambitū currunt:quibus tenuio
ribus utebantur antiq ſtrophios appellátes.hæc ille:quod ſane græcū uocabu
lū ē. Intortūq; & inuerſum deſignás. Et ſubdit ipſe Pli. Vnde nata quæ ſtrophi
ola dicunt. Quin & uocabulū ipſum tarde inde cōmunicatum ē inter ſacra &
bellicos honores coronis nomē ſuum uindicantibus. Et pergit cū uero a floribus
fierent ſerta a ſerendo ſeri ue appellabantur.hæc ipſe Pli. Cæterū licet ſertus ſer
ta ſertum adiectiuū ſit.ut ſertos flores:ſertas coronas Lucanus: Accipiūt ſertas
nardo florente coronas. In neutro tamen genere ſertum:& in plurali ſerta abſq;
additione alterius ſubſtantiui a noſtris auctoribus pferuntur:ut Virgi.in Sile
no:Serta procul tantū capiti delapſa iacebát. Addūtq; illi adiectiuū ueluti ſub
ſtantiuo:ut idem in primo æneí. Ture calent aræ ſertiſq; recentibus halant. &
ut idē Pli.in.xvi.natu.hiſto.ſuæ atteſtat. Antiqtus nulla corona niſi deo daba
tur. Ob id Homerus cælo tantū eá & prælio uniuerſo tribuit. Viritim uero ne í
certamine quidē ulli. Ferūtq; primū omniū Liberū patrē impoſuiſſe capiti ſuo
coronam exhedera. Poſtea deorū honores ſacrificantes coronas ſumpſere uicti
mis ſimul coronatis.nouiſſime & in ſacris certaminibus uſurpatæ : in quibus
hodieq; non uictori dant:ſed patriam ab eo coronari pronuntiatur. Inde natu3
ut triūpha turis cōferrentur in téplis dicádæ:mox ut ludis darentur. Verū ut
idem auctor in.xviii.libro refert:& ſabinus Maſſurius i libro memoraliū romæ

aruorū ſacerdotes Romulus i primis íſtituit ſeq; duodecimū fratrē íter illos ap
pellauit. Et tunc ab Acca laurētia nutrice ſua ſpicea corono:que uitta alba col
ligaretur in ſacerdotio ei p religioſiſſimo inſigni data:quæ primo apud roma
nos fuit corona:honoſq; ſacerdotibus nō niſi uita finitur. Et exules etiá ut ide3
ait captoſq; comitatur. Quin & in libro.xvi.idē rettulerat Plinius Romulū frō
dea.hoſtiū corona Hoſtilium coronaſſe.q fidená primus irrupiſſet. Auus hic
Tullii Hoſtillii regis fuit. Nec alias tunc quoq; nouiſſe coronas q̃ bellicas certū
eſt. At uero deinde uni gentium romanis plura coronarum genera contigere
q̃ cunctis aliis gentibus:de qbus omnibus quædá referre curabo:quæ in diuer
ſis auctoribus uariiſq; eorum locis:& precipue in Plinio:& Gellio legi. Fuerunt
ergo apud romanos diuerſorum generum coronæ:in magno ſcilicet honore &
precio:uidelicet triumphalis:obſidonalis:ciuica:muralis:uallaris:ſiue caſtrēſis
naualis:& oualis:& oleagina. Triumphalis corona laurea erat: quæ.ſ.ex lauro
cōfecta triūphanti dabat.ná ut ait Pli.circa finē li.xv.natu.hiſto. Laurus triū
phis pprie dicata erat. Et infra ſubdit romanis ea arbor pcipue eſt letitiæ:uicto
riarūq; nuncia:& militum lanceas piloſq; & faſces impatorum decorat. Ex ea i
gremio Iouis optimi maximiq; deponitur:quotiés læticiá nouá uictoria attule
rit:Idq; nō qa ppetuo uiret.nec qa pacifera ē:cū pferenda ſit olea: ſed qa ſpecta
tiſſima in mōte pnaſo. Iōq; etiá grata Apollini aſſuetis ea dona mittere. Iá & re
gibus romanis teſte Lucio Bruto fortaſſis etiam in argumentum quoniam ibi
in libertatē publicá:is meruiſſet lauriferá tellurē illá oſculatus ex reſpōſo: & qa
fulmine ſola nō iacitur. Ob has cás eqdem crediderim in honorē habitam i tri
umphis:adeo q in pfanis uſibus pollui laurum & oleá fas nō eſt. Et infra ſub
dit Tiberium principé tonante cælo coronari ea ſolitum ferunt cōtra fulminū
metus.ſed & circa Diuum Auguſtum euēta eius digna memoratu. Náq; Liuiæ
Druſillæ:quæ poſtea Auguſta matrimonii gratia nomen accæpit: cum nupta
eſſet illi Cæſari galliná cōſpicui candoris ſedenti:aqla ex alto abiæcit in gremiū
illæſam. Intrepideq; mirāti acceſſit miraculum tenēte roſtro laureum ramum
onuſtum ſuis baccis. Cōſeruari alitē & ſobolē iuſſere aruſpices:ramūq; eu3 ſeri:
ac rite cuſtodiri. Quod factum eſt in uilla Cæſaru3 fluuio tyberi ípoſita : iuxta
nouum lapidē flaminea uia:quæ ob id uocatur ad gallinas:mireq; ſilua puenit
ex ea triumphás. Poſtea Cæſar laurum in manu tenuit: coronáq; capite geſſit:
ac deinde impatores Cæſari iuncti:traditusq; mos ē ramos:quos tenuerunt ſe
rendi:& durant ſiluæ nominibus ſuis diſcretæ. Obſidionalis corona erat:quá li
berati ab obſidione dabant ei:q ipſos liberauerat. Et hæc teſte Pli.li.xxii.erat ui
ridis e gramine decerpto:inde unde obſeſſos ille obſeruaſſet. Nanq; ut ait ſum
mum apud antiquos ſignum uictoriæ erat:uictos porrigere herbá e terra:& al
trice humo:quæ & quádoq; cæde humectata fuerat:qua gramiea nulla fuit co
rona nobilior in maieſtate populi terrarum principis. Ná cæteras oēs magno í
teruallo ſupabat:quas ſinguli homines:& duces ipſi impatoreſq; militibus: aut
aliquádo collegis dedere. Vnde ſi ciuicæ coronæ honos: ut uidebimus uno ali
quo ciue ſeruato:ut idē auctor inqt præclarus ſacerq; habetur.qd tandē exiſti
mari debet unius uirtute reſeruatus uniuerſus exercitus.hanc ſane coroná gra
mineam teſte Gellio lib.v.noctium atti.S.P.Q.R.Quinto Fabio maximo de
dit bello poenorū ſecundo:q urbē romaná obſidione hoſtiū liberaſſet.hac eadē
corona Pli.teſte Publius Decius Mus pater tribunus militum ab exercitu con

ſeruato donatus fuit imparore Cornelio Coſſo cõſule ſannitũ bello. quod late
oſtendit Liuius libro.viii.ab urbe:& hiſtorici alii plures:qui & ãno deinde.iiii.
ſequente:ut idẽ Liuius refert:Decius ipſe creatus cõſul in bello contra latinos
pro exercitu ſe deuouit.Idem & poſt illum Decius filius ter conſul fecit:ut late
Liuius in.x.ab urbe oſtẽdit.Eadẽ corona. L.Siccinius Dẽtatus ſemel donatus
eſt:de quo miranda ſcribũt Pli.libro.vii.&.xxii.natu.hiſto.Solinus circa initiũ
ſuorũ collectaneorũ:& Valerius de fortitudĩe.cõtigit & ſimiliter eiuſdẽ coronæ
honos.M. Calphurnio flamini tribuno plæbis:q.M.Attiliũ regulũ in ſicilia tẽ
pore primi belli punici apud cecinã liberauit.qn & Cneo Teio Acinati cẽturio
ni teſte Pli.in ꝑfato.xxii.libro idem honos euenit.Nam capeſſens is primum pi
lum ſub catulo excluſam ab hoc legionẽ ſuã hortatus tribunũ ſuũ dubitantẽ ꝑ
caſtra hoſtiũ erũpere interfecit:legionẽq; eduxit.Scripſit & ſylla dictator ab ex-
ercitu ſe quoq; donatũ apud nolã legatũ bello marſico.Idq; etiã in uilla ſua tuſ
culana:q̃ fuit poſtea Ciceronis pinxit.Et ut dixit Pli. Si uerũ ille de ſe ſcripſit
maiori ignominia ciuiũ ꝓſcriptiõe coronã ipſã deturpauit:q̃ paucorum conſer
uatiõe ꝓmeruit.Eadẽ corona Aemilianũ ſcipionem ĩ aphrica donatum Varro
ipſe teſtať Manilio cõſule:& cohortibus ſeruatis:totidẽq; ad ſeruandas eas edu
ctis.quod ut rettulit Pli.ĩ eodẽ.xxii.lib.ſtatuæ eius ĩ foro ſuo Diuus Auguſtus
inſcripſit:& hæc hactenus de obſidionali.Ciuica uero corona illa dicebatur te-
ſte Gellio ꝑfato li.v.quã ciuis ciui a quo ſeruatus ẽ in prælio: teſtẽ uitæ ſalutiſ
q; ꝑcæptæ dat.& fuit eiuſmodi corona teſte Pli.libro.xvi.primo iligꝛea:poſtea
magis placuit ex æſculo.Seruius uero ſup.vi.ænei. dixit ex quercu : quia ante
cauſa uitæ in hac arbore hominibus fuit:qui glãdibus ueſcebãtur.Similiter Gel-
lius ea inquit fit ex fronde querna:quoniã cibus uictuſq; antiqſſimus ex quer
cu capi ſolitus ẽ.Etiã ex ilice quod genus ſuperiori proximum ẽ:ſicuti ſcriptuꝫ
eſt ĩ quadã comoedia Cecilii:Aduehunť inquit:cum ilignea corona:& chlamy
de noſtrã fidẽ:& ſubdit:Maſſurius aũt ſabinus in.xi.librorũ memoralium ci-
uicã coronâtum dari ſolitũ inqt:cũ is qui ciuẽ ſeruauerat:eodẽ tẽpore etiã ho-
ſtẽ occiderat:neq; locum in ea pugna reliquerat:alterius ciuicæ coronæ negat
cõceſſum.& ꝑgit Gellius:Tiberium tamen Cæſarẽ cõſultum an ciuicã coronã
capere poſſet:qui ciuẽ in prælio ſeruaſſet:& hoſtes ibidẽ duos interfeciſſet : ſed
locum ĩ quo pugnabat nõ retinuiſſet.Eoq; loco hoſtes potiti eẽnt. Reſcripſiſſe
dicit eum quoq; ciuica dignũ uideri.Quod apparet & tam iniquo loco ciuem
ab eo ſeruatum:ut ipſe fortiter pugnãtibus retinere non quiuerit.Quod auteꝫ
fuerit ius ciuicæ coronæ:Pli.libro.xv.explicauit dicens:Accæpta licet uti ꝑpe-
tuo ludos ineunti:ſemꝑ aſſurgi etiã a ſenatu in more eſt: ſedendi ius in proxĩo
ſenatu uocatio munerum omnium ipſi patriq; & auo paterno.Quattuordecim
eas accæpit Siccinius Dentatus:treꝫ capitolinus.Aphricanus de patre accipere
noluit apud trebiam.hæc Plinius.Hac eadẽ corona teſte Gellio. L. Gellius uir
Cenſorinus in ſenatu Ciceronem cõſulẽ donari a republica cenſuit : quod eius
oꝑa fuiſſet atrociſſima illa coniuratio Catilinæ detecta:& uindicata. Et ut Pli.
præfato proxime libro inquit:Cedunt his coronis murales uallareſq;:quãq̃ au-
reæ & precio antecedentes:cedunt & roſtratæ:q̃uis in duobus dicat ſuo æuo ce
lebres fuiſſe:ut infra uidebimus.Muralis corona teſte Gellio in.v.aurea erat: q̃
donabatur ab imperatore:qui primus murum ſubiit.Inq; oppidum hoſtium ꝑ
uim aſcendit.Iccirco quaſi muri primus aſcenſor decoratus eſt. Vallaris uero

corona ea ẽ:quæ & caſtrenſis dicitur.Eadẽ aurea erat:habens inſigne ualli. hac
teſte Gellio donabat impator eum qui primus hoſtium caſtra pugna introiuit
Naualis ſimili modo ex auro erat:quaſi roſtris nauiuꝫ inſignita:qua donari cõ
ſueuerat.q primus maritimo prælio armatus in nauem hoſtium ui tranſilibat
accæpitq; eã in bellis piraticis dante Pompeio.M.Varro romanorum omnium
doctiſſimus:quin & tribuente Auguſto.M. agrippa e ſiculis bellis: quæ & ipſa
piratica fuere.Oualis uero corona teſte Gellio myrtea erat:ea utebanť impato-
res:q ouantes introibant urbẽ.Ouandi ac nõ triumphandi: ut ſubdit cã erat.
Cum aut bella nõ rite indigna:neq; cum iuſto hoſte geſta ſunt:aut hoſtium no
men humile:& nõ idoneũ ſit:ut ſeruorum piratarũq;:aut deditione repente fa
cta in puluere:ut dici ſolet incruẽtaq; uictoria obuenit.Cui facilitati aptaꝫ eſſe
Veneris frondẽ crediderũt:quod nõ Martius:ſed quaſi uenereus qdã triũphus
foret.& ſic quoq; teſte plinio libro.xv.natu.hiſto.Poſitius libertus in conſolatu
triũphans de ſabinis primus omniũ ouans ingreſſus urbẽ eſt:quoniã reꝫ leniter
ſine cruore geſſerat.Et myrto Veneris uictricis coronatus inceſſit.Nam ut pro-
ſequitur Gellius ad ea quæ ſupra poſita ſunt:hanc myrteam coronam.M.Craſ
ſus cum bello fugitiuorum cõfecto ouans rediret:inſolẽter aſpernatus eſt. Sena
tuſq; cõſultum faciundũ ꝑ gratiã curauit:ut lauro nõ myrto coronaretur. Sa-
ne prætereundũ nõ eſt:quod ad ouationes attinet: ſup quo diſſenſiſſe ueteres
ſcriptores accipio.Partim enim ſcripſerunt:qui ouarẽt introire ſolitos equo ue-
hente .E quibus Seruius ſuper.iiii.æneidos dixit: Qui ouationẽ meretur : uno
equo utitur:& a plæbeiis ue ab equitibus romanis deducitur ad capitolium: &
de ouibus ſacrificat.Vnde & ouatio dicta eſt. At Sabinus Maſſurius ( ut refert
Gellius ) pedibus ouantes ingredi dicit:ſequentibus eos non militibus: ſed uni-
uerſo ſenatu.Item Suetonio teſte Tiberius Auguſti priuignus ante imperium
primus omnium ouans curru urbem ingreſſus eſt triumphalibus ornamentis
nunq̃ ante cuiq̃ tributo talis honoris genere.Maſſurius teſte Plinio eodem lib.
xv.auctor eſt:curru quoq; triumphantes myrtea corona uſos. Vnde &.L. Piſo
tradidit Papyrium Maſonem:qui primus in monte albano triumphauit decor
ſis: myrto coronatum ludos circenſes ſpectare ſolitum.M. Valerius auus ma-
ternus Aphricani ſequentis duabus utebatur coronis laurea & myrtea.Olea agi
na autem corona poſtrema eſt:qua teſte Gellio uti ſolent:qui in prælio non fu
erunt:ſed triumphum procurant.Et ut refert Gellius.M.Cato obiæcit.M. Ful
uio nobiliori:quod milites per ambitionem coronis leuiſſimis de cauſis donaſ-
ſet:de qua re uerba ipſa appoſuit Catonis.Nam principio quis uidit corona do
nari queq̃ cum oppidum captum non eſſet:aut caſtra hoſtium incenſa non eſ
ſent.Fuluius autem in quem hoc a Catone dictum eſt coronis donauerat mili
tes:qui uallum curauerant:aut quia puteum ſtrennue foderant.Dabanť etiaꝫ
coronæ in ludis & ſacris certaminibus:quas primum e floribus conſertas habe-
bant:ita ut uerſiculorum florũ mixtura:ſuaues etiam miſceret odores.Nam te-
ſte Plinio ĩ.xxii.ſuæ hiſtoriæ naturalis: Pauſias Sicyonius ex ingenio Gliceriæ
coronariæ ab eo dilectæ:pulcherrimum coronarum artificium inſurrexit. Naꝫ
ille cum ſua opera picturæ Glycerium cum coronis effingeret: illa ut eum pro
uocaret coronas ſæpius uariaſſet:eſſetq; inter eos certamẽ artis & naturæ tabel
las interim plures eiuſmodi picturæ reliquit:quæ exemplar uariis & pulcherri
mis ſertis exhibuere.Idq; factum eſt teſte eodẽ Plini.poſt Olympiadẽ centeſimã

Sic coronis e floribus recæptis paulo mox ſubiere:quæ uocatur ægyptiæ: ac de
inde cum hyeme terra flores negat Iberne uenere raměto e cornibus cicto : poſt
eaq; e lamina aurea tenui uel aurata:aut in argentata dabantur.Et ſubdit Craſ
ſus diues primus argento auroq; folia imitatus ludis ſuis coronas dedit.primus
qui inſtituit celare eas.P.Claudius pulcher brachteaſq; & phaleras dedit. Hæc
Plinius:qui in eodem libro oſtendit eo luxuriam proceſſiſſe:ut coronas ex odo
ratiſſimus floribus mero infunderent:& in hilaritate odorum uinum abſorbe-
rent.Vnde & ſcelerata Cleopatra apparatu belli actiaci Antonio gratificationē
ipſius reginæ timente:nec niſi præguſtatos cibos ſumente:fertur ab ore eius lu
ſiſſe extremis coronis floribus ueneno illitis.ipſiuſq; capiti impoſita:mox proce
dente hilaritate inuitauit Antonium:ut coronas biberent.Quis iſtas timeret in
ſidias.Ergo cum ſerta in cyphum incipienti haurire oppoſita manu.En ego ſū
inquit illa chera Antoni:quam tu noua prægustantium diligentia caues.Ideo
mihi ſi poſſum ſine te uincere libere occaſio:& ratio adeſt.Inductum in cuſtodi
am bibere iuſſit illico expirantem. Scripſit de coronis apud græcos Mneſiheus
atq; Callimachus medici oſtendentes:quæ nocerent capiti : & quæ prodeſſent.
Scripſit & Theophraſtus.Apud latinos uero nonnulli ut ferūt:ſed de floribus
ſolus Plinius proſecutus eſt.

S tentor abſq; aliqua aſpiratione ſcri.fuit heros magnanimus & fortis ex his græ
cis:q ad troiā uenerūt:cuius teſte Homero li.v.iliados tātus erat uocis ſonitus :
quātus aliorū quiquaginta.Quod Iuuenalis ipſe tetigiſſe uidet̃ in ſatyra Exem
plo quodcūq; malo quū ait.Tu miſer exclamas:ut ſtětora uincere poſſis:uel po
tius quātū gradiuus homericus.i.mars.de quo late uidimus ī dictiōe gradiuus

S thenelus cū.th.aſpirato & unico.l.ſcribit̃:fuit teſte Homero Papanai regis fili⁹
ex Euadne uxore.q pro græcis in expeditiōe troiana plurime glorioſa pegit. fu
it & alter eodē nomine:quē in concione Agamēnonis refert Home.Perſei fuiſſe
filium ex Andromeda coniuge:atq; patrem Euryſtei mycenarum regis.

S thenobæa prima cū.th.aſpirato:penultima cū.æ.diph.ſcribitur.& a ſthenos qđ
eſt robur deſcendit.fuit Ariobatis lyciorum regis filia:atq; uxor Prœti regis ar-
giuorum.de qua in dictione Bellerophontes uidimus.

S teſichorus prima cū.t.exili:ſequēs cū.i.latino:penultima cū.ch.aſpirato ſcribit̃
fuit poeta lyricus eximius.de quo etiā Quinti.memit i.x.de inſtitutōe oratoria
& Hora.in.iiii.carminū: Cææq; & alcæi minaces Steſichoriq; graues camenæ.

S tilpon cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit megarenſis philoſophus:& teſte He-
raclide in tantum & mutatione & eloquentia & ſapientia præceſſit alios:ut pa-
rum abfuerit:quin omnis græcia in illum intenta:in megaram tranſiſſe dicere
tur.Cicero uero in libro de fato dicit illum fuiſſe acutum hominem:maximeq;
ſuis temporibus approbatum.Laertius autem cum eum maxime ciuilem dixe-
rit ſubdit:ac præter uxorem quam dixerat:
Nicarete etiam pellice utebatur.

S tymphalis prima cū.t.exili &.y.græco:ultima cum.i.latino ſcribitur:palus ē in
achaia:ex qua eraſinus profluit fluuius:& ab illa ſtymphalidas aues dictas non
nulli putauerunt.

S tymphalides prima cū.t.exili &.y.græco:penultima cū.i.latino ſcribitur : aues
fuiſſe ſcribuntur miræ magnitudinis:ita ut illarum allæ ſolares radics occule
rent.Senica in tragoedia furentis Herculis : Solitaſq; pennis condere obdu-
ctis diem:petunt ab ipſis nubibus ſtymphalides.has Herculē ſagittis tranſfixiſ-
ſe:ad terrāq; cecidiſſe:ſcripſerunt poetæ:Quin & eſſe diuerſas ab harpyiis oſtē-
dit Seneca in prefata tragœdia:atq; in Medea dicens:
Reliquit iſtas inuio plumas ſpecu
Harpyia cum zetem fugit:
His adieci pennas ſauciæ ſtymphalidis
Lernæa paſſæ ſpecula.Vnde Iſidorum atq; Bocatium erraſſe conſtat: qui inter
harpyias & ſtymphalides non diſtinxerunt.

S tigma/cū.t.exili ſcribit̃:dici pōt nota:& ide etiā punctū:& a ϛίζω uerbo græco:
qđ ē pūgo:ponit̃ tamē ꝑ ꝓprio quodā ſigno:ut Martia.in.i. Cæſaris atq; Iouis
cū fert nunc ſtigma iuuentus:Par onus ut tulerint altius iſte tulit. Idē in.xii.
Frons hæc ſtigmate nō meo notanda ē.Et ut qdā putāt etiā ſtilla ex eodē uerbo
originem traxit:ita ut apud nos gutta dicatur:ut ſtilla aquæ:ſtilla olei.Martia
in præfato.xii.Atq; olei ſtillam donaret opellicus unctor . Et inde ſtillicidium:
hoc ē ſtillarum cadium ſi dici poſſet:& ſtillo uerbum ac diſtillo.

S tylus cum.t.exili:&.y.græco ſcribitur:dicitur a noſtris colūna:unde epyſtiliū
capitellum id dicitur:quod ſupra columnā locatur.

S typs cum.t.exili:&.y.græco ſequente.ps.ſcribit̃ . At uero græci dicunt ϛύπόσ
hoc eſt ſtypus:& ſignificat omne qđ facile incendit̃.atq; nomē aſſumpſiſſe di-
citur a ϛύποιν:quod eſt ſtuppa:quia ea facillime incendatur.

S timachon:prima cum.t.exili &.i.latino:ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur. no-
mē ē uiri proprium:ſed cōpoſitū ex ϛιζω:quod eſt pungo:& μαχή bellū.Virg
in Daphnide.Iampridem ſtimacon laudauit carmina nobis.

S tyx cū.t.exili:&.y.græco ſcribit̃:palus ē inferni poetarū carminibus decātata:
& deducit̃ a ϛυγος:quæ ē triſtitia: uel mæſticia.hāc Heſiodus fuiſſe filiā di-
xit Oceani & Tethyos:quæ cū pallante concūbens genuit Zelū & Victoriā.At
uero Victoria adeo in giganteo bello Ioui fauit:ut ꝓ munere cōcederet illi Iup
piter:ut ſiqs deorū ꝑ ſtygem paludē matrem eius peieraret:centum ānis priua-
retur diuinitate:ut Virgi.li.vi.ænei.Stygiāq; paludem Dii cuius iurare timent
& fallere numen.Similiter Home.in hymno Apollinis και Τόκατειβομενον ϛυ
γος ὕδῶρ ὅςε μαγιςός ορκος Δεινοτατος Τε πέλει μάκαρεςι θεοίσ.Hero
dotus uero libro hiſto.vi.dixit pro uero hiſtoria ſtygem puam eſſe aquam in ar
cadia in ciuitate:quæ dicitur nonacris ex petra quadā profluentē. Hæc eadem
teſte Pli.libro.ii.natu.hiſto.licet neq; odore neq; colore ſit abominabilis.ilico ta
men poeta necat:qualia ſunt magnorum artificum uenena: quæ deprehendi
niſi morte non poſſunt.Et in libro.xxxi.de eadem inquit:piſciculos quoſdam
generat:qui comeſti repente perimunt comedentes.Eſt & palus alia eodem no-
mine apud Memphim:de qua uidimus in dictione Oſiris.

S toici abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur:fuerunt philoſophi apud ath
nas eximii originē ducētes a Zenōe cictiēſi:ſic quoq; dicti teſte Laertio de uitis
philoſophorū a quadā porticu quæ erat athenis:& pyſianactica uocabat̃: refer
ta uaria & multæ ſcientiæ pictura polygnoti.In qua cū diuerſis tēporibus iam
mille quadringenti triginti ciues īterfecti fuiſſent:uoluit Zeno locū illā ſtabilē
atq; inuiolabilē reddere.Quare cœpit in illo docere: ad quē eo audiendū diſci-
puli cōfluentes:q antea Zenonii dicebantur:poſtea ab ipſa porticu ſtoici ſunt
uocati:ut Eupicurus in epiſtolis atteſtatur.Siqdē & ante Zenonem teſte Era-

toſthene poetæ in illa morantes dicti ſunt ſtoici: a quibus multum incrementi illa appellatio cæpit.

Stomachus cū.t.exili &.ch.aſpirato ſcri.Nec cōponi pōt.ut qdam uolunt ex ſtomatos.i.ore:& κοιλιας uentre:quaſi ſit os uentris qa tūc quoq.c.ipſum aſpirari nō poſſet:quod apud græcos ſemp aſpirat̄.Ideo melius alii dicunt cōponi ex ſtomatos.i.ore:& ἔχω:quod ē habeo:quia os ſit habens : & ſic.c.aſpiratū eſt.

Stola cum.t.exili ſcribitur:& dicitur a noſtris indumentum.

Storax cū.t.exili ſequēte.o.iā ſcribit̄.At uero a græcis & antiqs latinis cū.y.græco ſcribebatur uidelicet ſtyrax.unde cū ſit genus aromatis dixit Pli.i.xii.natu.hiſto.arabia ex ſyria reuehūt ſtyracem acri odore:eius in focis abigentes ſuoruʒ faſtidiū.qn & ad ſerpentes fugandos urūt in odoriferis ſiluis frequentiſſime.

Stlata abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:latinū ē & nō græcū:ut quidam putauerunt.Eſtq; teſte Feſto genus nauigii latū magis q̄ altum: a cuius latitudine ſic appellatū eſt.Nā ut in primo horū cōmentariorum libro uidimus:antiqui conſueuerunt dictioni incipienti ab.l.apponere.ſt.Et inde ſtlataria:ut ſpondet eni tyrio ſtlararia purpura filo:ideſt quæ per mare allata eſt.

Stranguria cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:difficultas ē urinæ. Nam componit̄ dictio ex ϛραγγαλιʒω:quod eſt conſtringo.& uros urinam.

Strategemata abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: dicuntur exempla ſeu cōſilia militaria:quibus homiles ad ſimilia facienda uel imitanda dicuntur.Nam cōponitur dictio ex ϛράτος:qui eſt exercitus:& αγω duco.

Stratocles abſq; aliqua aſpiratione & cum.i.latino ſcribibur:nomen ē uiri ꝓpriū compoſitum tamen ex ϛρατος:qui eſt exercitus:& κλέος gloria.

Stratonicus ſimiliter ſcribitur:& componitur ex ſtratos & ΝΙΚΗ:quæ eſt uictotia: quaſi exercitus ſit uictor.

Strato abſq; aliqua aſpiratione ſcribit̄.fuit lampſacenus philoſophus Arceſilai filius uir eloquentiſſimus. Et in ſpeculatione phyſica præ cæteris diligentiſſime ſpeculatus.unde & phyſicus eſt appellatus.Fuit Ptholemæi Philadelphi p̄ceptor:a quo talentis octuaginta donatus eſt.Scripſit de regno libros.iii.de iuſticia iii.de diis.iii.de magiſtratibus.iii.de regia philoſophia: de fortitudine: de cælo: de ſpiritu:& de aliis multis rebus. Aiunt eum fuiſſe tam tenuem : ut ſine ſenſu moretur.Fuerunt Stratones.viii. Primus Iſocratis auditor. Secundus hic ipſe. Tertius medicus.quartus hiſtoricus ſcriptor geſtorum Philippi:& pſæ: qui cōtra ramanos bella geſſere.ſextus poeta epigrāmatum. ſeptimus antiquus medicus teſte Ariſtotele.Octauus peripateticus:qui uixit alexandriæ.

Strymon cū.t.exili &.y.græco ſcribitur.fluuius ē:qui teſte Plinio in.v.natu.hiſt macedoniam a thracia ſe parat.fluitq; a uertice montis æmi.& ut refert Vibius plurimo gelu ſtringitur:ad quem temporibus calidis multe grues confluunt. Quare Virgi.in primo georgicorum:grues ſtrymonias uocauit: dum ait.Strymoniæq; grues:& amaris intyba fibris.Et ſimilia Lucanus in tertio.

Strongyle cū.t.exili &.y.græco ſcribitur.inſula ē in mari tyrrheno una ex æoliis ſic quoq; dicta:quia ſit rotunda & globoſa.quod ſtrongylon græce deſignat.

Strophades cū.t.exili ſcribitur:ſunt teſte Plinio i.iiii.natu.hiſto. inſulæ duæ in mari ionio ante cephaloniam poſitæ : prius dictæ plotæ harpyiarum patria ut ſupra uidimus in dictione Phineus.

Stropylus cum.t.exili &.y.græco ſcribitur eſt auicula ægyptia:quæ teſte Solino in collectaneis cum eſcos appetit in os crocodili intrans beluæ dentes paulatim ſcalpit:ſenſimq; ſcalpurigine blandiente aditum ſibi uſq; ad fauces facit:moxq; ad interiora penetrat:& populatis uitalibus aluo exit.

Strophius cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit rex phocenſis pater Pyladis:amicuſq; & conſanguineus Agamēnonis:de quo in dictione Pylades uidimus.

Struthius prima cum.t.exili:ſequens cum.th.aſpirato:&.i. latino ſcribitur: auis eſt grandis & corpore grauis:quare uolendo currit:creſcitq; in aphrica:ut oſtēdit Herodotus in.iiii.hiſtoriarum.

Stupa cū.t.exili & unico.p.ſcribit̄:Nā græce dicit̄ ϲτυππίον:& habet primā longā Virg.in.v.æneí.Stupa uomens tardum fumū:ubi dixit Seruius ſecundum antiquā orthographiā:hoc ē ubi illud.y.græcū i.u.noſtrum cōuerſum. nā nos ſ.moderniores ſtypā dicimus a ſtypādo:& ut ſubdit abuſiue etiā dicit̄ linum.

Sulmo cū.u.ante.l.ſcribit̄:oppidum ē in brutiis pelignæ regionis.de quo Ouidi

Sulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis:
Milia qui nouies diſtat ab urbe decem.

Et in libro quarto faſtorum ait:

Serus ab iliacis & poſt antenora flammis
Attulit æneas in loca noſtra deos
Huius erat ſolemus phrygia comes unus ab ida:
A quo ſulmonis mœnia nomen habent.

Et ſubdit oſtendens ſe illos faſtorum libros eo tempore cōpoſuiſſe:quo apud ſcythas relegatus erat: dicens ad Germanicum opus cui inſcripſit:

Mœnia ſulmonis patriæ germanice noſtræ:
Me miſerum ſcythico quam procul illa ſola eſt.

Surrhentum cum duplicato.r.& ſecundo aſpirato atq;.t. exili ſcribit̄: oppidum fuit campaniæ a græcis teſte Iginio cōditum: quod palmitibus generoſum dixit.Vnde & Plinius in.xiiii.naturalis hiſtoriæ:Vina ſurrhentina in uineis tantum naſcentia: cōualeſcentibus maxime probata:propter tenuitatem ſalubritatemq;.Et ſubdit Tiberius Cæſar:dicebat conſenſiſſe medicos: ut nobilitatē ſurrhenthino darent.Alioquin eſſe generoſum acetum.C. Cæſar: qui ſucceſſit illi nobilem uappam certant maſſica:atq; ex monte guarano puteolos baiaſq; pro ſpectantia.Nā phalerno cōtermina ad principatus uenere.Et paululum ſupra dixerat Diuus Auguſtus Setinuʒ p̄tulit cunctis.Et pgit ſecunda nobilitas phalerno agro erat:quod exoleſcit nimietate copiæ : potius q̄ bonitate.Et infra ſubdit:his præponi ſolebant calena:de qbus in ea dictione uidimus.Quin & ſubſequitur infra mulſum appellant muſto uſq; ad tertiam partem mēſuræ decocto qd' uero ad dimidiā ē defrutum uocamus:omnia i adulteriū mellis excogitata. Et ſubdit oſtendens qd ſit paſſum dicēs id fieri ex quacunq; uua alba & dulci: tamen præcocta ſiccante ſole:donec paulo amplius dimidium pondus ſuperſit tunſaq; leuiter exprimunt.Idq; dici paſſum:deinde quantū expreſſere adiiciūt uinaciis aquæ puteariæ:ut & ſecundariū paſſum faciant. Et pgit diligentiores eodem modo ſiccatis acinos eximunt:ac ſine ſarmentis madefactos uino excellenti donec intumeſcant premunt.Et ſupra dixerat pſythium paſſi genus addito melle eſſe.Et utitur Plinius declinatione uini in plurali uina uinorum & uinis.Idem Horatius in ſermonibus cum ait.Surrhentina uafer qui miſcet fæce: phalerua Vina colūbino limum bene colligit ouo.Et Oui.de arte amandi lib.i.

Illic ſæpe animos iuuenum rapuere puelle:
Et uenus in uinis:ignis in igne fuit.

Littera apud græcos & exilis habetur & aſpirata. Exilis quidē hoc ē quæ ſine aſpiratione ē:tau ab illis noĩat: aſpirata uero theta dicit̃:quæ diuerſũ a priori formã detinet: & uiꝫ ipſius noſtri.th.aſpirati detinet:ut in primo horum cõmentariorum libro late uidimus.Et ut quidam ferunt:erãt hæ duæ litterarũꝫ formæ exilis.ſ.& aſpirate militũ notæ apud ueteres:quibus uti deſignabatur:quot poſt bellum ex militibus ſupeſſent:quot ne in bello cecidiſſent:ita ut.T.q̃ exilis eſt:in capite uerſiculi appoſita ſupſtitem deſignabat militeꝫ Si uero ipſum.θ.ad cuius militis nomen appoſuit fuiſſet.illum defunctum annotabat.quod Perſius in.v.ſatyra tetigiſſe uidetur cum ait:Et potis es nigrum uitio præfigere theta.

T aburnus cum.t.exili ſcribitur:& eſt teſte Seruio ſup ſecundum georgicorũ mõs campaniæ oliuetis abundans.Quare dixit Virgilius:Iuuat iſmara baccho Cõſerere:atq; olea magnum ueſtire taburnum. Eundem retinere optima paſcua dixit idem Seruius ſup.xii.æneidos.

T achompſo cum.t.exili &.ch.aſpirato ſcribitur:Eſt teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſecundo inſula quædam nili.

T ænarus cum.t.exili &.æ.diphthongo ſcribitur:promontorium eſt laconiæ iuxta ſpartam ciuitatem:hoc eſt circa finem maleæ montis:ut dixit Seruius ſuper quarto georgicorum.In quo quia hiacus magnus eſt:ex quo agente ſpiritu:qui a nõnunq̃ ſtrepitus progredi percipiuntur.dixere ueteres per hunc eſſe deſcenſum ad inferos.Vnde Virgilius.Tænarias etiam fauces alta hoſtia ditis. Et Seneca in Hercule furente:

Spartana tellus nobile attolit iugum:
Denſis ubi æquor tænarius ſiluis premit:
Hic ora ſoluit ditis immitis domus.Et reliqua quæ eloquentiſſime proſequitur atq; idem Statius in ſecundo thebaidos.

T ænia cum.t.exili &.æ.diph.atq;.i.latino ſcribitur:a noſtris dici poteſt faſcia Virgi.in.vii.æneidos.Fit longe tænia uittæ:ubi Seruius uittæ extremitatem dixit. Sed pro uittis poſuit manifeſte Virgi.in.v.ubi ait:Puniceis ibant euincti tempora tænis.Alii uero non putant eſſe græcum ſed latinũ:& a tenẽdo deductũ quod falſum eſt. Nã ſyllabæ quãtitas diuerſa eſt:& ſane notãdum eſt ubi tænis dixit Virgi.a nominatiuo tæna:non autem tænia deduxiſſe.

T agus cũ.t.exili ſcribitur:fluuius luſitaniæ toletũ radẽs: qui ut ait Pli.lib. tertio natu.hiſt.oritur prope hiſpaniã carthaginẽ:& ob arenas auriferas cæteris eiuſdem regionis amnibus antefertur.Vnde ait Iuue.in.iii.ſatyra.Tanti tibi nõ ſit opaci Omnis arena tagi:dixitq; opaci:ideſt frigidi:ut Virgi. in Tityro: Frigus captabis opacum:ideſt aurã frigidam:Itẽ in primo georgi.Et ruris opaci Falce premes umbram.uel dicas opaci:ideſt ob arenulas aureas turbidi.Idem ĩ primo georgicorum.Atq; auro turbidus hermus.

T aygetus cũ.t.exili utrobiq;:&.y.græco ſcribit̃:mons eſt laconũ inter lacedæmoniam poſitus:ſic quoq; cognominatus a Taygeta filia Agenoris regis phenicũ. Eſtq; mons gelidus:dicente Lucano in.iiii. Gelidiq; inculta iuuẽtus Taygeti. Virgi.uero etiã taygetam montẽ uocat:cum ait in libro.ii.georgic. Virginibus bacchata lacænis Taygeta. Vnde & adiectiuum deducitur. ut Taygeiq; canes. Eſtq; etiam Taygeta nomen proprium unius ex pliadibus.

T alæmeneus ſecunda cum.æ.diphthongo ſcribitur:nomen uiri fuit proprium: qui troianis auxilia tulit.

T alentum ſine aſpiratione aliqua:& unico.l.ſcribitur:Eſt(teſte Iulio Polluce de uocabulis rerum ad Cõmodũ Cæſarem)ponderis cuiuſdam nomen: oſtenditq; hoc auctoritate Homeri dicentis χρύσεα πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα. Cæteruꝫ ut apud auctores noſtros comperi:duplex eſt talentũ atticũ:& euboicum. Rurſus & talentum atticum duplex eſt magnũ.ſ.& paruum.De magno dixit Liui. in.xxxvi.ab urbe cõdita.Magnuꝫ talentũ atticũ octoginta libras habet & paulo plus.Idem in.xxxiiii.manifeſte monſtrauit talentum illud magnum octogintatres libras & quattuor habere uncias:quod ſi uolumus ad nummos referre romanos ait Priſcianus:ſex milia denariorum romanorum habere.hoc quoq; ſi complete ſpeculari uolumus:ex ipſis ponderibus facile cognoſcere poſſumus. Nam apud romanos hæc ſane pondera in uſu erant.Siliqua primuꝫ:quod græci κεράτιον uocauerunt:hoc eſt granum illud:quod ex ea ſiliqua: qua nos fabam græcã uulgo dicimus:extraxerant:& pro pondere aſſumpſerant: hoc quoq; apud romanos minimum ex nominatis ponderibns habebatur. Poſt ſiliquaꝫ erat obolus: qui Dardano auctore ſcripulis ſimiliter apud græcos dicebatur: hic ſex ſiliquas continebat.Drachma deinde poſt ſcrypulum erat: quæ ex deceꝫ & octo ſiliquis: hoc eſt triubs ſcrypulis conſtare dicebatur. Poſt drachmam argenteus habebatur nummus: qui denarios apud romanos uocabatur . Hic ex quattuor ſcrypulis:hoc eſt drachma:& tertia parte confectum erat . Poſt hunc uncia dicebatur:hæc ex octo drachmis ſiue ſex denariis conſtabat.Poſt unciaꝫ libra italica erat:quæ ex.xii.conſtabat unciis:hoc eſt denariis ſeptuagintaduobus: ſiue drachmis nonagintaſex.Eadẽ apud italos as: apud græcos uero mna dicebatur:quam nos minam per interpoſitionem unius.i.traducere conſueuimus.Sed ut certo argumẽto comprobari poſſe uideo:maior erat:q̃ libra noſtra Nanq; ut ait Plinius in.xii.natu.hiſto.de ture etiam locutus inueniuntur guttæ:quæ tertiã ptẽ minæ:hoc eſt trigintatrium denariorũ pondus æquẽt. hæc ille.Atticum igit̃ talentũ:quod magnũ dicebatur:ut diximus libras octogintatres:& uncias quattuor ex noſtris cõtinebat.Vnde ait Terentius in phormiõe. Siquis daret talentum magnum. Quare apud romanos teſte Liuio ſic inſtitutum ẽ.Talentum ne minus pondo octoginta romanis põderibus pẽdat.Idẽ alio loco ſic decreuit ſenatus:ut nõ pluſq̃ tertiæ libræ & quaternæ unciæ ſingulis deſint talentis.Paruũ uero talentũ teſte Dardano libras habet ſexaginta:de quo Seneca in.x.epiſtolarũ ad nouatũ.Viginti inquit quattuor ſeſtertia.id ẽ talentum atticũ puum.Nã igit̃ uigintiquattuor ſeſtertia teſte Varrone ſexaginta libras habet:& ſic ſeſtertium duas libras habet & mediã:dicente etiam ipſo Varrone de lingua latina.dipondius enĩ & ſemis antiquum ſeſtertiũ eſt & ueteris cõſuetudinis.ut retro æra dicerent ita ut ſemis.Quintus ſemis.quartus ſemis. tertius pnunciarent a ſemis tertius:ſeſtertius dictus.hæc ille.Id.ſ.denotãs poſt dipondium.hoc ẽ duas libras ſemis:.hoc eſt mediã librã tertium pondus eſſe. Ita ut ſemis cũ ad duo põdera ſit.tertius dicatur ſeſtertius ſeu ſeſtertium: ſicut dipondus & dipõdium:quæ p.s.& nõ p.x.ſcribuntur eo q̄ a ſemis cõponuntur.

Nam dipondius a duobus ponderibus dictũ fuit.& unum pondus aſſipondiũ dicebaẽ.Id ideo quod as libræ erat pōdus.Deinde a numero reliquũ dictũ uſq; ad centuſſis.ut a tribus aſſibus treſſis.& ſic uſq; ad decẽ. a decem uero aſſibus decuſſis.a duobus decuſſibus uiceſſis.deinde triceſſis uſq; ad nonuſſis & cẽtuſſis.Vnde ait Perſius.Et centũ græcis uno cẽtuſſo liceẽ.i.auctione uendiẽ:quæ p incremẽtum pcii fiebat:ut ſupra late uidimus in dictione auctio. Sed ad talẽtum redeundo dixit Pli.teſte Varrone talentũ atticum ſedecim aliis taxari.Euboicum uero licet minus attico fuerit:non tamen longe minus.Nam teſte feſto quattuor miliũ nummũ romanorum erat.Legimus etiam apud Homerũ talẽtum ſua ætate quid paruũ fuiſſe.Nam in ludis funebribus Patrocli ultima premia dixit duo talenta eſſe.Et primũ uictorem bouem accæpiſſe.quo fieri uidetur.ut minus duo talenta:q̃ unus bos fuiſſent. Fuerũt præterea diuerſarũ unciarum nomina apud antiquos prolata.ita ut libra uel as unciæ duodecim eẽt Deus unciæ undecim:quaſi uncia dempta ex aſſe.Dextans unciæ decem:quaſi dempto ſextante ex aſſe. Dodrans nouem : quaſi dempto quadrante ex aſſe. Beſſis unciæ octo:q̃ſi bis triens uel binus triẽs.Sepnus unciæ ſeptem.Semis ũnciæ ſex:quaſi ſemis as.i.libra media.Quincũs unciæ quinq;. Triẽs unciæ quattuor.i.tertia pars aſſis.Quadrans unciæ tres:quia ſũt quarta pars aſſis. Sextãs unciæ duæ.i.ſexta pars aſſis.deinde uncia ab uno dicta eſt. At ſeſcuns : uel ut alii dicũt ſeſcũtia cum.ſ.& nõ cum.x.uncia eſt & media.Sicut ſemodius unus modius ẽ & dimidiatus:& ſelibra libra cũ dimidia:ſemiũcia ſemis ẽ unciæ. duæ ſextulæ ſunt tertia ps unciæ.i.ſcrypuli octo.Sicilicus ſcrypuli ſex. Sextula ſcrypuli quattuor.Dimidia ſextula ſcrypuli duo.Rurſus ſextula & dimidium ſextulæ ſicilicus appellatur.ſcrypulis ſiliquæ ſex.

Talthybius prima cum.t.exili:ſecunda cũ.th.aſpirato atq;.y.græco:penultĩa cu; .i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero in græcorum exercitu Agamẽnonis preco qui una & Eurybates miſſi ſunt ab Agamennone ad Achillis tentoria pro Briſeide abducenda.

Thalpius cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero unus ex græcis qui ad troiam uenere.

Thalamus cũ.th.aſpirato & unico.l.ſcribiẽ:ẽ cõiugis utriuſq; cubiculum.

Thalia cũ.th.aſpirato &.i.latino ſcribitur:una ẽ ex nouẽ muſis:ut uidimus in dictione muſa.Et apud græcos quidã habet accẽtum iprima: apud latinos uero in penultima.Vir.in bucolico:Noſtra neq; erubuit ſiluas habitare thalia.& deriuatur a θαλλω:quod eſt germino uel uireo.Sed ut dixit Seruius latine ſcribi debuiſſet Thalea cũ.e.ſicut cytherea:& nõ cytheria:ſed græce ptulit Virgili. Thalia p euphoniã i.ut græcũ ſeruaret ſonitũ:ius uel legẽ regulæ contẽpſit:q̃ſi dicere uelit:Regulã eſſe ut ibi apud græcos eſt ei diph. apud latinos tranſferri habeat in.e.nõ in.i.quod ut ſæpe uidimus non ſemp obſeruamus : ut Νεῖλοσ nilus σπονδεῖος ſpondẽs.& plura alia.ſane hæc eadem uel altera eodem nõie gratiarũ fuit una:ut uidimus in dictione charitas.

Thalaſſius cũ.th.aſpirato & unico.l.atq; duplicato.s.ſcribitur: nomẽ fuit uiri ppriũ:cui in raptu ſabinarũ pulcherrima contigit uirgo:ut dixit Plutarchus in uita Romuli:& a θάλασση:quod eſt mare deducitur.

Thales cũ.th.aſpirato:& unico.l.ſcribiẽ.fuit unus ex ſeptẽ græciæ ſapiẽtibus :& teſte Herodo. ex patre Examio:& matre Cleobolina ex thelidarum familia:qui Phœnicum nobiliſſimi a Cadmo.& ab Agenore originẽ ducũt. Platoneq; teſtẽ natus primuſq; ſapiens uocatus eſt:quo tẽpore Damaſius athenis prĩceps erat: ſub quo ſeptẽ quoq; ſapientes appellati ſunt.ut Demetrius Phalerius in deſcriptiõe principum meminit.fuit ex mileti ciuis inſcriptus.Idẽ poſt reip. negocia ad cõtemplandã rerũ naturã ſeſe tranſtulit.Et ut ait Cicero in.i.de natura deorum:primus de rerum natura traditur diſputaſſe. Sane iuxta quoſdam nullũ ingenii ſui monumentum reliquit. Callimachus hunc dicit iuuentorem fuiſſe minoris urſæ:ac illius ſtellas notaſſe: qbus phœnices nauigãt.putãt hunc plæriq; primum aſtrologiæ ſecreta rimatum:ſolis defectus:cõuerſioneſq; prædixiſſe ut Eudenius de aſtrologiæ hiſtoria Heraclituſq; & Democritus atteſtanẽ. Sunt q illum primum dixiſſe ĩmortales eſſe animos affirment: ut Cherillus poeta.ab ægyptiiſq; pcepta geometriæ accæpit.Ipſe idẽ teſte Hiero.rhodio oſtẽdit philoſophum ditari poſſe ſi uellet.cũ olei penuriã puidiſſet. Obiit cum certamen gymnicum ſpectaret:æſtu.ſ.ac ſiti fatigatus.Ortum Thaletẽ primo ãno.xxxv.olympiadis Apollodorus in chronicis tradidit.Mortuum anno ætatis.lxxviii.|uel nonageſimo ſecundum Soſicratẽ:fuitq; temporibus crœſi.

Thamanæi prima cum.th.aſpirato:penultima cum.æ.diph.ſcribitur:fuerunt teſte Herodoto lib.hiſto.iii.populi in ſcythia aſiæ.

Thamyra cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribiẽ:nõnulli thamyras cum.s.in fine:apud græcos uero Thamyris cum.i.latino ante.s.ſcribitur:fuit uir thratius cantandi arte pclarus.Hic teſte Homero in.ii.iliados.Cum ex œchalia ueniens i dorio eſſet:muſaſq; obuias habuiſſet:ſcientiam cantandi gloriabundus ſibi uendicauit:eaſq; ad certamen muſices puocauit:ad cuius inſolentẽ uocẽ ille Iouis filiæ ſtomachatæ:& modulationẽ qua præditus erat: & pulſandæ cytharæ peritiam:& ſenſum uiſus penitus abſtulerunt. Quãobrem dicebat Ouidi.Quid miſerum thamyrã picta tabella iuuat:cum.ſ.eã uidere nõ poſſet: & propertius.

Me licet & thamyræ cantoris fata ſequantur.

Nunq̃ ad formoſos inuide cæcus ero.

Tanager cum.t.exili & unico.n.ſcribitur:fluuius eſt lucaniæ regionis:quæ eſt inter campaniam & calabriam:quem in æſtate ſiccari oſtendere uidetur Virgili. cum ait in tertio georgicorum.Et ſicci ripa tanagri.exponit Seruius id eſt non multum abundantis aqua.

Tanais cum.t.exili.&.i.latino ſcribitur:fluuius eſt ſeptẽtrionalis in ſcythia:qui in paludem moetidem defluit:quem niualẽ dixit Virgi.in.iiii.georgi.Et Luca.i.iii

Aſiæ quoq; terminus idem Europæ mediæ dirimens confinia terræ:Nunc huc nunc illuc qua flectitur ampliat orbem.

Thanatos prima cũ.th.aſpirato:ultima cũ.t.exili ſcribitur:dicitur a noſtris mors & inde athanatos ĩmortalis.Et nõnunq̃ mors ipſa actũ moriẽdi dicitur:ut Vir. in.xi.ænei.Multa boum circa mactantur corpa morti.Aliquando uero deam quandam:ut Statius in ſcopulis:Mors ſæua ſedet.Et Luca. Ipſamq; uocatam: Quem petat a nobis mortem ribi cogi fateri.

Tanes cum.t.exili ſcribitur:fuit uir perſa:& unus ex ducibus Darii.

Tantalus abſq; aliqua aſpiratiõe ſcribiẽ:fuit teſte Lactantio grãmatico ſup.ii. thebaidos Iouis ex Plote nympha filius quod ille apud Senecam in thyeſte profitetur cum ait:Magne diuorum parẽs noſterq; q̃uis pudeat.Hunc dicit Euſebius libro de tẽporibus regem fuiſſe phrygiæ:& bellum aduerſum Troem Dardaniæ

regẽ:ac Ganymedis patrem geſſiſſe:eo quod uenantẽ Ganymedem uiolẽter ab
ſtulerat. Idem cũ deos hoſpitio ſuſcæpiſſet filiũ ſuũ Pelopẽ eis comedendũ ap-
poſuit:mẽtitus alias eſſe carnes:a quibus epulis dei oẽs excæpta Cerere abſtine-
re:quæ illius comedit humerũ : ob quod facinus illũ Iuppiter in infernum de
truſit:atq; hoc ipſo ſupplicio dãnauit:ut uſq; ad inferius labiũ in lympidiſſima
diuerſaret̃ aqua:ſed tũc quoq; cũ ad potũ inclinaretur fugaciſſima. Inſup & in
clinari arbores redolentibus pomis uſq; ad os eius ſtatuit:quæ oĩa fugiebãt: dũ
ea fame uel ſiti capere conaret̃. Quare de illo dicebat Sene. ĩ Hercule furente:

In amne medio faucibus ſiccis ſenex.
Sectatur undas:abluit mentum latex.
Fidemq; cum iam ſæpe decæpto dedit:
Perit unda in ore:poma deſtituunt famem.

Et Oui. in. iiii. metamor. Tibi tantale nullæ.
Depræhendunt̃ aquæ:quæq; imminet effugit arbos. Et in lib. ii. de ſine titulo.
Quærit aquas in aquis & poma fugacia captat.
Tantalus:hoc illi garrula lingua dedit. Quo fit ut inter odorata poma & aquas
poſitus:fame ſitiq; pereat. & ut dicũt poetæ fuit hic Tantalus Agamennonis &
Menelai auus:a quo patronymicum deducitur tãtalides. Oui. li. ii. de triſtibus
Quid niſi tantalides agitante cupidine currus Pyſæam phrygiis uexit eburnus
equis. Fuit & alius Tantalus corinthiorũ rex adeo pius:ut dicatur a poetis deo
rum mẽſis accubuiſſe. Alius fuit Thyeſtis filius ex Merope Atrei coniuge ſuſce
ptus:quẽ ipſe Atreus occidit:& patri comedendũ appoſuit.

Tapetum cum. t. exili utrobiq; ſcribitur:habetq; accentum in penultima. Virgi
in. vii. Inſtratos oſtro allipedes pictiſq; tapetis. Et dicitur etiam hic tapes huius.
tapetis. Vnde ẽ:Qui forte tapetibus altis Extructus. Et ſimiliter idem:Pulchroſ
q; tapetes.

Tapinoſis cũ. t. exili:&. i. latino utrobiq; ſcri. at ſecũda apud græcos habet ei. diph
thongũ:& dicit̃ latĩe humiliatio. Vnde & figura quedã tũc dicit̃:cũ rei magnæ
ſit humilis expoſitio. Vir. i. i. æneĩ. Apparẽt rari nãtes in gurgite uaſto. ubi gur-
gitem pro mari poſuit teſte Ser. Nã ταπεινὸς græce:latine dicitur humilis.

Taphos cum. t. exili ſcribitur:a noſtris dicitur ſepulchrum. Et a tapho deducitur
epitaphium & ut ait Plini. in. vii. natu. hiſto. Sepultus intelligitur quoquo mo-
do conditus:humatus uero humo contectus.

Tapſus cum. t. exili ſcribitur:nomẽ eſt inſulæ decem ſtadiis a ſicilia diſtantis uer
ſus ſyracuſas:& pene fluctibus par uel parum maior:ut dixit Seruius. Vnde in
quit Virgi. in. iii. æneidos Tapſumq; iacentem.

Taracina cũ. t. exili:& unico. r. a nõnullis ſcribitur. At uero in omnibus græcis co
dicibus. r. duplicatũ comperi:oppidum fuit uolſcorum in campania:quod pri
us anxur dicebatur:ut in ea dictione uidimus. & teſte Solino cum inſula ante
eſſet circũflua ĩmenſo mari:nũc æuo nectente addita continenti : & ob diuerſã
fortunã a reginis expertam taracinã a ταράττω:quod ẽ cõturbo dictã putat:

Thara cum. th. aſpirato ſcribitur:fuit teſte Hero. parthorum uicus.

Taratius cum. t. exili utrobiq; &. i. latino ſcribitur:fuit teſte Plutarcho in uita Ro
muli miniſter Tarchetii impii albanorum regis.

Tarchetius cũ. t. exili:&. ch. aſpirato ſcribitur. Rettulit Plutarchus in uita Romu
li quoſdam dixiſſe hunc ĩmanẽ fuiſſe:ac impium albanorum regem.

Tarchon cum. ch. aſpirato ſcribitur:nomẽ eſt ꝓprium cõpoſitum ex τὸ articulo
græco:& archon per abiectionem. o. dicitur tarchon :ſed cum ſit proprium ac-
cipit. ω. magnum in ultima:hoc eſt τάρχως. Sane cum ad latinos transfertur
deberet abiici ultimum. n. & dici tarcho:ſicut Apollo:quemadmoduꝫ in primo
horum cõmentariorum libro:ut plurimum fieri oſtendimus. Et ſic Virgilius ĩ
in. viii. æneidos. n. abiæcit cum ait. Hinc tarcho:& tyrrheni tuta tenebant cau-
ſa metri feciſſe dicunt:ut ſcilicet ſcynalæpha fieri poſſet. ut ſimiliter in decimo
cum ait: Partheniumq; rapho & predurum uiribus horſen. Nam raphon dicit̃:
ſimiliter tarchon cum. n. Idem alibi expreſſit: ut in. x. Haud fit mora tarchon
iungit opes.

Tarentum cũ. t. exili utrobiq;:atq; unico. r. ſcribitur:fuit calabriæ urbs inclita in
ultimo italiæ circa ſalentinorum cõfinia a tara Neptuni filio:teſte Seruio ſuper
tertio æneidos primum ædificata:atq; a ſpuriis ſpartanorum Pallante duce dei
de plurimum ampliata. Quod Iuſtinum intellexiſſe puto cũ ait libro. iii. ab illis
cõditam:unde & græci tarantum dicunt:ſicut talantũ: ſed ꝑ quẽ modũ uene-
runt lõgo & pulchro ſtilo ꝓſequit̃ idẽ Iuſtinus. Similiter Florus pulcherrĩe re
fert cum bellum ſcribit tarentinum. Et in uita pyrrhi in Plutarcho. Id Iuuena.
declarat in ſatyra Stẽmata quid faciunt cum ait:Iunctamq; tarentum.

Taras cum. t. exili ſcribitur:fuit Neptuni filius:quem tarentum ædificaſſe ut qui
dam putant.

Tarna cum. t. exili ſcribitur:urbs ponitur ab Homero libro. v. iliados fertiliſſima:
quam expoſitores uocata poſtea ſardis dixerunt.

Tarpeia cum. t. exili ſcribitur:fuit teſte Plutarcho in uita Romuli filia Tarpeii:
quæ romanam arcem in capitolio conſtitutã ſabinis ꝑdidit.

Tarſus cum. t. exili ſcribitur:urbs fuit præclariſſima ciliciæ:quã teſte Pli. li. v. na
tu. hiſto. Perſeus Danaes nobiliſſima proles ædificauit. Vnde & Luca. in. iiii. De
ſeritur tauriq; nemus pſeaq; tarſus. ꝑ hanc fluuius amœniſſimus cydnus deflu
it:ut in ea dictione uidimus:fuitq; Pauli apoſtoli patria.

Tartarus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:locus eſt infernalis: queꝫ Ariſtarchus
ſup Heſiodi theogonia a ταράττω:quod ẽ cõturbor deriuari dixit: qa illic
omnia pturbata dicuntur:& in plurali ſolo neutro genere effertur.

Tarteſſus abſq; aliqua aſpiratione:& cum duplicato. ſ. ſcribitur:locus ponitur ul
tra columnas Herculis.

Taſium cum. t. exili &. i. latino. atq; unico. ſ. ſcribitur:genus eſt uini a τάσις:quæ
eſt detentio deductum.

Tatianus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

Taurus cum. t. exili ſcribitur:& pro quocunq; forti boue accipitur. Virgi. li. geor
gicorum primo. Ergo terræ Pingue ſolum primis exẽplo a menſibus anni For-
tes inuertant tauri. & inde taurinus:ut in quarto eiuſdem operis. Alii taurinis
follibus auras accipiunt. Nam omnia nomina quæ a mutis animalibus in hãc
formam deriuantur:i longam in penultima ſeruant:ut aper aprinus:caper ca-
prinus:lupus lupinus:formica formicinus. Plautus in menæchinis. Atq; eccũ
incedit gradu formicino. Lepus leporis leporinus. hirundo hirundinis herun-
dinus. Idem Plautus in rudente:Ad hirundininũ nidum uiſa eſt mihi ſimia a-
ſcenſionem ut faceret. Similiter uerueecinus a ueruece:& porcinus a porco:oui
nus item ab oue:ſuinus a ſue. Nam ouilla & ſuilla teſte Priſciano diminutiua

ſunt.Eſt etiam taurus mons:qui teſte Pli.in.v.natu.hiſtoriæ & Solino in colle
ctaneis primo ab indico mari ſurgit.Deinde inter ægyptum & pamphilicū pe-
lagus obiectus.ſeptētrioni dextero latere:leuo meridianæ plage occurrit. Deni-
que ſe rhypheis iugis annectit:ſed pro gentiū ac uarietate linguarum pluriſariā
nominat̃.Apud indos hiamos:apud parthos prenyphates inde taurus. Aſt ubi
in excellentiſſimam ſublimitatem conſurgit caucaſus. Pomponius uero Mela
lib.i.ſuæ coſmographiæ conatur oſtendere caucaſum nō eſſe iugum tauri mō
tis per hoc:quod euphrates qui a latere tauri demiſſus eſt. tendēs in meridiem
caucaſum a ſiniſtra:& taurum excludit a dextera.

T aurominiū cū.t.exili &.i.latino ſcribitur:mons eſt & ſupra illū in ſicilia.quā eē
romanorū coloniā dixit Ptholemæus in geographia.Eſtq; teſte Appiano aſperri
mus:& acutiſſimos detinens lapides:iuxta cuius litus optimos capi mullos oſtē
dit Iuuena.in ſatyra Si te propoſiti cum ait:Mullus erit domino:quē miſit cor
ſica:uel quē Taurominitanæ rupes.& reliqua.Nam teſte Priſciano circa finem
libri ſecundi a taurominio taurominitanus deriuatur:ut a gadibus gaditanus
a drepano drepanitanus.Vnde Pli.lib.xiiii.natu.hiſto. Taurominitanus īquit
honos lageis ideſt uuis pro mamertino plærūq; ſubditur.

T auchira cum.ch.aſpirato:&.i.latino ſcribitur:ciuitas eſt teſte Herodoto libro hi
ſtoriarum.iiii.barcæorum in libya.

T antologia cū.t.exili utrobiq; ſcribit̃:ad litterā exponi poteſt ideſt eloquium ut
Virgi.in primo æneidos.Si fata uirū ſeruant:ſi neſcitur aura Aetherea:neq; ad
huc crudelibus accubat umbris.Idem in.iii.Humilēq; uidemus Italiam: italiā
primus conclamat achates:Italiā læto ſotii clamore ſalutant.Nā totū quod repe
titur unum eſt: ſed ad exprimendum affectum crebro ſermone denuntiatur.

T axus cū.t.exili ſcribit̃:dictio latina eſt & denotat arborem:de qua late in dictio
ne ſimilax uidimus.& eſt generis fœminini:cum ponitur pro arbore. ut Virgi-
lius in bucolicis:Sic tua cyrneas fugiant examina taxos.cum uero pro animali
eſt generis maſculini.

T haumātias prima cū.th.aſpirato:& penultima cū.t.exili &.i. latino ſcribibur uo
cata fuit hoc nomine Iris ab θαῦμα:quod eſt miraculum:ſeu admirabile Nā ſic
quoq; apud mortales is diuerſorum colorum aſpectus uiſus eſt:& ideo thaumā
tis:ideſt miraculi filia dicta eſt. Vnde & thaumantias deriuatū eſt. Virgili.lib.
ix.ænei.Ad quem ſic roſeo thaumantias ore locuta eſt.

T haſii cū.th.aſpirato & unico.ſ.ſcribit̃:populi ſunt thraciæ:teſte Hero.libro hiſto
riarum.vi.in inſula thaſo degentes:apud quos foditur materia auri:& aliorum
quorūdam metallorum.

T earus cū.t.exili & unico.r.ſcribitur:fluuius eſt thraciæ:ad cuius caput cū Dari
us ad ſcythas ꝓficiſcens:& boſphorum tranſmeaſſet : applicuerit caſtra diebus
tribus cōtinuit:cuius dulciſſima & limpida aqua delectatus: eo in loco colūnā
teſte Herodoto lib.hiſto.quarto græcis litteris inſcriptam appoſuit.Cuius inſcri
ptionem latine ſic traducimus:O teari fluuii fons cum omnium fluuiorū opti
mam & pulcherrimam proferas aquam:& ad te Darius Hiſtaſpis filius perſarū
& meſopotamiæ rex omnium hominum optimus & pulcherrimus ad ſcythas
proficiſcens ꝑuenerit:hæc quoq; tibi inſcripta appoſuit.

T heatrū prima cū.th.aſpirato ultima cū.t.exili ſcribit̃:dici poteſt a nobis uiſoriū
uel ſpectaculū.Cuius origo teſte Caſſiodoro neminem enim præter hunc de re
hac legere ualui ab græcis tracta eſt. Nā cum agricultores feriatis diebus ſacrā
diuerſis numinibus ꝑ lucos uicoſq; celebrarent.athenienſes primū agreſte pri
cipium in urbanū ſpectaculum collegerunt:theatrum græco uocabulo appellā
tes:quod eminus aſtans turba cōueniēs ſine aliquo impedimento cōſpiciat. Et
infra ſubdit:hos ritus romani ſicut cætera extrema ad ſuā rēp. nō inutiliter tra
hentes:ædificium alta cogitatione cōcæptum magnanimitate mirabili condide
runt.Hæ illi in epiſtola ad Symachum Boetii ſocerum oſtendit eā machinā in
hemicycli ſpeciē eſſe cōſtructam:& frontē illā quæ uelut corda inter arcus cor
nua patebat ſcænā appellari:quæ binis & ſæpe pluribus cōtignationibus cōſta
bat.Hemicyclus uero nullo obtectus fornice lintheis quādoq; tegebatur. Vnde
ait Plinius lib.xix.natu.hiſtoriæ.Primus omnium Catullus lintheis in theatro
umbram fecit:& pariter byſſina uela primus ī theatrum duxit.habeabt & thea
trum gradus:in qbus homines ad ſpectandū cōſidebant:ita ut altiores in ambi
tu ſemꝑ excreſcerent.In quā ſane formā primum theatrum.M. ſcaurus in ſua
ædilitate:nō qdem ꝑpetuo:ſed triginta tantūmodo diebus ſcænicorum ludorū
duraturum extruxit.dicente Pli.Hic fecit in ædilitate ſua opus maximum om
nium:quæ unq̃ fuere humana manu facta:nō tēporaria mora: uerū etiā æter
nitatis deſtinatione.theatrum hoc fuit ſcæne triplicis trecentarum ſexagita co
lumnarum :pars ſcæne inferior e marmore fuit:media e uitro : inaudito etiam
poſtea genere luxuriæ ſummæ columnæ tabulis inauratis:& columnæ ut dixi
mus duodequadraginta pedum.Signa ærea inter columnas ut fiximus fuerūt
uiginti quattuor numero:cauea ipſa cæpit hominum octoginta milia. Quod
autē ſcribit Pli.ſe ſupra dixiſſe:fuit in li.xxxiiii.in hæc uerba:In.M. Scauri ædi
litate tria milia ſignorum in ſcæna tantum fuere temporario theatro. Et libro
xxxvi.non longe ab initio:trecentas inquit ſexaginta columnas. M. ſcauri ædi
litate ad ſcænā theatri tēporarii:& uix uno menſe futuri in uſu uiderunt por-
tari.Et infra ſubdit:Maximas earum duodequadraginta pedibus luculei mar
moris:hæc ille q & marmora de tēporariis theatris ſcripſit.Nā eodē lib. oſtendit
C.Curionem:qui bello ciuili ꝑtibus cæſarianis fauit:in funebri patris munere
theatra duo tēporaria cōſtruxiſſe.Vnde ait theatra duo iuxta fecit āpliſſima ex
ligno aceruo:ſingulorum uerſatili ac penſili libramēto.In qbus utriſq; ante me
ridianum ludorum ſpectaculum numerum fiebat edictio inter ſe auerſis:ne in
uicē obſtreperēt:& repente circū actis:ut conſtet poſtremo die ſedētibus aliqui
bus & cornibus inter ſe coeuntibus amphitheatrum gladiatorum ſpectaculū
edebat ipſum magiſtratum & populū circūferens romanum.Et ſubdit longo ꝓ
ceſſu oſtendens ſe populi romani furorem admiratū:q terrarū uictor:& totius
domiator orbis uniuerſus uelut duobus nauigiis impoſitus binis cardinibus ſe
crediderat:& ſeipſū depugnantē ſpectabat periturus momento aliquo laxatis
machinis.Verum manſurū theatrū ex quadrato lapide primus.Pompeius ma
gnus romæ ſtruxit.De quo Cornelius Tacitus:Nerone inquit quartū Corne.
Coſſo cōſulibus.Quinquēnale ludicrū romæ inſtitutum eſt more græci certa
minis uaria fama:ut cuncta ferme noua.Quin & Cn.quoq; Pōpeiū incuſatū
a ſenioribus ferunt ꝙ manſurā theatri ſedē poſuiſſet. Nā antea ſubitariis gradi
bus & ſcæna in tēpus ſtructa fuerat.Et infra ſubdit.ſed cenſultum ꝑ ſimoniæ
quod ꝑpetua ſedes theatro locata ſit:potiuſq̃ imenſo ſumptu ſingulos per ānos
conſurgeret ac ſtrueret.huius theatri magnitudinē idē Cornelius Tacitus ex

illo oſtendere uidetur.ꝙ Nero nobilibus germanis populi romani magnitudi‑
nem oſtẽſurus.Eos ut inqt in Põponei theatrũ populo plenũ introduxit.Quin
& teſte Pli.lib.xxxiiii.natu.hiſto.hoc ipſũ theatrũ Nero inſano ſumptu in aura
uit:ut in illo Tiridantẽ armeniorũ regẽ excipet. Verũ Suetonio teſte: licet hoc
theatrũ a Cn.Põpeio incohatũ fuiſſe:& magna pte extructũ Caligula impator
abſoluit.Hoc inter miranda totius orbis ædificia Caſſiodorus in epiſtolis admi
ratur.Apud hoc ipſum theatrũ Põpeius atriũ ſui nominis:quæ multis poſtea ĩ
locis curia appellata ẽ ſtruxit.Quo ĩ loco C.Ceſarẽ occiſũ fuiſſe Suetonius ſcri
bit Ante quod atriũ porticus fuit pompeiana.de q̃ Oui.de arte amandi dixit.
Tu modo pompeia lentus ſpatiare ſub umbra:
Dum ſol herculei terga leonis adit.Theatrũ etiã ſũmæ magnitudinis teſte Sue‑
tonio a Cæſare ſtruitur:tarpeio mõte accubãs.Scæne uero cauſa ex eo pceſſit⁹:
ut inde Comici tragicique & cæteri poetæ ſua recitarent poemata.Sunt & addi
ti pontomimi:quibus pſonatis tragicorũ & poetarũ inuẽta p ſingulorũ actuuꝫ
aſſimulationẽ monſtrarent.Erant & in ſcæna aulea:erant pcones:erant tibi ci‑
nes:citharœdi:cornicines:choraules:organarii:ſymphõiaci:tragœdi:comici:ho‑
meriſtæ:funiambuli:pilarii:podarii:& ſimiles.Et ut ait Ser.in.xi.æneі.ludi the‑
atrales apud ueteres non erant niſi in honorem liberi patris.

Theatrides cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit nomen uiri proprium.

Thebe huius thebes:uel thæbe harum thebarum in plurali numero utrũq; ab au‑
ctoribus comperitur:& cum.th.aſpirato ſcribitur:nomen fuit nõnullarum ci‑
uitatum.Nam una in ægypto erat:quam teſte Diodoro ſiculo libro hiſtoriaruꝫ
ſecundo Buſyris ægypti rex condidit:& quam græci heliopolim:ideſt ſolis urbẽ
uocauere.Cuius mœnia centum quadraginta ſtadiorum ambitu fuiſſe dixit.
Eamq; magnis ædificiis ac ſpecioſis deorum templis:aliiſq; ornamentis pulcher
rimis exornauit.Simili modo & priuatorum domus uſq; ad quartam & quintã
contignationem ſtruxit:Ciuitatem inſuper non ægypti ſolum:ſed aliarum or‑
bis omnium reddidiſſe fœliciſſimam idem auctor enarrauit.Hanc eandem Pli.
libro.xxxvi.naturalis hiſtoriæ penſilem totam fuiſſe ſcribit : ſubter quam reges
ſoliti erant exercitus maximos armotorum educere nullo ſentiente ex oppida‑
nis.Et ꝙ mirabilius eſt medium oppidum fluuius interſecabat. Habuitq; teſte
Homero libro iliados.v.portas centum:quod Iuuena.tetigit in ultima ſatyra cũ
ait.Atq; uetus thebe centum iacet obruta portis.A qua ut Plinius confirmauit
regio thebaica æthiopæ contermina denominata eſt·Alia fuit thebe ĩ boetia ab
Cadmo agenoris filio primum edificata:ſed ab amphione:ut in ea dictione uidi
mus muris plurimum exornata.fuitq; urbs clariſſima : & Bacchi atq; Herculis
patria:quam tandem Alexander magnus euertit uenditis ciuibus ſub corona.
Hæc nonunq̃ a poetis draconigena nominatur:quia a Cadmo cum quinq; ui‑
ris natis ex quodam dracone ab ipſo interfecto conſtructa fuit:& apud aucto
res obſeruatum eſt:ut thebani a thebis iu boetia:& thebæi a thebis in ægypto di‑
cantur:Alia teſte Home.libro.iliados.vi.fuit in cicilia patria Andromaches ux‑
oris Hectoris:quod Ouidi.libro.i.triſtium cum ait:Nec cruciere minus q̃ cum
thebana cruentum Hectora theſſalico uidit ab axe trahi.de qua uidimus in di‑
ctione Andromachæ.Alia etiam teſte Plinio libro.iiii.naturalis hiſtoriæ fuit ĩ
lucania:quæ regio eſt italiæ inter campaniam & calabryam:ut uidimus in di‑
ctione italia.

Theano cum.th.aſpirato ſcribitur:habetq; accentum in fine.fuit teſte Homero li
bro iliados.vi.filia Ciſſi thracii:& Antenoris dia cõiunx:quaꝫ troiani ſacedotio
Mineruæ præfecerunt.

Techna cum.t.exili &.ch.aſpirato ſcribitur:dicitur apud noſtros ars. Terentius:
Quam ſcio hanc eſſe technã Parmenonis.& inde technides artifex. Vnde teſte
Vitruuio lib.iiii.de architectura:Callimachus ob elegantiã & ſubtilitatem artis
marmoreæ Calotechnus fuit nomĩatus.i.bonus artifex:& ſic per oppoſitum ca‑
cotechnus malus artifex dici poteſt.

Thecla cum.th.aſpirato &.c.exili ſcribitur:nomen eſt proprium mulieris.

Telamon cum.t.exili ſcribitur:fuit Aeaci filius:frater Pelei patris Achillis:atq; pa
ter Aiacis:& rex ſalaminæ:ut uidimus iu dictione Aſopus.

Telecrus cum.c.&.t.exilibus ſcribitur:rex fuit laconiæ.

Telemachus cuꝫ.t.&.ch.aſpirato ſcribitur:fuit filius Vlixis ex Penolope:quem ad
troiam pergens cum uxore paruulum reliquit.

Telemus cũ.t.exili & unico.l.atq; ſine aliq̃ diph.ſcribit̃:fuit teſte Home.ĩ odiſſea.
& Theoc.in bucolicis unus ex cyclopibus & mãtes magnus:q Polyphemũ occe
candũ ab Vlixe prædixit:dicẽte ipſo Polyphe.apud Theocritũ ĩ ea ægloga:quæ
incipit Δαμοῖτασ καὶ Δάφνισ : de ipſo.ſ. Telemo: Τήλεμος χέθρα γορέων
ἔχθρα φέρωποτι οἶκον ὄπωσ Τεκέεσσι φυλάστι.Ouidi.uero lib.xiii.metap.
ſi textus iam emendatus habet̃ nõ Telemũ:ſed Telephum uocauit dicens:
Telephus eurymedes:quẽ nulla fefellerat ales.
Terribilem polyphemon adit:lumenq; quod unum
Fronte geris media rapiet tibi dixit ulyxes.
Sed ex defectu librariorum ex ſimilitudine nominum proceſſiſſe exiſtimo.

Telephus cũ.t.exili:& unico.l.ſcribitur:fuit Her.filius ex Auge nympha pgeni‑
tus:ut ſophocles atteſtat̃:quẽ in ſiluis expoſitum a cerua lactatũ dixit. ſed tra‑
ctu tẽporis robuſtus effectus in licia cithẽſibus impauit.Veniẽſq; deĩde ĩ auxi
lium troianorũ:cũ Vlyxẽ inſeqt̃ a trunco:quẽ in uinea forte oſtendit p̃peditus
ab Achille in ſiniſtro femore uulnerat̃:ſed a ſuis ptectus manus illius effugit.
Ac cũ indies uulneris dolore grauaretur:nec adhibita pficerent remedia. Apol
linem cõſuluit:q reſpondit nõ aliter illũ liberari poſſe: q̃ quod iterũ ab Achille
uulnerandus accederet:qui ſic quoq; ab illo iterum uulneratus incolumis effe
ctus eſt.Quod Ouidius tetigit libro primo de remediis cum ait.
Vulnus achilleo quæ quondam fecerat hoſti.
Vulneris auxilium pelias haſta tulit.Quin & Pyrrhus Agamẽnoni apud Sene
cam in troade dixit.
Inhoſpitali telephus regno impotens.
Dum myſie ferocis introitus negat.
Rudem cruore regio dexteram imbuit.
Fortẽq; tandem ſenſit & mitẽ manum.Quod Pli.ad naturalẽ referens hiſtoriaꝫ
dixit ferri naturam ſtiticiſſimã eſſe & ſiccã:Quare in emplaſtris plagarũ cõſoli‑
datiuis limaturam ferri medici cõſueuerũt adhibere: ut Achilles edoctus a chi‑
rone per immiſſionẽ ferri Telephi uulnus ſanaſſe dicitur.

Telegonus cum.t.exili abſq; aliq̃ diphthongo ſcribitur:fuit Vlyxis filius ex Circe
qui poſtea patrem incognitum interfeciſſe ſcribitur.

Teleſco cum.t.&.c. exilibus ſcribitur : fuit nympha Oceani & Tethyos filia: ut

oſtendit Heſiodus in theogonia.

T elys cũ.t.exili:&.y.græco ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſto.v. ſybaritum
tyrannus:facitq; in genitiuo Telyos:ut Tethys Tethyos:

T eleſarchus cum.t.exili &.ch.aſpirato ſcribitur:ciuis fuit ſamius.

T eleſtor abſq; aſpiratione:& unico.ſ.ſcribitur:fuit pater Euripidis.

T elonæus cũ.t.exili & unico.l.atq;.æ.diph.in penultima ſcribiť : locus eſt ubi ꝓ
magnis mercibus exigitur. Nam Τέλοσ græce apud nos tributum & uectigal
& penſio traducitur.

T ellus cũ.t.exili & duplicato.l.ſcribitur:fuit teſte Hero.lib.hiſto.i.uir atheniẽſis:
quem Solon Croeſo beatiorem putauit.

T elũ cũ.t.exili & unico.l.ſcribitur: omne id dicitur quod iaci poteſt: & a τήλορ
quod latine longum eſt:deriuatnr.Vnde & pro gladio:qui longus eſt nonnũq̃
ſumitur.Virgi.lib.ix.æneí.At non hoc telum mea quod ui dextera uerſæ Effu
gies.ubi telũ.i.gladium intellexiſſe Virgi.dixit Seruius.

T hemillas cũ.th.aſpi.&.i.latio:atq; duplicato.l.ſcribiť:nomẽ fuit uiri troiani.

T hectamenes prima cum.th.aſpirato:reliquæ ſine aſpiratione ſcribuntur: nomẽ
fuit uiri proprium.

T ẽpe cũ.t.exili ſcri.nemus ẽ emoniæ inter oſſam & olympũ ſitũ : quinq; milibus
paſſuũ i lõgitudinẽ tendẽs: arboribus tectũ ſe ab utraq; ripa penei fluminis in
cælũ tollẽtibus:quæ inter alia placidiſſimã umbrã reddũt.Nã p̄rius mediũ am
nis peneus a pĩdi radicibus ꝓfluẽs:iucũdiſſime diſcurrit.gramĩe ueſtitis mar-
ginibus auiumq; concentu:& calculorũ aquarũ ſonitu peramœnus. Vnde ait
Virgi.in.iiii.geor.Paſtor ariſtæus fugiẽs peneia tẽpe.& Oui.in.i.meta. inquit.
Eſt nemus emoniæ prærupta:quod undiq; claudit.
Silua:uocant tempe:per quæ peneus ab imo
Effuſus pindo:ſpumoſis uoluitur undis.Et reliqua.

T empſa cũ.t.exili ſcribitur:fuit ciuitas brutiorum.

T ẽbrius cũ.t.exili ſcribitur.fuit teſte Orpheo in argonautica fluuius iuxta põtũ

T hemis cũ.th.aſpirato ſcribiť:fuit dea:quã teſte Feſto putabãt eã eſſe:qua homi-
nibus p̄ciperet id petere quod fas eſſet:illãq; id eſſe exiſtimabãt:quod fas ẽ. Naʒ
θεμισ fas apud græcos deſignat. habuitq; templum in boetia iuxta cephiſium
amnem.ad cuius oraculum acceſſit Deucalion cum Pyrrha uxore pro conſilio
recuperationis humani generis.

T emiſtocles prima cũ.th.aſpirato:reliquæ ſine aſpira.ſcribunť:fuit uir athenien-
ſis Neocli filius:ab adoleſcẽtia infamis.Sed hãc iſamiã mirandis uirtutibus reli
quo ſuæ uitæ tẽpe expurgauit:adeo ut anteferatur huic nemo:uel pauci pares
putenť.Nã teſte Thucydide de inſtantibus:q̄buſq; ueriſſime iudicabat: de fu-
turis calidiſſime coniiciebat.Hic cũ Xerxes & mari & terra bellũ uniuerſæ infer
ret græcie:cũ tantis copiis quãtas neq; ante:neq; poſtea habuit quiſquam ut in
dictione Xerxes uidebimus:nõ ſolũ ſalus patriæ:& totius græcie:ſed totius eu-
ropæ fuit.Nã cũ maxime athenienſes peti dicerẽtur:ob pugnam ſcilicet mara-
thoniam:in qua pſæ turpiter debellati fuerant:& ipſi delphos cõſultum quidã
facerent de rebus ſuis mitterẽt.Reſpõdit Apollo teſte Hero.ut mœnibus ligneis
ſe munirẽt.Quod cum nemo intelligeret:Themiſtocles perſuauit conſiliũ Apol
linis:ut in nauibus ſe ſuaq; conferrent. Quod ita fuiſſe compertum eſt. Nam
ſic quoq; ſe componentes Xerxem ſua uirtute Themiſtocles nauali prœlio debel

lauit:& ea europa diſcederet tanto artificio curauit:ut ſe a Themiſtocle conſer-
uatum magis quam ſuperatum crederet.Fecitq; preclara multa:quæ alii hiſto
rici tractauerunt.De quo Quintilianus libro.xi.de inſtitutione oratoria.Cæte-
rum inquit quantum natura ſtudioq; ualeat memoria.Vel Themiſtocles teſtis
quem unum inter annum optime locutum perſicæ conſtat. Vel Methridates:
cui duas & uiginti linguas:quot nationibus impauit:traditur notas fuiſſe.Vel
Craſſus ille diues qui cum aſiæ præeſſet:quinq; græci ſermonis differentias ſic
tenuit:ut qua quiſq; eum lingua poſtulaſſet:eadeʒ iꝰs ſibi redditum ferret. Vel
Cyrus:quem omnium militum tenuiſſe creditum ẽ nomina. Qũn ſemel audi
tos quãlibet multos uerſus ꝓtinus dicitur reddidiſſe Theodectes.

T hema cum.th.aſpirato ſcribitur:dici poteſt latine poſitum.

T enedus cũ.t.exili ſcribitur:fuit inſula notiſſima fama in cõſpectu troiæ.

T henſa cũ.th.aſpirato ſcribitur:ſunt uehicula q̄bus deorum ſimulachra religioſe
portabantur.Vnde Liuius lib.vi.Quæ auguſtiſſima inquit ueſtis ẽ thenſas du
centibus triumphantibus:ut ea ueſtiti medio ædium eburneis ſellis ſedere.

T heognis cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit poeta græcus:de quo Plato i libro de le-
gibus ſæpe meminit.

T heoclymenes prima cum.th.aſpirato:ſequens cum.c.exili &.y.græco ſcribitur:
fuit mantis quem Telemacus de Vlyxe conſuluit.

T heodorus cum.th.aſpirato ſcribitur:nomen eſt uiri proprium:de cuiꝰs compo
tione in antecedentipus uidimus:& de illius accentu in dictione proſodia cir-
ca ſinem.

T heodoſius cum.th.aſpirato ſcribitur:nomen fuit proprium duoruʒ clariſſimo
rum principum.

T heon cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Quintiliano libro.xii. de inſtitutione
oratoria ſamius pictor: & in concipiendis uiſionibus quas græci φαντασιας
uocant eximius.

T eopompus cum.th.aſpirato ſcribitur.Quo nomine clariſſimi uiri nominati fu
erunt.Vnus fuit ſpartanorum rex:de quo Quintilianus de inſtitutione orato-
ria:& Valerius de moderatione meminerunt.Alius teſte Gellio libro.x. noctiuʒ
atticarum:fuit tragicus & orator.

T eophratus prima cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit creſius . & teſte Anthenodoro i
libro de ambulationuʒ octauo Fullonis filius. In propria patria audiuit primo
Leucippum ciuem ſuum.Inde cum Platonem audiuiſſet:ſed ad Ariſtot.tranſ-
tulit.Eoq; in chalcidem profecto illi in ſcholæ regimine ſucceſſit.Fuit uir ſum-
mæ prudentiæ:ſtudiiq; ſingularis:atq; eloquii admirandi : Ita cum antea teſte
Laertio in uitis philoſophorum:& Boetio ſuper libros periphermenias Ariſtote.
illi tyranno nomen eſſet:ob diuinam eloquentiam Ariſtoteles theophraſtuʒ uo
citauerit:& ut idem rettulit Boetius ſuper Porphyriũ:Conſueuit theophraſtus
in omnibus his:quæ poſt magiſtrum diſputat leuiter illa pertingere: quæ.ſ.ab
ipſo Ariſtotele dicta ante cognouit.At quæ ab illo non pertractata fuiſſe percæ
pit diſſerit diligentius.Itaq; circa trecenta librorum uolumĩa edidit. & teſte La
ertio libros tres priorum analyticorum ſcripſit:& poſteriorum ſeptem. de natu
rls.xviii.quorum ſeptem ut grandem & precioſiſſimum theſaurum teneo. De
naturalibus hiſtoriis deceʒ.de motu tres.de quæſtionibus.xxiiii. de diis tres: de
legibus unum.de poetica unum. de oratoriis preceptis unum: quin & plures

alios quos oẽs diuina eloquẽtia ꝑditos dicunt. Credit & primũ illum: quem me
taphyſicorum Ariſto. dicimus: librum illius fuiſſe. Verum cum teſte Gellio lib.
noctium atticarũ. viii. Omniũ ſuæ ætati facundiſſimus eſſet: uerba tamen pau
ca ad populũ athenienſem facturus detur batus uerecundia ſiluit. ꝓgebant ad
eum audiendũ teſte Pamphylo in uigeſimo ſecũdo cõmentariorum libro duo
milia diſcipulorum: & ut idem auctor rettulit Menandrũ comicũ inſtituit. Ha
buit & Nicomachum Ariſto. filium diſcipulum. quem teſte Ariſtippo in antiqs
delitiis libro. iiii. libidinoſe amauit. fuitq́ꝫ benificus & affabilis: & athenienſibus
mirũ in modum gratiſſimus. habebatqꝫ hoc ſemꝑ in ore Sumptus ꝓcioſiſſimus
tempus eſt. obiit annorum octuaginta quinqꝫ.

T erebrum & terebra cum. t. exili ſcribitur: ut quidam putãt græcũ eſt: & a uerbo
Τερέτρῶ: quod eſt forare deſcendere dicũt. Alii uero quibus magis ad hæreo la
tinum putant: & a terendo deducunt. atqꝫ ex ſe diminutiuũ gignit terebellum
non terebellam.

T eredon cum. t. exili ſcribitur. uermis eſt ille: qui rodit ligna. & græcum eſſe con
tendunt: atqꝫ ab ſono illos deducere dicũt: qui eſt ΤερήΔωΝ. Nõnulli uero ex
noſtris capta oportunitate a terendo deducunt.

T erebinthus prima cum. t. exili: penultima cũ. i. latino: ultima cum. th. aſpirato
ſcribitur. arbor eſt quædam nigrum lignum cum ſplendore præferens: habẽſqꝫ
ſoliditatem in buxi ſpeciem. Virgilius libro. x. æneidos. Incluſum buxo aut ori
thyia terebintho Lucet ebur. De hac arbore late Pli. in. xiii. natu. hiſto.

T ereus cũ. t. exili ſcribit̃: fuit rex thracũ: & Martis filius ex Biſtonide nympha ut
Callimachus enarrauit: dicẽte etiã Oui. li. vi. meta. Et genus a magno ducentẽ
forte gradiuo. Hic teſte Solino in cenienſi thraciæ regione bectiã urbem pro re
gia poſſidebat. Sed cum teſte Oui. præallegato loco athẽas bellica uirtute a bar
baris liberaſſet: loco meriti: ut inter eum: & Pandionem athenarum regẽ firmi
or amicicia ſeruaretur: Prognem Pandionis filiam duxit uxorem. Quinto dein
de ſequẽti anno Progne marito blãdiens: cũ iam illi Itym filiũ peperiſſet: Si gra
tia dixit ulla mea ẽ. uel me uiſendam mitte ſorori: uel ſoror huc ueniat. magni
mihi muneris inſtar germanã uidiſſe dabis. Profectus igitur athenas tereus im
petrauit a Pandiõe: ut ad uiſendã ſororẽ duceret Philomenã: quã cũ ſua littora
tetigiſſet in nemora alta traxit: & turpiter ſtuprauit: fruſtra clamato ſepe paren
te: ſæpe ſorore ſua: & cũ clamare: ac lamentari minime ceſſaret: ira concitus tere
us linguam illi enſe abſcidit: atqꝫ fidis mulierum cuſtodibus ꝺ̉reliquit. Inde ad
Prognem flens ueniens dixit Philomenã maris nauſea deperiſſe. Interim philo
mena in cãdida tella purpureiſifilis mala intexuit ꝑpetrata: rogauitqꝫ geſtu an
cillam: ut tellam ipſam ad Prognem deferret. Qua cõſpecta premens altũ corde
dolorẽ Progne: & læticiã cõfingẽs inſtantibus Bacchi orgiis thyrſis & pellibus:
cum multis ornata mulieribus ſiluas penetrans: & fractis ſororis ianuis Philo
menam ſimili habitu indutam cõduxit in regiã. Ibidẽqꝫ furiarum ſtimulis agi
tata: Itym quem Tereo fuerat enixa ꝓpriis manibus iugulãs patri comedẽdum
appoſuit. Et poſt epulas Sicut erat ſparſis furiali cæde capillis Proſiliit natique
caput philomena cruentum Miſit in ora patris. Quas cũ Thereus gladio pſe
queretur: in aues ſui nominis conuerſæ ſunt. Progne in hirundinem. Philome
na ĩ eius nominis auiculam: Itys in faſianum: & Tereus in upupam: ut elegãtiſ
ſime pertractauit Ouidi. & nec minus eleganter noſtra ætate Gregorius Corra
tius uenetus in præſtantiſſima tragœdia: cuius titulus eſt Progne. Facitqꝫ Tere
us declinatione græca in genitiuo Tereos: ut Marti. in ultimo. Flet philomena
nefas inceſti tereos. & quæ Muta puella fuit: garrula fertur auis.

T hermæ cũ. th. aſpirato ſcribit̃: & a θερμόν: quod eſt calidũ deducitur. Nã ea loca
quæ aut calentibus aquis: aut ipſo ſine aquis fornice: igni calefacto lauandi ſu
dandiue uſibus deputata: thermas græco uocabulo uocauere. Itaqꝫ cum roma
nis frequens: atqꝫ quotidianus eſſet lauandi uſus: ut romanæ omnes atteſtant̃
hiſtoriæ. ad id quoqꝫ res ipſa proceſſit: ut ciues fere omnes: qui diuitiis abunda
re uidebantur: priuata balnea in propriis domibus detinerent. Hic Cicero ꝑ epi
ſtolam Terentinam uxorem monet: ut curet labrum in balneo eſſe. quin & in
aliis. Q. fratrem aſiæ proconſulem certiorem reddit de balneis: quæ in arpina
te extrui curabat. Sed præter priuatorum ciuium multa ſunt publice inſtituta
balnea: in quibus plæbs ipſa pro libito ſe lauare conſueuerat. Quæ ſane cuꝫ ad
principum luxuriam duceretur: nihil magis populare putabant q̃ cum promi
ſcue cum plæbe lauabantur. Nõnulli etiã frequentius: ut Cõmodus imperator
qui teſte Capitolino ſepties in die lauabat. comedebatqꝫ ĩ thermis. Quin & Gor
dianum iuniorem ita lauandi cupidum dixit idem auctor: ut æſtate quater aut
quinquies in die: hyeme ſecundo lauaret. Galienum ſimiliter iuniorem lauiſſe
dixit æſtate in die ſepties: hyeme bis uel tertio. Quẽ prefecti magiſtriqꝫ officiorũ
omnes ſequebantur: & cõuiuiis nationibuſqꝫ ſimul cum principe inſiſtebant.
Admittebanturqꝫ ſæpe mulieres pulchræ & puellæ cum his anus deformes: cũ
quibus iocari ſe princeps dicebat. Sed teſte Helio Spartiano in Alexandri Seueri
uita prohibuit Alexander balnea romæ: cum mulieribus mixtis uiris exhiberi:
quod prius prohibitum Heliogabalus fieri permiſerat. Nanqꝫ ipſi principes ad
ſuam luxuriam: & populi ſolatium ingentia & immania thermarum ædificia
cõſtruxerunt. De quibus Ammianus libro. xvi. rerum geſtaruꝫ inquit: lauacra
romæ in modũ prouinciarum extructa uident̃. In qbus principũ luxuria eo ꝑ
ducta eſt: ut nulla in re modeſtiã ſobrietatẽqꝫ ſeruaſſent. Veruꝫ ut præfatus He
lius rettulit: Alexander brachteariorũ: uitrariorum: pellionũ: clauſtrariorũ: ar
gentariorũ: aurificũ. cæterarũqꝫ artium pulcherrimũ inſtituit uectigal. Ex quo
iuſſit thermas: quas ipſe & ſuperiores fundauerunt principes calefieri: & popu
lo uſibus exhiberi. Siluas ipſe in thermis publicas deputauit: addiditqꝫ oleuꝫ lu
minibus thermarum: cũ antea nõ ante aurorã paterent. & claudarentur ãte ſo
lis occaſum. Et infra ſubdit. Oꝑa ueterũ principum inſtaurauit. Ipſe noua cõ
ſtruxit: iuxta eas quæ neronianæ fuerant: nemus thermis ſuis de priuatis ædi
bus: quas emerat. dirutis ædificiis fecit Antonini Caracallæ thermas additis na
tatoriis perfecit: & ornauit. Et ſubdit idem Spartianus Alexandrum ipſuꝫ opus
ſuum duobus primum marmoribus porphyrico & lacedonico inſtituiſſe: etiã
palatio exornato. & alibi refert illũ thermis ſuis & ueterum frequẽter cũ populo
uſum fuiſſe: & licet plures fuiſſe credamus. duodecĩ tamẽ nos thermas ex ãtiqs
ſcripturis ãnotauimus: ut agripinas: neronianas. Veſpaſiani Titi. domitianas:
antonianas: alexandrinas: gordianas: ſeuerianas: dioclitianas: aurelianas: cõſtã
tinianas: & nouatianas. Agripinæ iuxta pãtheon: & nõ lõge a Minerua fuerũt:
quarũ ueſtigia adhuc extãt. In qbus teſte Pli. li. xxxvi. natu. hiſt. Arcus & paui
menta ex uitro poſuit. Et ut atteſtat̃ Ruffus ĩ deſcriptionibus nõ lõge ab agrip
pinis alexandrinæ fuerunt. Cuius adhuc apud beati Euſtachii eccleſiã ueſtigia

cõſpiciuntur. Quas ipſe Alex. Spartiano teſte iuxta neronianas edificauit. Marti. in. xii. Et thermas tibi habe neronianas. antonianæ thermæ: quæ Baſſiani antonii Caracallæ fuere. ſitæ fuerunt teſte Spartiano in regione piſcina ad uiá ardeatinam: nunc iuxta coenobium ſancti Xiſti: & eccleſiam ſanctæ Priſcæ ac ſanctorum Nerei & Achillei. Quarum celſam ſoleariá eodem referéte auctore architecti negabant poſſe ulla ratione fieri: niſi qua facta eſt. Nam ære & cupro cancellos confectos dixit. quibus cameratio tota concreta eſt: & tátum eſt ſpatii: ut id ipſum potuiſſe fieri negent docti mechanici. Thermas uero gordianas ſcribit Iulius Capitolinus iuxta gordianorum domũ in uia pꝛeneſtina fuiſſe: quales preter urbem tunc nuſq̄ haberet orbis terrarum: & domũ ducẽtas habere colũnas uno ſtilo dixit. Vbi nunc poſt eccleſiam ſancti Euſebii multæ & maximæ cernuntur ruinæ. Conſtantinianas ab Apollodoro traditum legimus in exquiliis fuiſſe in dictione roma: cum exquiliarum montem deſcripſimus: oſtendere curauimus. Quin & in eodem monte ſimili modo nouatianas extitiſſe monſtrauimus. De ſeuerianis uero thermis nihil aliud certum habemus: q̄ Spartiano teſte Seuerum Aphrum imperatorem illas in tranſtyberina regione ædificaſſe. Idem de aurelianis Flauius Vopiſcus ſyracuſanus ſcripſit: eaſq; hyemales Aurelianũ principem in tranſtyberina regione ædificaſſe: quod aquæ frigidi aeris ibi deeſſent. Thermas autem Titi iuxta templum pacis quod edificium fuit patris ſtructas legimus. At uero domitianas uoluerunt quidam ex auctoritate Petri bibliothecharii iuxta ſancti Siluestri coenobium extitiſſe: ait enim præfatus Petrus beatum Silueſtrum eccleſiam in thermis domitianis ædificaſſe: quæ poſtea eius nominis fuit.

T hermodoon cũ. th. aſpirato: & duplicato. o. poſt. d. ſcribit: pleno ſcilicet nomine & abſq; ſynæreſi. habet accentum acutum in penultima: quem apud nos cum græcum ſit nomẽ obſeruat. at cum ſynæreſis illa duo. o. in unũ longũ conuertuntur: in quod tranſit accentus circũflexus: ut uidimus in dictione proſodia. Oui. lib. iiii. de ponto: Et tu fœminæ thermodoon cognitæ turbæ. Nam fluuius eſt in regione colchidis: iuxta quem amazonides habitauerunt: de cuius tamen ortu uariæ ſunt ſententiæ.

T hermopyle cũ. th. aſpirato: & . p. exili: ſequẽte. y. græco ſcribit: mons eſt longiſſimus. qui mediá ꝑſus græciam diuidit: ſicut & apœnini dorſo italia ſciditur ut atteſtatur Liuius de bello macedonico lib. v. Habetq; anguſtas fauces: a quibus pylarum ideſt portarũ nomẽ aſſumpſit. iuxta quas cũ aque ſint calide thermopylarum nomẽ adeptus eſt. apud quas magnus Xerxis exercitus corruit.

T hero cũ. th. aſpirato ſcribitur: græci uero addunt. n. in fine: ac dicitur θέρόν: q̄ſi ardens. nomen eſt proprium: de quo Pindarus meminit: & Virgi. in. x. cum ait: Occiſo therone uirum: qui maximus ultro Aeneam petit.

T herſilochus cũ. th. & . ch. aſpiratis: atq;. i. latino ſcribibitur: nomen ẽ uiri propriũ.

T herſites prima cũ. th. aſpirato: penultima cũ. i. latino: & ultima cũ. t. exili ſcribitur: fuit uir grecus. Quo nõ deformior alter Venerat ad troiam ut dixit Homerus: Lingua ue ꝓteruior alter. Vnde ait Iuuenalis ĩ ſatyra Stẽmata quid faciũt Malo pater tibi ſit therſites dũmodo tu ſis Aeacidæ ſimilis.

T hera cũ. th. aſpi. ſcri. iſula ponit ab Hero. li. hi. iiii. quá Iuſtinus puto theránẽ: & nos corſicá dicimus: qa ĩ illa Cyrnũ regnaſſe dixit. Vnde & ab illo cyrnus etiam cognominata fuit: qui filium habuit Ariſteum: cui nomen fuit Batus ob ligue obligationem ut poſuit Iuſtinus. Hero. uero exponit uocatum lingua libyca. i. regẽ q deinde urbẽ cyrenẽ in libya ædificauit: ut in dictiõe cyrene oſtendimus.

T hericyon prima cum. t. aſpirato: ſequens cum. i. latino: penultima cum. c. exili & y. græco ſcribitur: nomen fuit uiri proprium.

T erpſichore prima cum. t. exili: ſequens cum. i. latino: penultima cum. ch. aſpirato ſcribitur: una fuit ex noue3 muſis: ſic quoq; a Τιρπουαι: quod eſt delector cognominata: de qua in dictione muſa.

T heſaurus cum. th. aſpirato ſcribitur.

T heſeus cum. th. aſpirato ſcribitur: fuit Aegæi athenarũ regis filius ex Aethra cõiuge: qui dum eſſet adoleſcens operáte Medea nouerca pene a patre ueneno periit. Sed poſt mortem patris ad regnum athenarũ euectus tot memoratu digna pꝛægit: ꝙ inter plures Hercules unus ipſe connumeret. Et inde theſides cum. i. latino pro Hippolyto ponitur: ut Ouidi. heroidũ epiſtolarum quarta: Theſides theſeuſq; duas rapuere ſorores.

T heſmophorea cum. th. aſpirato ſcribitur: ſacra ſunt Cereris: quæ a noſtris cerealia dicuntur. ſed uerbũ ipſum legis lationẽ deſignat. Ná θεσμός legem indicat: & phoria lationẽ. Et hoc iõ: quia leges hominibus prima Ceres indidit: dicente Virgi. in. iiii. Legiferæ cereri. Ná ante inuentũ frumentũ homines ſine lege uagabantur: illo inuento abiecta fuit feritas: & ex agrorũ diuiſiõe primo nata ſũt iura. Vnde bene Ouidius in. v. metamor. muſam dicentẽ introduxit: Primo ceres unco glebá dimouit aratro. Prima dedit fruges alimentaq; mitia terris. Pria dedit leges. cereris ſunt omnia munus.

T heſſalia cũ. th. aſpirato & duplicato. ſ. atq;. i. latino ſcribit: regio eſt græciæ: quæ ſub attica oli cõpræhendebat: ſed prius teſte Pli. li. iiii. natu. hiſtor. æmonia dicta fuit. Eadẽq; pelaſgis & conargos: atq; hellas: theſſalia & dryopis ſemp a regibus cognominata fuit. Et ſubdit Pli. ibi genitus rex nomine Græcus: a quo greci: ibi Hellinus: a quo hellines. Ex his phiotæ oppida celebrata hellas: halos: lamia: phthia: Eadem rege Theſſalo ibi regnáte theſſalia dicta fuit. ſed ut refert Herodotus lib. hiſto. vii. & poſt illum alii plures: fama eſt theſſaliá fuiſſe olim lacum a montibus undiq; cõcluſum. Ná ut ꝓſeq̄t ab oriente habet montẽ peliũ: & cõiunctos colles: a ſeptẽtrione olympũ: ab occidẽte pindũ: & a meridie othiym. In quorum media cõcauitate theſſalia ipſa cõcluditur: p quá iam qnq; fluuios principales decurrere dixit: uidelicet peneũ: apidanum: oenochonũ: enipheũ: & parmiſum. Qui omnes deinde in unum cõmixti p unicum ſolum tráſitum ĩ mare decurrunt: & ſolius penei nomẽ detinẽt. Ná p mediá uiá: quæ ſola eſt iter olympum: & oſſam gradiẽs ipſe peneus in ægeũ mare deſcendit. Hác uiá ecdẽ auctore teſte a Neptuno factá dicunt: ſeu ut magis aſſerere uidet a terræmotu p ipm deum inducto: ut theſſaliá ipſam habitabilẽ efficeret. Lucan. uero in. v. dixit id Herculẽ cõfeciſſe. ſed ut ait Herodotus diligenter inſpiciẽtibus manifeſte appa ret terræmotus opus fuiſſe.

T eſiphone cũ. t. exili: & nõ cum duplicato. ſ. ſequẽte. i. latino ſcribit: una dicit ex furiis infernalibus: ut uidimus in dictiõe alecto. Cõponiturq; dictio ex Τιω: qđ eſt Τιμωρουμαι ulciſcor: & phonon necẽ. nõnulli uero ſeruátes ipſum. i. paruũ in prima: nec in. e. apud nos cõuertentes dicunt tiſiphone.

T heſis cum. th. aſpirato: & . i. latino ſcribitur: dicitur a noſtris poſitio uel poſitura: & eſt figura: quæ ſenſus orationis per cola: cominata: & periodos: diſtinguit:

dicta quidē poſitura:quia punctis poſitis cōuenientes denotat ſenſuum partes
uel quia ibi uox ꝓ interuallo diſtinctionis deponitur.Nā dū in initio ꝓnuntia
tionis nōdum plena pars ſenſus ē:& tamen reſpirare oportet:ſubſcribatur pun
ctum:quod a græcis cōma:ideſt ꝑticula dicitur:a noſtris ſubſtinctio uocitatur
eo quod ſub littera:uel ad finem litteræ ſignabatut ſic:uidelicet:nos iam uirgu
la utimur.Vbi uero in ſequentibus iam ſententia ſenſum præſtat:ſed adhuc ali
quid de ſententiæ plenitudine reſtat punctū ſignabatur:quod dicitur colon.i.
membrū & circa litteræ mediū ponebať:loco cuius nos hodie duobus punctis
utimur.Vbi autē nos plenā ſententiæ clauſulā facimus:fit punctū:quo perio
dus:hoc ē terminus diciť:ut in ea dictione uidimus.Apud nos uero uocať di-
ſtinctio:quia integram a ſequentibus diſtinxit ſententiā. & hoc apud oratores.
Cæterum apud poetas ubi in uerſu poſt duos pedes ſyllaba alicuius dictionis
remanet cōma dicitur:hoc eſt particulæ præciſio. quæ ꝑ ſcanſionem facta eſt.
Vbi uero poſt eoſdem pedes nulla dictiōis particula remanſit.colon dicitur : &
totus uerſus periados dicitur.

T eſpiei cum.th.aſpirato ſcribitur:populi ſunt græci.

T heſtylis cū.th.aſpirato:ſequēs cū.t.exili &.y.græco:ultima cū.i.latino ſcribitur
nomen eſt proprium mulieris:de qua theocritus & Virgi.meminere.

T heſtor prima cū.th.aſpirato:ſequēs cū.t.exili ſcribitur:fuit troianus pater Cal-
chantis:ut oſtendit Homerus libro iliados primo.

T heta cū.th.aſpirato:ſequēs cū.t.exili ſcribiť:nomen eſt litteræ græce:quæ uim
detinet.th.aſpirari.De qua in initio huius tractatus.T.litteræ uidimus.

T hetis prima cū.th.aſpirato:ſequēs cū.t.exili quando ꝓ matre Achillis poni con
ſueuit ſcribiť.Et fuit filia Chironis.& uxor Pelei regis theſſaliæ:ut ait ipſe Chi-
ron apud Orpheum ī argonautica καὶ ἡμέτερον κοῦρον θέτισ ἀργυρόπεζα
De qua Ouidi.libro.xii. metamorpho. Virgi.etiam meminit circa finem libro
vi.ænei.quando ait:Leua tenet thetis & melite panopeaq; uirgo: cuius tam pri
ma ſyllaba q̄ ſecūda breuis eſt : & declinatur thetis huius thetidos uel more no-
ſtro thetidis.

T ethys prima cū.t.exili:ſequēs cū.th.aſpirato &.y.græco ſcribiť. & hac quoq; lit-
teratura deſcripta fuit teſte Criſpo filia Cæli & Veſtæ:atq; uxor Oceani. Oui.
uero uidetur eam filiam fuiſſe Titani cū ait libro faſtorū.v. Duxerat oceanus
quondam titanida tethym.& habet tam primā q̄ ſecūdā longā: de qua ītellexit
Virgi.lib.georgi.i.cū ait:Teque ſibi generū tethys emat omnibus undis.Et de-
clinatur.Tethys huius tethyos:ut Orpheus in argonautica:καὶ Τηθύοσ ἔσχατον ὕδωρ.Oui.in ꝑfato lib.Pars credidit eſſe.

T ethyos has neptes oceaniq; ſenis.Martia.lib.i.epigrammatum:Et quē ſupremæ
tethyos unda ferit.

T etrametra abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: Componiturq; a teſſara: quod eſt
quatuor.& metrum:carmina quattuor pedum.

T etrarcha ſola ultima aſpiratur:ille dicitur qui quartam regni partē detinet. Et
cōponitur ex τέταρτος:qui eſt quartus:& ἄρχοσ princeps.

T etradoron abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: interpretari ualet quattuor palmo
rum.Nam cōponitur ex tetra:quod eſt quattuor:& dorum palmus: dicente &
Pli.lib.xxxv.natu.hiſto.Græci enī antiqui dorū palmā uocabant.Et inde pen-
tadorū quinq; palmorū:& ſimilia dicuntur.

T ethioppobatæ cū.t.exili:ſequēs cum.th.aſpirato &.i.latino:qn & geminatur.p:
atq; ultima ſine aſpiratione ſcribiť:ſunt Hero. teſte populi ī libya iuxta aſbitos

T eucer & quandoq; Teucrus:ut in antehabitis uidimus abſq; aliqua aſpiratione
ſcribiť:fuerunt hoc nomine duo celebres:unus quidē Scamādri cretēſis filius:
qui relicta creta in phrygiā ueniens repperit Dardani poſteros in uallibus habi
tare.qbus ut dixit Seruius ſup.iii.ænei.arcē cōſtruxit:dicēte etiā Anchiſe apud
Virgilium eo libro de creta loquēs:Maximus unde pater ſi rite audita recordor
Teucrus rhoteas primum eſt aduectus ad oras.& reliqua quæ ſequūtur. Alter
uero teucer fuit Telamonis filius ex Heſiona Laomedontis regis filia: & Priami
ſorore:ut poetæ omnes affirmant.Nā cum Hercules cum argonautis accederet:
& troiā caperet:Telamonē ob inſignem uirtutē Heſiona donauit. ex qua etiam
ut oſtendere uidetur Homerus Aiacem genuit.At Sophocles in ea tragœdia: q̂
inſcribitur αἴασ μαστιγοφόροσ:Aiacem dixit ex iuſta quidem uxore: Teucrū
uero ex Heſiona quæ captiua & ſerua fuerat natum fuiſſe: qui cum poſt troiæ
euerſionem ſalaminā ad patrem rediret īuiſus patri:quia Aiacis obitum nō uin
dicauerat:ut etiā atteſtatur Iuſtinus lib.xliiii.cyprum inſulam a Belo patre Di-
donis tunc ſubactam acceſſit:& urbem in ea cōdidit: quam de patriæ nomine
ſalaminam uocauit.Et alia quæ ponit Iuſtinus.

T eudamedus cū.t.exili ſcribiť:fuit teſte Homero li.ii.iliados.pater Pelaſgi.

T eus cum.t.exili ſcribitur:fuit teſte Herodo libro hiſtoriarum primo. urbs in ly-
dia.Vnde teius teia teium nomen patrium deriuatur.Horatius libro odorū.iiii.
Non aliter ſamio dicunt arſiſſe bathyllo Anacreonta teum pro teium: ut in di-
ctione anacreon uidimus.

T eutates abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:nomen eſt lingua gallica Mercurii: q
ab illis humano ſanguine placabatur:dicente Lucano libro.i.
Et quibus immitis placatur ſanguine diro.
Teutates horrenſq; feris altaribus heſus.De qbus Lactantius lib.diuinarum in
ſtitutionum primo:galli inquit Heſum atq; teutatē humano cruore placabant
deos qui ſane ferialis ritus diu ſimiliter apud italos ſtetit.qui latialem Iouem &
Saturnum humana placabāt hoſtia.

T euthramides prima cum.t.exili & eu.diphthongo ſequens cum.th.aſpirato: pe-
nultima cum.i.latino ſcribitur:fuit phryx: & patria ariſtæ:& pater Axyli:ut in
ea dictione uidimus.

T hyaſus cuz.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:ſaltatio apud nos:& chorea dici po-
teſt:quæ Baccho exhibebatur:deduciturq; a θύω:quod eſt ſacrificio: quia in il-
lius ſacrificiis exerceri cōſueuerant.de quo Virgilius in Daphni:Daphnis thya
ſos inducere baccho.

T hyas cū.th.aſpirato &.y.græco ſcribiť:Et diciť ſacrificula Bacchi. Nā teſte Ser-
uio ſicut a Baccho baccha:ſic a thyoneo thyas.Virgi.li.ænei.iiii.thybias ubi au
dito ſtimulant trieterica baccho.Reperitur etiā bacchis bachidis.

T hyella cum.th.aſpirato &.y.græco:atq; duplicato.l. ſcribitur: dicitur a noſtris
procella:poniturq; ab Homero pro una harpiarum.

T iara cū.t.exili &.i.latino ſcribitur:ornamentum eſt quoddam capitis:quo mu-
lieres perſicæ primitus utebantur:ut Iuſtinus de Semiramide:quæ caput tiara
texit:qua deinde uſi ſunt reges & ſacerdotes.ſimiliter Herodotus libro hiſtoria-
rum primo:geſtamen eſt inquit capitis perſicum.Seruius ſup.i.tantūmō dixit

tiara eſt pilleus phrygius.& Virgi.uſus eſt maſculino genere. Iuuena.uero foe
minino:ut Phrygia ueſtitur bucca tiara.

T yana cum.t.exili &.y.græco ſcribitur:fuit teſte Philoſtrato lib.i.de uita Apolli
nii Tyanei urbs cappadociæ.

T ibareni cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuerunt teſte Herodoto lib. hiſto.iii.po
puli ſcythici in Aſia.

T yberis prima cū.t.exili &.y.græco ſcribit̃:fluuius ē italiæ:ab apoennino deflu
ens ex alpibus falteronæ:paulo altius q̃ tuſcus arnus.Et primo tuſciam ab um
bris diuidens auctus pluribus fluuiis romã deuenit:quã a ianiculo ſeperat : &
ultimo hetruriam a neteribus latinis diuidens ĩ mare tyrrhennū defluit.dictus
tyberis ut putat Feſtus a Tyberi tuſcorū rege:uel a Tyberino rege Albanorum.
Seruius uero ſup.viii.æneidos inquit:Tyberim alii a rege aboriginum dictū pu
tant:qui dimicans iuxta eū occidit.Alii a quodã aborigine: quē Glaucus Mi
nois filius in italia interemit.Alii inter quos Liuius ab Albano rege,qui in eum
cecidit.Quã ultimam opinionem ſecutus Oui.lib.ii.faſtorum inquit.
Albula quē tyberim uerſus tyberinus in undis:
Reddidit hybernis forte tumebat aquis.Verū & ante regē hūc thybris cum.th.
aſpirato dictus fuit.Nã cū Euander ad Aeneam longo tēpore ante regem Tybe
rinū loqueret̃ nondū enĩ cōſtructa fuerat alba dixit apud Virgili.libro.viii.
Tum reges aſperq; immani corpore thybris:
A quo poſt itali fluuium cognomine thybrim
Diximus.amiſit uerū uetus albula nomē.forſitan etiã poſt primū uerſum uer
ba ſunt poetæ non Euandri.Alii nō a morte cuiuſpiam regis:ſed regē quēdam
tuſcorū latrocinari circa ripas huius fluminis conſueuiſſe : & a crebris iniuriis
quibus tranſeuntes afficiebat thybrim cognominatum fuiſſe aſſerunt quaſi eſ
ſet fluuius Τῆς ὕβρεως:ideſt iniuriæ:ex qua ratione cum ὕβρις aſpiretur: thy
brim aſpirari uolunt.Alii uero ex alia cauſa hoc idem accidiſſe uolunt.Nã Ser
uius quoq; ſuper.iii.æneidos:& græci nōnulli exponentes Theocritum dicunt
ꝙ cum quodam tempore ſyracuſani apud ſiciliam uicerint athenienſes:ingen
tem hoſtium multitudinem captiuarunt:& eam cæſis montibus addere fecerūt
monumēta ciuitati:tunc auctis muris etiam foſſa facta quæ aqua repleta mu
nitionem redderet patriæ.Hanc igitur foſſam per hoſtium pœnam & iniuriam
illis factam thybrim uocauerunt:uidelicet ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Poſtea profecti ſi
culi ad italiam eam tenuerunt partem:ubi nunc roma eſt uſq; ad rutulos & ar
deam:unde eſt.Fines ſuper uſq; ſicanos.& albulam fluuium ad imaginem foſ
ſæ ſyracuſanæ thybrim:quaſi τὴν ὕβριν:hoc eſt ignominiam uocauerūt. & ſic
quoq; cum.th.aſpirato ſcribendum eſſet:quod in antiquiſſimis & emendatiſſi
mis codicibus de thybri ſemper ſcriptum comperimus:licet tyberim & tyberi
num abſq; aſpiratione ſcribant.Quare puto prius albulam dictum deinde thy
brim cum.th.aſpirato ab immani rege:uel ἀπὸ τῆς ὕβριος uocitatum.poſtea
tyberim ſine aſpiratiōe a Tyberino rege albanorum in illo ſummerſo .Nec Oui
dii uerba nos aſſerere cogunt ante Tyberinum in illo ſummerſum immediate
albulam uocitatum:ut etiam ex Pli.libro.iii.natu.hiſto.inſinuatur.hæc uerba
dicente Tyberis ante thyberis appellabatur:& prius albula dictus fuit.hæc ille.
Dicitur etiam Tyberinus fluuii deus : ut Virgili.libro georgicorum.iiii. Vnde
pater tyberinus & unde aniena fluenta.Nonnunq̃ uero & pro piſce ponitur.ut
Iuuenalis in ſatyra:Si te propoſiti ait:Vos anguilla manet longæ cognata colu
bræ:Aut glacie aſperſus maculis tyberinus.

T ibiſis cum.t.exili:&.i.latino ubiq; ſcribitur: fluuius eſt ſcythiæ: teſte Herodoto
libro hiſtoriarum quarto.

T ybur cū.t.exili:&.y.græco ſcribit̃: Priſcianus de quo miror latinum dixit libro
vii.dū de tertia declinatiōe ptractat.Cui & hiſtoria.quæ græcū nomen eſſe oſtē
dit:& antiq̃ ſcriptura:quæ cū.y.græco illud ſcribit:ut in antiqs ĩſcriptionibus
cōſpexi:aduerſatur.urbs eſt ſexdecĩ milibus paſſuum ab urbe roma diſtãs: quã
teſte Solino ex auctoritate Catonis Cathyllus arcas:& p̃fectus claſſibus Euãdri
cōdidit.Plinius uero circa finē libri.xv.natu.hiſto.aliud ſentire uidet̃:dicēs ty
buris originē multo ante urbē romã habent adhuc.Apud eos extant ilices tres
etiã Tyburto cōditore eorū uetuſtiores:apud quas in auguratus traditur fuiſ
ſe:tradunt autē eū filium Amphiarei: qui apud thebas obierit: una ætate ante
iliacū bellum:hæc ille aſſerens Tiburtum nō Cathyllū tyburis oppidū cōdidiſ
ſe.Verū Sextius græcus hiſtoricus lib.antiqtatum.vi.Hos celebres auctores in
hunc modum cōcordaſſe uidet̃.Ait enĩ ut ex eo loco ad uerbū traduximus:Ca
thyllus Amphiarei regis filius fuit.Hic poſt ꝓdigialē patris interitu; apud the
bas:de quo nos iam uidimus in dictione Amphiareus:iuſſu Oiclei aui ſui cum
omni fœtu:& ſacris miſſus tres liberos in italia procreauit Tyburtum Coracem
& Cathyllum:q depulſis ex oppido haud longe a roma poſito ueteribus ſicanis:
nomine Tyburti maximi natorum filii oppidu; uocauerunt.Hæc Sextius: cui
Virgi.cōſentire uidetur:cum ait li.æneidos.vii.Fratris tyburti dictam cogno
mine gentem.Nam ut Sextius proſeqt̃ nō ferunt inquit: qui dicunt ſingulum
fratrem ciuitatatē ſingulã cōdidiſſe.Teſtis eſt mons : q adhuc Cathyllus dicit̃:
& corax oppidum famoſum inter uolcos.Eſtq; ſitum tyburis oppidu; loco ma
xime cliuoſo:quod Iuuenalis tetigit cum ait in.iii.ſatyra:Et proni tyburis arce
Quin & fluminis anienis decurrentibus aqs etiã humido:quod Ouidi.li.faſto
rum.iiii.tetigit:cum ait:Iam mœnia tyburis udi Stabant argolicæ quæ poſue
re manus.Eſt etiã uentoſum dicente Horatio:Romæ tybur amant uentoſu;:ty
bure romã.ubi tybure pro tyburi teſte Seruio ſuper quartum æneidos: q dixit:
a tybur denominatiuum tyburtis ducitur:quod pro tyburis ponitur:teſte Ca
pro.ſicut quiritis pro quiris:& cæritis uel cæretis:pro cæres.Vnde hic & hæc &
hoc tyburs gentile nomen eſt.

T ycha cum.t.exili &.ch.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia nym
pha filia Oceani & Tethios.

T icenum cum.t.&.c.exilibus.atq;.i.latino ſcribitur:oppidum eſt inſubrium:qđ
nunc papia dicitur. Nam ut oſtēdit Ptolomæus in geographia: Inſubres habēt
mediolanum:nouariam:comum:& ticenum.

T ydeus cum.t.exili &.y.græco ſcribit̃: habetq; accētum in prima:fuit filius Oe
nei regis calydoniæ ex Euriboee:ut dixit Seruius ſup.vi. æneidos: uel ex altera
uxore:ut alii aſſerunt:q cum uenando fratre; Menalippum inaduertēter occi
diſſet:furorē populi extimeſcens:relicto paterno regno:ad Adraſtum argiuorū
regem confugit.& alia.quæ de illo ꝓſeqt̃ Statius libro primo ſecundo & tertio
atq; octauo ſuæ thebaidos.Homerus uero libro.iiii.iliados de illo inquit:ut fere
ad litteram hoc ſoluto ſtilo traducere poſſumus:Cum mycenis tydeus morare
tur fama eſt:neminem illi uiribus corporis potuiſſe æquari.At poſtquã rediens

ad fluenta Aſopi uenit: cæteri eũ græci ad Eteoclem pro legato dimiſerunt Ad quē cum iuiſſet: ingreſſuſq; regiam cõplures illic ciues cõperiſſet forte cũ Eteocle in cõuiuio erant. Nõ timuit: & hoſpes & ſolos thebanos oẽs ad quodlibet certaminis genus prouocare: atq; ut animoſe prouocauit: ita omnes ſic illi Pallas propicia erat: ſtrenue uicit. Quáobrem thebani dolore indignationis accenſi: reuerſuro inſidias tetenderunt: collatis ad oportunũ locũ: qua Tydeus tranſiturus erat: quiquaginta iuuenibus: cũ duobus ducibus deorũ ĩmortalium robore ſimilibus: Meone: Neomonide: & Lycophonte Antophoni filio. Eos Tydeus oẽs ad ipſum locum occurrentes ſtrauit: occiditq; fretus deorum: quæ ſibi mõſtrabantur auguriis. Vnum tantum Meonem cum triſti nuncio redire pmiſit. Immo iuſſit: & talis fuit Tydeus. hæc Homerus pfato loco de illo locutus eſt. Et libro. vi. iliados dixit illum apud thebas cũ aliis regibus populiſq; græcorum occubuiſſe. Et inde patronymicũ deducitur tytides.

Tytides prima cũ. y. græco: ſecuda cum. d. &. i. latino ſcribi forſitan deberet: licet noſtri iã nõ. d. quæ media eſt inter. t. exile &. th. aſpiratũ: ſed ob ipſam propinquitatem litterarum. t. ponant exile ac ſcribant tytides: ſic fere in omnibus Virgilii codicibus repperi: & eſt tytides patronymicum poſitũ pro Diomede filio Tydei Virgilius lib. æneidos primo: O danaũ fortiſſime gentis Tytide. Quãq̃ Seruius ſup. viii. æneidos dicit: oĩa noĩa quæ in eus hodie exeunt apud maiores in es exibant: ut Nereus neres: Tydeus tytides: quaſi uelit dicere non eſt patronymicũ tytides: ſed principale: cuius oppoſitum Virgilius obſeruauit. Et ſubdit idẽ Seruius: Illa miſiſſe genitiuũ in eis: ut tydeis: nereis. Sed quia plerũq;. s. ut ait in latinitate detrahitur remanet ei: ut huius tydei: huius nerei.

Thyeſtes prima cũ. th. aſpirato &. y. græco: ultima cũ. t. exili ſcribit: fuit filius Pelopis ex Hippodamia: & Atrei frater ac Tantali nepos. de quo Seneca in Tyeſte: & alii poetæ plura ſcripſere. Et inde Thyeſteus: ut Ouidius lib. xv. metamorphoſeos: Neue thyeſteis cumulemus uiſcera menſis

Tigranes cum. t. exili &. i. latino atq; unico. n. ſcribitur: fuit rex maioris armeniæ de quo Cicero in pompeiana. Et declinatur in genitiuo non ſolum Tigranis ſed Tigranæ.

Tigris cum. t. exili &. i. latino utrobiq; ſcribitur: animal eſt truculentum & uelociſſimum: ita ut ſagittám hyrcana lingua ad nomẽ indicet. Et ut dixit Seruius armeniæ malũ: quo etiã india & hyrcania abũdat. de quibus Statius lib. vii. thebaidos: Plinius li. viii. naturalis hiſtoriæ: atq; Solinus plura dixere Eſt & eadem ſcriptura ac nomine ex eadẽ cauſa accæpto fluuius: qui ex monte periardes armeniæ pfluit: & primo quidẽ ſine nomine uſq; ad medorũ fines: ut aſſerunt herodotus & Plinius: ſed ibi quoq; a celeritate ipſa qua decurrit trigidis nomẽ accæpit. inde influit in lacũ: qui aretyſa dicitur: p quẽ adeo uelociſſimo curſu decurrit ut lacui prorſus nõ cõmiſceri probetur. Nã ex piſcibus compertũ eſt qui ſunt in lacu nũq̃ fluuiũ ingrediuntur: nec qui fluuii ſunt in lacu prorſus habentur. Exit ergo celerrimus & cum maximo impetu. Sed mox taurũ montem ſubterlabens in alterá montis partem apud lacũ cui nomẽ eſt zorunda effunditur: & illũ ipſum eſſe ex paleis & purgamentis ac piſcibus dinoſcitur. Ibique iterum fluuius effectus. & lacũ alterum tranſiens rurſus in cuniculos demergitur & Adiabenos: & meſopotaniam iterum egrediens arabes præterfluit: & in mare rubrũ iuxta urbem ampopolim cadit. Vnde ait Seneca in troade. Et qui renatũ prorſus excipiens diem. Templum rubenti tigrim immiſcet freto.

Tile cum. t. exili &. i. latino ſcribitur: deſcenditq; a Τηλοθεν. id eſt longe. Nam inſula eſt oceani inter ſeptentrionalem & occidentalẽ plagam quæ ultima erat ex cognitis a romanis. Virgilius in primo georgicorum. Tibi ſeruiat ultima tile. Alia eſt in aphrica contra ſinum carthaginis.

Tilos cum. t. exili &. i. latino ſimiliter ſcribitur: & ab eodem deſcendit. Inſula eſt: ut ſcribit Plinius libro ſexto naturalis hiſtoriæ cum oppido eiuſdem nominis ĩ mari indico celeberrima plurimum margaritis: ipſa fert palmas: oleas creat: uineis abundat: terraſq; omnes hoc miraculo ſola uincit: ut quæcunq; in ea naſcatur arbor nunq̃ ſpolietur tegmine foliorum. Hinc caucaſus mons famoſiſſimus incipit: protenſus ſuis continuis iugis in maximam partem orbis.

Timæus prima cum. t. exili &. i. latino: ſequens cum. æ. diphthongo ſcribitur: fuit philoſophus patria locrenſis Platoni dilectiſſimus: cui diuinum illud opus Plato inſcripſit: ubi de rerum creatione diſſerit: de quo Hieronymus ſuper Eſaiam Timeum de mundi hermonia aſtrorumq; curſu & numeris diſputantem ipſe qui interpretatus eſt. Tullius ſe non intelligere profitetur. hæc ille. At ipſe Cicero ad Articum libr. viii. inquit. Aenigma oppiorum ex uellia plane non intellexi. eſt enim numero Platonis obſcurius.

Timarchides cum. t. exili &. i. latino utrobiq;: atq;. th. aſpirato ſcribitur: nomen eſt uiri proprium compoſitum ex Τιμη: qui eſt honor. & ἄρχοντος principis: faciq; in genitiuo Timarchidis & Timarchidæ.

Timantes abſq; aliqua aſpiratione & cum. i. latino ſcribitur. fuit pictor ſummus Parrhaſii æmulus: quem ſuperaſſe dicitur in Aiace pingendo: quod aliqui ſuffragiis magis q̃ ueritate factum credunt. Inter eius uero ingenii monumenta Iphigenia oratorum laudibus celebratur: quæ ante aras peritura cum mœſtos pinxiſſet omnes: & mæſticiæ omnez imaginem conſumpſiſſet patris ipſius uultum uelauit: quem iam digne non poterat oſtendere.

Tymba cum. t. exili &. y. græco ſcribitur: quod multi in. u. noſtrum conuertunt: & dicunt tumbam ſepulchrum.

Timon cum. t. exili &. i. latino ſcribitur: fuit apolloniates filius Timarchi: qui dũ iuuenis eſſet operam dedit ſaltationi: & choreas duxit: quibus poſtea repudiatis ſe ad ſtilponem contulit: deinde reuerſus in patriam duxit uxorem. Poſt hæc uero iam uir ſapiens effectus & eloquens ad Pyrrhonem ſe conuertit: deinde cum eſſet egenus iuit ad calchedoniam: ibique philoſophiam & oratoriam exercuit: charus fuit Ptolemæo Philadelpho. ſcripſit poemata diuerſa: tragœdias. lx. comœdias. xxx. & ſatyras plures. fuit & alius philoſophus niceus: alius hoſtoruz ſtudioſus.

Tymœtes prima cum. t. exili &. y. græco: penultima cum. œ. diphthongo & ultĩa ſimiliter cum. t. exili ſcribitur: fuit regis Priami filius: de quo Euphorion teſte Seruio: ſuper ſecunduz æneidos ait. Priamus ex Aryſba filium uatem ſuſcæpit: qui cum quadam die uaticinaretur: naſci ei dixit puerum per quem troia poſſet euerti. pepererunt ſimul & Tymœtæ uxor & Hecuba legitima uxor Priami. Quare Priamus Tymœtæ filium & uxorem iuſſit occidi. Ob quod Virgi. cum de græcorum equo loqueretur inquit: Primuſq; tymœtes duci ĩtra muros hortatur & arce locari: Siue dolo: ſeu iam troiæ ſit fata ferebant.

Timœtas eodem modo ſcribitur: & fuit nomen uiri pprium.

T imoniacus abſq; aliqua aſpiratione & cum.i.latio utrobiq; ſcribitur: fuit pictor
byzantius cæſaris dictatoris ætate:qui Aiacem cæſari pinxit:& Medeam ab eo i
Veneris genitricis æde poſitam octoginta talentis uenundatus.

T imotheus prima cum.t.exili &.i.latino ſequens cum.th.aſpirato ſcribitur:& no
men eſt compoſitnm ex τιμή.qui eſt honor:& θεόσ deus.fuit etiam nomē athe
nienſis cuiuſdam uiri præclari & filii Cononis. hic a patre accæptam gloriam
multis auxit uirtutibus.Nam ad patris laudes teſte.M.Tullio libro primo de of
ficiis adiæcit gloriam ingenii & doctrine:fuitq; teſte Aemilio Probo diſertus im
piger:laborioſus.rei militaris pitus.nec minus ciuitati; regendæ: de quo multa
ab hiſtoricis præclare facta ſcribuntur.

T imoleon cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit corīthius & ſine dubio iudicio om
nium uir clariſſimus.Nam ut ait Cornelius nepos huic uni contigit quod ne-
ſcio an ulli ut ad patriam in qua erat natus oppreſſam a tyranno liberaret : & a
ſyracuſis cui auxilio erat miſſus inueteratam ſeruitutem depelleret.totāq; ſicili-
am multos annos bello uexatam a barbariſq; oppreſſam ſuo aduentu in priſti-
num reſtitueret:ut omnia late poſuit Plutarchus in illius uita. A quo & gym-
naſium:in quo ſepultus fuit timoleonteum cognominatum fuit.

T ympana cum.t.exili &.y.græco ſcribitur:inſtrumēta ſunt ad pulſandum apta
præcipue matri deum conceſſa:eo q̄ huiuſcemodi inſtrumentis curetes & cory
bantes filium ſuum Iouem tutati fuerunt:ut oſtendit Ouidius libro quarto fa
ſtorum.

T hymbra cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur herba eſt quam ſanetureiam:te-
ſte Plinio libro.xviii.naturalis hiſtoriæ dicimus:eſtq; herba aromatica & graui-
ter ſpirans Virgilius libro.iiii.georgicorum:Et grauiter ſpirantis copia tymbre
qua ager troiæ ad decem miliaria urbi uicinus abundat.In quo cum templum
eſſet Apollini dicatum dedit cauſam herba:ut Thymbræus Apollo ipſe uocare
tur.Virgilius i.iiii.æneidos:Da propriam Thymbræe domum da mœnia feſſis
Quin & fluuius inde fluens thymbra eadem ſcriptura & ratione uocabatur.

T ymber cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:nomen fuit uiri proprium.

T hymum cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:herba ē aromatica & apibus dul-
ciſſima:quod paſtor ille canens apud Virgilium in bucolicis inquit:Nerine ga
lathea thymo mihi dulcior hyble.Et cum iuxta athenas:quæ ut uidimus a Ce-
crope rege cecropiæ dicte ſunt.hæc uerba abundanter dixit Virgi.in.iiii.georgi
corum:Cecropiūq; thymum & graue olentia centaurea.

T hymiama prima cum.th.aſpirato &.y.græco ſequens cum.i.latino ſcribitur:eſt
odor ſuauis thymi maturam referens:unde nomen aſſumpſit : ut Virgi.in.iiii.
georgicorum:Redolentq; thymo fragrantia mella.

T yndarus cum.t.exili &.y.græco ſcribitur:fuit rex œbaliæ : & filius Oebali regis
habuitq; uxorem formoſiſſimam Ledam:ex qua genuit Caſtorem & Pollucem
Clytēneſtramq; & Helenam:& pro Tyndaro nonnūq̄ Tyndareus ponitur.Oui
dius in octaua epiſtola herodium.Me tibi tyndareus uita grauis & auctor & an
nis tradidi.A Tyndaro uero maſculinum deriuatur patronymicum tyntari-
des:a quo adiecta de.fœmininum in is deducitur tyndaris.Iuuenalis in ſatyra:
Credo pudiciciam:ponens differētiam inter mortes quæ a romanis:fœmininis
uiris ſuis eo tempore inferebantur:& eam quæ a Clytæmeſtra illata fuit Aga-
mennoni:hoc tantum refert q̄ tyndaris illa eſt Clytēneſtra bipennem inſulam

& fatuam:hoc eſt ſine aliquibus uiribus dextra leuaq; tenebat.quia niſi adiuta
fuiſſet ab Aegyſtho ob fœmineum timorem nequiuiſſet Agamemnonem inter
terficere.Et ſubdit de romanis mulieribus poeta dicens: At nunc res agitur te-
nui pulmone rubetæ:id eſt uenenoſe illius ranæ quæ inter rubeta naſcitur: ac
ſi dicat noſtræ uiros ſuos ueneno necant:in cuius remedium ſi earum uiri an-
tidotum Mitridatis forte preguſtaſſent etiam id idem cum Clytemneſtra ferro
conficere ſunt paratæ.Vnde ait:Sed tamē & ferro mortem uiris ſuis inferre ſūt
diſpoſitæ.Si preguſtaret atrides Pontica ter uicti cantus medicamina regis:hoc
eſt ſi cautus atrides:id eſt uir ille quicunq; romanæ mulieris maritus eſſet ut
atrides:id eſt Agamēnon qui uir fuit Clytemneſtræ præguſtaret medicamina
antidota preſeruantia a ueneno:confecta ſcilicet & præguſtari conſueta a Mi-
tridate rege ponti:ter a romanis uicto:ferro ſcilicet paratæ eſſent rem conficere
Nam ut ſcribit Plinius libro.xxv.naturalis hiſtoriæ quotidie antidotum con-
tra uenena ſumebat:adeo ut cum quadragintaſex annis cum romanis bella ſo
uiſſet:ut dixit Iuſtinus libro.xxxvii.demum tribus ingentibus bellis fœlicitate
Syllæ uirtute Luculli:& Pompei magnitudine uictus ē. Et cū iam mortem ſibi
inferre decreuiſſet.ut dixit Gellius libro. xvii. & fruſtra uiolentiſſima uenena
ſumpſiſſet:ultimo gladio ſe tranſfixit.At uero Plinius nepos in libro de uiris il
luſtribus Hithridatem dixit uenenum ſumpſiſſe:quo tarde agente percuſſorem
gallum atroci uultu territum reuocauit:& i cædem ſuam manum trepidantis
adiuuit.Alii uero acutiſſimo ueneno extinctum illum fuiſſe aſſerunt: quos Lu
canus ſecutus in primo inquit:Poſt cilicas ne uagos & laſſi pontica regis. Præ-
lia barbarico uix conſumata ueneno. Idem Eutropius libro ſuarum hiſtoria
rum ſexto.

T ynnicus prima cum.t.exili &.y.græco:penultima cum.i. latino: ultima cum
c.exili ſcribitur:fuit filius Thraſboli.

T hynus cum.th.aſpirato:&.y.græco ſcribitur:nomen eſt uiri proprium: de quo
Orpheus meminit.

T hyoneus cum.th.aſpirato: &.y. græco ſcribitur: cognomen eſt Bacchi quod a
θύώ quod eſt ſacrifico deductum putant:eo q̄ illi adhuc inter humanos uerſā
ti ſacrificia reddebantur:Ex quo thyas & thyades:ut a baccho bacchides dedu
ci aſſerit Seruius.Virgi.in.ii.ænei. Thyas ubi audito ſtimulant trietertia bac-
cho.Nam ſacrificula eſt Bacchi.

T yphon cum.t.exili &.y.græco ſcribitur:fuit gigas filius Terræ & Titani:de quo
Seneca in octauia:
Non tam ferum typhona neglecto ioue
Irata tellus edidit quondam parens.Verum a noſtris poetis quandoq; quidem
etiam typhos ſcribitur:quandoq; uero typhœus cum.œ.diphthongo.Lucanus
in.iiii.Conditus inarimes æterna molle typhœus:quem ſane uerſum ex Home-
ro traduxit lib.iliados.ii.ubi ait:εἰναρίμοις ὅθι φασὶ Τυφώεοσ ἔμμεναι εὐνάσ
Nonnunq̄ uero diuidit̄ diphthongus & ipſum.e. corripitur. Ouidius libro.v.
metamorphoſeos:Aethereas auſum ſperare typhoea ſedes.At uero in deriuatiuo
ſemp diuiditur diphthongus & ipſum.e.ſimiliter corripitur. Virgilius in prio
æneidos.Nate patris ſummi qui tela temnis: id eſt tela quæTyphoeum fulmi
nauerunt. Nam ut ait Heſiodus οὗτος γὰρ ἐκεραύνωθη ὑπὸ Διοσ:Id eſt hic
quoq; fulminatus fuit a Ioue.nanq; ut fratres gigantes ab Ioue fulminatos ul-

ciſceretur:illum prouocauit ad duellum:ob quod iratus Iuppiter ipſum ſulmi-
nauit:& ſuper impoſuit inarimen inſulam ſecundum Virgilium & Lucanum:
ut uidimus in dictione inarime ſeu trinacriam ſecundum Ouidium libro.v.
metamorphoſeos.ait enim ſic:
Vaſta giganteis iniecta eſt inſula membris
Trinacris:& magnis ſubiectum mollibus urguet
Aethereas auſum ſperare typhoea ſedes.
Nititur ille quidem:pugnatq; reſurgere ſæpe:
Dextra ſed auſonio manus eſt ſubiecta peloro:
Leua pachynne tibi:lilybæo crura premuntur.
Degrauat ætna caput:ſub qua reſupinus arenas.
Eiectat flamáq; ferro uomit ore typhœus.& reliqua.
Tiphys prima cum.t.exili &.i.latino ſequens cum.y.græco ſcribitur:fuit teſte Pli-
nio libro.vii.naturalis hiſtoriæ arte carpentaria glorioſus.& primus adminicu-
la gubernādi naues inſtituit:& fuit teſte Orpheo & Seneca argonautarum gu-
bernator:ipſo dicente in Medea:
Auſus es typhis pandere uaſto
Carbaſa ponto:legeſq; nouas
Scribere uentis.Idem Virgi.prius innuit cum ait in bucolico:Alter erit tum ti-
phys & altera quæ uehat argo Delectos heroas. Diodorus uero ſiculus refert
quoſdam affirmaſſe eius nauis gubernatorem Argon cognominatum:ut uidi-
mus in dictione argonautæ.Verum tiphym in ea expeditione p̄iſſe dixit Sene-
ca in præfate tragœdia cum ait:
Tiphis in primis domitor profundi
Liquit indocto regimen magiſtro
Litore extremo:procul a paternis
Accidens regnis:tumuloq; uili
Tectus:ignoras iacet inter umbras.
Typus cuȝ.t.exili &.y.græco ſcribitur:ponitur a noſtris pro forma figuraq; & ex-
emplari.Vnde archetypus:ut in ea dictione uidimus.
Tyrannus cum.t.exili &.y.græco atq; duplicato.n.ſcribitur:dicit apud nos pro
prie fortem.Vnde & tyrones illi dicuntur qui fortes cum ſint ad miliciam exer
centur.Nam ab initio teſte Trogo quæq; ciuitas & gens rerum publicarum im
perium penes reges habebat:quos ut Iuſtinus ſcribit nō ambitio popularis:ſed
expectata inter bonos moderatio prouehebat qui & tyrāni ob fortitudinem uo-
cabantur Iuxta quem modum Virgi.ipſe in.vii.æneidos.Teneam ſuum quem
pium ſemper eſſe uoluit tyrannum dixit.cum ait:Pars mihi pacis erit dextram
tetigiſſe tyranni.Sed creſcente malicia cum ſupbe reges regnare cœpiſſent tyrā
ni.nomen ad illos ſolum reſtrictum eſt:qui per inſolētiā imperii uiribus abute
bantur:cui rei teſtimonio idem ſit Virgi.libro ænei.vii.cum ait:Gens bello præ
clara iugis incedit hetruſcis.Hanc multos florentem annos rex deinde ſuperbo
imperio:& ſæuis tenuis tenuit mezentius armis. Et ſubdit ꝙ ad ſuperbiam re-
ſpicit:Quid memorem infandas cædes:quid facta tyranni.Ecce quem ſuperbū
primo regem dixerat mox tyrannum uocauit:ut & de ſceleſto Pygmalione pri-
us dixerat libro primo.Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni aut me
tus acer erat.

Tyres cum.t.exili &.y.græco ſcribitur:fluuius eſt ſcythiæ teſte Herodoto,libro h
ſtoriarum.iiii.& poſt iſtum ſecundus:fluitq; ruens ex boralibus grandiq; palu-
de:atq; in circuitu ſcythiā detinet & nebridā terrā:huius hoſtium ipſo Herodo.
referente incolunt hellines qui tyritæ ab eo flumine cognominantur.
Tiryns prima cum.t.exili &.i.latino ſequens cum.y.græco ſcribitur:& eſt generis
fœminini.atq; teſte Homero libro iliados urbs mænibus inſignis in peloponeſo
cum uero eſt generis maſculini.fluuius eſt in argo.
Tirynthia prima cum.t.exili &.i.latino ſequens cum.y.græco:penultima cū.th.
aſpirato &.i.latino ſcribit̃:fuit teſte Plinio libro.iiii.naturalis hiſtoriæ: urbs in
achaia argo p̄xima:& longe a mycenis.hanc eandem puto cū ea quæ tyryns ab
Homero uocata eſt:ex qua eū genitus fuerit Hercules dictus eſt Tirynthius.
Tyrditania prima cum.t.exili &.i.græco ſcribitur:nomē eſt prouinciæ hiſpaniæ
Tireſia cum.t.exili &.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit teſte Homero libr.x.odyſſeæ
Thebanus patria & Peritri filius:ut dixit Lactantius grammaticus. hunc dixit
Ouidius cum forte duos angues coeuntes percuſſiſſet effectum fuiſſe fœminā
& ſeptem annos in eo ſexu duraſſe: poſt quos cum iterum eoſdem comperiſſet
percuſſis iterum anguibus in priorem formam redactus eſt.demum cum in-
ter Iouem & Iunonem contentio fieret:quiſnam maiorem in coitu uoluptatem
ſuſciperet mas an fœmina:aſſerente Iunone de uiro:& Ioue de fœmina.& hunc
tanq̄ expertum ambo arbitrum conuocaſſet:dedit ille pro Ioue ſententiam:hoc
eſt maiorem in fœminis eſſe uoluptatem q̄ in uiris:pro quo irata Iuno ipſum oc
cæcauit.Sed pater omnipotens pro lumine adempto ſcire futura dedit pœnam
q; leuauit honore.hunc monſtrat Statius multa thebanis uiuū prædixiſſe: ſed
fugiens uictores thebanorum in macedoniam moritur & ſepelitur:poſtq̄ ſuam
mortem apud inferos.ut late oſtendit Homerus in.xi.odyſſeæ:multa futura p̄-
dixit Vlyxi deſcendenti ad inferos.Verum ut ſcribit Plinius libro.vii.naturalis
hiſtoriæ.Ex fœminis mutari in mares non fabuloſum eſt: Inuenimus enī inq̄t
in annalibus.Q.Licinio Craſſo Caio Caſſio Longino Coſſ.Caſim puerum fa-
ctum ex uirgine:iuſſuq; aruſpicum deportatum in deſertam inſulam.Lycinus
Mucianus proditur a ſe uiſus:qui prius fœmina nupſit:mox barbam & uirili-
tatem promeruit uxoremq; duxit.Et ſubiungit idem Plinius:uidi etiaȝ ī aphri-
ca mutatum in marem die nuptiarum Lucium Coſſicium ciuem theſbiſcanū
Idem ſacer Auguſtinus de cōiugiis ueteris ac nouæ legis tempore inquit impe-
ratoris Conſtātini manifeſte eſt puellam in parte campaniæ in maſculum fuiſ-
ſe mutatam:& romam ductum.
Tyrrhenus cum.t.exili &.y.græco atq; duplicato.r.ſecundoq; aſpirato ſecunduȝ
Priſciani doctrinam ſcribitur:fuit frater Lydi regis lydiæ: ut in dictione Lydia
uidimus:qui regno lydiæ dimiſſo fratri ad maritimam tuſciæ deductus ē: quā
tyrrheniam a ſe cognominauit:in qua tubarum uſum primo adinuentum fuiſ
ſe dixit Sophocles in ea tragœdia: quæ inſcribitur: αιας μασιγοφόρος: quod
Virgilius in.viii. æneidos confirmaſſe uidetur cum ait: Tyrrhenuſque tubæ
mugitæ per æthera clangor.Quod ſane a prædonibus circa oras maritimas di
ſperſis ab Sophoclis expoſitoribus excogitatū fert̃:ut ad p̄das facillīe cōuenirēt
Tyrrhus eodē modo ſcribit̃:nomen ē uiri proprium.cui ut ait Virgi.lib.vii.æne.
regia parent armenta:& lata cuſtodia credita campi.ſ.regis latini.
Tyro cuȝ.t.exili &.y.græco ſcribitur:dicitur nouus miles:hoc eſt homo ille fortis

qui ad miliciam exercetur:ut uidimus ĩ dictione tyrannus: cuius diminutiuũ eſt tyrunculus:& ad quamcũq; artem illa poſſe referri dicunt. Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie inquit. Nec fruſtrum capreæ ſubducere nec latus aphræ. Nouit auis noſter tyrunculus. Et notandum in tyranno primam eſſe breuem: in tyrone & tyrunculo longam:licet eandem habeant analogiam. Fuit etiam teſte Iuſtino libro.xviii.nomen proprium patris Didonis:& Pigmaleonis: qui a Virgilio & aliis nonnullis Belus uocatur. Nec Sicheum maritum Didonis fuiſſe dixit:ſed nomine Aterbam:quem & ſacerdotem & regem fuiſſe dixit.

T yrus cum.t.exili &.y.græco ſcribitur:fuit urbs uetuſtare originis magnitudine & claritate:ut dixit Curtius in.iii.de geſtis Alexandri: ante omnes urbes Syriæ & phoeniciæ memoranda. Et ut quidam ferunt dicta prius fuit ſara fuitq; condita ab Agenore Priſci beli filio inſula ſeptuaginta milibus paſſuum a terra diuiſa. Sed Alexandri oppugnantis induſtria continẽs terra facta fuit:quod Ouidius lib.xv.metamorpho.tetigit cum ait:

Fluctibus ambitæ fuerant antiſa pharoſq;

Et phoeniſſe tyros:quarum nunc inſula nulla eſt.

T hyrſis cum.th.aſpirato &.y.græco in prima ſcribitur:nomen eſt paſtoris ꝓpriũ.

T hyrſus cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:haſta quædam erat pampinis iuoluta quam bacchantes in choreis deportabant. Ouidius lib. faſtorum.iiii. Foeminos thyro concitat ille choros. Vnde & thyrſigerus dictus eſt Bacchus. Seneca in Medea:Candida thyrſigeri proles.

T hyrea cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:inſula eſt peloponenſi: ut dicit Herodotus libro hiſtoriarum quarto.

T hyre eodem modo ſcribitur:nomen eſt loci.

T yrtaus abſq; aliqua aſpiratione &.y.græco ſcribitur : fuit poeta græcus de quo Plato in lib.de legibus ſepe meminit.

T iſarantus cum.t.exili utrobiq; &.i.latino ſcribitur:fluuius ẽ ſcytyæ ut dixit Herodotus lib.iiii.hiſtoriarum & ſecundus poſt ordeſſum. Inter quẽ ut ait & iſtrũ ſunt fluentes ararus:honoparis & ordeſſus qui in iſtrum decurrunt.

T iſana cum.t.exili &.i.latino atq; unico.s.ſcribitur: nec eſt dictio græca ut quidam uoluerũt:ſed teſte Priſciano libro.ii.eſt dictio latina.eſtq; ſuccus uel aqua ordei.unde. tiſanariuз deriuatur quod eſt uas in quo ponitur uel tunditur uel coquitur ordeum.

T hyſſagete prima aſpiratur:ultima ſine aſpiratione ſcribitur: & duplicatur.s.populi ſunt ſcythici ultra ſauromatas & budinos uiuentes ex uenatione: in quorum territorio ut oſtendit Herodotus li.hiſtoriarum.iiii.flumina quattuor magna fluunt : uidelicet lycus cum.y.græco &.c.exili.oarus.tanais cum.t.exili & .i.latino & ſyrgis:cuius prima habet.y.græcum.

T hyſbe cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:facitq; in genitiuo thyſbes:fuit puella babylonia:de qna Ouidius.

T itan ſine aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur qui & titanus dicitur:fuit frater Saturni maior natu:& filius Vrani:ut late uidimus in dictione Chronus.

T ityrus prima cum.t.exili &.i.latino.ſecunda cum.y.græco ſcribitur: ponitur a theocrito & Virgilio laconum lingua pro quondam paſtore : & apud nos aries maior dici poteſt.

T ityus eodem modo cum ſuperiori ſcribitur:hoc eſt prima cum.t.exili &.i.latino ſecunda cum.t.exili ſimiliter &.y.græco ſcribitur:fuit Iouis filius ex Eiara filia Orchomeni.quam Iuppiter Iunonis iram extimeſcens:in ſpecu ſub terra abſcõdit:ob quod ex illa tityus natus dictus eſt a poetis terræ filius: dicente Homero circa finem libri ſeptimi.odyſſeæ Τίτυον γαιήου υἱόν.& Virgilius ſimiliter libro æneidos ſexto. Necnon & tityon terræ omnipotentis alumnum. Cernere erat. Hic cum Latone uim inferre uellet: ab Apolline ſagittis confoſſos: apud iferos magno cruciatu demergitur:ut Virgilius eodem libro.vi.ꝑſecutus eſt. Et Seneca in Hercule furente ait. Prebet uolucri tityus æternas dapes. Ouidius in primo de ponto:Sic inconſumptum tityi ſemperque renaſcens. Non perit ut poſſit ſæpe perire iecur. Huius magnitudinem corporis nouem iugerum dixerunt poetæ:ut Tibullus:Porrectuſq; nouem tityus per iugera terræ.

Aſſiduas atro uiſcere paſcit aues.

T ithonus prima cum.t.exili &.i.latino ſequens cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Homero libro.x.iliados Laomedontis iregis filius: & Priami frater. ait enim: Λαομέδοντ᾽ ἄρα Τιθωνόν τέκετο Πρίαμόν τε. Et ut retulit Seruius ſuper tertium Virgilii georgiocorum librum:ubi ait poeta. Tithoni croceum linquẽs aurora cubile. Cum iuuenis eſſet & forma decorus ab aurora dilectus & raptus fuit:ex qua Mennonem genuit. Sed tandem poſt longiſſimam optatamq; uitã audita Mennonis filii morte:in cicadam uerſus dicitur a poetis: dicente Horatio:Longa tithonum minuit ſenectus:quod ideo fictum puto ꝙ cupiditate orientalis regni tractus.ubi nobis Aurora conſurgit:ex uxore eorum locorum ducta Mennonem progenuit:quem deinde mortuum nocẽs in bello troiano & paternum regnum deſolatum audiens:ad quæſtus conuerſus uitam finiuit:ut latius uidimus in dictione Mennon.

T itus abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur:nomen fuit clariſſimi romani principis filii Veſpaſiani:& fratris Domitiani.

T lepolemus cum.t.exili &.e.abſq; diphthongo atq; unico.l.ſcribitur:habetq; accentum in antepenultima.fuit teſte Homero libro iliados.ii.Herculis & Aſtyoches filius clarus rebus bellicis & lõgo latoq; corpore redimitus. Verum ut ipſe Homerus ait:qum ſimul ac in domo materna in iuuenilem ætatem adoleſceret Lycânion matris germanum olim bello eximium:tunc autem iam ætate prouectum interemit. Sed cum cæteri Herculis ex illa filii nepoteſq; Lycâmi ultioneз interfecti minarentur:comparata ingenti comitum manu claſſiq; quam feſtinanter ædificarat impoſita profugit. Tandem uariis agitatus caſibus Rhodum peruenit:ibiq; imperium Rhodiorum qui in tres partes diuiſi erant adeptus ẽ. Ita enim Iuppiter huic apud illos beniuolentiam conciliauerat:ſuppeditauitq; eiſdem ob hunc mirificas opes affluentiſq; diuitias. Tandem cum in bello troiano cum Sarpedone filio Iouis & lyciorum rege:hoc eſt nepos cum patruo depugnaret ab eo ĩterfectus eſt:ut longo pulchroq; ſtilo Homerus libro quinto iliados enarrauit.

T molus cum.t.exili ſequente.m.in eadem ſyllaba & unico.l.ſcribitur: mons ẽ ciliciæ:ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum in.v.& croco uino ac melle ꝑfertilis. Vnde ait Virgilius libro.i.geogicorũ: Nonne uides croceos ut tmolus odores India mittit ebur. Verum & a noſtris poetis nonnunq̃ ſuperadditum fuiſſe i.poſt.t. comperimus ac dici timolus. Ouidius libro.vi. metamorphoſeos: Deſeruere ſui nymphæ uineta timoli. nec aliter ipſe uerſus ſtare poſſet. In huius

cacumine teſte Plinio hoīes cētū quīquagīta ānis uiuere Mucianus auctor ē.

Thoa cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit una ex nymphis filia Oceani & Tethyos.

Thoas cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit rex in taurica regione.de quo Ouidius lib. tertio de ponto inquit:Regna thoas habuit mæotide clarus in ora. Nec fuit euxinis notior alter aquis. Alius fuit rex lemni Liberi patris filius: & pater Iſiphyles. Alius Iſiphiles filius ex Iaſone. Alius fuit teſte Homero Andremonis filius. at enim libro ſecundo iliados : θόας ἀνδραιμονος ηόσ· Fuitq; rex ætolorum ac eorum dux in bello troiano:in quem tunc iccirco tunc ætolorum imperium recidiſſe dicit:ꝙ & Oeneus ipſe & dius eius filius Meleager deceſſerant.

Tholus cum.th.aſpirato & unico.l.ſcribitur:dici poteſt a noſtris teſtudo:quo uocabulo uſus eſt Virgilius libro nono æneidos cum ait:Siqua ipſe meis uenatibus hauſi Suſpēdi ue tholo. Sed ut ait Serui.tholus ꝓprie ē ueluti ſcutū breue qđ in medio tecto eſt:in quo trabes coeunt:ad quos dona ſuſpēdi cōſueuerāt.

Tomyris cum.t.exili ſubſequente.o.littera.ſecunda cum.y.græco:ultima cum.i. latino ſcribitur:fuit regina nobilis maſſagetarum in ſcythia:quæ Cyrum debellauit & interemit. De qua plene Herodotus libro hiſtoriarum:& Iuſtinus ſimiliter libro primo ſui epitomatis ſcripſerunt.

Tomos cum.t.exili ſcribitur:dici poteſt latine inciſio ſeu ſectio. Nam deriuatur a τέμνω:quod eſt incido uel ſeco.eſt locus in ponto iuxta phaſidis hoſtium memorabilis primo crudelitate Medeæ: quæ ibi fratrem ſuum Abſyrtum occidit & in partes execuit. Sed magis memoria dignus exilio clariſſimi poetæ Naſonis de quo idem ipſe libro tertio triſtium.

Hic quoq; ſunt urbes graiæ:quis credere poſſet.
Inter inhumanæ nomina barbariæ.
Huc quoq; mileto miſſi uenere coloni:
Inq; getis graias conſtituere domos.
Sed uetus huic nomen poſitaq; antiquitus urbe
Conſtat.& abſyrti cæde fuiſſe loco:ut late uidimus in dictione Abſyxtus.& ſubdit in fine eiuſdem epiſtolæ.
Inde domos dictus locus hic:quia fertur in illo
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.

Thomas cū. th.aſpirato ſcribit̃ a græcis: nomen eſt hebraicum uiri proprium.

Thon huius thonos cū.th.aſpirato ſcribitur:fuit primus qui apud ægyptios medicinam in artem redægit:de quo meminit Homerus libro.iiii.odiſſeæ. Alius teſte Hellanico fuit rex canopi:ad quem cum Menelaus a troia cum Helena diſcedens tempeſtate maris duceretur:fuit primum ab illo anteq̄ Helenam conſpiceret grate ſuſceptus. Sed cum illam conſpexit: uim Menelao inferre conatus: ab illo interfectus eſt.

Thoon cū.th.aſpirato & duplicato.o.ſcribitur:habet accentū in ultima:fuit teſte Homero lib.xii.ilia.uir troianus ab Vlixe interemptus.

Thootes prima cū.th.aſpirato ſequente duplicato.o.ultima cum.t.exili ſcribitur fuit teſte Homero lib.xii.ilia.unus ex præconibus græcorum.

Thoota cū.th.aſpirato & duplicato.o.ultima cū.t.exili ſcribitur:fuit teſte Homero in odyſſea Phorci filia:ex qua Neptunus Polyphemum genuit. Quo etiā nomine quidam Phorci matrem nominauerunt.

Topothesia prima cū.t.exili: antepenultima cū.th. aſpirato ſcribitur :dici poteſt loci poſitio uel deſcriptio. Nam topos locus:& θέσις poſitio dicitur. Et rei uere a poetis & hiſtoricis fieri conſueuit:licet nōnunq̄ abutantur: ut Virgilius in.i. æneidos. Portum in ſeceſſu longo apud aphricam deſcripſit: qui teſte Seruio: non illic:ſed apud hiſpanam carthaginem habetur.

Thorax cum.th.aſpirato ſcribitur:tegimen eſt pectoris:& a multis lorica traducitur. Virgilius in.vii. Thoracas ahenos.

Torone cum.t.exili ſcribitur:fuit urbs ſithoniæ:ut in ea dictiōe uidimus.

Toreumata abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur::opa ſunt pulcherrime ſculpta. Saluſtius in catilinario tabulas:ſignas:toreumata emunt.

Thous cū.th.aſpirato ſcribit̃:fuit teſte Homero unus ex troianis principibus.

Trabea cum.t.exili ſcribit̃:nec græcā deriuationē habere puto: cuius nec latinā ſatiſfacientem adhuc cōperi:genus eſt ueſtis. De quo Suetonius in libro de genere ueſtium īquit. Tria ſunt genera rrabearum:unum quod diis ſacratur: qđ eſt tantum de purpura. Aliud regum quod eſt purpureum:habet tamē album aliquid. Tertium augurale de purpura & cocco mixtum.

Thracia cū.th.aſpirato:&.c.exili atq;.i.latino ſcribit̃:regio ē europæ. quæ ab Hero.aliiſq; auctoribus īter ꝑtes ſcythiæ ponit̃:& a θρακύ:quod ē ferum ſeu temerariū nomē ſumpſit. Nā ferociſſimos hoīes alebat:q̄bus aſper corporū inerat cultus. Et ut nōnulli ferunt teſte Cellio libr.x. noctiū atti.prius ſithon dicta fuit. Eius fines ſunt teſte Pli.lib.iiii.natu.hiſto.a ſeptētrione iſter:ab oriente pontus: & a meridie ægæū mare.montes habet æmum:rhodopen:& orbelon. Et ut Pli.libro.vii.dixit:Cū uaria ſit mortalitas:& ad circūſcribendū ſeipſam ingenioſa cōputat more thraciæ gentis:quæ calculos colore diſtinctos ꝓ expimento cuiuſcunq; diei in urnā cōdit:ac ſupremo die ſupatos dinumerat:atq; ita de quoq; ꝓnunciat. Iuxta quod dixit Iuuenalis.& a thracia threicius & threicia deriuatur ut in dictione threiſſa uidebimus .

Tragœdia prima cum.t.exili: ſequens cum.œ. diphthongo ſcribitur: & habet accentum ſuper diphthongo:cū reliquæ breues ſint . Ouidius in.ii.de triſtibus: Omne genus ſcripti grauitate tragœdia uicit. Horatius ſimiliter: Effutire leues indigna tragœdia uerſus. Cōponit̃q; ex tragos:qui apud nos eſt hircus:& œdia cantus. Nam hircum pro premio ſui cantus primi tragici:qui ruſtici & paſtores erant:reportare dicebantur:ut Horatius: Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum. In quo tandem genere poematis floruerūt apud græcos Aeſchylus. Sophocles.& Euripides. Apud noſtros uero Accius. Pacuuius. Ouidius: q teſte Quintiliano in hoc genere Medeam ſcripſit.& quātū potuerit ingenio clariſſime oſtendit.ſed his deperditis ſolus iā reſtat Seneca de quo nec inter tragicos Quintilianus meminit in ſuis tamen inſtitutionibus illius uerſiculū nominatum inducit:quē ſane & in his tragœdiis: quas habemus oliꝫ cōperi. nec oēs eiuſdem auctoris eſſe uidentur:ut uarietas ſtili diligenter intuentibus indicat.

Tragus cum.t.exili ſcribitur:dicitur a noſtris hircus :quē nōnulli arietē eſſe uolunt. Vnde & tragopa auis dicitur:quæ in æthiopia aſiatica maior eſt aquilis: & cornibus arietinis præfert caput armatum:ut ſcribit Solinus.

Tragelaphus cū.t.exili &.ph.aſpirato ſcribit̃:nomē ē cōpoſitū ex trago:& elaphus q eſt ceruus. Nā teſte Pli.lib.viii.natu.hiſto. Species ē cerui:barba iamē & armorum uillo ab aliis diſtans. Nec alibi q̄ iuxta phaſim amnem naſcens.

Tragemata cum.t.exili utrobiq; ſcribitur:& teſte Macrobio in primo ſaturnaliuꝫ

libro ea ueteres noſtri appellauere bellaria. Et ut parum ſupra dixit: Significát
autem bellaria omne menſæ ſecundæ genus.

Tralles cum.t.exili & duplicato.l.ſcribitur: urbs fuit in minori aſia: qua Metellus
numidicus exulauit.

Trapeza cum.t.exili &.z.conſonente ſcribitur: dicitur a noſtris menſa.

Trapezita abſq; aliqua aſpiratione: &.z.conſonante ſcribitur: nomen eſt deductũ
a trapeza ideſt menſa: qua argentarii uti conſueuerunt. Vnde trapezita argen-
tarius a quibuſdam: a nõnullis uero nũmularius traducitur. Sed ipſi græco uo
cabulo utitur Plautus in Curgulione.

Thraſybulus cum.th.aſpirato & unico.s.ſequẽte.y.græ.ſcribit̃: fuit uir atheniẽ.
Lyci filius. De quo Aemilius probus ait. ſi p ſe uirtus ſine fortuna ponenda ſit
dubito an hunc primum omnium ponam. illud ſine dubio neminem huic p̃fe
ro fide conſtantia magnitudine animi & amore in patriam: ná quod multi uo-
luerunt paucíq; potuerunt. ab uno tyranno patriam liberare. huic contigit ut
a triginta oppreſſas tyrannis athenas. e ſeruitute in libertatem uendicaret. Alia-
q; magnifica confecit: quæ Iuſti. lib. v. & alii nõnulli ſcripſerunt. Verum ſequẽ
ti tẽpe cum pretor claſſem ad ſiciliam appuliſſet. neq; ſatis diligenter in caſtris
eius agerentur uigiliæ. a barbaris noctu eruptione facta in tabernaculo interfe
ctus eſt. Alius eodem nomine fuit teſte Hero. lib. hiſtoriarũ. i. mileſiorum tyrá.

Thraſymedes cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur: fuit teſte Homero libro nono
iliados Neſtoris filius.

Thraſus cum.th.aſpirato ſcribitur: nomen eſt uiri. quod apud nos fiduciam indi
cat quæ græce θράσοσ dicitur. unde & thraſumenũ lacum deductũ dicimus.

Thraſumenus lacus cum.th.aſpirato: & abſq;.n.ante.s.ſcribitur: lacus eſt in agro
peruſino. De quo Liuius & plures alii loquuntur. Nam ſi enim conſonans: ut
quidam ſcribunt adderetur: ita ut diceretur thranſumenus: eſſet eius prima po
ſitione longa. quod uerum non eſſe indicat Oui. libro. vi. faſtorum cũ ait. Sunt
tibi flaminius thraſumenaq; litora teſtes. hunc lacum ſemel totum arſiſſe dixit.
Pli. circa finem libro. ii. natu. hiſto.

Thraſo cum.th.aſpirato ſcri. nomen eſt proprium uiri: de quo ſæpe Terentius.

Trechus cũ.t.exili &.ch.aſpirato ſcribit̃: fuit teſte Homero lib. iliados. v. uir æto-
lus & in bello troiano ab Hectore interſectus.

Threiſſa cum.th.aſpirato: &.i.latino: atq; duplicato: s. ſcribitur: nomen eſt patriũ
a θρέισ maſculino: quod ionica lingua thracẽſem indicat deductum: ubi diph
thon. ει. ſoluitur. Virgi. lib. ænei. i. Vel qualis equos threiſſa fatigat Harpalice.
De quo in dictione creſſa latius uidimus. ſimili modo threicius dicitur.

Threnos cum.th.aſpirato ſcribitur: dici poteſt latine lamentum. Et generis ẽ neu
tri: quod in funeribus decãtabatur. Quo primũ Simonides poeta lyricus apud
græcos uſus eſt. & dicitur a θρῆνος: qui eſt planctus.

Trieterica abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino utrobiq; ſcribitur: erant Bacchi ſa-
cra: quæ quia triennalia: hoc eſt tertio quoq; anno ſumptuoſiora quotidianis
orgiis agitabantur: trieterica dicta ſunt: dicẽte Oui. libro. ix. metamor. Vtq; tuo
moto proles ſemeleia thyrſo.
Iſmariæ celebrant repetita triẽnia bacchæ. Idem & Seruius affirmauit ſuper id
Virgilii libro æneidos. iiii.
Thyas ubi audito ſtimulant trieterica baccho.
Orgia. nocturnuſq; uocat clamore citheron.

Tribrachus prima cum.t.exili &.i.latino: ſequẽs cum.r.poſt.b. ultimá cũ.ch.aſpi
rato ſcribitur: pes eſt tres continens breues. Non componitur ex tris: & αραχύ:
quod eſt breue: ut Virgilius in Alexi. Te corydon o alexi. ubi dono a facit bri-
bra chum. cum uocalis ante uocalem breuis fiat.

Triclinium abſq; aliqua aſpiratione & cum.i.latino ſcribitur. dictio eſt compoſi-
ta ex tris: & κλινη: qui eſt torus: hoc eſt a tribus toris. qui iuxta menſas pro ſeſ-
ſione ponebantur: eſt appellatum. Nam tres menſas in conuiuio apponere con
ſueuerant: iuxta quas & toros ſedebant. Iuuenalis in. v. ſatyra. Primo finge loco
quod tu diſcumbere iuſſus. Et ſubdit tertiane uacuo ceſſaret culcitra lecto. V-
na ſimus ait. Quare & p loco ubi conuiuabantur tricliniũ ponere conſueuerát
ut Quintilianus loquens de loco: ubi Simonides arteꝫ memoriæ traditur inue-
niſſe inqt: Vix ego limẽ egreſſo tricliniũ illud ſupra cõuiuas corruit. Cicero ue
ro eundem locum traduxit conclaue dicens: hoc interim ſpacio conclaue illud
concidit. Aliquibus uero aliis diſcubitorium magis traducere placuit & a tricli
nio architriclinus: ut in ea dictione uidimus.

Trigla cum.t.exili &.i.latino ſcribit̃: piſcis ille eſt: qui a noſtris mullus dicitur: q
& apud quoſdam græcos traductus eſt μύλλοσ.

Trimetra ſine aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur: nomen eſt compoſitum ex
tris: & metorum: quaſi trium metrorum. i. pedum.

Trinacria abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur: dicitur a nonnullis trina-
cris. & pro ſicilia ſumitur. Nam teſte etiam Sernio ſuper primum æneidos græ-
ca dictio eſt: quia tribus acris id eſt ſummitatibus ſeu promontoriis prominet:
uidelicet pachino. peloro: & lilybæo: cum in dictione ſicilia uidimus. Ob quod
dixit Ouidius ſuper. iiii. faſtorum.
Terra tribus ſcopulis uaſtum procurrit in æquor.
Trinacris. a poſitu nomen adepta loci. Et li. xiii. metamorphoſeos inqt: Intrant
Sicaniam tribus hæc excurrit in æquore linguis.
E quibus imbriferos eſt uerſa pachynos ad auſtros.
Mollibus expoſitus zephyris lilybæus: at arctos.
Aequoris exptes ſpectat boreamq; pelorus. Verum græci omnes poetæ & hiſtori
ci in omnibus: quos legi emendatiſſimis codicibus non trinacriam cum.t. exili
&.r.poſt.c. ſed thrinacriam cum.th.aſpirato. &.c.exili ſubſequente.i.latino ſcri-
bnnt: ut Homerus in odyſſea. θρίυακιήν ἐσ ὑησον. Cuius deriuationem nec e-
go nec doctiſſimi græci: quos interrogaui reddere ualuimus.

Tripos cum.t.exili &.i.latino ſcribitur: componitur ex tris & pos: qui eſt pes. Erãt
q; tripodes teſte Seruio ſuper quartum æneidos. menſæ in templo Apollinis del
phici quibus ſuperpoſite phœbades uaticinabantur. de quibus in dictione gorti
na uidimus.

Thrioeſſa cum.th.aſpirato &.y.græco atq;.o.&.e. diuiſis ſillabis duplicatoq;.ſ. ſcri
bitur: fuit teſte Nomero libro. xi. iliados oppidum ſupra alphæum. arduo in lo-
co poſitum & ad poſtremum regni pilii.

Thryos cum.th.aſpirato: &.y.græco ſcribitur: fuit etiá teſte eodem Homero urbs
ſub regno Neſtoris.

Triptolemus abſq; aliqua aſpiratione & cum.p.ante ſecundam.t.ſcribitur: fuit te
ſte Oui. lib. iiii. faſtorum filius Cæloi & Mænaliræ. Ad quos cum in loco: qui

nunc cerealis eleuſis dicit᷑.ipſa Ceres querẽs proſerpinam deueniret hæc Cæloi rura fuerat ſenis Triptolemuſq; eorũ filius in cunis degeret.dum nocte pater & mater dormirent gremio ſuſtulit illa ſuo.Terq; manu mulxit eum &tria carmina dixit.& deinde acceſo foco obruit humanum purget ut ignis opus excutitur ſomno ſtulte pia mater & amens.
Quid facis exclamat.membraq; ab igne rapit.
Cui dea dum non uis inquit ſcelerata fuiſti.
Irrita materno ſunt mea dona metu.
Iſte quidem mortalis erit.ſed primus arabit.
Et feret.& culta præmia tollet humo.
Sane Iuſtino referente in ſecundo ſui epitomatis. & Capella de nuptiis Mercurii.Triptolemus in ꝑtibus atticis uſum frugum primus adinuenit.

Triton abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur fluuius eſt in libya defluẽs.i. in lacum grandem ſeu paludẽ tritonidis.deinde in mare libycũ:in quo lacu dixit Hero.lib.hiſto.iiii.inſulã eſſe nomine pola:in qua ſigna ſunt aduentus Iaſonis:& alia plura:quæ idem auctor refert.Quin & ad hunc lacũ tẽporibus Ogygii regis Pallas uirginali ætate apparuiſſe fertur:ex cuius nomine & ipſa Tritonia dicta fuit. Vnde Luca.lib.ix.Hãc & pallas amat patrio quæ uertice nata terrarũ primã libyem.nam ꝓxima cælo eſt.Vt ꝓbat ipſe color:tetigit ſtagniq; qeta uultus uidit aqua:poſuitq; in margine plantas.Nam tanto ꝓcliuius dea credita eſt:quanto minus eius origo inotuit.ob q̃ rettulit Hero.dixiſſe quoſdam Mineruam ipſam filiã fuiſſe neptuni.& ipſius paludis tritonidos:ſed patrem dedignatam dediſſe ſe Ioui:& a ioue filiam recæptã : rurſuſq; & cum ſcuta & galeas ægiptii adinuenerint:ipſam ex illis ad græcos tranſtuliſſe.

Triton eodem mõ ſcribit᷑ ut ſupior dictio:fuit marinus deus Neptuni filius: atq; Salathiæ q ut dixit Virgi.in.x.æneí.Cærula cõcha exterens freta: cui laterum tenus hiſpida nãti Frons hominẽ præfert in piſtrim deſinit aluus.quẽ ut etiam dixit Luca.lib.ix.Audit uẽtoſa pflantẽ murmura concha põtus:quod nõ fictũ ſed uerum fuiſſe oſtendit Pli.lib.ix.natu.hiſto. Et cũ primũ in tritonide palude aphricæ uiſum fuiſſe dicauit:tritonis nomine cognominatum uolunt.

Triũphus prima cũ.t.exili &.i.latino a nobis ſcribitur: q̃q̃ a græcis cum.th.aſpirato ſcribitur:uidelicet θρίαμβος. Sed ut ait Priſcia.in.viii.fuit tranſlatio aſpirationis a prima ad poſtremã ſyllabam : quõ χύθρα olla in κύθρα cõmutatum fuit:quod eſt ionicum & ἐνταῦθα pro ἐνθαῦτα. Ad cuius imitationẽ latini ꝓ θρίαμβος cum aſpiratione prime:triũphus p tranſmutationem aſpirationis ꝓtulerunt.& ob id eodem Priſcia.teſte.b.in.p.conuerſa eſt:quia.b.aſpirari nõ poteſt.Et erat triumphus honor maximus.qui dari poterat ducibus romanis.Naʒ uehebat᷑ equis albis:qbus primus omniũ camillus inuectus eſt curru inaurato capite coronato lauro:& ante ipſum triũphantẽ uictus hoſtis oneratus colla catenis.& ꝑeunte ſenatu capitolium aſcendebat ad templũ iouis optimi maximi. Vbi mactato tauro albo:ad ꝓpriam deinde domũ redibat. Verũ teſte Plutar.in uita Romuli.ſi ipſius romuli imagines ĩtuemur:nõ niſi peditẽ triũphos geſſiſſe illũ uidemus.& refert aliquos dixiſſe tarquiniũ Demarati filiũ hoc ẽ priſcum fuiſſe:q primus ob incredibilẽ ſui animi iſolẽtiã:hoc qd᷑ diximus. triũphãdi genus adiuenerit.Qui & referẽte Pli.in.xxxiii.na.hi.tũica aurea triũphaſſe Tarqnium priſcũ Verrius tradit.ſunt & nõnulli q publicolã fuiſſe primũ referunt.

Thryus cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:fluuius eſt elidis qui in alpheũ decurrit de quo meminit Homerus libro iliados.ii.

Tritees abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur.populi fuerunt achiuorum qui teſte Herodoto libro hiſtoriarum.i.ſoli mediteranei erant.

Trochæus prima cum.t.exili:ſequens cum.ch.aſpirato &.æ.diphthongo ſcribit᷑: pes eſt celer & uolubilis.Nam a trochos:quæ eſt rota deriuatur. & ut qdã ferũt a Mercurio cõpertũ.Conſtatq; ex lõga & breui tẽporũ trium: ut Cæſar Caius

Trochus cum.t.exili &.ch.aſpirato ſcribitur:dicitur a noſtris rota.

Trochiſcus prima cum.t.exili:ſequens cum.ch.aſpirato:ultima ſine aſpiratione ſcribitur:dicit apud nos paruã rotã.Nam diminutiuum eſt trochi:unde & cõpoſitiones quædã medicorum in formã rotulæ trochiſci uocabantur.

Trœzen cum.t.exili &.œ.diphthongo ſcribitur:fuit oppidum atticæ regiõis. Vnde trœzeni populi ſunt cognominati.

Troglodytæ abſq; aliqua aſpiratione:& cũ.y.græco ſcribit᷑:ſunt teſte Pli. libr.iiii. natu.hiſto.degeneres ſcytarum gentes a ſeruis ortæ.At uero Solinus & Pomponius dixerunt populos eſſe aphricanos in finibus æthiopiæ.

Troia cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Liuio libro.vii. de bello macædonico regio minoris aſiæ.in qua ilion fuit ciuitas cantatiſſima . Nonnunq̃ uero & pro ipſa urbe troia ponitur:ut Ouidius prima epiſtolarum heroidum:Troia iacet certe.& alibi in eadem epiſtola.Iam ſeges eſt ubi troia fuit.Similiter Virgilius.Et campos ubi troia fuit.Quæ teſte Homero circa initium libri.iiii. omniũ quæ ſub ſole ac ſtelifero cælo ſunt urbium quidem inſigniſſima eſt troia.Et ut uidimus horum cõmentariorum libro.o.&.i.apud græcos per diphthongum coniungunrur:quam nos diuidentes facimus.i.conſonantem.Niſi ea dictio fiat adiectiua:in qua.i.diuiſa ab.o.remanet uocalis:ut troius æneas:troia gaza: & ſimilia.Deducitur inde etiam troiugena.ut Virgilius in.iii.Troiugena interpres diuum:dicebatur & troia teſte Feſto Luſus puerorum equeſter:& locus in agro laurente:quem primum italiæ Aeneas cum ſuis conſtituit.

Troizenus cum.i.latino ſequente.z.conſonãte.fuit trax filius Cæadi.& unus ex his qui uenerunt in auxilia troianorum:ut oſtendit Homerus libro.ii.iliados.

Trophæum cum.t.exili &.ph. aſpirato: ſequente.æ. diphthongo ſcribitur: licet maior græcorum pars aſpirationem ab ipſo.p.amoueant.ac dicant tropæũ.Naʒ deriuatur a τροπὴ ſine aſpiratione quæ eſt conuerſio.quia dux ille qui hoſteʒ conuerterat. trophæum merebatur.qui uero ultra certum numerum hoſtiuʒ occiderat:ita ut plenam uictoriam conſequeretur triumphum mereri dicebat᷑. Sane nonnunq̃ & arbor:in qua hoſtium ſpolia affigebantur.& id ædificium in quo ducum res geſtæ inſcribebantur:tropæa illius dicta ſunt:ut Marii cibria quemadmodum uidimus in dictione roma. Nam ut rettulit Seruius ſuper.x. æneidos.Saluſtius in hiſtoricis de Pompeio ait.deuictis hiſpaniis trophea in pyrenei iugis conſtituit.ex quo more in urbibus trophæa finguntur arcubus exædificatis.hæc ille.Itaq; tropheum de ſpoliis Mezentii deſcribens Virgilius i initio ipſius.xi.ait. Ingentem quercum deciſis undiq; ramis.
Conſtituit tumulo:fulgentiaq; induit arma.
Mezenti ducis exuuias tibi magne trophæum
Belli potens.aptat rorantes ſanguine criſtas
Telaq; trunca uiri.& reliqua.Nam ſic quoq; a trophæis poni conſueuerant. ut

Iuuenalis etiam in ſatyra Omnibus in terris.
Bellorum eximie truncis affixa tropæis.
Lorica:& fracta de claſſide buccula pendens.
Et curtum temone iugum:uictæq; triemis.
Ampluſtre:& ſūmo triſtis captiuus in arcu.
Humanis maiora bonis creduntur.Nāq; in ſummitate arcus captiuus dux uti
erat ex captiuitate triſtis marmore effingebatur.Sane trophæum ipſi Aeneæ de
dit Virgi.nōdum & plenam uictoriam conſecuto qui occiſo Mezentio fugaue/
rat exercitum.Nam plenæ uictoriæ ut diximus triumphus dicebatur.

T ropus cum.t.exili ſcribitur:dici poteſt modus.figura:uel conuerſio. & ut diffi/
nit Quintilianus libro.viii.de inſtitutione oratoria:eſt uerbi uel ſermonis a pro
pria ſignificatione ad aliam cum uirtute mutatio. circa quem inexplicabilis &
grāmaticis inter ipſos & philo.pugna eſt q̄ ſit genera:quæ ſpecies:qui numerus
quis cui ſubiiciatur nos cæteris omiſſis neceſſarios maxime: atq; in uſum rece/
ptos diuerſis in locis horum cōmentariorum exequemur.hæc modo in his an/
notaſſe contenti quoſdam gratia ſignificationis:quoſdam decoris aſſumi & eſſe
alios in uerbis propriis.alios in tranſlatis:uertiq; formas non uerborum modo:
ſed & ſenſuum & compoſitionis.

T ropologia cū.t.exili &.i.latino ſcribitur.dicitur figurata locutio.Nam compo/
nitur ex tropos:quæ eſt figura & logos ſermo.

T horonus cum.th.aſpirato ſcribitur.dicitur a noſtris ſedes.

T hucydides.i.cū.th.aſpi.ſecūda cū.c.exili &.y.græ.alia cū.i.la.ſcri.& declinatur
teſte Priſci.in.vi.nō ſolū huius Thucydidis:ſed etiā Thucidide.fuit hiſtoricus
grauiſſimus apud græ.Et teſte Quinti.ē dēſus & breuis ac ſemp ſibi inſtans.

T umba cū.t.exili ſcribit̄.ubi.y.græcū in.u.noſtrū cōuerſa ē.Nam apud illos dici
tur τύμβη.Eſtq; locus infra terram.cōcauus.& plærūq; pro ſepulchro accipit̄

T hurinus cum.th.aſpirato ſcribitur:genus eſt marini piſcis.

T hurion cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribitur.ciuitas fuit in ſinu tarentino.quæ
ut puto ea eſt:quæ ab aliquibus thurina uocatur.

T uber cum.t.exili ſcribitur: & græcū ab aliquibus dicitur.Alii dicunt latinū. &
a tumore deduci uolunt.Et ut dixit Pli.lib.xviii. natu.hiſto. tubera uocantur
hæc:q̄ undiq; terra circūdata nulliſq; fibris iuxta aut ſaltem capillamentis fiūt
nec utiq; exuberante loco in quo gignuntur:aut rima ingerente cortice etiā in/
cluduntur.nec aliud eſſe poſſumns dicere q̄ terræ callum.& ſubdit. Siccis hæc
fere & ſabuloſis locis frutetoſiſq; naſcuntur.excedunt ſepe magnitudinem ma/
lichotoni etiam librali pondere.duo eorū ſunt genera arenoſa & dentibus iimi/
ca.altera ſincera diſtinguunt̄ colore ruffo nigroq; & intus cādido laudatiſſima
aphricæ creſcūt.Et in ſequentibus ſubdit.De tuberibus hæc traduntur pecula
riter cum fuerint imbres autūnales:ac tonitrua crebra tunc naſci & maximum
e tonitribus nec ultra annum durare.tenerrima autē uerno eſſe.hæc Pli.Iuxta
quæ ait Iuuenalis in.v.ſatyra.Fumat aper.poſt hunc raduntur tubera. ſi uer.
Tunc erit:& facient optata tonitrua cœnas.
Maiores.tibi habe frumenta aledius inquit.
O libya diſiunge boues:dum tubera mittas.
Nā de libycis cultoribus locutus eſt.dum ait in ſatyra Stēmata quid faciunt:
Parce & meſſoribus illis.Qui ſaturant urbem circo ſcæneq; uacantem.

T us cum.t.exili ſcribitur:& græce arborem ſui gūmi deſignat. Nā dicitur apud
illos λιβανωτος:hoc eſt λιβασ:quod ſuccum uliginem deſignat. & Toσ tus
generis neutri.nōnulli uero aſpirandum dixerunt:& a thyſia: quod eſt ſacrifi/
cium:uel a theos:qui eſt deus deducunt:& ut ait Plinius in.xii naturalis hiſto.
Tura preter arabiam nullis.ac ne arabiæ quidem uniuerſæ ſunt. Et proſequit̄
Regio earum turifera ſaba appellatur.hoc ſignificare græci myſterium dicunt
hæc ille.Iuxta quod dixiſſe Virgi.prius uidetur in primo georgicorum. Solis ē
turea uirga ſabæis.quod cum.æ.diphthongo in penultima ſcribitur.Sed in ſe/
quentibus ſubdit Plinius Siluarum longitudo eſt cœni uiginti: latitudo dimi/
dium:cœnus patet Heratoſthenis ratione ſtadia.lx.hoc eſt paſſus quinq; milia
aliqui uigintiduo ſtadio ſingulis cœnis dedere.Attollunt̄ colles alti.decurrūtq;
in plana arbores ſponte natæ:Et infra ſubdit:Nec preterea arabum alii turis ar
borem uident.ac ne horum quidem omnes feruntur non amplius eſſe familia/
rum quinq;:quæ ius per ſucceſſiones id ſibi uēdicent:ſacros uocari. Ob id nec
ullo congreſſu fœminarum funerūq; cum incidant eas arbores.aut merant pol
lui.atq; ita religione merces augeri.quidā promiſcuum ius his populis eſſe tra
dunt in ſiluis.Alii per uices ānorum diuidi.nec arboris ipſius.quæ ſit facies cō
ſtat.nam res in arabia geſſimus.& romana arma in magnam partem eius pene
trauere.In quam ut idem prius dixerat libr.vii.primus Helius. Gallus romana
arma intulit.Quin & ut ad priora ſequitur.C.etiam Cæſar Auguſti filius inde
gloriam petiit.nec tamen ab ullo quod equidem ſcientia latina habeatur arbo/
rum earum tradita eſt facies.græcorum exempla uariant.alii folio piri minoris
dūtaxant.& herbidi coloris tradidere. Alii lētiſco ſimilem ſubrutulo folio. Qui/
dam terebynthum eſſe.& hoc uiſum antigono regi allato frutice.& in ſequenti/
bus etiam proſequitur.Quod ex eo rotunditate guttæ pependit maſculum uo/
catur:Cum alias non fere mas uocetur.ubi non ſit fœmina religioni tributum
ne ſexus alter uſurpetur.Quod ideo rettulimus:ut id Virgilii intelligatur: qđ
ait in Damone.
Verbenas adole pingues:& maſcula tura.

T uſcia abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur:uocabulum eſt græcum teſte
Plinio libro.iii.naturalis hiſtoriæ dicente.Lydia a quorum rege tyrrheni. mox
a ſacrificio ritu lingua græca tuſci ſunt cognominati.Nam ut uidimus tus græ
cum eſt.

V

Appa cū duplicato.p.ſcri. genus ē uini. de quo uidimus ī
dictiōe ſurrhentū.& trāſmittit̄ aliquādo ad hominē igna/
uū illi uino ſimilē.teſte.Hora.i.i.ſermonū.Euphidius uap
pæ famā timet aut nebulonis:& paulo ſupius dixerat.Non
ego auarū.Cū uero te fieri:uappā iubeo:aut nebolonē.
Varus cū unico.r.ſcribit̄:fluuius ē teſte Pli.li.iii.natu.hiſt
narbonenſem ꝓuinciā ab italia diſterminans.

V eſuuius cum.i.latino ſcribitur:mons eſt campaniæ ab omni alio mōte ſolutus:
neapoli ad q̄ttuor milia paſſuū ꝓximus uinetis oliuetis:& q̄buſdā fructiferis ar
boribus refertus:ſed præ cæteris uini ubertate admirabilis:quod iā græcū uo/
cant.hic ab auſtro pōpeios ī radicibus:& ſarnū fluuium hēt. ab euro fere: ſʒ re/
motius beneuētū.a uulturno capuā a circio neapo.eructauitq; quādoq; cineres

& inceudia in formã punicearum arenarum ita ut ex illis campi uſq; ad arborum cacumina intumuerint.de illo Mar. in.iiii. epi.libro inquit.

Hic eſt pampineis uiridis ueſuuius umbris.
Preſſerat hic madidos nobilis uua lacus.
Hæc iuga quam uiſæ colles plus bacchus amauit.
Hoc nuper ſatyri monte dedere choros.
Hic ueneris ſedes lacedæmone gratior illi.
Hic locus herculeo nomine clarus erat.
Cuncta iacent flammis:& triſti merſa fauilla.
Nec ſuperi uellent hoc licuiſſe ſibi.

Nam temporibus Neronis & Traiani huiuſcemodi admirabiles eructatiões euomuiſſe legimus:ita ut cum Plini.ſecundus:qui naturalem hiſtoriam ſcripſit ex meſanenſi claſſe: cui imperitante Traino præerat ad uiſendum hoc ſpectaculũ ꝓprius accederet.ab incendio abſorptus eſt.

V calegon cum.c.exili & unico.l.&.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit teſte Homero libro iliados tertio nobilis troianus: qui tempore belli ob ſenium a re militari ſe continebat.De quo Virgi.Iam proximus ardet Vcalegon.i.illius domus.

V eſulus cum unico.l.ſcribitur:mons eſt teſte Plinio in tertio naturalis hiſtoriæ. altiſſimus in finibus ligurum : a quo padus formoſiſſimus fluuiorum italiæ oritur.

V enaphrum cum.ph.aſpirato ſcribitur.& ab Venere: & ἀφρός: quæ eſt ſpuma: hoc eſt Veneris aphros deducitur.Oppidum fuit campaniæ non longe a ſueſſa & aquino:ut oſtẽdit Plinius libro tertio naturalis hiſtoriæ.In cuius agro optimum naſcebatur oleum.Quare dixit Iuuenalis. Venaphrano piſcem perfundit oliuo.Martialis in ultimo.Hoc tibi campani ſudauit baccha uenaphri Vnguentum quotiens ſumis.& iſtud olet.

V icia cum.c.exili &.i.latino ſcribitur: eſtq; neutrum apud græcos , & correctius bicia diceretur:eo ꝙ βικίον apud illos ſcri.cum betha:quæ in.b. noſtrum commutatur.

V lyxes cum.y.græco ſubſequente.x.conſonante ſcribitur. q̃q̃ apud græcos cum duplicato.s.ſcribatur &.o.uocali in primo uidelicet ὀδυσσεύς ubi.d.in.l.etiam commutamus ſicut e contrario meditaris pro melitaris.Fuit filius Laertæ regis ithacæ ex coniuge Autholia:ut Humerus & poetæ noſtri aſſerunt. De quo uidimus in dictione Siſyphus.Quare a patre cognominatus eſt Laertius Ouidius libro quinto triſtium.Sic quondam feſtum laertius fecerat heros. Dictus eſt etiam Itachus ab ithaca inſula:in qua regnauit. Quin & Dulichius ab inſula dulichia:quæ in illius regno habebatur.Virgilius in Silena: Dulichias uexaſſe rates.Similiter Naritius a naritia.Ouidius in primo de triſtibus.Produce naritio docti mala noſtra poetæ Scribere naritio nam mala plura tuli.Vlyxes ſimiliter ut Achilles tertiæ eſt declinationis. Nonnunqum tamen a poetis noſtris in formam ſecundæ declinationis profertur.Virgilius in ſecundo æneidos.Et terram altricem ſæui execramur ulyxi:pro Vlyxis:ut latius uidimus in dictione Achilles.

V lyxbona ſimili modo cum.y.græco:ſubſequente.x.conſonante ſcribi uolũt:qui aſſeruntúut Solinus)urbem eſſe in hiſpania ab Vlyxe conditam,quare nõnulli ulyxponam cum.p.& non cum.b.ſcribi uolunt:quaſi ab Vlyxe poſitã.De quo ob litterarum uicinitatem contendere uolumns.Sed id quoq; ex qualitate locorum:quæ commemorat Homerus in odyſſea tempore nauigatõis Vliyxis; multis non eſſe uerum uidetur.

V lula cum ſimplo.l.in ultima:& penultima:auis eſt a fletu denominata: hoc eſt ab ὀλολύζω:quod eſt ululo.

V mbria cum.i.latino ſcribitur:& a uocabulo græco deſcendit: quod eſt ὄμβρος id eſt imber.Nam ea loca quæ iuxta ſpoletum :& iugo apœnino expoſita ſunt) imbribus quandoq; oppreſſa umbriæ nomẽ accæpernnt,Vel(ut Antonius Auguſtus de orbis diuiſione dixit) Vmbria dicta eſt: quia(ut hiſtoriæ narrant)tempore aquoſe cladis imbribus ſuperfuerit:quod uerum eſſe(ut ille dixit)montiuʒ altitudo poteſt fortaſſe comprobare.

V rania cum.i.latino ſcribitur:una eſt ex muſis:quæ apud nos cæleſtis interpretatur.de qua Ouidius in quinto faſtorum ait.

Excipit uraniæ fecere ſilentia cunctæ.

V rina cum unico.r.&.i.latino ſcribitur:græcum eſt uocabulum: & a uerbo græco deriuatum quod eſt οὐρῶ:quod eſt meio.Vnde οὖρον deſcendit: quod latine quidem dicitur lotium.græce uero urina.Nec ſolum accipitur urina pro ea aqua:quæ quotidie eijcitur:ſed & pro ſpermate genitali.Plinius libro octauo naturalis hiſtoriæ:incontinens inquit aſinæ uterus urinam genitalem reddit. ni cogatur in curſum uerberibus a coitu:Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie. Auribus atq; oculis concæpta urina mouetur.Et poteſt etiam pro ipſa libidine capi.Vnde dixit idem poeta in ſatyra Credo pudicitiam.

Tucia ueſicæ non imperat.

V ri cum unico.r.ſcribitur:boues ſunt agreſtes:qui teſte Seruio ſuper ſecundum georgicorum in pyrenæo monte naſcuuť inter gallias & hiſpanias poſito:quos dicit excæptis elephantis maiores animalibus cæteris eſſe . Et dici uros ἀπὸ τῶν ὄρων:id eſt a montibus.

V leauus cuʒ.c.exili ſcribitur:fuit Iouis filius ex Iunone:qui deformis naſceretur. nec ei arriſiſſet Iuno:a Ioue e cælo fuit præcipitatus in lemnum.Ibiq; teſte Seruio in bucolicis nutritus a ſimiis. Homerus uero dixit a Tethye : & Eurimone Oceani filiam ſuſcæptum:ac nutrituʒ fuiſſe ex caſuq; claudum effectum. fuit deorum faber:qui & Ioui fulmina:& arma aliis diis contra gigantes fabricauit Fecitq; monile Hermionis:coronam Ariadnes:arma Achillis & Aeneæ: & plura alia:quæ ſupra humanum ingenium fuiſſe uiſa ſunt.Nec ob ea beneficia ad deorum menſam admiſſus eſt. Quapropter ſupplicauit Ioui ut ſaltem Mineruæ nuptiis iungeretur.A qua tamen ſpretus fuit:ut uidimus in dictione Erichthonius.Quæ Virgilius tetigit in bucolicis cum ait.Cui non riſere parentes Nec deus hunc menſa:dea nec dignata cubili eſt.Habuitq; deinde Venerem uxorem:quam cum Marte adulterantẽ ſubtiliſſimis catenis deuinxit.ac diis omnibus propalauit.Alios etiam poſuit Cicero de natura deorum unum:quẽ cæli filium dixit ex Minerua ſecunda Iouis filia:ex qua Apollinem genuiſſe refert Secundum hunc ipſum:quem Iouis tertium ex Iunone filium dixit. Alii filiũ Nili:qui ab ægyptiis ægypti cuſtos creditur.

x Anto cum.t.exili ſcribiť: fuit(teſte Heſiodo in theogonia)una ex nymphis Oceani:& Tethios filia . de qua meminit Virgilius in

&

tertio georgicorum ait: Drymoq; xanroq;.

X anthippe cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribitur: fuit Socratis uxor querula.

X anthus cum.th.aſpirato ſcribitur: fuit nomen fluuii troiani ut uidimus in dictione ſimois. fuit etiam uir troianus filius Phænopis: quem teſte Homero libro quinto iliados Diomedes occidit in bello. fuit & adhuc teſte eodem Homero lib. ix. nomen equi cuiuſdam Hectoris.

X anthii cum.th.aſpirato ſcribitur: populi ſunt in aſia: qui cum eorũ urbs ab Harpago præfecto Cyri obſideretur: uxores ſuas ac ſeruos una cum ſuppellectili in arce poſuerunt: eamq; igni ſuccenderunt. deinde omnes pariter contra Harpagum irruentes: bello ceciderunt. ut ſcripſit Hero. libro hiſtoriarum primo.

X enodotus cũ.t.exili ſcribitur. fuit hiſtoricus patria troezenus. De quo ſæpe Plutarchus meminit.

X enocrates abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: fuit uir calcedonius Agathenoris filius: & a primis fere ãnis Platonis auditor. erat teſte Laertio tardus ĩgenio adeo ut cum illum Plato Ariſtoteli compararet: alterum fræno: alterum calcaribus indigere dicebat. Alioquin ſeuero ſemper ac ſerio habitu & ore perdurabat. In academia uixit: ut plurimu; ſi quando ad urbem proficiſcebatur turba omnis impudicorum eius tranſitum obſeruabat. Inquietandi ipſius gratia Phyrne nobile ſcortum dedita opera a quibuſda; intra eius cellã miſſa eſt. quæ ab eo orãs lectuli partem accæpit. demum cum multa ne quicq̃ oraſſet imperfecto opere diſcedens. dixit ſe non a uiro: ſed a ſtatua ueniſſe. Quidam aiũt a diſcipulis eius Laydem intromiſſam: fuiſſeq; ipſum tantæ continentiæ: ut cum ſe ad libidinẽ incitari præſenſiſſet: pateretur uirilia ſecari & uri. Tanta fuit eius uerbis adhibita fides: ut cum nullius iniurati teſtimonium admitteretur. illi ſoli iuſiurandũ athenienſes remitterent. Erat adeo frugi: ut cum illi Alexander magnam pecuniæ quantitatem miſiſſet: ſublatis tribus milibus nũmorum atticoru; ne regia munera ſpernere uideretur reliqum remitteret: dicens illi pluribus opus eſſe: q plures enutriret. Ad Philippum olim cum cæteris miſſus: cu; alios ſciret donis emollitos: & ſæpe conuiuia celebrare: neutrum ipſe horum fecit. Legatis poſtea dicentibus Xenocratem fruſtra ſecum iuiſſe: comperta re ipſum duplici honore honeſtauere. Succeſſit in academia ſpeuſippo. ſcholãq; tenuit uigintiquinq; annis. moritur noctu cum in ſartaginem forte offendiſſet anno ætatis. lxxxii. Quinq; fuere eius nominis. primus huius philoſophi propinquus. Cuius fert̃ oratio quæ inſcribitur arſinoetica de Arſinoe. Alius philoſophus & elegiæ ſcriptor non ſatis probatus. Ita enim ſe habet res: ut poetæ quidem ſe oratione ſoluta uelint ſcribere: id efficiant: qui uero pedeſtri oratione ſcribere conſueuerunt ſi poeticæ partes ſibi uendicare uelint non conſequantur id: ex eo liquet: quod alterum naturæ. alterum artis eſt. Alius fuit ſtatuarius. Alius odas ſcripſit.

X enodochium cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur. dicitur latine hoſpitalem. Nã eſt ξενων. ideſt peregrinorum: Δέχομινος: ideſt recæptiuus.

X enodorus græcum eſt: quaſi ξεινοσ.i. peregrinum quid & egregium denotans. & Δωρον: domum. fuit nomen ſtatuarii. de quo uidimus in dictione coloſſus. Hunc Pli. libro trigeſimoquarto naturalis hiſtoriæ de quo uidimus cælandiq; nulli ueterum poſtponendum.

X enophanes cum.ph.alpirato ſcribit̃: fuit colophonius Dexii. ſiue ut dixit Apollodorus Orthomenis filius. Cum uiginti eſſet annorum pulſus fuit a patria: & in zada ſiciliæ: atq; catina moratus eſt. & ſeipſo teſte ſexagitaquiq; annis exulauit a patria: ſunt qui eum neminem dicant audiuiſſe. Scripſit elegias contra Heſiodum: & Homerum. fuit & alter Xenophanes ex leſbo poeta iambicus.

X enophon cum.ph.aſpirato ſcribitur: fuit philoſophus & dux inſignis Grylli athenienſis filius: homo uerecundus: & ſpecioſus ultra q̃ dici poſſit: moratuſque probus atque omnibus gratus. Fuit Socratis diſcipulus & Platonis æmulus. dicente Gellio libro decimooctauo noctium atticarum. Xenophon & Plato ſocraticæ amoenitatis lumina certare: æmulariq; inter ſe exiſtimati ſunt. quia Xenophon inclyto illi operi Platonis. quod de optimo ſtatu reipublicæ ciuitatiſque adminiſtrandæ ſcripſerat. lectis ex eo duobus libris: qui primi ad lucem uenerant ſe oppoſuit: & contra multa ſcripſit: quo audito ualde permotũ fuiſſe Platonem ferunt. Hic teſte Laertio omnium primus ex his: quæ a Socrate dicebantur notis excæpit: & in publicum edidit: commentaria ſcribens. Et primus omnium philoſophorum ſcripſit hiſtoriam. fuit etiam dux ſtrennuus: & qui ex ultimis babyloniæ finibus exercitu; reduxit aſperis ac difficillimis itineribus per infeſtiſſimas gentes: ac barbaras incolumem in patriam conduxit. Septem fuere Xenophontes. Hic primus. Secundus ſimiliter athenienſis Pitoſtrati illius frater: qui Epaminundæ uitam ſcripſit. Tertius coos medicus. Quartus qui Hannibalis hiſtoriam ſcripſit. Quintus qui prodigia fabuloſa cõmentus eſt. Sextus parius ſculptor egregius. Septimus antiquæ cõmœdiæ poeta.

X erolophus cum unico.l.&.ph.aſpirato ſcribitur: dici poteſt a noſtris ſiccus tumulus. & aceruus. Nam componitur ex ξηροσ. qui eſt ſiccus. & λοφος tumulus. Nanque ex lapidibus & marmoribus ſtrui conſueuerat principibus tumulus. Hoc uocabulo utitur Priſcianus libro primo cum ait. Eoigrãmata quæ egomet legi in tripode uetuſtiſſimo Apollinis: qui eſt in xerolopho Apollinis.

X erolibya antepenultima cum.i.latino: & penultima cum.y.græco ſcribitur: dici poteſt latine ſicca libya. Quo uocabulo utitur Seruius ſuper quartum æneidos cuu ait.

Hiarbam Iouis Ammonis filium ſic dici: quia Bacchus indiam peteret: & per xerolibyam exercitum duceret. & reliqua: id eſt per deſertam libyam.

X erxes cum duplicato.x.ſcribitur: hoc eſt tam in prima q̃ in ſecunda. fuit filius Darii regis perſarum ex Atoſſa filia Cyri. patri ſucceſſit in regno. Cui id potiſſimum illuſtre fuit: quod maximum poſt hominum memoriam exercitu terra marique bellum intulit græciæ: & quia numerus militum & nauium a ſcriptoribus latinis mendaciſſime legitur. curabo ſummam totius exercitus: quam fecit Herodotus ad unguem tranſferre: ita ut tantæ rei ueritas clariſſima habeatur. Itaq; (ut ait ipſe Herodotus) ex maiori aſia collegit naues mille ducentas & ſex: in quarum ſingula erant ex principibus aſiæ populis ducenti uiri: qui ad ſummam quadraginta unius milium & ducentorum. hominum aſcendebat: nec ſane pauciores: ſed certo plures erant. Præter hos ex perſis: medis & ſicæis in unaquaque illarum triginta alii uiri reliquorum duces diſpoſiti erant. quoru; ſumma ad trigintaſex milia. & centum octuaginta aſcendebat. Sicque uiri omnes: qui in præfatis nauibus erant. numerum implebant ducentorum ſeptuagintaſeptem milium: & trecentorum octoginta hominum hocq; ex maiori aſia Ex minori uero congregauit tria milia nauium. in quibus fuiſſe dicit ducenta quadraginta milia hominum. Sicque omnis hæc multitudo ad ſummam quin

gentorum & decem & ſeptem milium.ac trecentorum octoginta hominum. Et
hi omnes apti erant ad bellum. Ex peditibus habuiſſe illum dicit mille milia &
ſeptingenta milia hominum.Ex equitibus octogita milia.Inſuper in quadrigis
libycis:& arabicis uiginti milia hominum.Ex thracia & inſulis adiacētibus na-
ues habuit centum uiginti. In quibus fuiſſe memorat idem auctor hominum
uigintiquattuor milia.Quin & pedites congregauit ex thracia.pæonia.herodia
bœttiea.chalcidonia.brygia.pierea.macedonia. perrebia. enenia. doloponque
genere.& magnetum.atque achæorum trecenta milia hominum.Quos omnes
ſummatim computãs præfatus auctor ait uirorum ad bellum collectorum fu-
iſſe bis mille milia ſexcentaque.& quadraginta unum.ac trecentos & octuagin
ta uiros.Ita ut nullo pacto pauciores fuerint. ſed longe plures: Inſuper & alios
ĩ nauibus onerariis.& ad alia officia.& miniſteria adueniſſe dicit quos abſq; ali
qua dubitatione pluſquam totidem fuiſſe teſtatur.Vnde totum exercitũ com-
putans fuiſſe aſſerit quinquies mille milia:& ducentaoctuagintaduo milia ho-
minum:ſeptingentoſque & ſexaginta.Quæ quia incredibilia fere uidebantur:
forte dixit Iuuena.in ea ſatyra:quæ incipit Omnibus in terris de iſto Xerxe lo-
quens.Creditur olim Velificatus athos.De quo in ſua dictione uidimus & quic
quid græcia mendax Audet in hiſtoria conſtratum claſſibus iſdem Suppoſitũ-
q; rotis ſolitum mare.Nam ut idem Herodo.latiſſime narrat. pontẽ ſtruxit Xer
xes ſuper mare helleſponticum ab abydo urbe aſiæ uſque in ſeſtum urbem euro
pæ quod Luca.in ſecundo tetigit.cum de.C. Cæſare loqueretur.qui incredibi-
li ædificiorum mole Pompeium in brunduſio claudere nitebatur cum ait.

Tales fama canit tumidum ſuper æquora xerxem.
Conſtruxiſſe uias.multum cum pontibus auſus.
Europamq; aſiæ:ſeſtũq; admouit abydo.
Inceſſitq; fretum rapidi ſuper helleſponti.
Non eurum zephyrũq; timens.cum uela rateſq;
In medium deferret athon.
Et ſubdit Iuuena.ad ea:quæ ſupra rettulimus.
Credimus altos.
Defeciſſe amnes: epotaq; flumina medo
Prandente:ut de pluribus refert Herodotus.& nos aliqua diuerſis ĩ dictionibus
annotauimus.Et ſuple
Credimus hæc madidis cantat quæ Soſtratus allegat. Difficilis nobis eſt locus
iſte:cum nihil certi de hoc Soſtrato legerimus. De quo ſi diuinare licet putam⁹
illum fuiſſe poetam non celebrẽ:qui de Xerxe nec bene canẽs.hæc omnia. quæ
quæ rettulimus conſcripſit.Quod ex auium tranſlatione indicare uidetᷣ quæ
mandidis allis inepte uolare dicuntur.Et ponit deinde Iuuenalis illius fugam.
Nam cum a græcis duce Themiſtocle nauali prælio uinceretur & plurimæ illi
us naues caperentur.multæ ſubmergerentur.rex ipſæ cum pauco exercitu per
macedoniam fugiens. peruenit ad ſeſtum. ubi cum ſolutum pontem hybernis
tempeſtatibus percæpiſſet. piſcatoria ſcapha mare trepidus ſulcauit. In corum
atq; eurum ſolitus ſæuire flagellis Barbarus rex ideſt remis.

Z Acynthos cum.c.exili&.y.græco atq;.th.aſpirato ſcribitur:in
ſula parua eſt in græco mari ꝓpinqua ætoliæ:urbem unicaꝫ
eiuſdem nominis teſte Liuio in ſexto de ſecundo bello punico
detinens.Et quia nemoribus abundat. dixit Virgilius in ter-
tio æneidos.Iam medio apparet fluctu nemoroſa zacynthos.
De qua locutus Vlyxes regi Alcinoo apud Homerum libro.ix
odyſſeæ ουτι ἐγὼ τε ησ γαίησ Δύναμαι γλύκυτερον ἄλλο ἰδεσθαι. hoc
eſt:ego quidem nil dulcius in hac terra uidere poſſum.
Z acanthei cum.c.exili:&.th.aſpirato ſcribitur:fuerunt teſte Polybio zacynthioꝝ
coloni in medio pyrenei montis ſiti:& iuxta fluuium hiberum habitantes:ut &
plures alii græci.qui circa illos inhabitant.
Z acharias cum.ch.aſpirato ſcribitur:nomen eſt uiri proprium hebræi.
Z amolſis cum.l.latino ſcribitur.fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto.Py
thagoreˀſeruus:cui getæ putantes illũ Saturnum eſſe: ſacrificia impendebant.
Z elotypus cum unico.l.&.t.exili:atque.y.græco ſcribitur.dici poteſt æmulator
formæ.Nam zelus æmulatio eſt:& typos forma.Iuuenalis in ſatyra: Si te propo
ſiti.Quas in uaginæ fronte ſolebat ponere zelotypo iuuenis prælatus hiarbæ:
hoc eſt iuuenis Aeneas.qui ob decoreꝫ illatum a matre iuuenis uidebatur. ac e-
tiam Hiarbæ regi fuit in coniugio a Didone prælatus.Quare zelotypiam diffi-
niens chryſippus:dicebat teſte Laertio ægritudinem eſſe ex eo prouenientem.
quod adſit alteri:quod ipſe non habeas:aderat enim Aeneæ Dido. quam Hiar-
bas habere non potuit.Et dixit Iuuenalis in uaginæ fronte.ut id Virgilii expo-
neret.qui de Aenea loquẽs in quarto æneidos inquit. Atq; illi ſtellatus iaſpide
fulua Enſis erat:id eſt uagina.Nam ut ait Seruius in fronte & ſummitate uagi-
næ conſueuerunt precioſi lapides apponi.
Z eno cum.e.abſq; diphthongo:& unico.n.ſcribitur:fuit philoſophus cictiẽſis ex
cypro græca ciuitate fœnicibus frequenter accolis: fuitque Napſei: ſiue ut alii
dicunt Demei filius.Et teſte Timotheo collo in alteram partem inclinatiore A-
pollinius autem tyrius dixit eum gracili corpore fuiſſe:ſtatu procero:& atra cu
te.Vnde illum Chryſippus palmitem ægyptium uocabat.Crura habuit turgi-
gida & imbecilla atque infirma.Ob quod teſte Perſeo multas cœnas declinauit
Veſcebatur libenter ficubus recentibus:& ad ſolem paſſis. Auditor fuit Cratis.
Stilpionem etiam & Xenocratem decennio audiuit.Deinde cõuertens ſe ad por
ticum: quæ pyſianactia uocabatur:ex uaria & multæ ſcientiæ pictura Poly-
gnoti orationem formabat.Vnde uolens locum illum ſtabilem facere:atq; inui
olabilem.ubi ad mille quadringenti triginta ciues necati fuerant. Cœpit in illa
docere.ad quem eo audiendum diſcipuli confluentes qui antea zenonii dicebã
tur.ab ipſa porticu ſtoici ſunt uocati.ut Epicurus ipſe in epiſtolis atteſtatur.Si
quidem & ante illum teſte Eratoſthene poetæ in illa morantes.dicti ſunt ſtoici.
a quibus multum incrementi illa appellatio cœpit.Tanto in honore apud athe
nienſes Zeno habitus eſt.ut apud eum claues urbis deponerent. Ornarentque
ipſum aurea corona & imagine ærea.hoc ipſum & ſui ciues fecere. Habuit audi
tores eximios.inter quos Antigonus cum ibat athenas eius erat auditor.Cui a-
liquando hanc epiſtolam ſcripſit.rex Antigonus ſalutem dicit Zenoni philoſo
pho.Ego fortuna me quidem & gloria uitam tuam anteire exiſtimo. Cæterum
diſciplinis ſtudiiſq; liberalibus.& perfecta fœlicitate quam tute poſſides. longe

abs te præcelli ſentio. quocirca te orare ſtatui. uti ad me proficiſcaris. id mihi ꝑ-
ſuadens te preces meas minime irritas fieri paſſurum. Tu igitur modis omnibꝰ
enitere. ut tuo contubernio fruamur. Hoc procerto habens te non mei ſolũ. ſed
omnium ſimul macedonum eruditorem fore. Nam qui macedoniæ regem eru-
dit: atq; ad uirtutem imbuit. tum & ſubditos quoſq; inſtruere ad fortitudinem
& probitatem certum eſt. Nam cuiuſmodi fuerit dux: tales ut plurimum ſubdi
tos fieri eſt neceſſe. Vale. Cui Zeno reſpondit dicens ſe maxime laudare eum:
quod ſtudium non uoluptatem ſequeretur: quæ animos adoleſcentulorum ef-
fœminat. Porro ſi adiiciatur modica exercitatio: neque deſit præceptoris copia:
mature eum poſſe ad perfectionem peruenire. Se autem non poſſe ad ipſum ꝑ-
gere ſenectute impeditum: quod iam eſſet octogenarius: ſed ſe mittere ad eum
quoſdam ex contubernalibus ſuis: quibus ſi ſtudioſe uteretur. beatitudinem ue
ram conſequeretur. Miſit autem Perſeum thebanũq; philonidem: ut patet ĩ de-
creto athenienſium de illo. Hic adoleſcentulo cuidam inepta multa loquẽti ait
ideo duas habemus aures: os autem unum ut ſcilicet multa audiamus: pauca
uero loquamur. Nonageſimo ætatis ſuæ anno deceſſit incolumis. integer. ac ſi-
ne morbo. Nam ut rettulit Apollonius cum abiret ex ſchola lapidem offendens
digitum perfrægit. Manu uero terram feriẽs illud ait. ex Niobe uenio. quid me
uocas. Ex continuo ſe ſtrangulans interiit: Quo mortuo ſtatuere illi athenien-
ſes ex publico ſepulturam ĩ ceranico. Scripſitq; plura & uaria. Crudis cibis ute
batur: & tenui pallio. Pueris ſemel aut bis tantum teſte Laertio uſus eſt: & ancil
lula quadam: ne ſexum odiſſe uideretur. Erat ad eum facilis aditus. Euitauit
ne nimis eſſet popularis. Nec tamen pluſquam cum duobus aut tribus ambu-
labat. Fuere Zenones octo. Primus eleates Pyretis filius teſte Apollodoro. Par-
menides uero dixit illum fuiſſe natura filium Teleutagoræ adoptione uero Py
retis. Fuit teſte Platone ſtatura procera: quem uocat ſophiſtam Eleatem. Hunc
inuentorem fuiſſe dialectice ſicut Empedoclem rethorice teſtis eſt Ariſtoteles. Is
cum Nearchum tyrannum. ſiue Diomedontem profligare uellet. captus eſt te-
ſte Heraclide. Et cum de coniurationibus interrogaretur uolens ſignificare ty-
rannum deſtitutum. rettulit omnes illius amicos conſcios eſſe. & cum ſimulaſ
ſet ſe uelle ad illius aurem alloqui ipſam mordicus appræhenſam ꝑforauit. uel
teſte Demetrio naſum arripuit. Dixitq; ad ciues admiror ueſtram uecordiam. ſi
horum gratia. quæ patior tyranno ſeruire ſtatuitis. Sed cum complices coniu-
rationis proferre cogeretur conciſam dentibus linguam in os tyranni conſpuit
quo facto ciues tyrannum lapidauerunt. Secundus fuit ſtoicus. quem ſupra di
ximus. Tertius rhodius. Quartus hiſtoricus: qui Pyrrhi in italia geſta ſcripſit.
epitomaque romanorum & carthaginenſium rerum. Quintus Chryſippi diſci
pulus. Sextus medicus acutæ intelligentiæ. Septimus grãmaticus cuius epigrã
mata feruntur. Octauus ſydonius philoſophus epicureus. qui de regno ſcripſit
de repub. de nuptiis. de impietate Thyeſtæ. de amoribus. Commentaria in leges
Platonis lib. vii.

Z ephyrus cum. y. græco ſcribitur. uentus eſt occidentalis. de quo Oui. in primo
de triſtibus. Nunc zephyrus ſero ueſpere miſſus adeſt.

Z etis cum. t. exili & i. latino ſemper apud græcos ſcriptum comperi. ꝗꝗ multi ex
noſtris ſcribant Zetum cum. u. in fine: & non cum. i. Fuit filius Boreæ ex Ori
thyia: & frater Calais.

Z ethus dũ cum. th. aſpirato ſcribitur: fuit teſte Homero in. xi. odyſſeæ filius Iouis
ex Antiopa: & frater Amphionis.

Z eugma cum. eu. diphthongo ſubſequente. g. ſcribitur: dici poteſt latine cõnexio
Nam figura eſt: quæ tunc quoq; fit cum plures ſenſus uno uerbo clauduntur.
Quod tribus cõtingit mõis: aut ĩ primo uerbo: ut currimus nos & tu: & tũc di-
cit̃ prozeugma. In medio: ut tu curris & ille. & tũc dicitur meſozeugma. In ulti
mo: ut hic illius arma: Hic currus fuit. Similiter Terentius. Hoc tẽpore obſequꝫ
amicos: ueritas odium parit. & dicit̃ hyſterozeugma cũ. y. græco aſpirato.

Z euſis cum. eu. diphthongo ſubſequẽte. ſ. & i. latino ſcribitur: fuit pictor heracle-
otes maximus ſua ætate: id eſt olympiade quinta: & nonageſima. Hic teſte Plini.
xxxv. naturalis hiſtoriæ penniculum ad magnam gloriam perduxit. Opeſq; tã-
tas acquiſiuit: ut inſtitueret donare opera ſua: eo ꝙ nullo precio ſatis digno per-
mutare poſſe diceret. Aequales eius & æmuli fuere Timantes: & Androgides: &
Theopompas: & Parrhaſius: qui deſcendiſſe cum Zeuſide in certamen traditur:
ut uidimus in dictione Parrhaſius. Idem teſte eodem Plinio fertur pinxiſſe pue-
rum uuas ferentem: ad quas cum aduolarent aues: proceſſit iratus operi & di-
xit: Vuas melius pinxi q̃ puerũ. Nam ſi & hoc conſummaſſem: aues ipſæ timu-
iſſent. Idem etiã Quintiliano teſte luminũ umbrarũq; dicitur ĩueniſſe rationeꝫ
& plus mẽbris corpis dedit. Id amplius atq; anguſtius ratus: atq; ut exiſtimant
Homerũ ſecutus: cui ualidiſſima quæq; forma etiã in fœminis placet.

Z euxo cum. eu. diphthongo & x. conſonante ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theo-
gonia nympha una ex nymphis filia Oceani & Tethyos.

Z odiacus cum. i. latino & c. exili ſcribitur: dici poteſt a nobis animalis. Nam cir-
culus eſt ſignorum: quæ in formam animalium figurantur: & a ζωον: quod ẽ
animal deriuatur: ut aries taurus & reliqua. Cingitq; totum cælum in obliquũ
hoc eſt cancro circulũ æſtiuum: & capricorno hyemalem contingens: Vnde di-
xit Virgilius in primo georgicoꝝ. Obliquus qua ſe ſignoꝝ uerteret ordo.

Z opyrus cum. y. græco ſcribitur: fuit Megabizi filius: cuius opera & induſtria:
ut dixit Herodotus in quarto hiſtoriarum. Darius babylonem cœpit.

Z uthus cum. th. aſpirato ſcribitur: fuit teſte Homero in decimo odyſſeæ Aeoli fi
lius ex Leapatra.

IOANNIS TORTELLII ARRETINI COMMENTARIORVM
GRAMMATICORVM DE ORTHOGRAPHIA DICTIONVM
E GRAECIS TRACTARVM OPVS PER HERMANVM LICH
TENSTEIN COLONIENSEM VICENTIAE ACCVRATISSIME
IMPRESSVM DIE VLTIMA MENSIS OCTOBRIS ANNO MIL
LESIMO QVADRIGENTESIMO OCTVAGESIMO.

## PRIMARIO LITTERARII ORDINIS VIRO CONSTANTINO ROBEGANO NOTARIO TARVISANO HIERONIMVS.

## BONONIVS. .S. .P. .D.

QVORVNDAM Hominum iſtis temporibus uaniloquentias: qui dum cæ-
teris detrahunt ſibi plurimum aſcribere opinati: neminem uirum doctum cui
non allatrent intactum relinquunt: æquo animo ferre non poſſum. Conſtan-
tine uir optime. Neque enim ingratitudine qua iſti hac in re potiſſimum coar-
guuntur: quicquam mihi ſtultius uidetur. Siquidem Guarinus ille Veronen-
ſis: Laurentius Vallenſis: Arretini: Georgius Trapezuntius: compluresque alii
doctiſſimi: qui romanam linguam maiorem incuria tanquam ædificium pu-
tre uetuſtate collapſum: oblitteratam prope extinctamque magno cum labore
ac ſtudii diligentia reſtituere: ut his ducibus quicquid boni in re litteraria ha-
bemus: ſimus maxime conſecuti: caninis morſibus undique dilaniantur. Nec
eſt qui magnis ſaltem nominibus parcat. Oſtoliditatem inſulſiſſimam: cæte-
ros tacebo: de Ioanne Arretino pro loco tantum loquar. Quæ ante laborioſiſſi-
mum hoc opus arthographiæ apud latinos inquam habebatur ratio. Nulla pr-
ſus. Latinitas grecitatis commercio egebat: uſq; adeo ut neutram merito noſce
putaretur qui alterā tantum ſciret. Græce dictiones ex cuiuſque arbitrio ſcribe
bantur: nec ullus rationi aderat modus. parum id quidem. Atqui codices cor-
ruptiſſimos deprauatiſſimoſque. Ciceronem. Liuium. Plinium. Quintilianum
Gellium auctores eloquentiſſimos uix loquentis habebamus. Hiſtoriarum uero
græcarum Strabonis. Herodoti. Thucydidis ignari omnino eramus. Quæ inp̄-
ſencia apud Tortellium diligentiſſimu; auctorem pro locis aperta. ut nunc di
ſcipuli præcæptoribus olim doctiores ſint effecere. Gratiæ habendæ huic reli-
quiſque qui difficiles nobis aditus monſtrarunt: gratiæ habendæ eſſent. Non
litteras ignoraſſe quod de Tortellio audiui quoſdam obloqui auſos publican-
di. Qui tamen ſi nonnunquam aliquid ut eorum loquamur more inſipidum
aliquid minus gratum promunt. quandoq; bonum Homerum dormitaſſe eti-
amnum recenſendum: Non omnis porro poſſe omnia: Non omnia eidem de-
os dediſſe ut Annibali Maharbal animo uerſandum foret. Cæterum quia teme
ritatis atque ignorantiæ fronti meæ indelebile ſtigma inuſtum iri præmonitus
ſum: quippe qui caſtigandi operis in quo ut aiunt plurima errata: ac perpe-
ram dicta ſunt: grauem & uiribus meis longe imparem prouinciam audacter
ſubierim. Vnum profiteor: nouiſſe me cenſuræ meæ non eſſe tanto operi ad-
dere neceſſaria: aut demere ſuperuacanęa: neque nouum opus conficere uo
luiſſe. Verum operam potius dediſſe: ut ea archetypa haberentur in exem-
plar: quæ auctor ipſe ſubtegminis alieni haud indigus intexuerat. cuius rei
Blaſium lignaminium patauinum uirum ſane integerrimum nec doctum mi
nus tibi quæ admodum familiarem Conſtantine ſincoerum teſtem appello.
Is Tortellii ſui pro ſolita in omnes humanitate mihi copiam cum feciſſet om-
ne hac in re conſilium meum plane intellexit. Nolle quicquam peruertere pro
curantem utique ut Tortellius non ut Hieronymus ſcriberetur. Siqui ta-
men caracteres inuerſi: litteræ duplicatæ ubi ſimplices debuiſſent poni: aut
econtra: alia pro alia: exilis pro denſa: repetita ſyllaba: aut prætermiſſa inter-
legendum occurrerint. non meæ inſcitiæ uerum celeritati librariorum tribua-
tur. Nec tamen tales hi erunt errores: ut non facillime caſtigaturus ſit culpam
in me nullam relaturus benignus interpres. Tu interim bene uale: & quod fa-
cis me ama.

## EIVSDEM HIERONIMI CARMEN IN PRIMI IMPRESSORIS COMMENDATIONEM.

Tingere diſpoſitis chartas quicunq; metallis.
  Cœpit: & inſignes edidit aere notas:
Mercurio genitore ſatus: genitrice Minerua
  Præditus æthereæ ſemine mentis erat
Non illum Cereris: non illum cura Lyæi
  Terrenæ tenuit non opis ullus amor.
Copia librorum cupidis modo rara latinis
  Cum foret. auſpiciis illius ampla uenit
Improbus innumeris librarius ante talentis
  Quod dabat: exigua nunc ſtipe uendit opus.
Hiſtoriæ uenere Titi. ſe Plinius omni.
  Gymnaſio iactant Tullius atq; Maro.
Nullum opus o noſtri felicem temporis artem
  Cellat in arcano bibliotheca ſitu.
Quem modo rex. quem uix princeps modo rarus habebat.
  Quiſq; ſibi librum pauper habere poteſt
Redditus hac etiam nuper Tortellius arte
  Plurimus. eſcribas qua ratione docet.
Hunc eme qui lingua cultus cupis eſſe latina
  Hunc eme grāmaticus qui cupis eſſe bonus.
Quæ geminanda notis fuerit tibi ſyllaba. ſimplex
  Quæ ue ſit. exilis. denſaue. doctus eris.
Poſtmodo qui fuerit grato ſi cōmodus uſu.
  Has memor aſſiduis plauſibus ede preces
Artifici ſemper faueant pia numina ſancto
  Vtilis effluxit cuius ab arte liber.

Sequitur regiſtrum huius libri.

| A | B | C | D |
|---|---|---|---|
| Primum uacat | ut templum | dici poteſt | conſilio |
| Iohannis | ſicuti quis | uio etiam | ficationis |
| in dictionibus | pecto expecto | bro umbras | ipſum contio |
| nominibus | pedibus con | tetigimus | morbi corporum |
| conſueuimus | | | |

E
Peruigilare
uero per
quibus aliquid
nam de fure
F
ſcripſere
uſq; ad fontem
auxilia duces
q̃ accæptiſſima
G
in tuſcia
Nec iuger
nomẽ aſſumpſit
uoluerunt
H
eſt alterne
ne uidebimus
Anaglyphon
ancona
I
ſua ætate
medium ſit
Archemorus
nice primitus
K
puto.Nam
Aſtyages
Mineruam
nec hyeme
L
& μαχία
oppidum
teſtes ſunt
& ex noſtris
M
iugis ortus
ſuamq; nutricem
Chalcedonia
habuiſſe
N
nõ eo nomine
ta Pelectronius
mate ad
te doctas
O

a quo circenſes
Apollinis
detinent
in urbes
P
Quin &
Choriambus
capillos &
a
Dacia cum
ſamothraciam
Deiphyle
tate Hermippi
b
profuit
Sane edo
ut a cedo
in antiquis
c
quod eſt
fœmine
fuiſſe
meminit
d
priſca gens
uocare
eſt nota
Et Lucanus
e
in.g.cõuerſum
deducitur
Hadrianus
filius
f
libro.xii.
de ſeruius
obſcurum
Hymees
g
ſeu diſſoluo
Solinus
a noſtris
dicitur
h
Incoho
Iaſon

re in foro
libro hiſtoriaꝝ
i
hoc eſt
georgicorum
Quintiliano
i.latino
k
Macarius
milibus
ſunt.Sed
gum tempus
l
diſcipulus
Meſpila
præteritas
Quæq;
m
aliis dixit
temque
lis:de quo
riarum
n
Pleias
tres hominis
omnia ſacra
liq; animum
o
ſup.iii.
& dici poteſt
eos fuiſſe
Piſonem
p
debatur
terremotum
Philortium
reuelatis
q
les ut ipſe
habitus
audiſſent
Littore
r
nati.ad
bonum
Macrobius

tranſtulit
ſ
conſpiceret
nultima
ſi grãmatico
Cecidit p̃teritũ
s
fuit Veneris
niſq; pompæ
Atq; hic
Et iam
t
tertium feciſſe
in loco nunc
id picture
comprobauit
u
proprio
Sermyle
ciamenti
dona uocaue.
x
ſuſcipiens
nem:in qua
aruorum
corona ea eſt
y
Tarchon
hac legere
Theano
lauit &
ʒ
prorſus
& fatuam
Tyres cum
ſecunda
&
ob litterarum
& in zada
Zacynthos

UNIVERSIDAD ... BIBLIOTECA ... DE ZARAGOZA

A gº fe y verdad[illegible]

A gº fe y verdadera A gº fe y

de verdadera [illegible]

de como fraile

cortes e sabbad

A don felipe de avila

de piedra

A

A don fr esteban ramirez

A ceballos

A don

A

A